

K. 5053

# BIBLIA
# SACRA

CVM GLOSSIS, INTERlineari & Ordinaria, Nicolai Lyrani Poſtilla & Moralitatibus, Burgenſis Additionibus, & Thoringi Replicis.

## TOMVS PRIMVS

continet Pentateuchum,

Nempe { Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numerum, & Deuteronomium.

Omnia ad Hebræorum & Græcorum fidem iam primum ſuo nitori reſtituta, & variis ſcholiis illuſtrata.

LVGDVNI, ANNO
M. D. XLV.

Cum priuilegio Regis.

# LE PRIVILEGE.

FRancoys par la grace de Dieu Roy de France,a noz aimez & feaulx conſeilliers,les gens tenans noſtre court de parlement a Paris,& Preuoſt de Paris,& a tous noz autres iuſticiers & officiers,ou a leurs lieutenantz Salut. Receue auõs lhũble ſupplication de noſtre cher & bien aime Anthoine Vincẽt marchant demeurãt a Lyon,contenãt que a grand labeur & diligence,& par gens ſcauans en bõnes & ſainctes lettres,quil a entretenu depuis quatre ans en ca a ſes deſpẽs il a faict reueoir toutes les impreſſions cy deuant faictes de ſix volumes de la Gloſe ordinaire ſur la Bible, & reſtituer les dictions Grecques & Hebraicques,auec les annotations de ſainct Hieroſme ſeu Gabinius, & autres,tant ſur le nouueau que viel Teſtament,& ſur le tout faict vn Repertoire nouuel, lequel il deſiroit vouluntiers faire imprimer,auec ladicte Gloſe ordinaire ſelon leſdictes corrections,additiõs,annotations & Repertoire,pour eſtre expoſe en vente en noſtre Royaume a lutilite de la choſe publicque diceluy,a fin de pouoir recouurer pluſieurs grãds fraiz & miſes quil a en ce faictz & expoſe. Mais il doubte que les autres Imprimeurs ou libraires le voul droient en ſemblable faire imprimer & expoſer en vente,qui luy ſeroit,ſi ainſi eſtoit,grãd perte & dõmage,par ce quil ne pourroit recouurer leſdicts fraiz ſur ce par luy faictz,& qui luy conuient encores faire pour ladicte impreſsion,ſi par nous neſtoit prohibe aux dicts autres imprimeurs & libraires de les faire imprimer & vendre,a tout le moins par certain temps cõpetant, dedans lequel ledict ſuppliant peuſt recouurer leſdicts fraiz. Pource eſt il que nous inclinans a ſa ſupplication & requeſte luy auons en faueur que deſſus permis & octroye,permettons & octroyons de grace eſpecial par ces preſentes que leſdicts volumes cy deſſus declairez & ſpecifiez leſquelz il a faict reueoir,corriger & annoter par la maniere deſſuſdicte preallablemẽt veuz & viſitez par les docteurs en la faculte de Theologie de noſtre ville de Paris,ou par telz diceux que par vous gẽs de noſtre dicte court de Parlement de Paris ſera aduiſe, pour ſcauoir ſi en iceulx volumes y a aucune choſe de mauluaiſe doctrine,& qui ſoit contraire a la doctrine eccleſiaſtique,receue en legliſe Gallicaine. A fin de la reiecter,ilz puiſſe & luy loiſe luy ſeul faire imprimer,vendre & diſtribuer en noſtre royaume, pays & ſeigneuries iuſques au temps & terme de troys ans prochainement venãtz,a compter du iour & date que limpreſsion en ſera paracheuee. Sãs que pendant ledict temps autres que luy les puiſſent faire imprimer,ne vendre,ſi ce neſt de ſon conſentement & permiſsion. Et auſquelz nous auons inhibe & defendu,inhibõs & defendons de ce faire ſoubz peine de cõfiſcation deſdictz volumes, & de amende arbitraire. Et oultre de tous deſpens dõmages & intereſtz enuers ledict ſuppliant, ſi voulons & vous mandons & a chaſcun de vous ſi cõme a luy appartiendra que des noz preſent grace & permiſsion vous faictes, ſouffrez & laiſſez ledict ſuppliant iouyr & vſer plainement & paiſiblement durant ledict temps: ſans en ce luy faire mettre ou donner ne a ſes facteurs ou commis a la vente & diſtribution deſdictz volumes ainſi veuz & viſitez que dict eſt aucun empeſchemẽt,& a ce faire ſouffrir & obeyr contraignez & faictes contraindre tous ceux quilz appartiendra par les peines cy deſſus indictes,& autres que verrez eſtre a faire par raiſon. Car tel eſt noſtre plaiſir. Dõne a Amboyſe le.xxv.iour de Mars. Lan de grace Mil cinq cens quarãte quatre,& de noſtre regne le trente vnieſme. Ainſi deſſoubz ſigne. Par le Roy, vous preſent. De la Cheſnaye. & ſeelle du grand ſeau en ſimple queue de cyre iaune.

## *LETTRES DATTACHE.*

FRANCOYS par la grace de Dieu Roy de France, A noz aimez & feaulx conſeilliers les gens tenans noz court de parlement de Tholoze,Bordeau,Rouen,Dijon,Prouence,Grenobles,Chambery,Seneſchaux de Lyon,Tholoze,& Prouence,ou leurs lieutenantz,ſalut & dilection. De la partie de noſtre bien aime Anthoine Vincẽt libraire de noſtre bonne ville de Lyon,nous a eſte hũblement expoſe quil auroit obtenu de nous les lettres patentes en forme de Priuileges cy attacheez ſoubz le contreſeel de noſtre chancellerie,pour imprimer les liures contenuz en icelles deſquelles il requerroit voluntiers lenterinement par deuant vous. Mais il doubte par ce quelles ne ſont a vous addreſſantes que ne feiſsiez difficulte icelles enteriner,& le receuoir a ce, ſi ſur ce ne luy eſtoit pourueu de noſtre gratieux remede conuenable,nous humblement requerant iceluy. Pourquoy nous ce conſidere voulans ſoubuenir audict expoſant, vous mandons & a chaſcun de vous cõmettons par ces preſentes que procedez a lenterinement deſdictes lettres de priuilege ſelon leur forme & teneur,& le faictes ioyr & vſer plainement,paiſiblement & entierement de leffect & enterinemẽt dicelles. En faiſant faire par vous a tous ceulx quil appartiendra les defences contenues en icelles, Nonobſtant quelles ne ſoient a vous addreſſantes que ne voulons nuire ne preiudicier audict expoſant,ains en tant que beſoing eſt ou ſeroit len auons releue & releuons de grace eſpecial par ces preſentes: car tel eſt noſtre plaiſir de ce faire,vous donnons plain pouuoir,auctorite,puiſſance,commiſsion & mandement eſpecial par ces preſentes,mandons & commãdons a tous noz iuſticiers,officiers & ſubiectz,que a vous en ce faiſant ſoit obey. Donne a Broys le.viij.iour de May. Lan de grace Mil cinq cens quarante cinq. Et de noſtre regne le trente vnieſme. Ainſi ſigne.

Par le Roy.a la relation du conſeil, Le Picart. Et ſeelle du grand ſeau en ſimple queue de cyre iaune.

# Extraict des regiſtres de Parlement.

VEV par la Court les lettres patẽtes du Roy a elle addreſſantes donnees a Amboyſe le vinge cinquieſme iour de Mars dernier paſſe,impetrees par Anthoine Vincent marchãt demeurãt a Lyon. Par leſquelles ledict ſeigneur permect & octroye audict Anthoine Vincẽt faire imprimer,vẽdre & diſtribuer en ſes Royaumes,pays,terres & ſeigneuries ſix volumes de la Gloſe ordinaire faicte ſur la Bible,que ledict Vincẽt a fait reueoir & reſtituer les dictiõs Grecques & Hebraicques auec les annotatiõs de ſainct Hieroſme ſeu Gabinius,& autres tant ſur le nouueau que viel Teſtament. Et ce iuſques a troys ans a compter du iour & terme de limpreſsiõ paracheuee. Sans ce que pendant ledict temps autre que luy les puiſſe faire imprimer ne vendre,ſi ce neſt de ſont conſentement & permiſsion. Auſquelz ledict ſeigneur inhibe & deffend ce faire ſur peine de confiſcation deſdictz volumes & damende arbitraire, & oultre de tous deſpens,dommages & intereſtz enuers ledict Vincent. Mandãt ledict ſeigneur a ladicte court faire ſouffrir,& laiſſer iouyr & vſer ledict Vincent deſdictz octroy,& permiſsion,iceulx volumes prealablement veuz & viſitez par les docteurs en la faculte de Theologie de luniuerſite de Paris,ou telz autres diceulx que par ladicte court ſeroit aduiſe,ainſi & cõme il eſt plus a plain contenu & declaire eſdictes lettres. Veu auſsi la requeſte preſentee a ladicte court par ledict Anthoine Vincent a ce que leſdictes lettres luy fuſſent enterinees,la certification des docteurs en ladicte faculte de Theologie en ladicte vniuerſite cõmis & deputez par ladicte Court. Et le conſentement du Procureur general du Roy. Tout conſidere ladicte Court a enterine & enterine audict Anthoine Vincent leſdictes lettres patentes. Et en ce faiſant ſuiuant icelles a permis & permect audict Vincent faire imprimer,vendre & expoſer en vente leſdicts ſix volumes de la Gloſe ordinaire ainſi reueuz,corrigez,reſtituez & annotez. Et fait defence a tous autres de iceux ſix volumes faire imprimer ne expoſer en vente iuſques au terme de troys ans paſſez, a compter du iour de limpreſsion dudict Vincent ſera paracheuee,ſur peine de confiſcatiõ de leurs volumes,amende arbitraire,deſpẽs dommages & intereſtz, ſil neſt de la permiſsion & conſentement dudict Vincent.

Faict en Parlement le penultieſme iour de Iuillet. Lan mil cinq cens quarante cinq. Ainſi ſigne Du Tillet.

EXCVDEBATVR LVGDVNI, ANNO M. D. XLV.
DIE VERO XX. MENSIS AVGVSTI.

A QVONIAM pleriq; eo quòd nō multam operam dāt ſacrę ſcripturæ, exiſtimāt oēs libros,q in biblijs cōtinenť, pari veneratione eſſe reuerendos atq; adorādos,neſciētes diſtinguere inter libros canonicos & nō canonicos,quos hebręi à canone ſeparant & gręci inter apocripha computant:vnde ſępe coram doctis ridiculi videntur,& perturbantur,ſcandaliſanturq; cum audiūt aliquem non pari cum cęteris omnibus veneratione proſequi aliquid, quod in biblia legatur.

Canonici libri.

Idcirco hic diſtinximus,& diſtincte numerauimus primo libros canonicos,& poſtea non canonicos, inter quos tantum diſtat quantum inter certum & dubium. Nam canonici ſunt confecti ſpirituſancto dictante. Non canonici autem ſiue epocriphi,neſciť quo tēpore quibusve autoribus ſint editi,quia tamē valde boni & vtiles ſunt,nihilq; in eis,quod canonicis obuiet, inuenitur:ideò eccleſia eos legit & permittit:vt ad deuotionem & ad morum informationem à fidelibus legantur.

ἀποκρυφοί,id eſt oculti.

Eorum tamen autoritas ad probandum ea,quæ veniunt in dubium, aut in contentionem, & ad confirmandam eccleſiaſticorum dogmatum autoritatem, nō reputatur idonea, vt ait beatus Hieronymus in prologis ſuper Iudith,& ſuper libris Salomonis.At libri canonici tantę ſunt autoritatis vt quicquid ibi continetur,verū teneat firmiter & indiſcuſſe.Et per conſequens illud quod ex hoc concluditur manifeſte. Nā ſicut in philoſophia veritas cognoſcitur per reductionem ad prima principia per ſe nota, ita & in ſcripturis à ſanctis doctoribus traditis veritas cognoſcitur,quantum ad ea quę ſunt fide tenenda, per reductionem ad ſcripturas canonicas,quæ ſunt habitæ diuina reuelatione,cui nullo modo poteſt falſum ſubeſſe.Vnde de his dicit Auguſtinus ad Hieronymum.Ego ſolis eis ſcriptoribus,qui canonici appellantur,didici hunc timorem honoremq; deferre, vt nullum eorum ſcribendo erraſſe,firmiſſime teneam,ac ſi aliquid in eis offendero, quod videať contrarium veritati, nihil aliud exiſtimē, quā mendoſum eſſe codicē,vel nō eſſe aſſequutum interpretē, quod dictum eſt,vel me minime intellexiſſe non ambigam. Alios autem ita lego,vt quantalibet ſanctitate doctrinave polleant, non ideo verum putem quia ipſi ita ſenſerunt,ſed quia mihi per illos auctores canonicos vel probabiles rationes,quod à vero non abhorreat perſuadere potuerunt.

B

Numerus librorum canonicorum.

Hanc diuiſionē probāt hebręi, qui biblia ſua ob id appellant עשרים ארבע. id eſt,viginti quatuor Apoc.5.b.

¶Sunt igitur libri canonici veteris teſtamenti vigintiduo, ad numerum vigintiduarum literarum hebręorum vt ſcribere Origenem ſuper primum ſalmum refert Euſebius libro ſexto Eccleſiaſticę hiſtorię, & copioſius diſtinctiuſq; dicit beatus Hieronymus in prologo galeato ſuper lib. regum quòd omnes in tres partes ab hebręis diuiduntur.In legem, id eſt quinq; libros Moyſi.In prophetas octo,& Agiographa nouem vt ſtatim clarius patebit. Quāuis nonnulli librum Ruth ſeparent à libro Iudicum,& lamentationes Hieremię â Hieremia,& inter agiographa cōputenť,vt ſint viginti quatuor libri ad numerū viginti quatuor ſeniorū,quos Apocalypſis inducit adorantes agnū.¶Iſti ſunt libri qui ſunt in canone,vt latius ſcribit beat⁹ Hieronymus in prologo galeato qui eſt ſuper libros Regum. Et primo quinq; libri Moyſi qui appellantur lex, quorum primus eſt Geneſis, ſecundus Exodus, tertus Leuiticus, quartus Numeri, quintus Deuteronomium. ¶Secundo ſequuntur octo libri prophetales, quorum primus eſt Ioſue, ſecundus liber Iudicum cum Ruth, tertius Samuel,id eſt,primus & ſecundus Regum, quartus Malachim id eſt,tertius & quartus Regum,quintus Eſaias,ſextus Hieremias cū lamentationibus,ſeptimus Ezechiel,octauus liber duodecim prophetarum:quorum primus eſt Oſee, ſecundus Ioel, tertius Amos, quartus Abdias,quintus Ionas, ſextus Micheas, ſeptimus Naum, octauus Abacuk,nonus Sophonias, decim⁹ Aggæus,vndecimus Zacharias,duodecimus Malachias.

ἁγιογραφά,id eſt ſcripta ſancta.

¶Tertio ſequuntur agiographa nouem,quorum primus eſt Iob, ſecundus Pſalterium, tertius Salomonis prouerbia,quartus eiuſdem Eccleſiaſtes,quintus eiuſdē canticum canticorum, ſextus Daniel, ſeptimus Paralipomenon, qui apud hebręos eſt vnus liber,non duo,octauus Eſdras cum Neemia(eſt enim totus vnus liber)nonus,Heſter. Quicquid autem extra hos eſt(de veteri teſtamento loquor) vt dicit Hieronymus inter apocripha eſt ponendum.

Non canonici libri & eorum autoritas.

¶Iſti ſunt libri,qui non ſunt in canone,quos tamen eccleſia vt bonos & vtiles libros admittit, non vt canonicos,inter quos ſunt aliqui maioris autoritatis, aliqui minoris;Nam Thobias,Iudith & Machabęorum libri: Sapientię quoq; liber atq; Eccleſiaſticus,valde ab omnibus probantur,ita φ Auguſtinus libro ſecundo de doctrina chriſtiana, tres ſuperiores numerat inter canonicos,& de Sapientia atq; Eccleſiaſtico dicit,meruiſſe illos recipi in autoritatem,& inter propheticos debere numerari.

C Et de libris Machabęorum libro decimooctauo de ciuitate dei loquens & de Eſdrę libris dicit φ quamuis hebręi non habeant eos



pro canonicis,tñ eccleſia habet illos pro canonicis,ppter quorūdā martyrū paſſiōes vehemētes atq; mirabiles.

Minoris autoritatis.

Minoris aūt autoritatis ſunt Baruch,& terti⁹ & quart⁹ Eſdrę.Nā Auguſti.in loco ſupradicto nullā de his facit mētionē,cū tamē(vt dixi)alios apocryphos canonicis annumeret.Rufin⁹ quoq; in expoſitiōe Symboli & Iſidor. in libro ſexto etymolo.vbi hāc Hieronymi diuiſionē referunt, horum nihil meminerunt.Et vt numeres eos eo ordine quo ſunt in biblia,quamuis alio ordine fuerint editi,primo ſunt tertius & quartus liber Eſdrę,qui dicuntur tertius & quartus,quia ante Hieronymum gręci & latini librum Eſdrę canonicum ſecabant in duos libros,ſermones Neemię,ſecundum librum appellantes. Iſti autem tertius & quartus inter omnes non canonicos minoris (vt dixi) ſunt autoritatis.Vnde Hieronym. in prologo Eſdrę eos appellat ſomnia. & in pauciſſimis biblijs manu ſcriptis inueniuntur, & in multis impreſſis inuenitur ſolum tertius. Secundus eſt Thobias, liber valde deuotus & vtilis.Tertius eſt Iudith,quem dicit Hieronymus in prologo fuiſſe à Nicena ſynodo computatum in numero ſanctarū ſcripturarū.Quartus liber Sapiētię,quem ſcripſiſſe Philonē alexandrinum iudæum doctiſſimum,fere omnes tenent. Quintus eſt liber Ieſu filij Syrach,qui eccleſiaſticus dicitur.Sextus eſt Baruch,vt dicit Hieronymus in prologo Hieremiæ. Septimus eſt Machabęorum liber in primum & ſecundum diuiſus.¶Neq; aliquem moueat,φ in Iudith & Thobię prologis dicitur φ apud hebręos inter agiographa leguntur:quia manifeſtus error eſt,& apocripha, non agiographa,eſt legendum:qui error in omnibus quos viderim codicibus inuenitur,& inoleuit(vt puto)ex pietate & deuotiōe exſcribentium qui deuotiſſimas hiſtorias horrebant annumerare inter apocrypha.Nam φ hic error multis retro annis codices occupauerit,oſtendit magiſter in hiſtoria Iudith,vbi dicit:Hic liber apud caldęos inter hiſtorias computatur,& apud hebręos inter apocrypha,quod dicit Hieronymus in prologo,qui ſic incipit: Viginti & duas literas.Si ergo alicubi in prologo ſuper Iudith, legitur inter agiographa vitiū ſcriptoris eſt,quod in ipſo titulo deprehendi poteſt.Ex quo miror φ dictus magiſter non aduerterit eundem eſſe errorem in prologo Thobię,vbi ipſe dicit:Hanc hiſtoriam hebręi ponunt inter apocrypha,Hieronymus tamen in prologo ſuo dicit inter agiographa:Gloſſa quoq; ſuper dicto prologo Thobię dicit potius & verius dixiſſet inter apocrypha. Vel large accipit agiographa,quaſi ſanctorum ſcripta,& ita non eſt de numero illorum nouem, quæ proprie dicuntur agiographa,quæ ſunt de catalogo id eſt de numero viginti duorū librorū bibliæ.

D

Nam cū Hieronymus in prologo galeato,poſt enumerationem canonicorū librorū dicat Hic prologus ſcripturarum, quaſi galeatum principiū,omnibus libris quos de hebręo vertimus in latinum conuenire poteſt vt ſcire valeam⁹quicqd extra hos eſt,inter apocrypha eſſe ponēdū Igitur ſi ſapiētia quę vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Syrach liber,& Iudith,& Thobias,& Paſtor,non ſunt in canone:quo modo credendum eſt,illum poſtea in illis prologis ſcripſiſſe eos inter agiographa & ſibiipſi contradicere:Si quis pręter ea librarii examine Hieronymi verba in dictis prologis perpenderit, animaduertet illum ſcripſiſſe apocrypha,nō agiographa. Dicit enim in prologo Thobię.Exigitis in librum caldęo ſermone conſcriptū ad latinum ſtilum traham,librum vtiq; Thobiæ, quem hebręi de catalogo diuinarum ſcripturarum ſecantes,his quę apocrypha memorant,maciparunt.In Iudith autem ait, apud hebręos liber Iudith inter apocrypha legitur,cuius autoritas ad roborāda illa quę in contentionem veniunt,minus idonea iudicatur. Cum itaq; dicat hebręos ſecare Thobiā de catalogo diuinarum ſcripturarum, & Iudith autoritatem minus idoneam iudicari,ſi inter agiographa numeraret,& non inter apocrypha,contraria videretur in eodem loco ſcripſiſſe.Sed(vt dixi)ſcriptores hoc nomen apocrypha horrentes,deuotione ac pietate quadam reiecto apocrypha, agiographa ſcripſerunt.¶Rufinus vero vbi ſupra,enumeratis libris canonicis,in quibus cum Hieronymo cōcordat,infert:Hęc ſunt quæ patres intra canonem concluſerunt,ex quibus fidei noſtræ aſſertiones cōſtare voluerunt.

Eccleſiaſtici libri.

E

¶Sciendum tamen eſt φ & alij libri ſunt,qui nō canonici,ſed eccleſiaſtici à maioribus appellati ſunt, vt Sapientia quę dicitur Salomonis,& alia Sapientia quæ dicitur filij Syrach,& infra eiuſdem ordinis eſt libellus Thobię,& Iudith, & Machabęorum libri.Quæ omnia legi quidem in eccleſijs voluerunt,non tamen proferri ad autoritatem ex his confirmandam. Cęteras vero ſcripturas apocryphas nominauerunt,quas in eccleſiis legi noluerunt.¶Pręterea eſt ſciendum φ in libro Heſter illa duntaxat ſunt in canone quę ſcribuntur vſq; ad eum locum vbi poſuimus: Finit liber Heſter.prout eſt in hebręo,quę poſtea ſequuntur non ſunt in canone.Similiter in Daniele,illa tantum ſunt in canone quæ ſunt vſq; ad eum locū vbi poſuimus.Finit Daniel propheta.quæ poſt ea ſequuntur non ſunt in canone.

Pſalterium

¶Quamuis autem Dauid,id eſt

# De libris canonicis & non canonicis.

Pſalterium apud hebræos non ponatur inter prophetas,ſed inter
agiographa,tamen fere omnes latini eum non ſolum prophetam
Daniel ſed ſummum prophetarum,vel ſecundum vocant. Danielē quoqꝫ
inter prophetas numerant.¶Aliter quoqꝫ aliqui latini diuiſerunt
vetus & nouum teſtamentum,ſcilicet in libros legales, hiſtoriales,
Legales ſapientiales,& prophetales.Legales appellant quinqꝫ libros Moy-
ſi,in veteri teſtamento:quibus in nouo faciunt reſpōdere, quatuor
Hiſtoriales euangelia. Hiſtoriales Ioſue, Iudicum,libros Regum,Paralipome
non,Eſdram,Heſter,& Iob: quibus in nouo correſpondent acta
Sapiētiales apoſtolorum.Sapientiales tres libros Salomonis,ſcilicet: prouer-
bia eccleſiaſten,& canticum canticorum:quibus in nouo correſpō
dent epiſtolę Pauli,& quæ canonicæ dicuntur.Prophetales faciūt
Propheta-les Dauid,id eſt,pſalterium,Eſaiam,Hieremiam, Ezechielem, duode-
cim prophetas,& Danielem:quibus in nouo reſpondet liber Apo
Noui teſtamenti libri calypſis.¶Noui autem teſtamenti omnes qui in biblia ponuntur,
libri ſunt in canone teſtibus Hieronymo,Auguſtino & Iſidoro in
locis ſupradictis.Hi ſunt quatuor ſacroſancta euāgelia,ſcilicet Mat
thęus,Marcus,Lucas,Ioānes: Pauli apoſtoli epiſtolæ quatuorde
cim.Quarū vna eſt ad Romanos,ad Corinthios duæ,ad Galathas
vna,ad Epheſios vna,ad Philippēſes vna, ad Teſalonicenſes duę,
ad Coloſſenſes vna,ad Timotheū duę,ad Titum vna,ad Philemo
nem vna, ad Hebræos vna. Item actus apoſtolorum. Item epi
ſtolæ ſeptem,quæ canonicæ appellantur, quarum vna eſt Iacobi,
F duæ Petri apoſtolorum principis, Ioannis apoſtoli & euange-
liſtæ tres,Iudæ qui alias Tadæus dicitur vna:demum liber Apoca
lypſis.Hi omnes libri pro canonicis habentur. Quamuis ante Hie
ronymum à multis de epiſtola ad Hebæros dubitaretur,quā hæſi-
tationem ipſe multis rationibus ſuſtulit.Itidem de epiſtola Iudę,ac
de ſecūda & tertia Ioannis,in eccleſia primitiua à multis an debe-
rent in canonem recipi,valde dubitatum eſt,de quarum prima ſic
dicit Hieronymus in libro de viris illuſtribus:Iudas frater Iacobi
paruam quidē quæ de ſeptem canonicis eſt,epiſtolam reliquit. Et
quia de libro Enoch qui apocryphus eſt,in ea aſſumit teſtimoniū,
à pleriſqꝫ reiicitur,tamen autoritatem vetuſtate iam & vſu meruit
& inter ſanctas ſcripturas computatur.De alijs autem duabus quę
incipiunt. Senior: dicit Hieronymus in dicto libro in capi-
tulis Ioannes, & Papias, ꝙ aſſerebantur eſſe Ioannis
presbyteri, diſcipuli Ioannis euangeliſtæ, qui
dicebatur ſenior Ioannes. Sed tamen
omnium approbatione iam ſunt
receptæ, & citra cuiuſqꝫ
refragationem pro
canonicis ha-
bentur.

## *TRANSLATORES Bibliæ.*

NOTANDVM, QVOD
translatores & interpꝛtes Bibliæ multi fuerūt.
Quia ſicut dicit magiſter in hiſtorijs,ante in-
carnationē domini annis .ccc.xli. tēporibus
Ptolemæi Philadelphi regis Aegypti Lxx. Ptholemę⁹ Philadel-phus.
interpretes floruerūt,qui legem & prophetas
hoc modo tranſtulerunt.Ptolemæus ſtudio
ſus & librorum cupidus percipiens apud Iu
dæos legem eſſe ore dei editam,& digito illius ſcriptam,miſſis epi-
ſtolis & muneribus rogauit Eleazarum pontificem Iudæorum,vt
ſibi viros ſeniores hebraicæ & græcæ linguæ peritos,q interpreta
ri & transferre valerent,dirigeret. Etenim ſua deſideria eſſent eam
in græco translatā habere,& archiuis regalib⁹ interſerere. Eleaza-
rus autem annuēs eius petitioni,de vnaquaqꝫ tribu ſex legiſperitos Lxx. interpretes.
deſtinauit.Hi ſunt ſeptuagintaduo interpretes q licet fuere,more ſa
cræ ſcripturæ tā cōiter dicunt̄ ſeptuagīta,quia & ſi duo ſuperſunt, G
hoc eſt modicū reſpectu ſeptuaginta. Hi ergo veniētes ad regē,Pē-
tateuchū & ꝓphetas transferētes,coram rege diſputauerūt de vno
deo colendo,& ꝙ nulla creatura eſſet deus.Inde eſt ꝙ vbicunqꝫ oc
currebat eis in transferēdo de trinitate,vel ſub ſilentio præteribāt
vel ſub ænigmate tranſtulerunt,ne tres deos colendos tradidiſſe vi
derentur:ſimiliter de incarnatione verbi facientes: Vnde translatio
ſeptuagintaduum quandoqꝫ eſt ſuperflua,quādoqꝫ diminuta. Poſt
incarnationem autem domini & paſſionem annis centum viginti
quatuor.Aquila quidam Iudæus ad fidem cōuerſus,ſed poſtea in
hæreſim lapſus,primus interpres fecit aliam translationē de hebrai Aquila.
co in gręcum tempore Adriani imperatoris. Deinde poſt annos
liiij.Theodotion fecit tertiam translationem ſub Commodo.Dein Theodotiō
de poſt annos.xxx.Symmachus interpres claruit ſub Seuero.Dein Symmach⁹
de poſt annos.viij.inuenta eſt quędam translatio Hieroſolymis, Vulgata
cuius autor ignoratur,quę dicta eſt vulgata translatio, vel quinta tarnslatio.
editio.Deinde poſt annos.xviij.tempore Alexādri ſuperuenit Ori Origenes.
genes videns iſtas translationes imperfectas,incepit corrigere tranſ
lationem Lxxii.interpretum per poſteriores iam dictas translatio-
nes, vel ſecundum aliquos ſolam translationem Theodotionis im
miſcuit,ſcilicet ſupplens diminuta,& reſecans ſuperflua. Vbicunqꝫ
igitur ad translationem Lxxij.interpretum aliquid addidit ex tranſ
lationibus ſequentibus,ibi ponebat aſtericum,id eſt ſtellam vel for
mam aſtri,per quod innuit,ꝙ per additionem illam eluceſcebant
quæ prius deerāt.Et dicitur ſecundū aliquos aſteric⁹ab ἀστὴρ & ἰκὸμα
quod eſt imago vel ſignū,& ꝓducit penultimā,quia apud græcos
icō ſcribit̄ p ei diphongon. Tu dic melius, quod græcè dicitur ἀστε
ρισκος, aſteriſcus, & eſt diminutiuum quaſi ſtellula. Vbi verò erat
ſuperfluū, ponebat obelum.Obelos enim græcè dicitur ſagitta la
tine,vl̄ veru ſignās p hoc ꝙ litera ibi ſuperflua erat.Deīde ipſe Ori
genes, vt dicit Hieronymus, ſextā & ſeptimā translationem miro
labore reperit.Quę translationes ſcilicet quinta,ſexta,& ſeptima,li- ὀβελός.
cet vt idem ait Hieronymus quibus cenſeantur autoribus ignore-
tur,tamen ita probabilem ſui diuerſitatem tenent, vt autoritatem
ſine nominibus tenuerint.Deinde quidam volentes habere omnes
iſtas translationes,ſimul ſcribebant libros,ſic eos ordinantes, ꝙ in H
medio cuiuslibet folij ponebant ſex colūnas à ſummo deorſum de-
ſcendentes,ponentes in prima verba translationis primę,in ſecunda
ſecundę,& ſic de alijs.Et iſti libri dicti ſunt hexapla,ab ex græcè, qđ ἑξαπλᾶ.
eſt ſex latine,quaſi ſexcupla. Vel dicit̄ hexapla,quaſi liber habens ſex
translationes rectas vel rectificatas.Et his tēporibus multi vtriuſqꝫ
linguę ſcioli fecerunt alias translationes de prędictis græcis trans-
lationibus in latinum.Nouiſſime ſuperueniēs beatus Hieronymus
peritus in tribus linguis,hebraica,gręca,& latina. Primo correxit
translationem Lxxij.interpretum in latino cū aſteriſcis & obeliſcis.
Poſtea verò tranſtulit immediate bibliam de hebræo in latinum ſi
ne aſteris,& obelis.Et hac translatione nūc vbiqꝫ vtitur tota roma
na eccleſia,licet non in omnibus libris.Et ipſius translatio merito
cæteris antefertur,quia eſt verborum tenacior,& perſpicuitate ſen
tentiæ clarior.Et translatio prima,ſcilicet Lxxij. interpretum facta
eſt in Alexandria ciuitate quæ Metropolis eſt Aegypti. Aliæ au-
tem translationes in diuerſis partibus mundi vbi tunc magiſtri pol
luerunt.¶ Nota ꝙ vbicunqꝫ in libris veteris teſtamenti mendum
reperitur,recurrendum eſt ad volumina Hebæorum,quia vetus te Nota.
ſtamentum primo in lingua hebręa ſcriptū eſt.Si verò in libris no-
ui teſtamenti,reuertendū eſt ad volumina græcorum, quia nouum
teſtamentum primo in lingua græca ſcriptum eſt,preter euangeliū
Matthæi,& epiſtolam Pauli ad Hebræos.

in nomine

*IN NOMINE SANctæ trinitatis, incipit prologus primus uenerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ordinis ſeraphici Franciſci de commendatione Sacræ Scripturæ in generali.*

A

HAEC OMNIA liber vitę &c̃. Eccl. vigeſimo quarto cap. ſecundũ ꝙ dicit beatus Gregorius Homeli. xxxv. euangeliorum. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors eſt potius dicenda q̃ vita. Scientiæ verò à philoſophis traditæ ordinantur ad finem conſequẽdũ in præſenti vita, quia ſciẽtiæ practicæ ab eis traditæ ordinantur ad felicitatem polliticam, loquendo de politia præſentis vitę.

Scientiæ philoſophicę finis.

Similiter ſcientiæ ſpeculatiuæ ordinant̃ ad felicitatem contemplatiuam, loquendo de contemplatione quæ põt haberi in vita pręſenti, & per viam naturæ quæ dependet ex phantaſmate. Vnde dicitur tertio de anima, ꝙ intelligentibus nobis neceſſe eſt phantaſmata ſimul ſpeculari. Et de tali ſpeculatione dicit̃ ibidem, ꝙ intelligere corrumpitur in nobis, quodam interius corrupto.

Philoſoph⁹

Sacræ ſcripturæ finis.

Sacra ſcriptura enim ordinatur ad felicitatẽ vitæ futuræ, quã philoſophi neſciuerunt: ſecundũ ꝙ dicit beatus Hieronym. in epiſtola ad Paulinũ de omnibus ſacræ ſcripturæ libris. Hoc doctus Plato neſciuit, hoc Demoſtenes eloquens ignorauit. Ex quibus concluditur ꝙ libri à philoſophis deſcripti continentes ſcientias ordinatas ad finem in hac temporali vita, tantummodo naturaliter cõſequendum, ſi comparent̃ ad libros ſacræ ſcripturæ quæ ordinantur ad finẽ æternæ vitæ, magis ſunt dicẽdi libri mortis q̃ vitæ. Sed liber continens ſacram ſcripturã: quæ licet in mulltis libris partialibus diuidatur: ſub vno tamen libro continetur, qui nomine generali liber vitæ propriæ nominatur: ſecundũ ꝙ dicitur in verbo pręaſſumpto. Hæc omnia &c̃. ¶ In quo ſacraſcriptura quadrupliciter deſcribitur ſecundum quatuor excellentias, quibus omnem ſcripturam aliam excellit.

Scripturæ ſacræ excellentia quadruplex.

Primo enim deſcribitur, vt ſingularis eminentiæ, quod notat pronomẽ ſingulare, cum dicitur: Hæc. Secundo deſcribitur vt generalis continentiæ: quod oſtẽdit ſignum vniuerſale, cum dicitur: omnia. Tertio, vt ſpecularis intelligẽtiæ: quod denotat conditio libri: cum dicitur: liber. Quarto vt ſalutaris efficaciæ: quod oſtẽdit conſecutio finis intenti: cũ dicitur: vitæ.

B

¶ Circa primum ſciendum, ꝙ vna ſcientia eminentior eſt altera ſeu honorabilior duplici de cauſa: vt habetur primo de anima. Vna eſt, quia eſt de nobiliori ſubiecto. Alia, quia ꝓcedit certiori modo.

Sciẽtiæ honorabilitas in duobus accipitur.

Et propter vtrãq; ſacra ſcriptura, quæ propriæ theologia dicitur, cũ ipſa ſola ſit textus huius ſcientiæ, omnes ſciẽtias alias antecellit. Primo, quia habet deum pro ſubiecto, qui eſt in ſummo totius nobilitatis: ꝓpter qđ noiat̃ theologia, quaſi ſermo de deo. Secũdo, quia procedit modo certiori. Aliæ enim ſciẽtiæ humanit⁹ repertæ procedũt per inueſtigationem rationis humanæ. In quo quidem proceſſu licet non ſit error quantum ad cognitionem primorũ principiorum, quæ ſunt per ſe nota: ſecundum ꝙ dicitur ſecundo Metaph. In foribus quis delinquet: tamen in deductiõe concluſionũ ex principiis poteſt eſſe error: maxime quantum ad concluſiones à primis principiis longinquas. Vnde & in tali proceſſu omnes philoſophi innitentes tantum humanæ inueſtigationi inueniuntur erraſſe, & ideo de ſingulari eminẽtia huius ſcientiæ dicitur Deutero. quarto. a. Hæc eſt ſapientia veſtra, & intellectus coram populis. Sapientia enim dicitur propriẽ illa ſcientia, quæ cõſiderat altiſſimas cauſas: vt habetur primo Metaph.

Sapientiæ, & ſcientiæ differentia.

Sacra verò ſcriptura habet deũ pro ſubiecto, vt dictum eſt, qui eſt prima cauſa ſimpliciter omniũ: & ideo proprie dicitur ſapientia. Sed couenienter additur veſtra: ad diſtinguendum ſapientiam ſanctorum ſeu catholicorum, quæ eſt ipſa ſacra ſcriptura, â ſapientia philoſophorum: & hoc potiſſime in duobus, videlicet in proprietatibus de deo cognitis, & in fine cognitionis. Licet enim philoſophi habuerint cognitionem de deo, hoc tamen ſolum fuit quantum ad proprietates, quæ de ipſo poſſunt concludi per inueſtigationem rationis procedentem ex creaturis: ſicut philoſophus. xii. Metaphi. probat eius veritatem, & octauo Phiſicorum virtutis infinitatem: & ſic de ſimilibus.

Sapientiæ diuinæ prę ceptores q ſunt.

Sed prophetæ & apoſtoli ſancti, qui hãc ſcripturam nobis tradiderũt per reuelationem ſpiritusſancti, habuerunt cognitionem de proprietatibus diuinis tranſcendentibus inueſtigationem rationis: vt de pluralitate perſonarum, & earum diſtinctione in vnitate eſſentiæ, & cõſimilibus. Item philoſophi cognitionem de deo habitam non ordinauerunt ad alium finem: ſed ipſam quæſierunt propter ipſum ſpeculari tantum, inquantum eſt perfectio ipſius cognoſcẽtis. Cognitio autẽ dei, quæ in ſacra ſcriptura traditur, ad hoc principaliter quęritur, vt per ipſam ipſe ſpeculans ſeu contemplans feratur

C

ratur in amorem ipſius obiecti cogniti ſcilicet dei, ipſum ſuper ſe & ſuper omnia diligendo. Et propter hoc ſaluator Matthęi vigeſimo ſecundo, dicit ꝙ in duobus præceptis charitatis tota lex pendet & ꝓphetæ. & Apoſtolus primę ad Timotheũ primo. b. Finis præcepti eſt charitas de corde puro: & cõſcientia bona, ac fide nõ ficta. Et quia philoſophi ſuo ſenſui innitentes, hunc finem non attẽderunt, ideo errauerunt: propter quod eorum ſapientia inſipientia nominatur: ad Romanos primo. c. Qui cum deum cognouiſſent, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiẽs cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Sed quoniam ſacra ſcriptura non ſolum excellit alias, inquantum eſt de ſubiecto nobiliori: ſed etiam inquantum procedit modo certiori, videlicet per diuinam reuelationem, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ideo ſubditur in autoritate præmiſſa. Et intellectus coram populis.

Theologicæ ſcentiæ certitudo alias ſuperat.

Intellectus enim proprie dicitur habitus principiorum, circa quæ nõ eſt error, vt iam dictum eſt: propter quod illud quod concluditur directe ex illis, iudicatur ſimpliciter eſſe verum: & quod inuenitur eis repugnans, iudicatur ſimpliciter eſſe falſum. Ita ſimiliter quicquid ex ſacra ſcriptura manifeſte concluditur, verum iudicatur. Quod autem ei repugnat, falſum ſimpliciter reputatur. & ideo ſacra ſcriptura non ſolum vocatur ſapientia, ſed etiam cum hoc intellectus: vnde dicitur Eccleſiaſti. decimoquinto. a. Implebit eum ſpiritu ſapientiæ & intellectus. Et Coloſſen. primo. b. Impleamini agnitione voluntatis eius in omni ſapientia & intellectu &c̃. Et ſic patet primum. ¶ Circa ſecundum conſiderandum, quod ſub conſideratione alicuius ſcientiæ non ſolum cadit ſubiectum, ſed etiam ea quæ habent attributionem ad ipſum: vt habetur quarto Metaphiſi. Sicut ſub conſideratione medici non ſolum cadit ſanitas vel corpus ſanabile, ſed etiam vrina, inquantum eſt indicatiua ſanitatis: & potio, inquantum eſt factiua eius: & dieta, inquantum eſt ipſius conſeruatiua: & ſic de aliis. Omnia autem creata habens attributionem ad ipſum deum, qui eſt huius ſciẽtiæ ſubiectum, propter quod iſta ſcientia eſt quodammodo conſideratiua omnium: In quo apparet eius continentia generalis, quæ notatur in verbo primitus præaſſumpto, cum dicitur. Omnia: de quo poteſt exponi quod dicitur Sapientiæ primo. b. Hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis, vt ſit ſenſus. Hoc ſcilicet volumẽ ſacræ ſcripturæ, quæ licet diuidatur in plures libros partiales: tamẽ rediguntur in vnum volumen, quod biblia appellatur.

Subiecti theologicæ ſcientiæ cõmunitas.

D

Continet omnia: quia hæc ſcientia eſt quodammodo omnium conſideratiua. Scientiam habet vocis: de proprietate vocis eſt, ꝙ ſit verbi ſignificatiua: & proprium, eſt ſacræ ſcripturæ, ꝙ ſit diuini verbi expreſſiua: ſecundum ꝙ manifeſte habetur Ioannis primo. a. In principio erat verbum &c̃. Et quia per verbum omnia facta ſunt, vt ibidem ſubditur: ideo omnia ſub conſideratione huius ſcientiæ cõtinentur. Non tamen ſub propriis rationibus ſingulorum: quia hoc pertinet ad ſcientias particulares & humanitus inuentas, ſed inquantũ ex omnibus creatis manuducimur in cognitionem & dilectionem dei per veram fidem charitate formatam: ad quam cõſideratio huius ſciẽtiæ ordinatur: vt prædictũ eſt. Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus. decimoquarto de trinitate capi. primo. Nõ vtiq; quicquid ſciri poteſt ab homine in rebus humanis, vbi plurimũ ſuperuacuæ vanitatis & noxiæ curioſitatis eſt, huic ſcientiæ tribuẽs: ſed illud tantummodo quo fides ſaluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. Vnde & Ioannis decimoſexto. c. Saluator loquens de ſpiritu ſancto cui⁹ reuelatiõe tradita eſt hæc ſcriptura, dicit: Docebit vos omnem veritatẽ. Gloſa: neceſſariã ad ſalutem. Et ſic patet ſecundũ. ¶ Circa tertium ꝙ eſt intelligentia ſpecularis, quod notatur, cum dicitur: liber. conſiderandum, habet ſimilitudinem ſpeculi. Quia ſicut in ſpeculo apparent formę ſenſibiles, ſic in libro relucent intelligibiles veritates.

Speculi ſimilitudinẽ habet.

Vnde & diuina præſciẽtia in qua relucẽt omnes veritates, liber vocatur. In quo libro legũtur ſancti apoſtoli & prophetæ qui hanc ſcientiam tradiderunt. Et hoc eſt quod dicit gloſa ſuper illud Eſaiæ trigeſimo octauo. a. Diſpone domui tuæ &c̃. Gloſa. Prophetæ in ipſo libro præſcientiæ dei, in quo omnia ſcripta ſunt legere poſſunt. Quod tamen non eſt ſic intelligendum, ꝙ prophetæ viderint ipſam dei eſſentiã, quæ idem eſt cum eius præſcientia: quia prophetica cognitio cum habeat ænigma, euacuatur in tali viſione ſecundum quòd dicit Apoſtolus. j. Corintiorum decimo tertio. c. Sed pro tanto dicuntur prophetæ in libro præſciẽtiæ dei legiſſe: quia per ſpecies diuinitus impreſſas mentib⁹ prophetarum, & per lumen, propheticum eis proportionatum, videbant ſuo modo veritatem â dei ſcientia ad eos deriuatam per reuelationem. Sicut intellectus poſſibilis virtute luminis intellectus agẽtis inſpicit in ſpeciebus à phantaſmatibus, acceptis ſibi proportionabiles veritates. Nos autem qui talem cognitionem nõ habemus,

quia lumine prophetico illuſtrati non ſumus, non poſſumus legere in dicto libro, ſed in libro ſcripturæ ſacræ nobis tradito à prophetis.

E

*Quadruplici ſenſu exponi pōt litera aliq.*

¶Habet tamen iſte liber hoc ſpeciale, ꝙ vna litera continet plures ſenſus. Cuius ratio eſt: quia principalis huius libri autor eſt ipſe deus: in cuius poteſtate eſt non ſolum vti vocibus ad aliquid ſignificandum (quod etiam homines facere poſſunt & faciunt) ſed etiam rebus ſignificatis per voces vtitur ad ſignificandum alias res & ideo commune eſt omnibus libris, ꝙ voces aliquid ſignificent: ſed ſpeciale eſt huic libro, ꝙ res ſignificatæ per voces aliud ſignificent.

*Sufficientia q̄tuor expoſitionū ſenſuū ſacræ ſcripturæ.*

Secundum igitur primam ſignificationem, quæ eſt per voces accipitur ſenſus literalis ſeu hiſtoricus. Secundū vero aliam ſignificationem quæ eſt per ipſas res accipitur ſenſus myſticus ſeu ſpiritualis. Qui eſt triplex in generali: quia ſi res ſignificatæ per voces referantur ad ſignificandum ea quæ ſunt in noua lege credenda: ſic accipitur ſenſus allegoricus. Si autem referantur ad ſignificādum ea quæ per nos ſunt agēda: ſic eſt ſenſus moralis, vel tropologicus. Si autem referantur ad ſignificandum ea quæ ſunt ſperanda in beatitudine futura: ſic eſt ſenſus anagogicus. Et dicitur ab ἀνάγω, quod eſt ſurſum tollo. Vnde verſus. Litera geſta docet: quid credas alegoria. Moralis quid agas: quo tendas anagogia. Et iſtorum quatuor ſenſuum poteſt poni exemplum in hac dictione Hieruſalem. Quæ ſecundum ſenſum literalem ſignificat quandam ciuitatem, quæ fuit quondam Metropolis in regno Iudeæ, quæ primo fuit fundata à Melchiſedech: poſtea per Salomonem dilatata & fortificata. Secundum ſenſum vero moralem, ſignificat animam fidelem: ſecundum quem ſenſum dicitur Eſai. quinquageſimo ſecundo. a. Conſurge ſede Hieruſalem &c̄. Secundum ſenſum vero allegoricum ſignificat eccleſiam militantem: ſecundum quem dicitur Apocalypſis vigeſimo primo. c. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalē nouam deſcendentem de cælo, à deo paratam, ſicut ſponſam ornatā viro ſuo. Secundum vero ſenſum anagogicum ſignificat eccleſiam triumphantem: ſecundum quod dicitur Galath. quarto. d. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem, eſt libera quæ eſt mater noſtra. Et ſicut poſitum eſt exemplum in vna dictione, ita poſſet poni in vna oratione: & ſicut in vna, ita & in aliis. Igitur de iſto libro ſub vna litera continente plures ſenſus dicitur. Ezechiel. ſecundo. d. Ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus & foris. Et Apocalypſis quinto. a. Vidi in dextera ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intus & foris. Scriptura exterior eſt ſenſus literalis, qui eſt patentior: quia per voces immediate ſignificatur. Scriptura autem interior eſt ſenſus myſticus vel ſpiritualis, qui eſt latentior: quia per res ſignificatas vocibus deſignatur vt prędictum eſt. Et ſic patet tertium.

F

¶Circa quartum in quo notatur efficacia ſalutaris, cum dicitur: vitæ. Conſiderandum, quod ſicut dictum eſt à principio: nulla alia ſcriptura niſi iſta ducit immediate ad vitam beatam: quæ ſola eſt vita ſimpliciter, quia mortem neſcit. Ideò ſaluator Ioannis quinto. f. loquens de efficacia hui⁹ ſacræ ſcripturæ, dicebat Iudæis in lege peritis: Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vos vitam æternā habere.

*Putat, verbum q̄uo accipit̄ in euang. &c̄.*

¶Circa quod ſciendum, ꝙ hoc verbū putatis, quod importat falſi opinionem, vel ſaltem veri dubitationem, non refertur ad ipſam ſacram ſcripturam, quæ nullum falſum continet: vt patet ex ſupradictis. Nec eſt etiam dubium quin ad vitam perducat beatam, cum ſit quoddam inſtrumentum perueniendi ad æternam felicitatem, vt patet ex verbis beati Auguſtini ſuperius inductis. Sed refertur ad legiſperitos ſcripturam ſacram male exponentes, & male viuentes: propter quę merito priuandi erant à conſecutione beatitudinis æternæ: quæ eſt finis huius ſcientiæ, quam ſine dubio conſequuntur, eam ſane intelligentes & ſecundum ſanum ipſius intellectum pie viuentes ſecundum ꝙ dicitur Eccleſiaſtici vigeſimo quarto. c. Qui elucidant me vitam æternam habebunt. Elucidatur autem ſacra ſcriptura in vera ipſius expoſitione, & in ſancta operatione: quia hæc ſcriptura, tanq̃ omnibus eminentior, continet perfectiones ſcientiæ practicæ & ſpeculatiuæ. Et ſic per veri cognitionem, & boni operationem, perducit ad vitam beatam. Quam nobis concedat qui ſine fine viuit & regnat.

## *PROLOGVS SECVNDVS de ienntione autoris & modo procedendi.*

VIDI IN DEXTERA ſedētis ſuper thronū librū ſcriptū intus & foris. Apocalypſis quinto. a. Sicut dictum eſt in prologo præcedēti, liber iſte eſt ſacra ſcriptura, qui dicitur ſcriptus exterius quantum ad ſenſum literalem, & interius quantum ad ſenſum myſticum, & ſpiritualem. Qui licet trifariam diuidatur in generali, vt prædictum eſt, & licet ſub quolibet membro poſſit fieri expoſitionum myſticarum multiplicatio in ſpeciali: omnes tamen præſupponunt ſenſum literalē tanq̃ fundamentum.

G

Vnde ſicut ædificium declinans à fundamento, diſponitur ad ruinam: ita expoſitio myſtica diſcrepans à ſenſu literali, reputanda eſt indecens & inepta, vel ſaltem minus decens cæteris paribus, & minus apta: & ideo volentibus proficere in ſtudio ſacræ ſcripturæ, neceſſarium eſt incipere ab intellectu ſenſus literalis: maxime cum ex ſolo ſenſu literali, & non ex myſtico, poſſit argumentum fieri ad probationem vel declarationem alicuius dubij: ſecūdum ꝙ dicit Auguſtinus in epiſtola contra Vincentium donatiſtam.

*Senſus literalis neceſſitas.*

*Literal' ſenſus obfuſcatio vnde acciderit tēpore moderno.*

¶Vlterius conſiderandum ꝙ ſenſus literalis, à quo eſt incipiendum, vt dictum eſt, videtur multū obfuſcatus diebus modernis: partim ſcriptorum vitio, qui propter ſimilitudinem literarum in multis locis aliter ſcripſerunt q̃ habeat veritas textus: partim imperitia aliquorum correctorum, qui in pluribus locis fecerunt puncta vbi non debent fieri: & verſus inceperunt vel terminauerunt, vbi non debent incipi & terminari. Et per hoc ſentētia literæ variatur, vt patebit in ſuis locis infra proſequendo, domino concedente, partim ex modo tranſlationis noſtræ, quæ in multis locis aliter habet, q̃ libri Hebraici: ſecundum ꝙ declarat Hieronymus in libro de hebraicis quæſtionibus, & in pluribus aliis locis: & alii expoſitores ſacræ ſcripturæ legendo vel ſcribendo idem dicunt: & tamen ſecundum Hieronymum in ſecundo prologo ſuper Geneſim, & in pluribus aliis locis, pro veritate literæ habenda in ſcriptura veteris teſtamenti recurrendū eſt ad codices Hebræorum. In hoc tamen valde cauendum eſt, quantum ad locos ſcripturæ veteris teſtamenti, qui de deitate Chriſti ac de conſequentibus ad hoc loquuntur. Quorum aliquos Iudæi corruperunt ad defenſionem ſui erroris, vt partim declaraui in quadam quæſtione de diuinitate Chriſti & declarabo plenius quando loci tales occurrent, domino concedente. In illis autem in quibus non eſt veriſimile ꝙ aliquid immutauerint, cum nec cauſam hoc faciendi habuerint, nullum videtur periculum, ſed magis ſecurum, ſecundum dictum beati Hieronymi in dubiis recurrere ad textum hebraicum, tanq̃ ad originale, pro veritate textus declaranda.

*Literal' ſenſus multū obumbratus eſt per modernos expoſitores.*

¶Sciendum etiā ꝙ ſenſus literalis eſt multum obumbratus, propter modum exponendi cōmuniter traditum ab aliis: qui licet multa bona dixerint, tamen parum tetigerunt literalem ſenſum: & ſenſus myſticos in tantum multiplicauerunt, ꝙ ſenſus literalis inter tot expoſitiones myſticas interceptus, partim ſuffocatur. Item textum in tot particulas diuiſerunt, & tot concordantias ad ſuum propoſitum induxerunt ꝙ intellectum & memoriam in parte confundunt, ab intellectu literalis ſenſus animum diſtrahentes.

H

*Expoſitionū extranearū euitatio.*

Hæc igitur & ſimilia vitare proponens cum dei adiutorio intendo circa literalem ſenſum inſiſtere, & paucas valde & breues expoſitiones myſticas aliquando interponere; licet raro. Similiter intendo non ſolum dicta doctorū catholicorum, ſed etiam hebraicorum, maxime Rabbi Salomonis qui inter doctores hebræos locutus eſt rationabilius, ad declarationem ſenſus literalis inducere. Aliqua etiam dicta Hebræorum valde abſurda aliquando, licet valde raro interponam: non ad tenendum ea, vel ſequendum: ſed vt per hæc appareat, quanta cecitas cōtigerit in Iſrael, ſecundum dictum Pauli apoſtoli ad Romanos vndecimo; propter quod etiā dictis Hebræorum non eſt inhærendum, niſi quantum rationi conſonant & literæ veritati. Item omiſſis prologis, à principio Geneſis incipiam. Tū quia reſiduum vitæ meæ non credo ad expoſitionem totius ſacræ ſcripturæ ſufficere, & ideo nolui in exponendis dictis beati Hieronymi: vel alterius cuiuſcunq̃ doctoris immorari. Tum quia dicti prologi parum faciunt ad intellectum librorum ſequentium, vt mihi videtur. Aliquorum tamen librorum prologos expoſui, ſuper quos ſcripſi, anteq̃ á libro geneſis inchoarem.

*Proteſtatio ſcribentis.*

Poſtremo, quia non ſum ita peritus in lingua hebraica vel latina, quin in multis poſſim deficere: idō ꝓteſtor ꝙ nihil intēdo dicere aſſertiue, ſeu determinatiue, niſi q̃tū ad ea quæ manifeſte determinata ſunt ꝑ ſacrā ſcripturā vel eccleſiæ autoritatem: cætera verò omnia accipiantur tanq̃ ſcolaſtice, & per modum exercitij dicta. Quapropter omnia dicta & dicenda ſuppono correctioni ſanctæ matris eccleſiæ: ac cuiuslibet ſapientis, pium lectorem, & charitatiuum flagitans correctorem.

*Septē regulæ exponēdi ſacrā ſcriturā obſeruandæ.*

¶Veruntamen anteq̃ deſcendam ad expoſitionem literæ, præmitto ſeptem regulas exponendi ſacram ſcripturam, quas tangit Iſidorus primo libro de ſummo bono: capite vigeſimo. Et vocantur iſtæ regulæ ab aliquibus claues, quia per eas intellectus ſcripturæ aperitur in multis.

*Prima.*

¶Prima eſt de domino Ieſu Chriſto & ei⁹ corpore myſtico, quod eſt eccleſia, quia propter connexionem capitis ad corpus ſacra ſcriptura ſub vno contextu quaſi ſub eadem perſona aliquando loquitur de vtroq̃: & de vno tranſiēs ad aliud. verbi gratia. Eſai. ſexageſimo primo. d. Induit me veſtimentis ſalutis, & indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decora-

A

tum

rum corona,& quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Quod enim dicitur hic:Quaſi ſponſum &c̃.intelligit̃ de chriſto.Et quod ſubditur,quaſi ſponſam &c̃.intelligitur de ipſa eccleſia. Similiter Canticorum primo.a.Oſculetur me oſculo oris ſui,quia meliora ſunt vbera tua vino,cum enim dicitur,oſculetur me &c̃.verbum eſt ſponſæ frui ſpoſo deſiderantis.& quod ſubditur, quia meliora ſunt vbera &c̃.verbum eſt ſpõſi ſponſam commendantis. Vnde in talibus ſic connexis ratione prædicta debet lector prudens attendere quid conueniat capiti,& quid corpori.

Secunda regula.

¶ Secunda regula eſt de corpore domini vero:& ſimulato.Eccleſia enim, quæ eſt corpus domini myſticum,vt prædictum eſt., eſt quaſi ſagena nondum tracta ad littus:& ideo habet malos permixtos cum bonis vſq; ad iudicium,in quo ſeparabuntur hi ab illis:& ideo in ſacra ſcriptura aliquando mali commendantur cum bonis quibus ſunt permixti:ſicut Oſee vndecimo.a.Puer Iſrael & dilexi eum.Et econuerſo aliquando boni vituperantur cum malis,ſicut Eſai.primo.a.Cognouit bos poſſeſſorem ſuũ, & aſinus præſepe domini ſui.Iſrael autem non me cognouit: & populus meus nõ intellexit. Aliquando etiam in eodem textu exprimitur,quid ad bonos pertineat,& quid ad malos, ſicut canticorum primo .b. dicitur. Nigra ſum,ſed formoſa,filiæ Hieruſalem,ſicut tabernacula cedar: ſicut pelles Salomonis.Verba ſunt ſponſæ, quæ ratione malorum in eccleſia contentorum dicit.Nigra ſum.ſed ratione bonorũ ſubdit:ſed formoſa.Et quod ſubditur(quaſi pro exemplo)ſicut tabernacula Cedar,ad malos refertur.Cedar enim fuit filius Hiſmaelis: vt habetur Geneſ. vigeſimo quinto,â quo deſcenderunt Saraceni.Quod autem ſubditur:ſicut pelles Salomonis, refertur ad bonos.Per Salomonem enim hic intelligitur ipſe deus ſecundum expoſitores catholicos:& hebræos,& ideo pelles eius dicuntur,quibus operiebatur tabernaculum,in quo boni colebant deũ.

Tertia reg.

¶ Tertia regula eſt de ſpiritu & litera,ſecundum q accipitur ſub eadem litera ſenſus hiſtoricus & myſticus,quia veritas hiſtoriæ eſt tenenda,& tamen ad ſpiritualem intellectum eſt referenda:hoc modo exponitur iſta litera communiter.Poteſt etiam aliter exponi:vt referatur ad ſenſum literalem tantum ſicut & aliæ.Circa quod cõſiderandum q eadem litera aliquando habet duplicem ſenſum literalem.Verbi gratia:primę Paralipo.xvij.c.dicit dominus de Salomone.Ego ero illi in patrem,& ipſe erit mihi in filium.Et intelligi

B

tur de Salomone ad literam,inquãtum fuit filius dei per adoptionem in iuuẽtute:propter quod Nathã propheta vocauit eũ amabilem domino,vt habetur ſecundi Regum.xij.c. Prædicta etiam autoritas:Ego ero illi in patrem &c̃.Inducitur ab apoſtolo ad Hebræ.primo.Tanq̃ dicta de chriſto ad literam:quod patet ex hoc, quia apoſtolus inducit eam ad probandũ q Chriſtus fuit maior angelis:talis autem probatio non poteſt fieri per ſenſum myſticũ, vt dicit Auguſti.cõtra Vincentium donatiſtam,vt ſupra allegatũ eſt.Prædicta enim autoritas impleta fuit ad literam in Salomone, minus tamen perfecte: quia fuit dei fili⁹ per gratiam ſolũ in Chriſto autem perfectius,qui eſt dei filius per naturã.Licet autẽ vtraq; expoſitio ſit literalis ſimpliciter,ſecunda tamen quæ eſt de Chriſto ſpiritualis & myſtica eſt ſecundum quid, inquantũ Salomon fuit figura Chriſti.

Quarta re.

¶ Quarta regula eſt de ſpecie & genere, ſiue de parte ac toto,cũ de vno trãſit ad aliud,& ecõuerſo,ſicut Eſai.decimo tertio.a.Primo loquitur contra Babylonem ſpecialiter:cum dicitur.Onus Babylonis &c̃.Et tranſit ad intelligendum verbum de toto mundo generaliter,per hoc quod ſubditur.A ſummitate cœli dominus & vaſa furoris eius,vt diſperdat omnem terram.Poſtea reuertitur ad loquendum contra Babylonem ſpecialiter,cũ dicitur.Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos Medos,qui argentum nõ quærant &c̃.quia Darius Medus cum Cyro nepote ſuo cepit Babyloniam:& interfecit Balthaſar regem Babylonis,vt habetur Danielis quinto.

Quinta regula.

¶ Quinta regula eſt de temporibus:quæ cõtingit quadrupliciter.Vno modo per ſynecdochẽ,quando ponitur pars tẽporis pro toto,ſicut in euangelio dicitur Chriſtus tribus diebus iacuiſſe in ſepulchro:& tamen prima dies & tertia non fuerũt integræ.Alio modo propter minutias temporis,quæ aliquando in ſcriptura computantur, & aliquando omittuntur. Et ſecundum hoc ſcriptura ſacra loquens de aliquo numero annorum in pluribus locis:aliquãdo in vno loco ponit plures annos minutias prædictas computando.In alio vero loco ponit pauciores,dictas minutias omittẽdo.Tertio modo cõtingit, in eo q cõputatio annorum incipit in vno loco à priori termino,in alio à poſteriori, ſicut Geneſis decimoquinto .c. dictũ fuit Abrahæ.Semen tuum futurum eſt peregrinum quadringentis annis. & Exodi duodecimo .f. De iſta peregrinatione dicitur, q manſio filiorum Iſrael in terra Aegypti fuit quadringentorum triginta annorum: quia computatio huius maioris numeri incipit à tempore, quo dictum fuit

C

Abrahæ: Geneſis.duodecimo .a.Egredere de terra tua &c̃. Computatio autem minoris numeri incipit â natiuitate Iſaac, quæ fuit triginta annis poſt egreſſum Abrahæ de Aran, vt plenius videbitur infra Exodi duodecimo. Quarto modo contingit, eo q ſcriptura ſacra loquitur de futuro per modũ præteriti, ſicut Eſai. nono.a.Paruulus natus eſt nobis &c̃. & hoc eſt ad denotandum certitudinẽ ꝓphetiæ, cui⁹ euentus de futuro eſt ita certus, ſicut ſi iam præteriiſſet.Et hoc eſt propter certitudinem diuinæ præſentiæ,ex qua fit reuelatio ipſi prophetæ.Aduertendum tamen, q talis modus loquẽdi nõ habet locũ, niſi in ꝓphetia prædeſtinatiõis, quæ eſt quando aliquod futurum cõtingens reuelatur ꝓphetæ, eo modo quo eſt in præſcientia dei,quæ infallibiliter futura intuetur ſicut pręſentia & pręterita.In prophetia vero comminationis nõ habet locum,quæ eſt quando aliqua pena reuelatur prophetæ infligenda populo,vel alicui perſonæ:non ſecũdum quod eſt in dei pręſcientia,ſed ſecundum ordinem cauſarum ſecundarum,vt pote ſecundũ demerita hominũ,ſicut eſt illa prophetia Ionę tertio.b. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Hanc enim ſubuerſionem meruerunt peccata illius ciuitatis.Veruntamẽ quia talis cauſa mutabilis eſt,ideo effectus aliquando non ſequitur, ſicut in ꝓpoſito,quia Niniuitæ egerunt pœnitẽtiam, & ſic domin⁹ nõ inflixit pœnam comminatam.

Sexta regu.

¶ Sexta regula eſt de recapitulatiõe & anticipatiõe.In ſacra.eñ ſcriptura nõ ſemp eodẽ ordine geſta & facta ſcribunt̃,quo fiunt:& ideo quãdo præponũtur poſteriora, dicitur anticipatio:quando autem fit econuerſo,dicitur recapitulatio.ſicut Geneſis decimo de filiis Noe dicit̃. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis:vnuſquiſq; ſecundum linguam ſuam &c̃.& infra eodem capitulo.Hi ſunt filij Cham in cognationibus & linguis & generationibus &c̃.Et poſtea vndecimo capi. dicitur.Erat autem terra labij vnius,& ſermonum eorundem. Ex quo patet,quod illud quod prædicitur de diuiſione linguarum, dicitur per anticipationem.Similiter Gene.ſecundo:poſtq̃ Moyſes primo capit.deſcripſerat creationem cœli & terræ, & diſtinctionem,& ornatum partium mundi,dicitur.Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ in die quo creati ſunt. Ex quo patet q hoc dicitur per recapitulationem.

Septima regula.

¶ Septima regula eſt de diabolo & eius corpore:ſecundum enim q dicit beatus Gregori. homel.decima. Certè iniquorum omniũ diabolus caput eſt, & huius capitis mẽbra ſunt omnes iniqui.Et ideo propter connexionem capitis ad membra,ſcriptura loquens de vno,in eodem contextu tranſit ad loquendum de alio,ſicut Eſaiæ decimo quarto ca.loquens de rege

D

Babylonis qui erat diaboli membrum, tranſit ad loquendum de principe demonum,cum ſubditur ibidem. Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer,qui mane oriebaris?Et Ezechiel. vigeſimo octauo capi.loquens de principe Tyri,tranſit ad loquendum de diabolo, cum ſubditur.Tu ſinaculum ſimilitudinis,plenus ſapientia,perfectus decore,in deliciis paradiſi dei fuiſti.His igitur præmiſſis de regulis ſeu clauibus exponendi ſacram ſcripturam,cum confidentia diuini adiutorij deſcendamus ad literam exponendam.

## PROLOGVS

### *eiuſdem Nicolai de Lyra in Moralitates bibliæ.*

VIDI IN DEXTERA ſedentis ſuper thronũ, librum ſcriptum intus & foris.Apocalypſis quĩto.a. Sedẽs ſuper thronum gloriæ eſt deus glorioſus: & ſublimis,regens vniuerſum,in cuius dextera eſt ſacra ſcriptura diuinitus data,ſecundum quod dicitur Deuteronomi. trigeſimo tertio.a.In dextera eius ignea lex. Lex enim veteris & noui teſtamenti bene dicitur ignea,quia reuelatione ſpiritusſancti(qui diuinus eſt ignis)fuit inſpirata. Et hæc ſcriptura bene dicitur liber ſcriptus intus & foris: foris quantum ad ſenſum literalem,intus verò quantum ad ſenſum myſticum,ſub litera latentem.Deus enim qui eſt autor huius ſcripturæ, non ſolũ vtitur vocibus ad aliquid ſignificandum,ſed etiam rebus per voces ſignificatis.Et ſic facta veteris teſtamenti ſignificauerũt ea quæ in nouo teſtamento fiunt.Sicut dicit apoſtolus primo corinthio. decimo.c.Omnia in figura contingebant illis. Senſus igitur, qui per voces ſignificatur,proprie dicitur literalis: ille verò qui per res ſignificatur,myſticus nominatur,& hic eſt triplex. quia ſi per talem modum ſignificetur aliquid pertinens ad credibilia, dicitur allegoricus.Si autem pertineat ad agibilia,dicitur moralis. Si autem ad ſperanda in beatitudine futura,dicitur anagogicus:ἀναγωγικὸς,id eſt,myſticus,nos in altum ducens.Vnde verſus.Litera geſta

Literalis ſenſus.

Moralis.

Myſticus.

# Prologus Additionum domini Pauli Burgenſis.

E ſta docet,quid credas allegoria.Moralis quid agas,quo tendas ana
gogia.Exemplum in hoc nomine Hieruſalem,quod ſecundum ſen
ſum literalem ſignificat quandam ciuitatem in terra Iudææ ſitam.
Et quoniam hæc ciuitas à deo fuit electa ad diuinum cultū , vt ha=
betur.iiij.Regum.xiiij.qui colitur in anima viri iuſti , & in eccleſia
militante,& etiam triumphante:ideo Hieruſalem ſecundū ſenſum
moralem in ſacra ſcriptura ſignat animam fidelem,ſecundū ſenſum
allegoricum eccleſiā militatē,& ſecundū ſenſum anagogicū eccleſiā

Quadruplex ſenſus ſacræ ſcripturæ.

triūphantem.¶Sciendū aūt,ꝙ licet ſacra ſcriptura habeat quadru
plicem ſenſum prædictū,hoc tamē nō eſt in qualibet ſui parte,ſecū
dum ꝙ dicit̃ in collationibꝰ patrū,collatiōe octaua. Nā alicubi ha=
bet tantū ſenſum literalē ſicut Deutero.ſexto.a. Audi Iſrael domi=
nus deus tuus,dominus vnus eſt. Diliges dominū deū tuū ex toto
corde &c̄.in iſtis em̄ & cōſimilibus nō eſt myſticus ſenſus requiren
dus. Alicubi verò nō habet literalem ſenſum ꝓprie loquēdo.Ver=
bi gratia,Iudicū.ix.b.Ierunt ligna vt vngerēt ſupra ſe regē &c̄. Et
Matt.v.c.Si manus tua ſcādalizat te,abſcinde eā, & proijce abs te.
Senſus enim literalis eſt proprie,qui per voces ſignificatur,vt prę=
dictum eſt,& talis ſenſus non eſt hic,nec in conſimilibus. Sequeret̃
enim ꝙ ſenſus ſacræ ſcripturæ eſſet falſus,quia ligna nunꝗ̃ hoc fe=
cerunt,nec facere potuerunt.Similiter ſaluator non monuit ꝙ ho=
mo manum ſibi abſcindat ad literā.Sed in iſtis eſt tantū ſenſus my=
ſticus qui per res ſignificatas intelligitur.Nam per ligna intelligun=

Parabolicꝰ ſenſus.

tur habitatores vrbis Sichen,qui fecerunt Abimelech ſuper ſe regē
vt ibidem in textu exponitur. & per manū abſcindendā , intelligit̃
amicus quātuncūꝗ̃ propinquus,prębens occaſionē ruinæ, & hu=
ius familiaritatē debet homo abſcindere à ſe. Quod aūt aliqui do=
ctores dicunt ſenſum parabolicū eſſe literalē,hoc eſt intelligendum
large loquēdo,quia vbi nō eſt ſenſus per voces ſignificatus,parabo
licus eſt primus:& ideo largè loquendo dicitur literalis, eò ꝙ litera
lis eſt primus quando nō eſt ibi alius:& ad hoc ſignificandum ipſi
dicunt parabolicum contineri ſub literali,& hoc modo loquendo
ego ſenſum parabolicum vocaui in pluribus locis literalem, ſcribē
do ſuper libros ſacræ ſcripturæ.Alicubi verò ſacra ſcriptura habet
ſenſum literalem & myſticū,ſicut in Gene.dicitur:ꝙ Abrahā duos
F filios habuit,ſcilicet Iſaac & Hiſmaelē:& hoc eſt verū ſecundū lite=
ralem ſenſum,& ſimiliter ſecundū myſticum.Nam per illos allego=
rice ſignificata fuerunt duo teſtamenta,vt dicit apoſtolus ad Gala.
iiij.Et eodem modo moraliter poſſunt ſignificari duo filij ſpiritua
les vnius pręlati,quorum vnus proficeret:& alter deficeret; & ana
gogicę angeli ſtantes & cadentes.Item ſicut dictum eſt,ſenſus myſti
cus eſt qui per res ſignificatur,& vnius rei ſubiectiuæ ſunt plures
proprietates reales,& aliquando valde diuerſæ:ideo vna res ſubie=
ctiuæ aliquando myſtice plura & diuerſa ſignificat.Sicut leo per ꝓ
prietatem cōſtantiæ, Chriſtū ſignificat.Apoca.v.b. Ecce vicit leo
de tribu Iuda,& per voracitatem ſignat diabolū.primæ Petr.v.c.
Aduerſariꝰ veſter diabolꝰ;tāꝗ̃ leo rugiēs,circuit quęrēs quē deuo=
ret.¶Poſtꝗ̃ autē ſacrā ſcripturā cū dei adiutorio expoſui ſecūdū
literalē ſenſum,& deus dedit mihi ſpaciū vitę confiſus de dei auxi=
lio propono eā iterū exponere ſecundū ſenſum myſticum , vbi eſt
miſticè exponēda,prout mihi dominus dabit:nō tamen intendo
omnes ſenſus myſticos ſcribere , nec per ſingula verba diſcurrere,
ſed aliqua breuiter ordinare, ad quæ lectores bibliæ ac p̄dicatores
verbi dei recurrere poterunt,prout & quando eis videbitur expe=
dire.Ne quis miretur ſi in expoſitione myſtica plura dimittā.Nam
hoc faciam propter breuitatē:& quoniā ſic fecerūt præcedentes ex
poſitores,& etiā Chriſtus qui Matthęi.xiij.b. & Marci.iiij.b.expo
nens parabolam ſeminātis,illud quod dicitur in fine:Dederunt fru
ctum,aliud centeſimū,aliud ſexageſimū,aliud triceſimū, inexpoſitū
dimiſit in alijs parabolarum expoſitionibus ſimiliter fecit ipſe Chri
ſtus.Igitur in nomine domini noſtri Ieſū Chriſti incipiam à libro
Geneſis:& per alios conſequenter diſcurram : quandiu dominus
donabit ſua gratia mihi vitam.

*ADDITIONES AD poſtillam magiſtri Nicolai de Lyra ſuper biblia:editæ à reuerendo patre domino Paulo de ſancta Maria magiſtro in theologia: epiſcopo Burgen. Archicancellario sereniſſimi principis domini Ioannis regis Caſtellæ & legionis incipiunt. Quas venerabili viuo Alfonſo legū doctori, decano cōpoſtellano filio ſuo ex legitimo matrimonio genito direxit:præmittēs ei prologū ſub forma ſequēti. Finiuit aūt eas anno domini.M.cccc.xxix. Quibus etiā inſertæ ſunt Replicæ magiſtri Mathiæ Doring, eiuſdē ordinis minorū fratris & theologi optimi prout clarius videbitur in proceſſu.*

QVID TIBI vis vt viuēs donē dile
ctiſſime fili:aut ſucceſſionis titulo poſt vitam G
relinquā:niſi qđ ad ſacrarū ſcripturarū noti=
ciā cōferat:& greſſus tuos in catholicæ veri=
tatis ſolidiſſimo feruore cōfirmet.Hęc eſt em̄
quam corde geſto,ac ore ꝓfiteor : & de qua
puto ſcriptū fuiſſe. Pater filijs notā faciet ve=
ritatē ſuā:quā cū ab ineūte ętate nō recepiſſem, ſed ſub Iudaicæ cę
citatis ꝑfidia natus,ſacras literas nō à ſacris doctoribꝰ didiciſſem,
ab erroneis magiſtris erroneos ſenſus trahebā,literā rectā nō rectis
cauillatiōibus(vt cęteri illius ꝑfidiæ duces)temerariæ inuoluere ſa=
tagēs.Cū vero placuit illi cuius miſericordia mēſurā nō habet, me
à tenebris ad lucē,à caliginoſa turbine ad ſerenū aerē euocare:ceci=
derūt quodāmō ſquamæ de oculis mētis meę:& cœpi ſcripturā ſa=
crā aliquāto ſtudioſius relegere,& iā nō ꝑfide ſed hūiliter veritatē
inquirere,& ingenij mei viribꝰ nō cōfidēs toto corde à dño poſtu
lare,vt qđ ſalubriꝰ aīę meæ eſſet,cordi meo infigere dignaret̃, no=
cte dieꝗ̃ eiꝰ auxiliū pręſtolabar.Sicꝗ̃ factū eſt,vt catholicæ fidei de=
ſiderium in mēte mea de die in diē fortiꝰ incādeſceret,quo ad ipſam
fidē quā corde gerebā,publice ꝓfiterer:& ea fere ętate qua tu nunc
es,baptiſmi ſacramētū in huiꝰ eccl'iæ ſacro fonte ſuſcepi,Pauli no=
mē aſſumēs,te nūc īfantiæ īnocētia gaudēte,ꝗ poſt me ī ętate illa te
nera ſacro lauacro ab originali culpa mūdatꝰ es,anteꝗ̃ actuali ing
nari valuiſſes nomē Alfonſi ſuſcipiēs,priuſꝗ̃ literas noīare nouiſ
ſes.Procedēte vero tp̄e ſacrarū lr̄arū ſtudio inſiſtēs , vtriuſꝗ̃ teſta=
mēti lectiōi operā dedi:& interdū à magiſtris viuētibꝰ audiēdo.Sę
pe ſctōrū doctorū aliorūꝗ̃ inſigniū virorū,ꝗ ab hac vita trāſierūt
opera relegēdo,diuina donāte clemētia:qui priꝰ fuerā magiſter er=
roris,factus ſum diſcipulꝰ veritatis:quouſꝗ̃ ad hāc quā vides ſene
ctutē acceſſi.Et vt verū tibi fatear,inter preſuras ſcl'i:& curię nr̄ę cu
ras,ꝗbus quādoꝗ̃ vētilatꝰ ſum,hæc fuit pręcipua delectatio mea:
hoc ſingulare ſolatiū meū,ęternū & imutabilē deū,eiuſꝗ̃ mirabilia
oꝑa in ſanctę & īmaculatę legis ſuæ lectiōe cōtēplari. Nec tñ hi ꝗ̃s
ꝓſperos vulgꝰ appellat ſucceſſus defuerūt.Nā me licet ꝓrſus īme=
ritū,nō ad ꝑuū eccl'iæ gradū diuina gr̄a ſubleuauit. Primo em̄ ad
Carthaginiēſem,deīde ad hāc Burgē.ſedē ꝓmotus, ampliſſimis ec H
cleſiæ dei fauoribꝰ ſum nutritꝰ,eccl'aſticis etiā ſecularia adiecta ſunt:
tamen tam in domo glorioſæ memorię iuſtiſſimi regis Currici, ꝗ̃
eius illuſtris plantæ inclyti regis noſtri prægrādi officio ſuſcepto,
ſatis familiariter ſum verſatus.Fratrē vero tuū primogenitum , ac
te ꝗ̃ clementer ꝗ̃ pie oīpotētis clemētia tractauit,ego nō referam,
voſipſi cognoſcite.Vnum eſt quod ſilētio cōmittere nō poſſum,
nobis ex Leuitico ſanguine deſcēndētibus aliquātulum demonſtra
tum fuiſſe,ꝙ ante tot ſecula ſcriptum eſt, tribui Leui nō fuiſſe da=
tam poſſeſſionem,quia dominus eſt poſſeſſio eius , deus enim eſt
poſſeſſio noſtra,Chriſtus hæreditas noſtra: qui purgaturus filios
Leui,vt ſacrificia domino in iuſticia offerrent,voce prophetica an
tiquitus prędicatos:his iā diebus manibus noſtris ſe ſacrificiū ve=
rum tractari permittit,vtinam ſic acceptans,ſicut & tolerans.Nec
volo iſta me putes ſuperuacue iactanterve inſeruiſſe,vitamꝗ̃ meā
fruſtra annunciaſſe tibi,cum non ſuperuacuum,quinimo neceſſa=
rium reor omnipotētis beneficia cognoſcere,& arrogantiæ attri=
buendum nō eſt,infirmitatis proprię aperta & inficta cōfeſſio,prę
ſertim cum tibi loquar à cuius memoria hæc excidere nullo vnꝗ̃ tē
pore vellē.Nec enim puto me ſatis gratum tantorū beneficiorū re
ceptorē agere,ſi cum vita mea illorum recognitio quieſcat. Tibi
autem nō ab re inter cæteros hæc libenter enarro,vt qui beneficio
ætatis nō vidiſti,ſaltē à patre audiēs memorię tradas,iunioribuſꝗ̃
qui forſan non audierunt,cum horum occurrerit ſermo:frequen=
ter enarres,vt & illi enarrent filijs ſuis ne obliuiſcantur operum do
mini,ſed legem eius exquirant.Cuius clariori exquiſitioni fili cha=
riſſime,cum non modicum conferant ſtudium & diſciplina , ad
quæ te(licet iurium doctrinis à pueritia occupatum)interdū anhe
lare conſpicio,& inter ſtudia iuris & diſceptationum forenſium
occupationes,vtriuſꝗ̃ teſtamenti ſpicas quaſi furtim ruminare tē=
tantem aliquo munuſculo excitare ſępe propoſui , deſideriumꝗ̃
tuum paterno fauore iuuare. ¶ Et quoniam inter innumerabilia
pene opera quorū varietate diuina ſcriptura circūdata refulget.
Poſtilla Nicolai de lyra tā ſui recētia ꝗ̃ digna celebritate clareſcit,
ꝗ vtrūꝗ̃ teſtamētū ſtudioſe diſcurrēs literalē ſenſum,ꝗ īter cęteros
pręcipuꝰ eſt copioſa luculētia tradidit,hāc tibi donare ꝓpoſui. Et
cū infirmitatis hūanę periculo detētus,dierū meorū finē ſuſpicarer

Memor

A Memor ſum illam tibi ex bibliotheca mea electam, iam bis prælegaſſe. Cum verò ſummi patris clementia vitã meam miſericorditer prolongauit, viſum mihi eſt, vt quod legare conceperã inter viuos non nudè donarẽ, ſed paterna additamenta paterno munuſculo cumularem, & in Gazophylacio eius qui vitæ dies addidit, etiã ſi modicũ aliquid ſuperadderẽ. Nec em̃ quia multa dare non poſſumus, manũ ex toto retrahere licet. Vnuſquiſq; em̃ tanti debitor eſt, quantũ ingenij ſui vires exoluere valent, nec quiſq; apud deum ſoluendo non eſt, cum vltra facultatẽ non petit, nec opulentior debito eſt, cum nihil habeat quod non receperit, ſed miſericordia eius his quę poſſumus cõtentatur. Iuſticia em̃ omnia quę valemus trãſcendit. Cum ergo poſtillã hanc diſcurriſſem, & ſi ſolẽniſsime & miranda copioſitate ſcriptã cõſpicio, quia tamẽ nullum opus humanum adeo pfectum eſt, quin ei ſuperaddi aliquid poſsit. Et de ſola ſcriptura diuina ſcriptũ eſt. Ne addas quicq; verbis illius, expedire putaui aliquibus in locis aliqua additare, in illis pmaxime, vbi ſanctorũ doctrinas aliquatenus prætermiſſas cõſpexi. Nec fuit propoſiti mei curioſe inquirere quid ſupplerẽ, ſed libenter ſine ſupplemẽtis trãſiui, niſi vbi ipſa me ſupplementa vocarũt. Quare nec volumẽ propoſui ſcribere, nec libri nominę gloriari, ſed poſtillã ipſam cũ paucis admodũ additionibus in margine trãſcriptis tibi donare, vt & ipſi nouicij ſtudẽtes facere ſolent qui cum librũ aliquem affectuoſe perlegunt, aliquibus gloſulis ſæpe manu propria cõſcriptis margines occupãt, vt firmius memorię quod legerint tradãt. Nondum tamẽ vt propoſui totã poſtillã diſcurrere valui. Tum ætatis pondere & paſsionũ illi adhærentiũ grauitate: Tum tarditate ingenij: Tum etiã occupationũ multitudine & humanorũ caſuum varietatibus obſiſtentibus quę his in partibus nonunq; abũdant. Sed licet aliqua ex parte nondũ pfecerim, quod trãſcurſum eſt cõfeſtim dono, reliquũ ſi deus cõpleri pmiſerit donaturus. Nec em̃ impfecti occaſione quod ſcriptũ erat, retinere volui, imo in quaſdã arras cõmercij noſtri illico tradere. Hoc eſt ergo fili mi teſtamentũ meũ, hi ſunt codicilli mei, hoc ex illis prælegatũ agnoſce, vt ĩ lege domini ſit volũtas tua, & in lege eius mediteris die ac nocte. Meditationẽ vero tuã, hæc & ſimilia relegẽdo, puriorẽ profecto & ſuauiorem efficies grauãter. Igitur donum hoc tui parentis accepta paterna affectione, & læta manu donatũ. Sed omittamus hæc, & omnipotẽtis dei cuius opus aggedimur, & à quo & cũ quo omnis ſapiẽtia fuit ſemp, & eſt ante æuum, auxilio humillimis precibus inuocato: quic-

B quid huic poſtillę addidimus, ſtilo plano & om̃i verborũ flore depoſito exprimentes, manum aratro iam ponamus.

Prou. 30. a.

*Super prologum primũ poſtillæ qui incipit: Hæc omnia liber uitæ. Similiter ſuper ſecundũ prologũ eiuſdẽ poſtillæ qui incipit: Vidi in dextera ſedẽtis ſuper thronũ &c.*

*Sequitur additio ſuper utrunq; prologum.*

Lr̃alis ſenſus an cęteris dignior.

QVONIAM intentio poſtillatoris præcipue verſatur circa ſenſum literalem, ideo ante omnia quærendũ videtur, vtrũ ſenſus literalis cæteris ſenſibus ſacrę ſcripturæ ſit dignior? & videtur q̃ nõ. Nam ſecundũ Apoſtolũ .ij. Corin. iij. b. Litera occidit, ſpũs autem viuificat. Sed ſenſus literalis proprie fundatur in litera. Senſus vero ſpũalis fundatur proprie ſupra ſignificationẽ ſpũalem, qua res ſignificatę p literã vlterius alias res ſignificãt, ergo ſenſus literalis ſacrę ſcripturę nõ viuificat, ſed occidit: & p cõſequẽs non eſt dignior cęteris ſenſibus. Præterea: dignior eſt doctrina quę habetur p ſenſus ſpũales, q̃ illa quę habetur p ſenſum literalẽ, ergo ſpũales ſenſus ſunt digniores. Tenet cõſequentia, quia quęcunq; ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt, ad Ro. xv. a. Aſſumptum probatur. Nam p ſenſum allegoricũ habentur quę ſunt credenda, quod ptinet ad fidẽ. Per ſenſum anagogicũ, quę ſunt ſperanda, qđ ptinet ad ſpem. Per ſenſum verò tropologicum quę ſunt agenda: quod ptinet ad charitatẽ. In qbus ſcilicet tribus virtutibus ꝓprie deus colit̃ ſecundũ Aug. Per ſenſum verò literalẽ habetur hiſtoria tm̃. Quod aũt per prædictos quatuor ſenſus intelligant̃ quatuor prædicta, patet p verſum allegatũ in ꝓlogo poſtillę, & eſt cõmunis ſentẽtia expoſitorũ, in quo verſu dicit̃. Litera geſta docet, quid credas allegoria. Tropologia qd agas, quid ſperes anagogia. Præterea ſcd'm philoſophũ .j. Poſterio. Vnũquodq; ꝓpter aliud & illud magis, ſed ſenſus lr̃alis eſt ꝓpter ſenſum ſpũalẽ, igit̃ ſenſus ſpũalis eſt dignior. cõſequẽtia tenet: & antecedẽs pro ſcd'a pte probat̃. Nam ſenſus literalis ſe habet ad ſenſus ſpũales, ſicut fundamentũ ad ędificiũ, ꝓut ponit poſtillator in ſecũdo ꝓlogo. Cõſtat aũt q̃ fundamentũ eſt ꝓpter ædificiũ & nõ ecõtra. Præterea, ſenſus literalis accipit̃ ſecundũ primã ſignificationẽ lr̃æ qua voces ſignificãt res, ꝓut cõmuniter tenet̃, & poſtillator, ponit in primo ꝓlogo, ſed ſcd'm primam ſignificationẽ qua voces res ſignificãt multa falſa repiuntur in ſacra ſcriptura, ſpecialiter attribuẽdo deo quod deo minime cõpetit, ſicut motus localis: vt Gene. xj. deſcendit deus vt videret ciuitatẽ & turrim &c̃. & ſic de multis alijs, quę tamẽ in ſenſu ſpũali nõ reperiũtur, ergo ſenſus literalis nõ eſt dignior. Pręterea illa quę ſunt interiora tam in corporalibus q̃ in ſpũalibus, exterioribus ſunt digniora.

C

In corporalibus em̃ illa in qbus principaliter cõſiſtit vita aĩalis ſunt in interioribus eius partibus ſicut cor. Idẽ etiam patet in ſpũalibus ſcilicet q̃ illa quę ſunt ĩteriora fortiora ſunt, & in dignitate potiora. ſicut patet in tabernaculo fœderis, in quo arca teſtamẽti ponebat̃ in loco interiori q dicit̃ ſanctaſanctorũ. Cętera verò in locis magis exterioribus ſcd'm gradum ſctitatis eorũ, vt patet Exo. xl. & iij. Reg. viij. Idẽ patet in ſacris eccleſię in qbus inuiſibilis gratia quę interius datur, dignior eſt q̃ viſibilis forma quę apparet exterius. Cum aũt ſenſus literalis dicitur ſcript' eſſe in libro foris, ſenſus vero miſticus intus, vt patet Apoc. v. a. ĩ autoritate allegata p poſtill. vbi dicit̃. Vidi in dextera ſedẽtis ſup thronũ librum ſcriptũ intus & foris. Cõſequẽs eſt q̃ ſenſus literalis ſit minoris dignitatis reſpectu ſenſus ſpũalis. Præterea noticia humana cõiter procedit à minus pfectis ad magis pfecta, prout patet nõ ſolũ in humanis ſcientiis quę ꝓcedunt à ſenſibus & particularibus, & terminãtur in ſummis rerũ cauſis, ſed etiã in his quę ad noticiã diuinorũ ptinẽt. Vnde Ro. i. c. Inuiſibilia dei à creatura mũdi p ea quę facta ſunt ĩtellecta cõſpiciũtur. Sed in ſtudio ſacrę ſcripturæ incipiendũ eſt ab intellectu ſenſus literalis, vt poſtillator dicit in ſumma, ergo ſenſus literalis nõ eſt dignior. Præterea ille ſenſus ſcripturæ debet dici dignior q alterius defectũ ſupplet, ſed ſenſus ſpũalis quãdoq; ſupplet defectũ literalis ſenſus. Dicit̃ em̃ Greg. in moral. Cum ordo hiſtoriæ deficit, ſeſe nobis intellect' myſticus quaſi aptis iã foribus oſtẽdit: ac ſi patẽter clamet, quia rationẽ literę defeciſſe cognoſcitis, reſtat vt ad ſpũalẽ ſenſum ſine dubitatione redeatis: ergo literalis ſenſus nõ eſt dignior q̃ ſpũalis. Sed cõtra. Senſus ille ad quem tm̃ ptinet honor ſacræ ſcripturæ, ꝓprie debitus, eſt cęteris ſenſibus virtuoſior ſeu dignior, cũ honor ſit pręcipuũ ſignũ virtutis, vt in .j. Ethi. Sed ſenſus literalis ſacrę ſcripturæ eſt hmõdi, ergo ſenſus literalis inter cęteros eſt dignior, minor patet non ſcd'm Aug. in ep'la ad Hiero. Solũ em̃ ſcripturarũ libris qui canonici appellant̃ hunc honorẽ didici deferre, vt nullũ autorẽ eorũ ſcribendo erraſſe aliqd firmiſsime credã. Cõſtat aũt q̃ hunc honorem non habet ſacra ſcriptura ſcd'm ſenſum ſpũalem, quia ſi ſic, ex tali ſenſu ſpũali poſſet ſumni efficax argumẽtum, quod eſſet contra Aug. in ep'la ad Vincentiũ donatiſtã dicentẽ, q̃ ex ſolo ſenſu literali argumentũ efficax ſumitur. In hac quęſtione ſex vident̃ conſiderãda. Primũ, quis dicẽdus ſit ſenſus ſacrę ſcripturæ literalis, & qs ſpũalis. Secũdũ, an quilibet paſſus ſeu textus ſacrę ſcripturæ exponatur quadruplici ſenſu ſupratacto. Tertiũ, an cuiuslibet paſſus ſeu text' ſacrę ſcripturæ ſit tm̃ vnus ſenſus lr̃alis, vel quãdoq; plẽs. Quartũ, poſito q̃ aliquãdo vn' textus ſeu vna autoritas ſacrę ſcripturæ habeat plẽs ſenſus literales, qs eorũ eſt alteri præferẽdus. Quintũ, an ex quolibet ſenſu literali poſsit ſumi efficax argumentũ. Sextũ, reſpondendũ eſt ad quęſtionẽ &c̃. ¶ Circa primũ ſcilicet qs dicẽdus ſit ſenſus ſacrę ſcripturæ literalis, & qs ſpũalis: Dicendũ q̃ ſenſus literalis quãdoq; dicit̃ ille ſcd'm quẽ aliqua hiſtoria narrat̃ ad literã. & hoc vident̃ ſonare verba Greg. in .iij. moral. quo de ſenſu literali loquẽs, dicit: Dũ narrat geſtũ prodit myſteriũ. Similiter & in verſu pręallegato dicit̃. Lr̃a geſta docet. Sed ſcd'm hoc ſola hiſtorialia ſacrę ſcripturę dicerent̃ habere ſenſum hiſtorialẽ vel lr̃alem, non aũt doctrinalia ſeu ꝓphetica & hmõi. Cũ in talibus non videt̃ narrari aliqua hiſtoria, ſed hoc eſt cõtra cõem ſñiam expoſitorũ qui cõiter autoritatib' ſacrę ſcripturę ſenſum lr̃alem attribuũt. Vnde aliter & magis ꝓprie dicit̃ ſenſus lr̃alis. ſ. ille q habet̃ per ſignificationẽ literę qua voces ſignificãt res. Ille aũt dicit̃ ſenſus ſpũalis, qui habet̃ p ſignificationes rerum ſignificatarũ p voces, prout in prima pte. q. i. arẽ. vlti. Et eſt ſentẽtia cõmunis quã ſequit̃ poſtillator in ꝓlogo. Sed attẽdendũ eſt q̃ p prædicta nõ habet̃ definitio ſeu deſcriptio adæquata ſenſus literalis, de quo hic agit̃. Sunt em̃ quędã in ſacra ſcriptura tradita, quæ ſi accipiãtur ſcd'm ſignificationẽ qua voces cõmuniter ſignificãt res, eſſent falſa: vt patet in locutionib' parabolicis & hmõi, vt infra patebit. Vnde addendũ eſt prædictis, q̃ ſenſus ſacrę ſcripturæ ad hoc q̃ literalis dicatur. Requiritur q̃ ſit intentus ab autore ſacræ ſcripturæ qui eſt deus. Cuius ratio eſt, nã ſenſus literalis cuiuſcunq; ſcripturæ eſt ille quem autor intendit, cũ voces ſint earum quę ſunt in anima paſsionũ notę: vt in prima Peri hermenias. Sed cõſtat q̃ autor ſacrę ſcripturę eſt deus, & ſic patet q̃ ſenſus literalis de quo agitur, eſt ille qui à deo intendit̃, & per voces in litera contentas ſignatur. Ex quibus ſequitur q̃ ſenſus literalis ſacrę ſcripturę nõ debet dici ille ſenſus qui in aliquo repugnat eccleſiæ autoritati ſeu determinationi

Oppoſitũ ꝓbatio.

D

Quis ſenſ' lr̃alis & qs ſpiritualis.

Philoſophus.

nationi,quantumcunꝫ talis ſenſus ſit conformis ſignificationi lite-
ræ,talis enim ſenſus non ſolum nō intenditur ab autore,ſed potius
eſt hęreticus.vnde Hiero. Quicūꝫ aliter ſcripturā intelligit,q̃ ſen-
ſus ſpiritusſancti efflagitat,à quo ſcripta eſt, hęreticus appellari po
E teſt; quod intelligitur de illo ꝗ ad hoc expoſitionē ſacrę ſcripturæ
retorquet,quod cōtrariatur ei quod ꝑ ſpiritūſanctum reuelatū eſt,
vt ſecūda ſecūdę.q.xi. ¶Sequitur etiā ꝙ nec habēdus eſt pro ſenſu
literali,ille ꝗ rationi rectę repugnat, talis em̄ ſenſus nō intēditur ab
autore ſcilicet deo qui eſt prima veritas, à quo omnis veritas deri
uatur,& ideo Augu.ſup Gen.ad literā,cum ſcriptura diuina multi
pliciter exponi poſsit , nulli expoſitioni aliqs ita præciſe inhęreat,
ꝙ ſi certa ratiōe cōſtiterit hoc eſſe falſum,ꝙ aliqs ſenſum ſcripturæ
hunc aſſerere præſumat.Ex hoc em̄ ſcriptura ab infidelibus deride
retur,& eis præcluderetur via credendi. Hæc illa.Idem etiam eſt di
cendū de ſenſu ſpūali ſacrę ſcripturæ, ꝗ per ſignificationē rerū per
voces in litera contētas ſignificatarū habetur ſcilicet ꝙ talis ſenſus
nō debet repugnare autoritati eccleſię, nec rectę rationi: quia ſi ſic
talis ſenſus ſpūalis nō eſſet attribuēdus ſacræ ſcripturæ,à deo( qui
eſt ſumma veritas)reuelatę. ¶Circa ſecundū,ſcilicet an quilibet paſ
ſus ſeu textus ſacrę ſcripturę exponatur quadruplici ſenſu ſuprata-
cto.Dicendū ꝙ non.Dicit em̄ Aug.ij. ſup Gen. In quibuſdā ſolus
ſenſus literalis quęrēdus eſt.Quod patet manifeſte.Sūt em̄ multa in
libris canonicis tam veteris teſtamēti q̃ noui,quę nō habēt niſi tm̄
modo ſenſum literalē. Quod patet in multis, & ſpecialiter in duo-
bus præceptis charitatis,in ꝗbus tota lex pēdet & prophetę, vt hr̄
Mat.xxij.d.Licet em̄ in his præceptis, ſcilicet: Diliges dn̄m deū tuū
ex toto corde tuo,& diliges proximū tuū ſicut teipſum. multa cō-
tineātur exponēda ſeu exponibilia, tam ad obiectū charitatis q̃ ad
eius actum interiorē ſeu exteriorem,q̃ etiam ad eius ordinē & alia
hmōi pertinentia,omnia tamē illa ptinent ad ſenſum literalē tamen
Non em̄ in hoc loco res ſignificatę per hanc vocē deus,ſeu ꝑ hanc
vocē proximus,& per hāc vocē diliges,iterū res alias ſignificant,à
quibus rebus ſic ſignatis ſenſus ſpūalis vlterius accipiatur:vnde to
tum quod in expoſitione horū præceptorū traditur,ad ſenſum lite
ralē eorū tantūmodo pertinet. Et ſic cōmuniter de aliis præceptis
moralibus veteris teſtamēti & multis aliis paſsibus quos cauſa bre
uitatis omitto. In euangeliis etiā multa tradūtur ꝗbus nō oportet
aſsignare ſenſum myſticū,ſed tm̄ literalem,ſicut in his quę tradūtur
vt præcepta,vt cū Ioā.xiiij.a.dicitur:Creditis in deū,& in me credi
te,& ſimilibus. Similiter in his quę dātur vt cōſilia, ſicut cū dicitur
Mat.xix.c. Si vis perfectus eſſe, vade & vende oīa quę habes & da
pauperibus.In quibus& ſimilibus nō eſt quęrēdus ſenſus ſpūalis,ꝗ
F ex rebus ſignatis ꝑ voces accipiatur,ſed tm̄ ſenſus literalis ꝗ ex ſigni
ficatione vocū accipitur, vt eſt manifeſtū. Similiter cū Luc. viij.b.
Chriſtus interpretat̄ parabolā ſuā,dicens: Semen eſt verbū dei &c̄.
magnifeſtū eſt ꝙ illa v̄ba interpretatiua nō oportet ꝙ habeāt alios
ſenſus ſpūales, cū ipſamet interpretatio ſit expoſitiua parabolę præ
cedētis.Similiter epiſtolæ Pauli quę vna de præcipuis partibus no
ui teſtamēti cenſeri debēt,ꝑ totū fere ſenſum literalē tantūmodo ha
bent.Loquitur em̄ ibi tanq̃ doctor vniuerſalis eccleſiæ,exponens
& cōcordās vtrūꝫ teſtamentū.Licet em̄ in ipſis epiſtolis profunda
& difficilia ad fidē pertinētia,& ad vtriuſꝫ teſtamenti declarationē
tradātur,nō tamen allegorice vel anagogice tradūtur,ſed tm̄ litera
liter. Ipſe em̄ hiſtorialiter loquēdo ſeu literaliter oſtēdit de quibuſ-
dam ſcripturis quō ſint intelligendæ in ſenſu ſpūali, vt cū Gal.iiij.
dicit de duobus filiis Abraæ quę ſunt ꝑ allegoriā dicta. Non ergo
verba Apoſtoli ſunt allegorizāda ſeu moralizāda & hmōi, ſed po
tius enucleanda; vt ex ipſis veri ſenſus literales extrahātur, ex ꝗbus
diſcurſiue procedēdo multa magna & profunda inferūtur argumē
tatiue, ſicut in aliis ſciētiis humanis ex certis & veris principiis mul
ta diſcurſiue inferūtur, prout in prima parte.q.j.ar.vij. quę quidē
omnia ad literalē ſenſum ptinēt,à quo recte deducūtur. ¶Et ſic pa
tet ꝙ nō quilibet paſſus ſacrę ſcripturæ quadruplici ſenſu ſit expo
nēdus.Sed prout ſanct9 Tho.notabiliter tradit. vij.quodlibeto.q.
xiiij.Sacra ſcriptura quādoꝫ eſt exponēda iſtis quattuor ſenſibus:
quādoꝫ tribus,quādoꝫ duobus,quādoꝫ vno tm̄.Vnde ea quę
ſecundū literalē ſenſum ad facta veteris teſtamēti ſpectant, poſſunt
quatuor ſenſibus exponi, ſimiliter ea quę ad literā de Chriſto capi
te dicūtur, poſſunt exponi literaliter de Chriſti geſtis, & allegorice
referēdo ea ad corpus eius myſticū,& moraliter eadē referendo ad
actus noſtros ꝗ ſecundū ipſum debēt regulari,& anagogice inquā
tū in ipſo Chriſto eſt nobis iter gloriæ demoſtratū.Illa aūt quę ſecū
dū literalē ſenſum dicūtur de eccleſia, poſſunt exponi moraliter &
anagogice.Ea verò quę ſcd'm literā moraliter dicūtur,nō cōſueue-
runt exponi niſi anagogice.Illa verò quę ſcd'm ſenſum literalē perti
nēt ad ſtatum glorię,nullo alio ſenſu cōſueta ſunt exponi,eo ꝙ ipſa
non eſt figura aliorū, ſed ab oībus aliis figurata. Quę quidē omnia
& alia ad hoc pertinentia, plenius in dicta quæſtione declarantur.
¶Circa

*An ꝗlibet paſſus ſacrę ſcripturę recipiat quadruplicē expoſitionē.*

¶Circa tertium,ſcilicet an cuiuslibet paſſus ſeu textus ſacrę ſcriptu
ræ ſit tantū vnus ſenſus literalis? Et videtur ꝙ non. Nam ſecundū
Auguſti.in lib.de vti.cre. Ad ſenſum literalē pertinēt tria: Quorū
primū eſt,cum litera ſimpliciter exponitur. & hunc dicit ſenſum hi
ſtoricū.Secundū eſt,cum cauſa huius quod in litera cōtinetur aſsi-
gnatur ſeu exponitur,quē ſenſum vocat Etymologicū. Tertiū eſt, G
cum veritas illius literæ oſtēditur veritati alterius ſcripturæ nō re-
pugnare:quē vocat anagogicū.Verbi gratia,cum legitur Gene.ij.
ca.Edificauit dominus deus coſtā quam tulerat de Adam in mulie
rem &c̄.Senſus hiſtoricus illius dicti eſt,cum ſimpliciter exponitur
quod in litera cōtinetur.Sēſus verò Etymologicus eſt,quādo red-
ditur cauſa quare de latere viri formata ſit mulier,& nō de alia par
te corporis. Similiter quare dormiēti & nō vigilanti ſubtracta ſit
coſta,prout tractatur in ſecundo diſ.xviij. Senſus verò Anagogi-
cus eſt,cū oſtenditur ꝙ veritas huius dicti nō repugnat veritati al-
terius ſcripturæ,vbi dicitur Gen.j.d.de Creatione hominis, Maſ-
culū & fœminam creauit eos.Ex qua litera apparet ꝙ ſimul in eō-
dem tēpore fuerunt maſculus & fœmina humanæ ſpeciei creatæ,
& non ſucceſsiuę,ſic vt fœmina eſſet poſt creationē maſculi de late
re eius ſubtracta. ¶Sed bene attēdenti, ex hac cōſideratione Aug.
non habetur ꝙ ſub ſenſu literali cōtinentur tria genera expoſitio-
num,ſic ꝙ quęlibet illarū ſit ſenſus literalis proprie. Sed prima ex-
poſitio eſt tm̄ ſenſus literalis.Secūda verò eſt redditiua cauſę ipſius
literalis ſenſus.Tertia verò eſt ſolutiua cōtrarietatis illius.Vnde ſe-
cunda & tertia expoſitio licet ptineant ad ſenſum literalē eo ꝙ per
eas magis ꝑficitur ſeu elucidatur,nō tamē ſunt ſenſus literales pro-
prie dicendi. De ꝗbus tribus generibus expoſitionū ad ſenſum lite
ralē pertinentiū poteſt intelligi illud.ij.Eſdræ.viij.b.vbi dicitur: Et
legerunt in libro legis dei aperte & diſtincte,& appoſuerunt ad in
telligendū.In hoc em̄ ꝙ dicitur, legerunt in libro aperte poteſt in-
telligi ipſa expoſitio literæ, quę eſt quaſi ianua omniū expoſitionū
ſequentiū, ſine cuius apertione nō poteſt quis recte intrare ad alias
expoſitiōes.Cum aūt dicitur:Et diſtincte, intelligitur ſenſus anago
gicus ab Augu.noiatus;quia ꝑ proprias & veras diſtinctiones ſol-
uuntur cōtrarietates,quę in ſacris ſcripturis quādoꝫ apparent. In
hoc aūt ꝙ ſequitur: Et appoſuerūt ad intelligendū. poteſt intelligi
noticia cauſę legis ſeu hiſtoriæ, vel alicuius dicti ſacræ ſcripturæ.
Cum em̄ intelligere ſit intus legere, ille qui per cognitionē effectus
deuenit ad noticiā cauſę, proprie dicitur intelligere, ꝗ quidē ſenſus H
vocatur ab Augu.etymologicus. ¶Sed vlterius attēdendū,ꝙ ſub
quolibet genere prędictarū trium expoſitionū ad literalem ſenſum
vt dictū eſt pertinētium,poſſunt eſſe multę ſpecies: Poteſt em̄ non
ſolum vna cauſa, ſed plures cauſę vnius dicti aſsignari, ſimiliter &
non ſolū vno modo ſoluere cōtrarietates,ſed pluribus:vt eſt mani
feſtū. ¶Item quātum ad ſimplicē expoſitionē ſcripturæ quę ex pri-
maria vocis ſignificatione cōſurgit, manifeſtum eſt ꝙ plures ſenſus
literales traduntur nō ſolum ab expoſitoribus ſeu ſcriptoribus cō-
muniter,ſed etiā à doctoribus ſanctis, vt patet Gen.j.in quo loco,
vt magiſter dicit in ſecūdo,di.xiij.Quidam ſanctorum patrum qui
verba dei atꝫ arcana ſcrutati ſunt, quaſi diuerſa vidētur ſcripſiſſe.
Et ſic patet ꝙ non cuiuslibet textus ſacræ ſcripturæ ſit tantū vnus
ſenſus literalis. ¶Si autem dicatur cōtra hoc, ꝙ licet diuerſi diuer-
ſos ſenſus attribuant alicui literæ ſacræ,non ex hoc ſequitur ꝙ ſint
plures ſenſus literales talis literæ,ſed tantū ille eſt literalis quē inten-
dit autor.Ad hoc dicendū ꝙ ſecundum ſanctum Thom̄.in prima
parte quęſtiōe prima quia autor ſacrę ſcripturæ deus eſt,qui ſimul
omnia ſuo ſimplici intellectu comprehendit,non eſt inconueniens,
vt Auguſtinus dicit in.iiij.confeſsi. ſi etiā ſecundū literalem ſenſum
ſacræ ſcripturæ plures ſint ſenſus, quod intelligendum eſt dum ta-
les ſenſus ſint literæ conformes, & ꝙ determinationi Eccleſiæ ſeu
rectæ rationi non repugnent, vt dictū eſt, ſimiliter & ꝙ ſint inui-
cem compoſsibiles.Cum autem contingat duos ſenſus literales ſe-
cum incompaſsibiles alicui ſacræ autoritati attribui, neceſſe eſt di-
cere ꝙ tantum alter eorum eſt literalis,ſicut cum Daniel.x.de prin-
cipe regni Perſarum traditur à beato Gregorio in moral. ꝙ eſſet
Angelus bonus qui regno Perſarum præſidebat. Alij verò di-
cunt oppoſitum, & ſic contingit in multis alijs. ¶Item attenden-
dum eſt, ꝙ ſenſus literalis ſacræ ſcripturæ tantæ capacitatis eſt ſeu
virtutis,ꝙ in eo continetur virtualiter omnia ad fidem ſeu bonos
mores & virtutes pertinentia. Vnde magiſter qui patrū ſententias
breui volumine cōpilauit, in cuius voluminis expoſitione docto-
res poſtremi ſeu ſcriptores omnia quodāmodo Theologica intro
duxerūt, in huius ſenſus literalis teſtimonijs totū ſuum opus funda
uit.Dicit em̄ in ſuo prologo ſic : Volumen deo præſtante cōpegi-
mus ex teſtimonijs veritatis in æternū fundatis.Cōſtat autē ꝙ teſti
monia veritatis in æternū fundata, ſunt teſtimonia ſacrę ſcripturæ
ſecūdū literalem ſenſum ſumpta, ex quo ſenſu ſolo teſtimoniū po-
teſt accipi ſeu argumentum ſecundū Augu.vbi ſupra. ¶Sed circa
hoc

*An cuiuslibet paſſus ſit tm̄ vnus ſenſus literalis.*

*Virtus ſeu capacitas literalis.*

A hoc conſiderandũ ꝙ nõ omnia quę ſecundũ ſenſum literalẽ ex ſacra ſcriptura habentur ſunt immediata, ſic ꝙ ex primaria literarũ ſignificatione intelligãtur, ſed requiritur quãdoq; additio alicuius veri, ex quo vero adiuncto ſenſui literali aliud verum deducatur. Sicut cũ Chriſtus. Lu. xx. g. ex teſtimonio literę dicẽtis, Deus Abraã, deus Iſaac, deus Iacob, concludit contra Saducęos, aliam vitã eſſe negantes hominum poſt pręſentẽ. Sic arguens: Eſt deus mortuorũ vel viuorũ. q. d. cũ ex ſenſu literali habemus de deo ꝙ ſit deus Abraã &c. Et ratio dictat, ꝙ deus dicitur eſſe deus reſpectu alicuius exiſtentis in rerum natura. Ergo ſequitur ꝙ Abraam & Iſaac eſſent in rerum natura quod negabant Saducęi. Conſtat aũt ꝙ hæc cõcluſio nõ deducitur ex ſenſu illius literę: Deus Abraã deus Iſaac &c. niſi addatur alia propoſitio vera ſupradicta, & ſic patet intẽtũ. Et põt etiã cõtingere, ꝙ talis cõcluſio ex vna deductiõe vel ex pluribus ſucceſſiuis ex ſacra litera cõcludatur, ſicut cõtingit in ſciẽtijs ſeu artibus humanis liberalibus, ꝙ aliquę concluſiones ſtatim à primis principijs naturaliter notis deducuntur. Alię verò ex multis medijs inuicem ordinatis, vt eſt manifeſtum. Senſus ergo literalis verus qui ex primaria ſignificatione literę cõſurgit, dicendus eſt primus ſenſus literalis. Alij verò ſubſequẽtes ſunt ſenſus ſecundarij, quorum certitudo à certitudine primi ſenſus depẽdet, qui ſenſibus ſecũdarijs eſt certior, ſicut prima principia naturaliter nota, cæteris ab eis deductis certiora ſunt. Quæ quidem cõſideratio attendenda eſt in multis paſſibus ſacrę ſcripturę. ℭ Circa quartũ ſcilicet Cum plures ſenſus de vna autoritate ſacrę ſcripturę literales traduntur, quis illorum alijs ſit pręferendus? Dicendũ ꝙ in hoc non videtur ꝙ poſsit dari vnica regula generalis: Sed ſunt quędã circa hoc conſideranda præſuppoſitis his quę ſupra in articulo primo de ſenſu literali dicũtur. Primũ eſt, ꝙ ille ſenſus videtur pręferẽdus, cuius ſentẽtia magis innititur rationi. Vnde in decretis di. xx. c. decretales: Quo eñ quiſq; magis ratiõi innititur, eo maioris autoritatis eius verba eſſe videtur. Item ſenſus ille videtur alijs pręferendus eſſe, qui magis cõſonat literę. Vnde ſecundũ Augu. in. ij. de doctrina Chriſtiana. Dubia ſunt determinãda ſecũdũ ſententiã quæ de ſcripturarũ planioribus locis accipitur. Cõſtat aũt ꝙ planiora loca ſunt illa quę planius literę cõſonat. Item pręferendus eſt cęteris paribus ſenſus literalis qui à ſanctis doctoribus traditur, cęteris ſenſibus ab alijs expoſitoribus traditis, vnde in decretis ca. allegato. Iñ ſacrarũ literarũ expoſitionibus ſancti doctores ſummis põtificibus pręponũtur, & à fortiori alijs ſcriptoribus.

Quis literalis ſenſus in exponẽdo ſit pręferẽdus

B Item vbi duo ſenſus literę habẽtur, quorum neuter repugnat eccleſię autoritati, nec rectę rationi, vnus tamen traditur à catholicis, & alius ab infidelibus, tunc præferendus eſt ſenſus catholicorũ: Tum quia magis pręſumẽdũ eſt, ꝙ illi q in gremio eccleſię ſunt, cui Chriſtus promiſit ſpiritũ veritatis, verũ intellectũ ſacrę ſcripturę habeãt q̃ infideles qui veritati fidei communiter aduerſantur: Tum ne ad hoc detur infidelibus occaſio nõ credendi, ꝙ ipſi melius ſacrã ſcripturã exponant q̃ catholici. Vnde Leo papa in quadã epiſtola ad Epiſcopum Alexandrinũ dicit, ꝙ inimici crucis Chriſti factis & verbis noſtris inſidiantur, ideo nullam eis vel tenuẽ occaſionẽ demus. Qua ratione videtur ꝙ cum aliqua litera ſacrę ſcripturæ eodẽ modo exponitur à catholicis & ab infidelibus, tunc autoritas talis expoſitionis attribuẽda eſt catholicis & nõ infidelibus ratione prædicta, præſertim ſi talis expoſitio prius emanauit à catholicis: Cuius contrariũ reperitur aliquo modo in poſtilla, ſicut patebit. j. Gen. j. vbi quęritur, quare in ſecũda die non dicitur: Et vidit deus ꝙ eſſet bonũ, ſicut in alijs diebus: Quia tamẽ vbi pluralitas ſenſuũ literaliũ occurrit raro cõtingit, ꝙ vnus prædictorũ ſenſuum cæteris præcellat ſecũdũ omnia dicta, ſed potius vnus illorũ ſenſuũ pręcellit vno modo, & alius alio. Idcirco in talibus videtur habere locũ illud ad Ro. xiiij. a. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet, ſalua ſemper ſanctorũ reuerentia & autoritate. ℭ Circa quintũ ſcilicet an ex quolibet ſenſu literali ſacræ ſcripturæ poſsit ſumi efficax argumentum? Dicendum ꝙ licet à ſolo ſenſu literali ſacræ ſcripturæ poſsit ſumi efficax argumentũ, vt patet per Augu. vbi ſupra, non tamen ex quolibet ſenſu literali ſacræ ſcripturæ ſumitur argumentum. Nam cum ſint multi textus in ſacra ſcriptura, qui diuerſimode etiam à ſanctis doctoribus exponũtur, vt ſupra articulo tertio, ſequitur ꝙ ex nullo talium ſenſuum poſsit ſumi efficax argumentum, quia ſic argueretur quaſi à diſiunctiua ad alteram partem. Bene tamẽ ſi huiuſmodi ſenſus diuerſi in aliquo concordant, poteſt ſumi inde efficax argumentum ſaltem ad hoc in quo concordant, ſicut Dan. ix. in computatione. lxx. hebdom adarum, vbi licet expoſitores tam Hebręi q̃ Latini diuerſimode ſe habeant, non ſolum in termino à quo hebdomadę habent initium, ſed etiam in progreſſu computationis, quia tamen ſecundum omnes terminus vltimus earum iam longe trãſiuit in præteritum, ideo ex ipſa autoritate argumentum efficax ſumitur ad concludendum Chriſtum iam veniſſe, vt ibidem patebit.

An ex quolibet ſenſu literali poſſit ſumi efficax argumentum.

ℭ Ex quibus ſequitur ꝙ cum ſenſus literalis ſacrę ſcripturæ in quibuſdam locis non ſit idem apud omnes, ideo poteſt contingere ꝙ ex aliquo ſenſu literali, poſſet ſumi argumentum validum contra quoſdam, puta cõtra tenentes eundem ſenſum literalem, ex quo tamen ſenſu non poteſt ſumi argumentum validum contra alios ſcilicet tenentes aliam expoſitionem ſeu ſenſum literalem, quę quidem diuerſitas ſæpius contingit inter nos & infideles. Sunt enim aliqui textus ſacræ ſcripturæ quorũ ſenſus qui eſt literalis, & verus apud catholicos, non ſufficit vt ex eo ſumatur efficax argumentum contra infideles ſeu hęreticos, ſed ex hoc nõ tollitur quin talis ſenſus catholicorum ſit verus & literalis apud catholicos cenſendus. Verbi gratia, cum pſalmiſta dicit: Verbo domini cœli firmati ſunt &c. Sẽſus verus & literalis apud catholicos eſt, ꝙ verbo domini, id eſt filio patris cœli ſunt firmati. Quæ quidẽ expoſitio apud catholicos eſt quaſi neceſſaria, etiã conſona huic quod dicitur Ioan. j. Et verbũ erat apud deum, & omnia per ipſum id eſt p verbũ facta ſunt. Sed ex hoc ſenſu non ſumitur argumentũ efficax cõtra infideles, nõ recipientes Euangeliũ: Illi enim nõ cõcedũt aliquã eſſe diſtinctionẽ realem in diuinis, ſic vt ſit aliqua diuina perſona æternaliter procedens ab alio per modũ verbi mentalis. vnde cũ dicitur: Verbo domini cœli firmati ſunt. Ipſi dicũt ꝙ hic loquitur pſalmiſta more humano: Sicut cum de mãdato alicuius domini aliqua fiũt, dicitur: ꝙ ſunt verbo eius facta. Sumitur tamen ex hac autoritate argumentũ validũ apud fideles circa diſtinctionem perſonarũ in diuinis prout in primò Sentẽtiarũ, di. ij. Ex quo ſequitur ꝙ catholic⁹ exponẽs iſtã autoritatẽ pſalmiſtæ debet eam catholice exponere, non curans an ex ea poſſet ſumi efficax argumentũ contra infideles trinitatem negantes, an non: quia nõ oportet ꝙ ex quolibet ſenſu literali argumẽtum ſumatur apud omnes, vt iam dictũ eſt. Quod tamẽ poſtillator in hoc loco & alijs nõnullis videtur obſeruare, vt in ſuis locis patebit. Videtur eñ æſtimare ꝙ non ſit ſenſus literalis, niſi ille à quo ſumitur argumentũ validũ etiã cõtra auerſarios, quod tamẽ nõ eſt ſic intelligendũ, vt dictũ eſt. ℭ Circa ſextũ ſcilicet reſpondẽdo ad principale quęſitũ videtur dicendũ, ꝙ ſenſus literalis poſsit cõparari ad alios ſenſus dupliciter. Vno modo vniuerſaliter ſcilicet reſpectu totius ſacrę ſcripturæ in cõmuni. Alio verò mõ particulariter ſcilicet ſecundũ quędã particularia loca ſacrę ſcripturæ. Si primò mõ cõparẽtur & accipiaẽ ſacra ſcriptura ꝓut eſt principaliter ſpeculatiua, tunc ſenſus literalis ſecundũ vnã cõſiderationẽ eſt eiuſdẽ dignitatis cũ alijs ſenſibus. Secũdũ verò aliã cõſiderationẽ eſt cęteris dignior.

C

Pſal. 32. b.

An ſenſus literalis pręſtantior ſit alijs.

D Ad quod ſciendũ ꝙ ſcientia ſpeculatiua dicit̃ alia dignior ex duobus. Vno mõ ex dignitate materię: Nã vt dicit philoſoph⁹ in. xj. de aĩalibus. Minimũ quod põt haberi de cognitione rerũ altiſsimarũ, deſiderabilius eſt q̃ certiſsima cognitio, quę habetur de minimis rebus. Et ſecundũ iſtã conſiderationẽ ſenſus literalis & ſenſus ſpũalis ſacrę ſcripturæ cõiter accepti, eiuſdẽ ſunt dignitatis. De eodẽ enim tractatur, ſecundũ vtrũq; ſenſum. ſ. de Deo & de creaturis, prout in deũ referãtur, prima pte. q. j. Alio verò mõ vna ſcientia dicitur dignior, alia ex certitudine, ſecundũ quã illa ſcientia dicitur dignior quę certior eſt, & ſecundũ hanc cõſideratiõnẽ manifeſtũ, ꝙ ſenſus literalis eſt dignior, cũ ſit cęteris certior. Tota enim certitudo aliorũ ſenſuũ ſacrę ſcripturæ à certitudine ſenſus literalis dependet. Vnde Auguſti. de doc. chriſtiana. Nihil eſt quod occulte in aliquo loco ſacrę ſcripturæ traditur, quod nõ alibi manifeſte exponatur. Cui⁹ ratio eſt: Nã ſpũalis expoſitio ſemp debet habere fulcimẽtũ ab aliqua literali expoſitiõe ſacræ ſcripturæ, prout in quodlibeto & quęſtiõe ſupra allegatis plene traditur. Si aũt comparetur ſenſus literalis ad alios ſenſus ſecundũ quędã particularia loca ſacrę ſcripturæ, ſic manifeſtũ eſt ꝙ in pluribus locis ſenſus ſpũalis eſt dignior, ex eo ꝙ de altiori materia tractat, ſicut cũ legitur de Abraã Gen. xxj. b. ꝙ duos filios habuit &c. Quod exponitur ab Apoſtolo, Gal. iiij. allegorice de duobus teſtamẽtis, vbi patet ꝙ ſenſus allegoricus ille dignior eſt q̃ ſenſus hiſtorialis illius literę, & idẽ patet de multis alijs. Si aũt accipiatur ſacra doctrina prout cõprehendit ſub ſe ſcientiam practicã, tunc etiã ſenſus literalis & ſpũalis duplici mõ cõparari poſſunt ſcilicet vniuerſaliter & particulariter vt dictũ eſt. Si primo modo, tũc ſenſus literalis & ſpũalis eiuſdẽ ſunt dignitatis. Illa eñ ſcientia practica ſeu ars dignior eſt, q̃ ad vlteriorẽ finẽ ordinat̃, vt ciuilis militari, vt in. j. Ethi. Cõſtat aũt ꝙ finis vltimus totius ſacræ doctrinæ in quantũ eſt practica, ſiue ſecundũ ſenſum literalẽ, ſiue ſcd'm ſenſum ſpũalem: eſt vnus & idẽ ſcilicet beatitudo ęterna. Si aũt cõparẽtur ſecũdo mõ ſcilicet ſcd'm ꝑticularia loca, tũc manifeſtũ eſt ꝙ in qbuſdã locis ſenſus ſpũalis eſt dignior, tanq̃ propinquior vltimo fini vt patet in multis præceptis cerimonialibus, ſicut cum dicitur Deute. xxv. a. Non ligabis os bouis triturãtis in area fruges tuas. Quod exponitur ab Apoſtolo. j. Corin. ix. ſpũaliter oſtendẽs ꝙ ſenſus præcepti illius literalis modicæ vtilitatis eſt, de quo dicit. Nunquid de bobus cura eſt deo? An ꝓpter nos vtiq; dicit? & ſic de multis alijs. Sunt etiam aliæ conſiderationes quibus ſenſus literalis præeminet ſen-

Speculatiua ſcia dignior dicit̃ altera dupliciter.

Senſus literalis aliorũ ſenſuũ fundamentũ & certificatio.

Senſus ſpiritualis ſenſu lrãli pręſtãtior eſt &c.

Senſus lrãl' & ſpũal' ſecũdũ diuerſam cõſiderationẽ ſcię variant̃.

E net ſenſibus ſpiritualibus: Quarum vna eſt ex parte extẽſionis. Sen-
ſus enim literalis extendit ſe ad quanlibet particulam ſacræ ſcriptu-
ræ, quilibet enim paſſus ſacræ ſcripturæ habet aliquem ſenſum li-
teralem. Senſus verò ſpirituales non ſe extendunt ad totam ſacram
ſcripturam, prout patet ex dictis in ſecundo articulo. ¶Alia verò
conſideratio eſt ex parte vniuerſalitatis. Senſus enim literalis com-
munior eſt ſeu vniuerſalior, quia etiam rudes qui ad intelligibilia
capienda non ſunt idonei, per ſenſum literalem capiunt ſpiritualia,
ſaltem ſub ſimilitudinibus corporalibus, prout in prima parte.q.
primæ arti.ix. Conſtat autem prout in.j. Ethico.ꝙ Bonum quanto
vniuerſalius tanto diuinius. ¶Ex hac igitur triplici conſideratio-

*Poſtillæ recommẽdatio ex trib⁹.*

ne, qua ſenſus literalis cæteris ſenſibus ſimpliciter comparatus eſt di-
gnior, poteſt quodãmodo accipi triplex ratio ad comendationem
huius poſtillæ ſcilicet magiſtri Nicolai. ¶Prima eſt ex parte ſenſus
literalis qui cæteris modo prædicto eſt dignior. Hæc enim poſtilla
inter alias quæ in communem vſum veniunt magis intendit litera-
lem ſenſum, cæteris ſenſibus prætermiſsis ſeu valde modicum tactis,
vt ipſe dicit in prologo. ¶Secunda ratio ex parte ſuæ extenſionis.
Fuerunt enim aliquæ poſtillæ ſolennes de certis ſeu ſingularibus li-
bris diuinæ ſcripturæ, quæ ſe non extenderunt ad omnes libros:
Hæc verò ſe extendit ad vtrunq; teſtamentum nihil inde præter-

*Poſtillæ famoſa diuulgatio.*

mittens. ¶Tertia verò ratio ex parte ſuæ vniuerſalitatis ſeu com-
munitatis. Hæc enim poſtilla ſaltem in his partibus Hiſpaniæ, & vt
credo Galliæ communior eſt cæteris citra gloſam ordinariam. Ad
iſtam enim recurrunt non ſolum Theologi, ſed etiam iuriſtæ, & alij
intellectum ſacræ ſcripturæ planum habere deſiderántes. ¶Sed li-
cet ex prædictis tribus hæc poſtilla ſimpliciter eſt commendanda,
ſunt tamen alia tria quibus videtur ſaltem in aliquibus locis minus

*Poſtillæ inſufficientia ex tribus.*

ſufficere. ¶Primum, quia expoſitiones ſanctorum in pluribus lo-
cis irrationabiliter videtur poſtponere propriæ expoſitioni, &
quandoq; etiam expoſitionibus Hebræorum, quod eſt inconue-
niẽs, vt dictum fuit in quarto articulo ſupradicto. Inter quos ſan-
ctos doctores pluries videtur impugnare irrationabiliter ſanctum
Thomam quandoq; expreſſe, quandoq; tacite, cuius ſancti docto-
ris eloquia firmiter credo eſſe igne charitatis examinata, & natura-
lis rationis dictamine multipliciter purgata: A quo etiam ſancto
doctore ipſe poſtillator multa frequenter accipit, licet eum non
F alleget niſi ſolum reprehendendo. ¶Secundum, quia in litera he-
braica ad quam pluries recurrit, non videtur fuiſſe ſufficienter eru-
ditus, quaſi illã in pueritia didiciſſet, ſed de illa videtur habuiſſe no-
ticiam quaſi ab alijs in ætate adulta mendicato ſuffragio acquiſi-
tam. Quod multum refert in pluribus ſacræ ſcripturæ paſsibus, vt
in ſui ſlocis patebit. ¶ Tertiũ, quia vt ipſe dicit in ſecũdo prologo
inter doctores hebraicos maxime inducit Ra. Sa. qui inter eos ra-
tionabilius ad declarationem ſenſus literalis vt aſſerit fuit locutus,
cuius oppoſitum eſt manifeſtum apud hebręos. Qui licet ipſum
Ra. Sa. reputent ſolennem doctorem in thalmudicis, non tamen in
his quæ pertinent ad fidei & ſacræ ſcripturæ expoſitionem, ſed po-
tius inter eos reputantur maiores ſeu ſolenniores in huiuſmodi ex-
poſitiõibus, quidam alij vt Ra. Moy. Aegypti⁹, & Rab. Moy. Ge-

*Poſtillę ſuppletio per Burgẽſem Addi.*

runden. & Rabbi Abenhazra, & alij prout iam videbitur. ¶Vt
igitur prædicta & quędam alia magis luceſcant, quod valde vtile
putatur, cõſiderans vniuerſalitatem huius poſtillæ ad quam etiam
infideles quandoq; recurrunt, & multoties non vt diſcant, ſed po-
tius vt reprehendant. Nam vt dicit magiſter in prologo. Diſſentiẽ-
tibus volũtatum motibus, diſſentiens quoq; fit animorum ſenſus,
cogitaui ex zelo diuinæ veritatis illam tranſcurrere, & vbi iuxta
modum imbecillitatis meę aliquid viſum fuerit additione egere, in
marginibus ſuperaddere, poſtillamq; ipſam cum additionibus tibi,
vt in præfatione dicebam, donare. Non tamen me putes vt corri-
gentem ſeu temerarie aſſerentẽ, quod abſit, ſed ſimpliciter tibi alijſq;
ſi hoc legerint proponentem, diffinitionem tamen eorum quę per
me dicuntur, & ad probationem ſeu reprobationem humiliter &
deuote relinquo determinationi ſacroſanctæ matris eccleſiæ & cu-

*Additionũ legendi modus.*

iuſcunq; melius ſentientis. Cum autem aliquam additionem huiuſ-
modi legere volueris, oportet vt prius videas ſententiam poſtillæ
in eodem paſſu ad plenum, nam quælibet additio ſententiam po-
ſtillatoris in eodem loco ſupponit præintelligendam. Nec ignoro
ꝙ non omnibus, ſcilicet qui forſam legerint hoc placebit opuſcu-
lum, ſed formido, vt iuxta Bernardum loquar, me ob hãc rem mul-
torum fore indignationi obnoxium, & ꝙ aliquando ſuperfluus,
aliquando iudicabor præſumptor. Sed quia non vt nouus expoſi-
tor auſus fuerim mittere manum, nec quicq; poſt patres quod ſit
contra patres, quinimmo pro patribus vt arbitror ſcripſi, ſed po-
tius modicum hoc quod videbis plano modo tradidi, profundo-
rum myſteria peritioribus relinquẽdo. Ceſſat vt æſtimo præſum-
ptionis reatus. Superfluitatis etiam vitium incurrere me non cre-
do, cum non tam intendiſſem ſacram exponere literam, quod iam
multi maiorum noſtrorum fecerunt, q̃ de eadem loquẽdo ſumere G
occaſionem: Tum vt ſeneſcentis ętatis meę deuotionem excitarem:
Tum vt te ad ſtudia noſtra monendo in aliquo adiuuarem: Tum
etiam quia tecum loqui delectabar, hanc materiam latius vtiliuſq;
inter colloquendum honeſtam vtilemq; putaui. Si quid tamen ſu-
perfluitatis pręſumptiõis ve, & ſi ego nõ ſentio, tu forſan repereris.
Solent enim nonnunq; aliqua vitia pręſertim ſpiritualia à ſuis poſ-
ſeſsoribus ignorari, quæ infinita clementia ſaluator dignetur igno-
ſcere, tu verò tolera patienter, zelum potius q̃ effectũ conſiderans.

*Reſponſio ad argumẽta.*

¶ Nunc autem ad quęſtionem propoſitam veniamus reſpõdẽdo
ad argumenta. ¶Ad primum dicendum, ꝙ Apoſtolus cum dicit,

*Sor. prima 2. Cori. 3. b.*

Litera occidit, ſpiritus autem viuificat, non intendit diſtinguere in-
ter ſenſum literalem & ſpiritualem de quibus hic agitur, ſed inter le-
gem veterem quæ fuerat data in literis ſcriptis ſcilicet in tabulis de-
calogi & in libris Moſaicę legis, & inter legem nouam quę fuit data
in ſpiritu ſcilicet in cordibus prout fuit prophetatum Hiere. xxxj.
Vnde lex vetus dicitur lex literæ, & lex noua, lex ſpiritus. Et quia te-
ſtamentum vetus cognitionem peccati dabat, ex qua augebatur cõ-
cupiſcentia occaſionaliter ex malicia humana, quæ ſemper nititur
in vetitum, non autem dabat gratiam qua homo adiuuaretur ad
implenda diuina præcepta. Idcirco dicit: Litera occidit ſcilicet, lex li-
teræ quę occaſionaliter occidit modo prędicto: Sed lex noua quæ
lex ſpiritus dicitur, viuificat, inquantum eſt lex gratiæ qua homo ad-

*Secunda.*

iuuatur ad implenda diuina præcepta. ¶Ad ſecundum dicendum,
ꝙ per ſenſum literalem non ſolum habetur hiſtoria tantum ſcilicet
rerum geſtarũ, ſed etiam quę ſunt agenda vt patet ex pręceptis cha-
ritatis, in quibus ſecũdum doctrinam Chriſti tota lex pendet. Simi-
liter per ſenſum literalem habentur quę ſunt credenda, vt de vnita-
te dei: Deutero. vj. c. Audi Iſrael deus tuus vnus eſt. Et de Trinitate
perſonarum, vt Matth. xxviij. d. Baptizantes eos in nomine patris
& filij & ſpiritusſancti, & ſic de alijs, ad fidem & ſpem pertinẽtibus,
vnde ſecũdum Thom. prima parte. q. j. arti. vlti. in reſponſione ad
primum argu. Nihil ſub ſpirituali ſenſu continetur fidei neceſſariũ,
quod ſcriptura per literalem ſenſum alicubi manifeſte non tradat.
Et eſt ſententia Auguſtini, de doctrina Chriſtiana. Hæc ille: Vnde
ex hoc ꝙ in quibuſdam locis ſacræ ſcripturæ ſenſus literalis ſolum
geſta docet. Non ſequitur ſimpliciter ꝙ per ſenſum literalẽ non ha-
beantur ea quę ſunt de neceſsitate ſalutis credenda, agenda, & ſperã-

*Tertia.*

da. ¶Ad tertium dicendum ꝙ fundamentum in ſpiritualibus ſæpe
dicitur eſſe nobilius ſeu dignius q̃ ædificium. Chriſtus enim qui cæ- H
teris ſuppoſitis eccleſiæ incomparabiliter dignior exiſtit, fundamen-
tum dicitur. Vnde. j. Corin. iij. e. Fundamentum aliud nemo poteſt
ponere pręter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Quod
dicitur ſecundum ſimilitudinem. Nam ſicut fundamentum in cor-
poralibus ſuſtineret ædificium & eſt prius eo, & ipſo deficiente ędi-
ficiũ tẽdit in ruinam, ſic in ędificio ſpirituali Chriſtus ſuſtinet totũ
corpus eccleſię, & eſt prior eo dignitate & cauſalitate, ſine quo ędi-
ficium eccleſiaſticum euacuaretur. Similiter ſuo modo dicendũ eſt
de ſenſu literali ſcilicet ꝙ eſt fundamentum, ſcilicet reſpectu aliorum
ſenſuũ ſecundũ quandam ſimilitudinẽ. Nam ſicut in edificio corpo-
rali fundamento ſublato ędificium tendit in ruinam, ſic totus ſenſus
ſpiritualis ſacrę ſcripturæ rueret ſenſu literali totaliter ſublato, cum
ſenſus ſpiritualis de his quę ad ſalutem pertinent fundari habeat in

*Quarta.*

ſenſu literali, vt dictum eſt. ¶Ad quartum dicendum, ꝙ in ſacra
ſcriptura multa traduntur parabolice ſeu metaphorice ſcilicet ſub
ſimilitudine rerum corporalium. Et hoc propter duo. Primò pro-
pter neceſsitatem. Secundò propter vtilitatem. Quia enim debilitas
cognitionis noſtræ quæ à ſenſu habet initium, diuina intelligere nõ
poteſt, niſi varietate ſacrorum velaminum circunuelata ſecundum
Diony. in. j. de cœleſti hierar. Idcirco neceſſe eſt ꝙ ſub talibus ſimi-
litudinibus diuina nobis tradantur. In quo etiam eſt quædam vtili-
tas ſcilicet rudes qui ad capienda intelligibilia non ſunt idonei, ſal-
tem ſub ſimilitudinibus corporalibus ſpiritualia proponantur.
Vnde ſaluator Matth. xiij. a. poſtq; propoſuit ſimilitudinem, dicẽs:
Exijt qui ſeminat &c̃. poſtea diſcipulis ait: Vobis datum eſt noſſe
myſterium regni, cæteris autem in parabolis &c̃. Vnde ſecundum
Tho. in prima parte. q. j. articu. vlti. in reſponſione ad tertium ar-
gumẽ. In talibus parabolicis locutionibus ſeu metaphoricis ſenſus
parabolicus ſub literali ſenſu continetur. Cuius ratio eſt. Nam per
voces ſignificatur aliquid proprie, aliquid figuratiue, nec in talibus
eſt ſenſus literalis ipſa figura, ſed illud quod eſt figuratum. Non er-
go cum ſcriptura nominat dei brachium, eſt literalis ſenſus, quaſi in
deo ſit membrum huiuſmodi corporale, ſed illud quod per mem-
brũ ſignificatur ſcilicet virtus operatiua. Et idem dicendũ eſt cum
dicitur deum deſcendere & hmõi, ſcilicet ꝙ non eſt ſenſus literalis,
ꝙ deus moueatur aliquo mõ, ſed ꝙ ad modũ deſcẽdentis operetur
prouidentiã ſuã rebus inferioribus applicãdo, & ſic patet ꝙ ſenſui
literali ſacrę ſcripturę ex talibus locutionibus nunq; põt ſubeſſe fal-
ſum.

A ſum. ❡ Ad quintū ſciendū, ꝙ ſi liber ſacræ ſcripturæ de quo Ezechielis.ij. & Apoca.v. dicatur, ſcriptus foris ratione ſenſus literalis qui dicitur eſſe potētior, eo ꝙ per voces immediate ſignificatur, & dicatˀ ſcriptus intus propter ſenſum myſticū, ſeu ſenſum ſpūalem q eſt latētior, nō tamē ex hoc ſeqtur ꝙ ſenſus literalis, ſit minoris dignitatis vniuerſaliter, ſed ſolū particulariter ſcilicet in illis locis ſeu paſsibus ſacrę ſcripturę in qbus cōcurrunt duo ſenſus, vnus ſcilicet ſpiritualis qui de altiori materia tractat ſeu vtiliori, & alius literalis qui tractat de rebus geſtis, quæ ſunt minoris dignitatis, vt dictū fuit ſupra. Sed ex hac conſideratione habetur ꝙ ſenſus literalis ſimpliciter loquendo ſit dignior, eo ꝙ eius notitia ſe extendit non ſolum ad ſapientes qui myſtica intelligunt, ſed etiam ad rudes, iuxta illud Roma.j.b. Sapientibus & inſipientibus debitor ſum. Ex quo manifeſte ſenſus ſacræ ſcripturæ dicitur ſcriptus intus & foris, etiā ſecundū ſenſum literalē tantū. Nam vt deductū fuit in tertio articulo huius quæſtionis de his quæ pertinent, ad ſenſum literalē quędam ſunt intimiora ꝗ̄ alia. ❡ Ad ſextū dicendū, ꝙ ſicut ſtudiū humanarū ſcientiarū incipit à principijs naturaliter notis, ſic ſtudium ſacræ ſcripturæ recte ordinatum incipit ab articulis fidei diuinitus in ſacra ſcriptura reuelatis, qui fundantur in ſenſu literali ſacræ ſcripturæ. Ex quibus articulis vna cum alijs in ſacra ſcriptura traditis ſeu per verā & rectā rationē inuentis proceditur ad aliqua alia probanda, ſicut Apoſtolus.j.Corin.xv. ex reſurrectione Chriſti arguit reſurrectionē cōmunem, & ꝑ iſtū proceſſum deuenitur ad omnia quæ in ſacra thæologia veraciter traduntur, quę oia reducūtur ad ſenſum literalē ipſius ſacræ ſcripturæ, vt dictū eſt. Ex quò patet ꝙ ſtudiū ſacræ ſcripturæ incipit ab intellectu ſenſus literalis ipſius primariæ ſumpto, & terminatur in his quę in eadē ſacra ſcriptura tradūtur vel deducūtur ex eis modo prędicto. Cætera aūt quæ ad ſenſum ſpirituatē ꝑtinent fundari habēt in prędictis, vt dictū eſt. Ex qbus patet excellētia ſenſus literalis inquantū in eo includūtur circa cognitionē diuinā quę eſt ꝑ fidē, tam illa quę ſe habēt in alijs ſciētijs vt intellectus.ſ. prima principia, ꝗ̄ illa quę ſe habēt vt ſciētia ſcilicet quę deducūtur à principijs, ꝙ etiā illa quę ſunt de ſummis cauſis rerum quę ꝑtinēt ad ſapientiā, vt in.iij. Ethic. Illud aūt qdˀ dicit Apoſtolus Ro.j.c. Inuiſibilia dei à creatura mūdi per ea quæ ſunt facta intellecta cōſpiciuntur, proprie intelligitur de his quę cognoſcuntur de deo per creaturas, vt philoſophi cognouerūt. vnde ibidem dicit. Quod notū eſt dei, manifeſtū eſt illis &c̄. ❡ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ ex illa autoritatæ Grego. non eſt intelligendū ſcilicet ꝙ ſenſus literalis ſacrę ſcripturæ ſcilicet qui ab autore intenditur deficiat in aliquo loco, vt vel falſum includat, vel aliqd penitus inutile. Primū enim eſſet infirmare totam autoritatē ſacræ ſcripturæ, vt Augu. dicit. Secundū cōtra apoſtolū ſic dicentē, Quæcunq; ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt. Sed quia ſenſus literalis acceptus à ſignificatione qua voces ſignificāt res quādoq; deficit, in tali caſu dicit Grego. ꝙ redeundū eſt ad ſignificationē qua res ꝑ voces ſignificatæ aliud vlterius ſignificāt, qdˀ pertinet ad myſticā expoſitionē. Et in talibus ſenſus literalis principaliter intellectus ab autore, nō eſt ille qui ꝑ ſignificationē vocū primariæ intelligitur, ſed potius ille qui vlterius ꝑ ſignificationem rerum ꝑ voces ſignificatarū habetur. Contingit aūt hoc in ſacra ſcriptura multipliciter. Primò in locutionibus parabolicis, vt dictum fuit in reſponſione ad quartum argumentū. Item cum ſcriptura loquēs de vnò ad literā tranſit ad aliud cuius eſt figura, vt patet in prima regula & vltima beati Iſidori, quæ ponūtur in ſecūdo prologo huius poſtillæ. Item cū aliqua hiſtoria ſecundū ſignificationē vocū tantūmō intellecta non inducit aliquā inſtructionē in fide ſeu in moribˀ vtilitatē, neq; etiā inducit ad aliquā honeſtatē in cōuerſatione humana, ſed potius videtur aliquam ſpeciem mali inducere ſeu approbare, & ideo in tali hiſtoria requirēdus, eſt neceſſario, ſenſus ſecundū myſticā ſignificationē accōmodus & vtilis ad aliquid prædictorū. Iuxta illud Eſa. xlviij.c. Ego dominˀ docēs te vtilia. Et hoc inſinuāt verba Grego. in prædicta autoritate cum dicit. Cum ordo hiſtoriæ deficit. Hiſtoria em̄ ſacra ordinatˀ ad noſtrā doctrinā. Cū aūt in hoc ſcdˀm ſignificationē vocū deficiat, cōſtat ꝙ ordo hiſtoriæ deficit, & ſic ſine dubitatione, redeundum eſt ad ſpiritualē ſenſum modo prædicto, qui in talibus habendus eſt pro literali. Cuius exemplum habetur. iij. Regum.j.a. in hiſtoria de Abiſac adducta ad Dauid in ſenectute ſua, prout Hiero. ibidem notabiliter exponit, vide ibi in additione ſecunda. Qui quidem defectus in ſenſu accepto ſecundū ſignificationē vocū tantū ſæpe contingit in ſacra ſcriptura modo prædicto. Vnde in talibus locis recurrendum eſt ad autoritatem beati Grego. ſupradictam, quæ valde attendenda eſt.

Marginal notes: Quintum. — Sextum. — Septimū. B

## *Copia cuiuſdam literæ, quæ contra determinationem prædictæ quæſtionis à quodam magiſtro in ſacra pagina de ordine minorum, autori additionum fuit miſſa.*

ALME PRAESVL, vt alter Symeon annoſus famoſus ſtudio diuinę legis, tuā emeritā ſenectutē obtuliſti quaſi ſacrificiū veſpertinū, in quo forſan reſponſum accepiſti à Spūſancto, non videre mortē niſi prius additionibus declaratiuis declarationes literales vtriuſq; teſtamēti elucidares, quaſi in te eſſet vena vitę & in lumine tuo lumē illius videretur, idcirco tibi laus & honor in eccleſia ſanctorū, ſacrā ſcripturā elucidantibus eſt cōceſſus. Et quoniā alme præſul, apex & paſtor, ſpeculū & agalma luciforme procœmialiter ītroductio tui operis, Additiōes nominati, ad manus mei pauperis fratris minoris ſuſpirātis fama primò, ſecūdo ſcriptura ꝑuenit. In quo cernēs mētis tuæ rectitudinē cōplanatā ramuſculo bonæ naturæ legis: quanta interſerit Paulus de theſaurizandis patribus filijs, nec minus terminū quęſtiōis qua quęrit tua ingenioſa ſolertia dignitatē literalis intelligētiæ abūdare alijs ſacrę ſcripturę ſenſibus. Pro cuiˀ parte cōtra: octo ratiōibus Achilleis fundamentū firmitatis quęſtionatæ veritatis agitaſti. Non modicū firmitatē eiuſdem ſolidando, in eo honoris virtuti debiti deciſionē aſsignādo ſub numero ſenario. In quibus oībus & ſi magna exuberat vtilitas, attamē non ingenioſa ſubtilitas mentē reficit eleuatā, nō faciat tuæ quæſtionis determinatio affirmatiua cū ſua ſolidatio potius oppoſitū concludat. Quoniā ſicut adoratio imaginis nō propter imaginē, ſed imaginatū fit, ſic reuerētia & honor literæ ꝓpter ſpiritū: & propter quod vnūquodq; & illud potius. Honor enim & reuerētia trāſit in prototypum. Non vrna aurea mānate plena, virga & tabulæ propter arcā fœderis, ſed arca propter talia reuerēda erat. Quid interiora niſi ſpiritualis intelligentia? Quid arca niſi litera proſpectatur? Quòd ad hoc diſtinctius Ezechielica viſio manifeſtat, cū pulchrius iſta depingit ſub metaphora rotæ in medio rotę. Rota in medio rotæ, litera gratiæ in litera legis, quibus nō concedit vitā, ſed ſpirituali intelligiētiæ, cum ſubiūgit: Et ſpūs vitæ erat in rotis. Hæc em̄ eſt vera vita, quā verbū vitæ cęcitati iudaicæ prędicauit, cum dixit: Scrutamini ſcripturas &c̄. Non ſatiat etiam primū deciſiōis, nec ſecundū, nec tertiū, nec quartū, nec quintū, imo nec ſextum, vbi agitur de cōparatione ſenſus literalis ad myſticū ſenſum, inter quos cōparatio, non eſt poſsibilis propter gradus diuerſarū ſpecierū, extra quod non cōtingit cōparatio propter intēſionē gradualē ſpecificæ naturæ. Quare ex his dependenter fallit motiuū triplicis cōſiderationis, qua ſenſus literalis alijs ſenſibus ſimpliciter cōparatus eſt dignior, ſcilicet ex parte extētionis. Fallit iſtud cū cuncta ſacra eloquia plena ſint dominicis ſacramentis. Hanc longiorē extēſionē ſpiritus literā cognouit Paulus cū dixit; Omnia in figura illis contingebāt, non ſolū ſcripta, ſed etiā quocunq; mō alio tradita. Et propter hoc etiā fallit ſecundū, videlicet ex parte vniuerſalitatis, qm̄ quāto aliquid vniuerſalius, tanto cōicabilius. Sēſus aūt literalis propter ſuā limitationē per doctores famoſos, & ſignāter ꝑ doctorem irrefragabile eſt incōicabilis. Non em̄ diuiditur, ſed bene myſticus multiplicatur. Et ponā multiplicationē doctoris, qm̄ inquit: aut refert mores aut fidē. Primò mō tropologicus, ſecūdò modo dupliciter, qm̄ vel fidem deitatis vel humanitatis. Si deitatis, anagogicus, ſi humanitatis, allegoricus. Tertiū aūt etiam fallit: quoniā dignitas iſtorum ſenſuū attenditur penes maiorē vtilitatē, quę cōſequitur maiorē certitudinē quantū eſt ex ſe. Non em̄ certitudo ſpūalis intelligentiæ eſt ſpeculationis, ſicut literalis intelligētiæ, ſed eſt certitudo experiētiæ & ſcdˀm affectū, & per modū guſtus: ꝑ ſpirationē & teſtimoniū ſpirituſſancti. Ex qbus nō cōſurgit ratio cōmendatiōis poſtillæ doctoris Nicolai, ſed cōfidendo de tui benigna conditione, cui me deuote cōmendo, æſtimo rationē ſuæ cōmendationis cōſurgere ex oppoſitis adiectiuis, qbus Nicolaū tam immerite reprehendere niteris, Cōmendatur em̄ quis ex proprio opere, quare ſententias doctorū poſtpoſuit quaſi imptinētes, & liquidē ꝑtinentes vt autorizaret opus ſuū eccleſiæ doctoribus à qua nō deuiauit. Nec probas, ꝙ dicis verba ſancti Tho. eſſe igne charitatis examinata, cum in pluribus ſuis determinationibus ſint impugnata per plures ingenioſos Theologos viros admirabiles, q ſi in corpore vel extra corpus ſcripſerint, deus ſcit. Cōmendatur ſecūdo, & ſi nō à proprietate ſermonis hebraici, quē non in lacte ſuxit, ſed à veritate ſententię, circa quā nō errauit immiſcēdo illā habitui theologico qui illū lactauit. Cōmēdatur tertio in eo, ꝙ inter oēs doctores hebraicos Ra. Sa. elegit, quoniā inter oēs illū meliorē theologū inuenit. Iſta ſic indigeſta tuæ digeſtę prudētiæ alme præſul ſcribo calamo breuiſsimo, cōmendās tuæ ingenioſæ ſcientiæ defectus calami ignari, attamē deo teſte tibi nūc pluſq; viuēti in ſeculo afficior, cū inter mortales ſis nūc virtuōſior, & tui reuerētia eſſet mihi opus tuū aſsidua diligētia ſi occurriſſet mihi ſua pręſentia. Viue cū gr̄ia, vt viuas ſemp in gloria.

Copia

Marginal notes: C — D — Senſus literalis alijs dignior. — Commendatiōis cauſæ vnde & quando ſumēdę ſunt.

*Copia reſponſionis ad prædictam epiſtolam.*

E VENERANDAE religionis vir, frater & amice chariſsime, literas tuas me recepiſſe recognoſco, in quarũ exordio me alterũ Symeonẽ vocas, cui in nullo me credo aſsimilari, niſi forte in ſenecta vtinam vberi. Sed illarũ proceſſu aliqualiter conſpecto, te potius vocaræ poſſem, alterũ Samaritanum. Oleum enim laudis cum vino reprehenſionis artificioſe ſatis attuliſti. De vtraqꝫ autẽ materia pluſqꝫ caſus requireret credo te attuliſſe. Non enim talẽ ac tantum me ſentio, qualẽ me ſcripſiſti, nec dicta mea de quibus agitur, inquantum ingenij mei modulus intelligere valet reprehenſione tua, cõdigna reperio. Si tamẽ ſunt libẽter correctionẽ recipiam. Non enim vanũ nomen acquirere, ſed veritatem inquirere, propoſiti mei eſt. Sed ꝑ hoc latius diſcurrẽdo, quãtum ad primũ, tuum beniuolũ erga perſonã meam affectũ à quo hmõi oleum emanaſſe cõcerno, gratũ habeo, & gratiarũ retributione æſtimo eſſe cõdignũ. De ſecũdo verò amplector libẽter effectũ. Ferrũ eñ ferro acuitur, & contrariorũ ſolutionibus veritas magis eluceſcit. Decreui aũt per ſingula argumẽta tua diſcurrere, & omni rhetorũ flore depoſito verbis planis quibus in ſcientiarũ inueſtigationibus vti ſolemus, ſingulis prout mihi videbiť reſpõdere, obiectiua verba tua in locis ſuis repetẽdo, vt omni cõfuſione ſemota: ſingulorũ veritas aptius innoteſcat. ¶ Dicis eñ primò de quæſtiõe mea in generali ſic: In qbus oibus & ſi magna exuberat vtilitas attamen nõ ingenioſa ſubtilitas mentẽ reficit eleuatã. ¶ Circa qđ non modicũ de tua diſcretione admiror. verba eñ quę in ſacrę ſcripturæ expoſitiõibus magnã exuberãt vtilitatẽ, quid ſi nõ reficiant mẽtẽ eleuatã? Quidã eñ prophetarũ ſcripſit: Ego dñs docens te vtilia.

Eſa.48.c.

Vnde nõ dixit ſubtilia ſeu ingenioſa, talia eñ quę vt dicit mẽtẽ eleuatã reficiũt, ſi contra vtilia diſtinguãtur, potius ꝑtinere videtur ad alta ſapere qꝫ ad ſobrietatẽ. ¶ Conſequẽter dicis ꝙ nõ ſatiat me queſtionis determinatio affirmatiua &c̃. Ex quo videť ꝙ non vidiſti, vel forte nõ attente cõſideraſti determinationẽ meã ſpecialiter in ſexto articulo reſpõſali, vbi manifeſte habetur ꝙ deciſio ſeu determinatio mea nõ fuit affirmatiua ſimpliciter, ſed diſtinctiua. Sũt eñ ibi tres diſtinctiões, ſecundũ quarũ vnã ſenſus literalis pręeminet, ſecundũ aliã verò eſt ęqualis dignitatis, & ſecundũ aliã etiã minoris dignitatis qꝫ ſenſus ſpiritualis. ¶ Conſequẽter dicis ꝙ reuerẽtia & honor literæ eſt ꝓpter ſpiritũ, quia ꝓpter quod vnũquodqꝫ & illud magis.

Philoſo.j. poſte.

F

Ex quo conaris cõcludere ꝙ ſenſus literalis honoratur propter ſpũalem. Ad qđ deducis exẽplũ de arca fœderis cui honor debebať ꝓpter cõtenta in ea: & nõ ecõtra. Frater mi chariſsime mihi videť te hic inuoluiſſe ſentẽtias. Si eñ ꝑ hoc ꝙ dicis litera, intelligis characteres in tabulis exꝑſſos, & ꝑ ſpiritũ intelligis ſenſum ꝑ eos ſignatũ, vtiqꝫ conceditur tibi: ſed nihil facit cõtra me argumẽtatio. Nã ſenſus literalis eſt qui primò ꝑ literã intelligitur, & ei debeť honor, potius qꝫ literę materiali. Si autem ꝑ hoc ꝙ dicis litera, intelligens ſenſum literalẽ, & ꝑ ſpiritũ ſenſum myſticũ ſeu ſpũalem, ſic diſtinguendũ eſt. Nã in quibuſdã locis ſacræ ſcripturæ, vt in hiſtorialibus veteris teſtamẽti ſeu cerimonialib⁹ & hmõi, dignior eſt ſenſus myſticus qꝫ literalis, vt in ſexto articulo reſpõſali quæſtionis prædictę fuit oſtẽſum, & in talibus põt habere locũ exemplũ prędictũ de arca fœderis. In alijs verò locis vbi ſenſus literalis ſolus ſcđm Auguſt. inquiritur, exẽplum prędictũ nullũ videť habere locũ, vt patet in materia ꝓpria de qua loqueris. In tabulis eñ teſtamenti quæ in arca fœderis cõcludebanť, nihil aliud cõtinebatur niſi præcepta decalogi, quę quidẽ præcepta nõ exponũtur principaliter ſeu cõiter, niſi, ſecundũ ſenſum literalẽ, ad quem oẽs expoſitiones eorũ quantumcunqꝫ multiplices reducũtur. ¶ Conſequenter deducis viſionẽ

Ezechi.1.d.

Ezechielis de rota in medio rotæ ad tuum propoſitũ oſtendendũ, quod manifeſte videtur nõ valere. Si enim hanc viſionẽ allegas ſecundũ literalẽ ſenſum, interroga magiſtrũ Nicolaum, qui literalẽ ſenſum maxime ſequitur, & dicet tibi ꝙ per quaternariũ numerũ animaliũ & rotarum in viſiõe Ezechielis, intelligitur quaternarius regnorũ ſuccedentiũ, ſcilicet Chaldæorum, Perſarũ, Græcorum, & Romanorũ, & ſic autoritas tua ſecundũ literalẽ ſenſum nihil facit cõtra me. Si autẽ eam allegas ſecũdũ ſenſum myſticũ ſeu ſpiritualẽ, vide Grego. qui hanc viſionẽ in Homel. ſuis ſuper Ezechielem eleganter expoſuit, qui rotã in medio rotæ nouum teſtamentũ in medio veteris expoſuit. Conſtat autẽ ꝙ in vtroqꝫ teſtamẽto & ꝑ cõſequẽs in vtraqꝫ rota inuenitur ſenſus literalis & ſpũalis. Sed dicis licet in vtroqꝫ teſtamẽto inuenitur ſenſus literalis & ſpũalis, vita tamen nõ cõceditur niſi ſpũali intelligẽtię, cũ ſubditur: Et ſpũs vitæ erat in rotis. Audi rogo ſi per ſpũalem intelligentiã ſolũ intelligeres ſpiritualẽ ſenſum ſeu myſticũ excluſo ſenſu literali, manifeſte deuiares à veritate ſacræ doctrinæ. ¶ Conſtat enim ꝙ omnia quæ de neceſsitate ſalutis traduntur credenda ſeu agenda in ſacra ſcriptura, ſub ſenſu literali reperiuntur. G Myſterium enim ſummæ Trinitatis & vnitatis: quod inter credenda ſummum tenet locum: in autoritatibus ſacræ ſcripturæ ſecundum ſenſum literalem intellectis fundatur. vnde Auguſtinus tractans de ordine ſeruando cum de trinitate agitur in. iiij. lib. de trinitate ſic dicit: primo contra autoritates ſacrarum ſcripturarum: vtrum fides ita ſe habeat demonſtrandũ eſt: deinde aduerſus garrulos &c. ¶ Conſtat autem ꝙ autoritates ſacrarum ſcripturarum: quæ nos obligant ad credendũ in myſterium ſanctæ trinitatis ſunt illæ: quæ ſecundum ſenſum literalem hoc dicunt: Tantũmodo enim à talibus ſumitur efficax argumentũ ſecundum eundem Auguſti. de doctrina Chriſtiana. Vnde omnia teſtimonia quæ à magiſtro in. j. di. ij. ad hoc myſterium fundãdum deducuntur, intelliguntur ſecundũ ſenſum literalẽ: vt ibidẽ patet. De myſterio autẽ incarnationis verbi patet, in cuius agnitione vita æterna conſiſtit. vnde: Hęc eſt vita æterna vt cognoſcãt te deum: & quẽ miſiſti filium tuũ &c. Ioan.17.a. manifeſtũ eſt ꝙ omnia circa hoc de neceſsitate ſalutis credenda, in ſenſu literali principaliter traduntur: vt Ioan.1.a. cum de incarnatione dicitur: Verbũ caro factum eſt. quod ſecundũ ſenſum literalem incarnationem veram ſignificat. De morte dicitur: Clamans voce magna expirauit. Mar.15.d. & ſic de alijs circa humanitatẽ Chriſti credendis: quæ omnia in ſenſu literali inueniuntur. Idem de creatione mundi & alijs articulis fidei, qui nobis proponuntur credendi: qui omnes ſub ſenſu literali inueniuntur, & ideo habet vim obligatoriam, vt dictum eſt. De his verò quæ agenda ſunt de neceſſitate ſalutis ſolum accipio illa duo manifeſta: in quibus tota lex pendet & prophetæ, ſecundum teſtimonium ſaluatoris, ſcilicet: Diliges dominum deum tuũ ex toto corde &c. Et: Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Matthæi 22.d. Iſta enim mandata non habent niſi ſenſum literalem. Non enim in hoc loco res ſignificatæ per hanc vocẽ deus, ſeu per hanc vocem proximũ, & per hanc vocẽ diliges, vlterius alias res ſignificãt, à quibus rebus ſic ſignificatis ſenſus alius accipiatur: vt eſt manifeſtum. Et attende ꝙ non ſolum prædicta quæ de neceſsitate ſalutis ſunt agenda: ſed etiã illa quæ ad ſtatũ perfectionis pertinent: & vt conſilia dantur habentur per ſenſum literalẽ. vt cum dicitur: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Mat.19.c. In quibus verbis ſecundum ſenſum literalem intellectis includuntur omnia illa quæ ad ſtatum perfectionis pertinent, vt eſt manifeſtum. Item doctrina ſacramentorum eccleſiæ quibus gratia iuſtificans datur ſeu agetur: Quæro per quem ſenſum datur nobis in ſcripturis? H Per literalẽ ſeu myſticum? Non eſt dubitabile ꝙ per literalẽ. Cum enim dicitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Mar.16.d. ſecundum ſenſum literalem inſtitutio ſacramenti baptiſmi intelligitur. Similiter cum dicitur: Caro mea verè eſt cibus, & qui manducat meam carnem &c. Ioan.6.f. ſecundum ſenſum literalem dictorum huiuſmodi habetur virtus ſeu efficacia ſacramenti euchariſtiæ. Similiter per ſenſum literalem huiuſmodi dicti. Confitemini alterutrũ peccata veſtra. Iaco.3.d. Sacramentum pœnitentiæ intelligimus. Quis ergo ſanæ mentis audeat dicere, ꝙ in ſenſu literali non eſt ſpiritus vitæ, cum in eo omnia credenda & agenda ad vitam ſpiritualem pertinentia tradantur? Sed forte diceres, ꝙ omnia prædicta etiam habentur in ſenſu myſtico. Nam per ſenſum allegoricum habentur ea quæ ſunt credenda, & per tropologicum quæ ſunt agenda. ¶ Ad quod dicendum ꝙ nihil ſub ſenſu ſpirituali continetur fidei vel moribus neceſſarium, quod ſcriptura alicubi per literalem ſenſum manifeſte non tradat. Vnde Auguſtinus ad Vincentium donatiſtam. Quis autem non imprudentiſsime nitatur aliquid in allegoria poſitum pro ſe adducere, niſi habeat etiam manifeſta teſtimonia, quorum lumine illuſtrentur obſcura? Sed vlterius de ſenſu myſtico videris dicere ſic: Hæc enim eſt vera vita, quam verbum vitæ cæcitati iudaicę prędicauit, cum dixit: Scrutamini ſcripturas in quibus putatis vos vitam æternã habere: Ioan.5.f. per hęc tua verba ſentio te æſtimare, ꝙ per ſcrutinium ſcripturarum à Chriſto præceptum iudęis, intelligitur ęis mandare vt de ſacris literis educerent ſeu extraherent ſenſum ſpiritualem ſeu myſticum, quod ſalua pace dixerim nullam continet veritatem. Audeo enim tibi frater dicere: Scrutare omnia ſacra Euangelia dei: & nunqꝫ reperies Chriſtum allegaſſe aliquam autoritatem ſacræ ſcripturæ vel diſcipulis erudiendis, aut Iudæis contradicentibus, ſeu etiam diabolo tentanti, niſi ſub ſenſu literali intellectam. Vnde & magiſter Nicolaus hoc recte conſiderans in tota poſtilla ſua veteris teſtamenti, vbi occurrit aliquis textus allegatus in nouo à Chriſto & à diſcipulis ſemper exponit eum ſecundum ſenſum literalem, intantum ꝙ etiam vel illud Pſalmiſtæ. Pſal.117.c. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. exponit intelligendum eſſe ſecundum ſenſum literalem de Chriſto, eo ꝙ chriſtus Iudæis illum textum de ſeipſo allegauit. Similiter omnes autoritates veteri teſtamento quas Apoſtolus allegat ad Eebre. j. ad probandam diuinitatem Chriſti, & alia eius myſteria

A ſteria conatur eos reducere ad ſenſum literalē quātumcūq; prima
facie habeant aliā apparentiā:quod eſt neceſſariū ad hoc qđ ſint
efficaces ad cōcludendū intentū: & ſic in alijs quibuſcūq; locis to
tius poſtillæ.Ex quo cōcludiť cōtra te, Ipſos eñ ſenſus mādabat
Chriſtus ſcrutari:de quibus ipſe quotidie docebat, prædicabat,
ſeu diſputabat:qui ſunt tantūmodo liberales:vt dictū eſt:& ideo
illud verbum Chriſti,Scrutamini ſcripturas,quod pro te allegas
ſecūdum magiſtrū prædictum,exponitur de myſterijs Chriſti,q̃
in ſacris ſcripturis ſecūdū ſenſum literalē intellectis reperiuntur.
Dicit eñ ſuper prædicto verbo,ſcilicet:Scrutamini ſcripturas. Io
an.v.f.Sic ſcriptura veteris teſtamenti deſignat tempus aduentus
eius:Geñ.penul.b.Nō auferetur ſceptrū de Iuda &c.& Danie,ix.
vbi determinatur aduentus ſancti ſanctorum ſub numero certo
hebdomadarum.Determinat etiā locum natiuitatis Mich.v.a.
Et tu Bethleem.Determinat etiam modum naſcendi Eſa.vij.Ec-
ce virgo concipiet.Et modum conuerſandi Zachar.ix.b.Ecce rex
tuus venit tibi.Et modum moriendi Eſa.liij.c.Sicut ouis ad occi
ſionem ducetur &c.Et breuiter omnia Chriſti myſteria in vete-
ri teſtamento inueniūtur expreſſa & in Chriſto cōpleta. Hæc ille.
Conſtat aūt omnes auctoritates prædictæ alegatæ per poſtillato
rem ſecūdū ſenſum literalē prædicta myſteria ſignificant.Et ſic pa
tet ꝙ cū dicitur:Scrutamini ſcripturas,referendū eſt ad ſenſum li
teralem:quod eſt intentū. ¶Sed fortè dices,ꝙ ſenſus literalis nō
indiget ſcrutinio.cū ex ſignificatis per vocem accipitur,& ſic ſta-
tim offert ſe intellectu.i. cū modico ſcrutinio ſeu rationis indagi
ne.vnde de hoc ſuperfluum videtur cecitati Iudaicæ Chriſtū præ
dicaſſe : Scrutamini ſcripturas : cum ipſi de hoc ſenſu ſatis edocti
fuiſſent.Non ſic frater mi,non ſic:Senſus enim literalis ſacræ ſcri
pturæ licet ex ſignificatis per vocem accipiatur,vt dicis:multi ta-
men in eius inuentione vel acquiſitione errauerunt tam in veteri
q̃ in nouo teſtamento.Cuius ratio eſt.Nam ſicut de vijs domini
quæ ſunt eius præcepta, ſeu conſilia,legitur per prophetam:Re-
ctæ ſunt viæ dñi,& iuſti ambulabunt in eis. præuaricatores autē
corruerunt in eis.Sic in ſenſu literali contingit:ſcilicet ꝙ licet ſit
rectus.i.planior,& iuſti:id eſt habentes lumen fidei ambulabūt in
eis:ſcilicet intentis & ſignificatis per ſenſum literalem fide adhærē
do:præuaricatores tamen,ſcilicet carentes huiuſmodi lumine,ſ.
fidei,corruerunt in eis.In veteri teſtamento Iudæi Chriſti contem
poranei circa huiuſmodi ſenſum literalem multipliciter errabāt:
ſicut & Moderni priorum ſuorū errorē ſequētes:vt in multis lo-
B cis euangelij patet.Vnde in præceptis decalogi,quæ ſunt princi-
palia inter legis præcepta:intantū errabāt ꝙ per præcepta de ob-
ſeruatione ſabbati intelligebant prohiberi ad literam,ne quis in
ſabbato proximū ſuum curaret:quod eſt inhumanū,de quo con
futabat eos Chriſtus oſtendens ꝙ licet in ſabbatis bene facere : di-
cens:Quis ex vobis qui habet vnam ouem : & ſi ceciderit in ſab-
batis &c.Similiter in homicidio non intelligebant prohiberi niſi
occiſionē corporis humani:quibus aperuit dñs ſenſum : aſſerens
omnē iniquum motū ad nocendū fratri in homicidij genere de-
bere deputari.Hoc idem declarat Auguſt.contra Fauſtum de oī
bus illis de quibus dicitur in euangelio: Audiſtis quia dictum eſt
antiquis.¶ Errabant etiam circa præceptū de honoratione parē
tum:irritum facientes dei mandatum propter traditionem ſuam
vt teſtificatur Matth.xv.& Marci.vij.Qua ratione oſtendit de eis
dictum fuiſſe per Eſaiam:Populus hic labijs me honorat &c. Su-
per quo & alijs erroribus,quibus adhærebant in ſenſu literali ſa-
cræ ſcripturæ deficientes de eis ibidem cōcludit:Cæci ſunt & du-
ces cæcorū.Vnde cæcitas Iudaica quam Chriſtus reprobat circa
falſum intellectum ſenſus literalis conſiſtit. Patet etiam hoc per
prædictas auctoritates veteris teſtamenti:quas poſtillator allega
uit ſuper illud verbum:Scrutamini ſcripturas:quæ quidē aucto-
ritates ſecūdū verū ſenſum literalē myſteria Chriſti ſignificant:vt
ſupra dictū eſt.Quē quidē ſenſum literalē Iudęi multifariè peruer
tentes veritatem fidei per eas expreſſam non verētur negare.vnde
Ioan.5.c. rectè eis dicitur:Scrutamini ſcripturas.i.diligenter attendite verū
ſenſum literalē in eis contentū.¶Itē attēdendū ꝙ quia inter præ
dictos errores periculoſior erat error circa cognitionē Chriſti cir
ca quā pertinaciſsimè ſe habebāt.Teſtať eñ Lucas ꝙ cū eis ſemel
in ſynagoga illud Eſaię.lxj.a.Spūs domini ſuper me:propter qđ
vnxit me euangelizare pauperib⁹&c.exponeret de ſeipſo fuiſſe di
ctū,finaliter eiecerunt illū extra ciuitatē vt præcipitarent eū,meri
to igitur talib⁹ Chriſtus dicebat:Scrutamini ſcriptu.quia ſi taliū
ſcripturarū ſenſum literalem verū habuiſſent,teſtimoniū verum
inueniſſent de Chriſto,& ideo ſubiungit.Illæ ſunt quæ teſtimo-
niū phibēt de me.Teſtimoniū aūt à ſacra ſcriptura nō habeť certū
niſi ex ſenſu lr̃ali:vt Aug.in multis locis teſtať.Idē patet in nouo
teſtamen.Niſi Arrius verum literalē ſenſum habuiſſet huius di-
cti.Ego & pater vnum ſumus.Hanc aūt vnitatem intelligēdo in C
diuina natura.Similiter & huius dicti.Pr̃ maior me eſt,verū intel
lectum habuiſſet intelligendo maioritatē reſpectu naturę aſſum
ptæ,nō corruiſſet in hæreſim ſuā dānatā.Sed quia prædicta ali-
ter intellexit ad literā q̃ catholici ſpūſancto illuminati intellexe-
rūt,lapſus eſt in laqueū.Et ſic patet ꝙ circa verū intellectū lr̃alem
euāgelij pdictus error cōſiſtit:& ſic ītelligēdū eſt de alijs : Ex quo
patet intētū.Vlteri⁹ dicis ꝙ nō ſatiat te primū deciſionis meę, nec
ſecūdū:nec tertiū:nec quartū :nec quītū.Circa qđ oſtēdiſſes rōnē
tuæ inſatietatis,fortè ſatiſfieret tibi.Sed quia ꝑtermiſiſti aſsigna-
re rationē,nullā tibi do reſpōſionē:niſi qđ cauendū eſt ab inſatia
bilitate cordis,quæ in ſacris ſcripturis reprobať.Circa ſextū.quia
ibi declaraſti mentem tuam:merito reſpōdendū eſt tibi.Dicis pri
mo ꝙ inter ſenſum literalē & myſticū non eſt poſsibilis compa-
ratio.Quod valde irrationabiliter dictū reputo. Tum quia tu
ipſe prædictos ſenſus cōparas adinuicē:aſſerēs eñ ꝙ ſenſus myſti
cus eſt dignior,& per cōſequēs ſunt comparabiles per te.Tū quia
nullus rationabiliter negare poſſet creatorem eſſe digniorē crea-
tura.Diſtantia aūt inter creatorē & creaturam excedit quācunq;
diſtantiam inter res creatas,vt eſt manifeſtū.Tū etiā quia iſti duo
ſenſus de quibus agimus ſunt ſpecies ſub genere expoſitionis ſa-
cræ ſcripturæ cōtentæ,vt patet per oēs doctores de hoc loquen-
tes,vt Bedam,Aug.& alios.Nihil enim prohibet ꝙ ſicut dicim⁹
ſpeciem humanam eſſe digniorem brutali ſeu irrationali, ſic ꝙ
vnus ſenſus exponendi ſacram ſcripturā ſit altero dignior.¶Cō
ſequēter quia dixerā in cōcluſione ꝙ ſenſus literalis eſſet dignior
ex parte extēſionis,eo ꝙ quælibet ꝓpoſitio ſacrę ſcripturę habet
ſenſum literalē verū.Senſus vero myſtici nō ſe extēdūt ad totam
ſacrā ſcripturā.cōtra quos dicis ſic:Fallit iſtud cū cuncta ſacra elo
quia plena ſint dñicis ſacramentis, hic videris inuoluere ſenten-
tias per acceptionē huius dicti ſacramentum.Si eñ acciperes ſa-
cramentū propriè vt ſignificet ſacramenta nouę legis & etiā vete
ris:ſic falſum aſſumeres.Multa enim ſunt eloquia diuina,in qui-
bus fit mentio de ſacramentis,in quocūq; ſenſu talia eloquia ſu-
mātur.Si autem per ſacramentum intelligas ſacrum ſecretum,vt
per hoc intelligatur ſenſus myſticus,ſic etiam aſſumeres falſum.
Oſtenſum eſt eñ in ſecundo articulo quæſtiōis de qua agitur, ꝙ
ſunt multa in ſacra ſcriptura,in quib⁹ ſolus ſenſus literalis eſt q̃-
rendus:Et eſt ſententia Aug.ſuper Geñ.ad literā.Si aūt per ſacra- D
mentū intelligis quācūq; ſacram doctrinā,ſic verum dicis.Sed ni
hil facit contra me,quia in illis paſſibus in quibus ſolus ſenſus li
teralis quærendus eſt,ſunt multa ſacra documenta de fide ſeu mo
ribus,prout deductū fuit ſupra.& ſic patet ꝙ extenſio ſenſus lite
ralis ſtat in ſuo vigore,ſed ad ꝓbationē tui aſſumpti.ſ. ꝙ ſenſus
myſtici extendantur ad totam ſacrā ſcripturam,ſic allegas. Hanc 1.Co.10.b.
extenſionē ſpiritus ſupra literam cognouit Paulus cū dixit : Oīa
in figuris contingebant illis,non ſolum ſcripta,ſed etiā quocūq;
alio modo tradita.Hæc auctoritas Pauli,ſi bene attendas,nihil fa
cit cōtra me.Loquitur enim ibi de geſtis populi tantum ſub an-
tiquo teſtamēto degentis,quorū vita erat prophetica.Vnde nar
ratis in eodē capitulo quibuſdā eorum geſtis,tam in tranſitu ma
ris q̃ ſub nube & huiuſmodi,cōcludit,Hæc aūt omnia continge
bant illis in figura.Non enim dixit ſolum,omnia contingebant,
ſed cum hac additione:Hæc aūt oīa,vt oſtenderet ſe de illis & ſi-
milibus tantū modo loqui.Similiter nō dicitur ꝙ oīa dicebātur
illis in figura,ſed cōtingebāt,in quo manifeſtè oſtendit ꝙ loquiť
de geſtis cōtingentib⁹,nō aūt reuelatis ſeu præceptis eiſdē, Nun-
quid qđ diciť in veteri lege:Audi Iſrael deus tuus vnus eſt,cōtin-
gebat eis in figura.vel quod diciť:Diliges dñm deum tuū ex toto
corde tuo,& hmōi,& ſic de ſimilibus:Abſit:ibi eñ ſolus literalis
ſenſus eſt quærendus ſecundum ſentētiam Aug. Et ex hac conſi-
deratione clarius patet præeminētia ſenſus literalis ſecūdū exten Deute.6.a.
ſionē.Extendit eñ ſe ad auctoritates notabiliores & excellētiores
ſacræ ſcripturæ,de quibus dictū eſt ſupra in quibus auctoritati-
bus myſtic⁹ ſenſus nō habet locū.¶Cōſequenter dicis ꝙ ſenſus
literalis nō eſt vniuerſalior,quia de quāto aliqd eſt vniuerſalius,
tāto cōmunicabilius,ſed ſenſus literalis ꝑpter ſuā limitationem
& ſignanter per doctorē irrefragabilē eſt incōmunicabilis,eo ꝙ
nō diuidiť,ſed bene myſticus multiplicatur.¶ Attende frater ro
go,ſi cōparas ſenſus ſacræ ſcripturæ adinuicē ſecundū eorū limi-
tationē ad materias de quibus agūt manifeſtū eſt ꝙ quilibet ſen-
ſus myſticus limitať ad certā materiā.Tropologicus eñ ſenſus ſo
lum agit de agendis ſecūdū mores,Allegoricus vero de credēdis,
Anagogicus de ſperandis.Senſus autē literalis de ſingulis prædi-
ctis,& etiam de iam geſtis manifeſtè tractat.Nec credo ꝙ doctor
irrefragabilis huius oppoſitum aſſerat,ꝙ ſic comparatio tua po-
tius facit pro me.¶Itē ſi attēdiſti vniuerſalitatem quā attribuo
ſenſui

E ſenſui literali ſatis manifeſta eſt. Conſiſtit autē in hoc ꝙ non ſolū
literati ſeu ſapientes, ſed etiam rudes, qui ad intelligibilia capien
da nō ſunt idonei: tñ per ſenſum literalem capiunt ſpiritualia ſal
Roma.I. tē ſub ſimilitudinib⁹ corpalib⁹: iuxta illud apl̄i: Sapiētibus & inſi
piētibus debitor ſum. vñ ex pte hui⁹ vniuerſalitatis ſenſus litera-
lis manifeſtā habet præeminētiā. ¶ In hoc aūt quod obijcis de
incōicabilitate: ſi ſic opinaris, à veritate deuias manifeſtè. Cōicat
em̄ ſenſus literalis cuilibet ꝓpoſitioni ſacræ ſcripturæ vt dictum
eſt: & iterum in multis locis vnus paſſus habet multiplicem expo
ſitionem literalem: prout fuit oſtenſum in tertio articulo quęſtio
nis. Eſt etiā ſenſus literalis abyſſus multa, propter magnas difficul
tates in eo contentas, circa ea quæ ad fidē & mores ptinēt. ¶ Nec
mirandum: nam ſcientiarum humanarum libris, in quibus ſolus
ſenſus literalis eſt inquirendus: quamplurima commenta ſunt: &
plures expoſitiones ſeu ſcripta. Similiter & multiplices quæſtio-
nes ad mentem auctorū intelligendam ſeu elucidandam; vt patet
in phyſicis, metaphyſicis, & ethycis. Similiter in facultatibus vtri-
uſq; iuris & huiuſmodi: in ꝗbus nec in textu, nec in gloſ. eſt ſenſus
niſi literalis. Si igitur in illis in quibus ſolum illa tractantur, quæ
in lumine naturalis rationis cognoſci poſſunt tot multiplicita-
tes cōmētorū varietatesq; quæſtionū & expoſitionū & huiuſmo
di, circa ſenſum literalem inueniunt: quāto magis in ſcriptura di
uina vbi agitur de his quæ ſupernaturali lumine tantūmodo co-
gnoſcunt inueniri poſſunt multiplices ſenſus literales, ſeu expoſi
tiones, quæſtiones & huiuſmodi. ¶ Nec credo te latere ꝙ ſenſus
literalis diuiditur in tres ſpecies ſcd'm Aug. in lib. de vti. cre. ſcili
cet in hiſtoricam, etymologicā, & anagogicam: vt in tertio arti-
culo expoſui. Similiter & ſeptem claues ſuæ regulę quas Iſidorus
tradit in libro de ſummmo bono, quæ in prologo à poſtillatore
ponuntur, non ſunt niſi quædam ſpecies ſenſus literalis: vt patet
intelligenti. Ex quibus manifeſtè patet ꝙ ſenſus literalis eſt cōica
bilis & multiplicabilis. ¶ Dicis em̄ conſequenter ꝙ dignitas iſto
rum ſenſuum attenditur penes maiorem vtilitatem, quæ conſeq
tur maiorem certitudinem, quod tibi cōcedo prout in quæſtiōe
prædicta largius eſt deductū. Sed quod ſubiūgis ꝙ certitudo ſpi
F ritualis intelligentiæ nō eſt ſpeculationis ſicut literalis intelligen
tia, ſed eſt certitudo experientiæ & ſecundum effectum, & per mo
dum guſtus per inſpirationem & teſtimonium ſpūſancti, hic ma
nifeſtè inuoluis ſentētias. Attribuis em̄ ſenſui ſpūali ſeu myſtico
quod in homine ſpūali habet locū: non em̄ de ratione ſenſus ſpi-
ritualis ſeu myſtici eſt, vt det gratiam eum intelligenti, ſeu inue-
nienti: nec etiā eſt neceſſarium ꝙ habēs verū ſenſum myſticū, ſeu
ſpūalem ſacræ ſcripture ſit in gratia gratificāte: ſufficit em̄ ad ſen-
ſum ſpūalem ſeu myſticū rectè inueniendū ſeu habendū, habere
ſeu participare donum ꝓphetiæ ſeu donū interpretatiōis ſermo-
num: quæ licet ſint gratiæ, tñ ſunt gratis datæ tm̄: & ſic certitudo
illa quā dicis per modū guſtus, pertinet ad donū ſapientiæ: ſcd'm
qd' ſpūalis homo iudicat omnia etiā ꝓfunda Dei ſcd'm Apoſto.
1.Cor.2.c. de quo non agit in ꝓpoſito. ¶ Ex hoc dicto tuo etiā ſequeretur
ꝙ nullus haberet certitudinem alicuius ſenſus myſtici ſeu ſpūalis
ſacræ ſcripturæ, niſi exiſtens in gratia: & cū nemo ſciat de lege cō-
muni vtrū ſit dignus amore vel odio, ſequitur, ꝙ nullus ſciret ſe
habere talem certitudinem prædicti ſenſus myſtici de lege com-
muni, qd' eſſet valde incōſonū rationi. ¶ Conſequēter dicis (qd'
non ꝓbo) verba ſctī Tho. eſſe igne charitatis examinata: ſi bene
attendiſti verba mea, ſic dixi, Credo verba ſctī Tho. eſſe igne cha-
ritatis examinata, vnde de credulitate mea non requirit aliud teſti
monium, niſi ꝙ in dictis & in ſcriptis meis ſemp ſequor iſtū ſan-
ctum doctorē, vtinā dignè & ſufficiēter. Nec ignoro ꝙ dicta ſua
in pluribus ſunt impugnata per plures ingenioſos theologos vi
ros admirabiles vt dicis: nec ex hoc impeditur mea credulitas, ſeu
ꝓſecutio. Tū quia ſæpe cōtingit doctrinas veras impugnari: tam
in theologicis, quorū principiū poſitū eſt in ſignū cui cōtradicet
q̃ in Peripateticis. Tū quia illa in quibus cōtradicit, nō referūt vt
firmiter credo, ad expoſitionē alicui⁹ paſſus ſacræ ſcripturæ an ſic
vel aliter teneat: & ideo talia apud me, qui de ſolo vero intellectu
ſacræ ſcripturæ & diuinæ curo, magis ſunt curioſa q̃ fructuoſa.
Vnde & Apoſt. de ſimilibus dicit, ꝙ quęſtionē magis pręſtant, q̃
ædificationē &c. ¶ Vltimo cōmendas magiſtrū Nico. eo ꝙ ſen-
tentias ſanctorū doctorū propriæ ſentētiæ poſtpoſuit, vt aucto-
rizaret opus ſuū: & ſi ſimpliciter illum cōmendares, rectè vtiq; fa
ceres. Cōmendandus em̄ eſt qui tanto ſtudio & labore ſacram ſcri
pturam expoſuit ſub plano & ſuaui ſtylo: ſed miror te ex hoc illū
cōmendaſſe ꝙ ſententias ſuas dictis ſanctorū præpoſuit, vt eis ad
auctorizandū opus ſuum, cū huic cōmēdationi nō ſolum ſacra
ſcriptura repugnet, Legit em̄, Nō qui ſeipſum cōmendat, ille pro
batus eſt. ij. Cor. x. d. & Prouerb. xxvij. a. Laudet te os alienum, nō
tuum. Hoc etiam Phyſica doctrina ſuadet, Ait em̄ Philoſophus:
Laudamus ſeipſos vituperantes. Et ſic per oppoſitū ſeipſum lau G
dare, ſeu alijs præponere, non eſt commendabile; præſertim cum
Poſtillator de quo loquimur vt ordinis minorū dign⁹ profeſſor
humilitatem non præſumptionem ſequi æſtimandus eſt. Magna
em̄ de ſe ſentire hi qui mollibus veſtiuntur & in domibus regum
ſunt, conſueuerūt. Nec em̄ adduci poſſum vt credam ꝙ poſtpo-
nere ſententiā Hieronymi vel alicuius ſancti doctoris dicto Rab.
Sa. (præſertim vbi ratio nō ſuadet) cōmendatiōe reputes dignū.
Lauda ergo eum in quo laudandus eſt: in recta videlicet intentio
ne, quā credo eum habuiſſe, & propter laborē magnum quē ſu-
ſtinuiſſe dubium nō eſt, vt ſacram ſcripturam exponere, & ꝓ ma
iori parte rectè: non autē ex eo ꝙ à ſanctorū doctorū interdū ex-
poſitionibus indebitè deuiauit. ¶ Secūdo vero cōmendans Po-
ſtillatorem ex hoc qd' per habitum theologicū veritatē ſententię
habuit: licet in latè nō ſuxiſſet ꝓprietatē Hebraici ſermonis. Qd'
ſalua pace videtur minus rationabiliter dictum. Notū eſt em̄ ꝙ
habitus theologicus non ſe extendit ad donum linguarū haben
dum. Et ideo cū theolog⁹ dicit: Sic eſt in Hebraica veritate: & ibi
non ſic inuenitur, nō eſt ex hoc cōmendandus. ¶ Cōmendans eū
tertio ex hoc, ꝙ inter doctores Hebraicos non inuenit meliorem
theologū q̃ Rabbi Sa. Circa quod notum eſt, ꝙ ſi in rei veritate
ille fuit minus peritus q̃ alij, non debet cōmendari ex hoc quòd
ſequitur eum præſertim in deuijs & inconſonis auctoritatib⁹ ſan
ctorum: commenda ergo illum vt dixi in his, & ex his quibus cō
mendandus eſt, & libenter amplectar cōmendationes tuas. ¶ Cō
cludendo ergo chariſsime frater non credas me reprehendere vo
luiſſe Poſtillatorem, vt dicis, abſit a me: ſed poti⁹ poſtillā ſuā eſſe
ſimpliciter cōmendandam expreſſe aſſerui in quæſtione prædi-
cta: licet in aliquibus locis ſentio eam minus ſufficere: quod non
reputatur vitium ſimpliciter: nemo namq; mortalium perfectè
omnia examinare poteſt: ſæpe enim dormitauit Homerus. San-
ctum aūt eſt in oībus ſcientijs præſertim in ſcriptura diuina, ſem-
per præhonorare veritatem. ¶ Vtinam frater dilectiſsime eſſes ī
meo cōſortio, ſaltem aliquantulo tēpore: vt ſimul diſcurrere va-
leremus additiunculas has, & ſic experimento cognoſceres, ꝙ in
illis locis in quib⁹ ab eius dictis deuiare videor, zelo veritatis nō
reprehendendi ſtudio proceſsi: & etiam in his non iudicio pro-
prio deuiaui, ſed ſequendo maiorum ſententiam. Vale frater in
domino: & meliora chariſmata ſemper æmulare &c. H

*Incipit prologus in replicas defenſiuas poſtillæ uenerabilis ac deuoti patris fratris Nicolai de Lyra ab impugnationibus domini Burgenſis editas à uenerabili & religioſo patre fratre Matthia Thoring ſacri ordinis minorum prouinciæ Saxoniæ miniſtro, ad plurimorum rogatum præfatam poſtillam ut ueritate lucentem amplexantium.*

Modeſtiam antiquam tenere homines iuſtos atq; ſan-
ctos decebat: & ordinata regulariter iniurijs non gra-
uare moleſtis. Nam ſicut minus bene geſta correctio-
nis limam: ſic optime facta laudem & gloriam requi-
runt, ſed quia omnimoda pfectio ſolis diuinis rebus competit;
in cunctis humanis operibus reperiri poterit quod reprehenſio-
ne dignum eſt: cum modeſtia tamen, vt ait beatus Auguſtinus in
principio retracta. quæ modeſtia non modo in agibilibus, ſed &
ſcibilibus locum habet. Nam ſecundum verum intellectum ſacrę
ſcripturæ circa diuinum ſcibile errare non contingit: ideo ipſa ſo
la hunc honorem ſibi vendicat, vt rectè intellecta ſine reprehēſio
ne conſiſtat, vt vult beatus Dionyſius de diuinis nominibus, cap.
ſecundo. Nihilq; ei contrariū niſi omnino ſit falſum. In ea quoq;
nihil reperitur abſurdum ſecundum Auguſtinum. xj. ſuper Geñ.
cap. j. Diuerſitas igitur & contrarietas in eius expoſitione nō ha-
bet ortum ex illa doctrina irrefragabili, ſed ex eo qd' eius expoſi-
tores intellectum plenum non ſunt aſſecuti: vt vult beatus Hila-
rius ſecūdo de trinita. Quæ tamen expoſitorū diuerſitas nō om-
nino inutilis eſt; quinimmo per ea pigritia ſtudentium excutitur
vt veritas inquiratur, ſicq; eccleſiæ proficiunt inſurgētes hæreſes:
vt inquit beatus Auguſtinus. j. ſuper Geneſim cōtra Manichæos.
Omnes igitur ſancti & catholici ſacræ ſcripturæ tractatores an-
tiqui nedum conſentiendo, verumetiam ſalua fide diſſentien-
do a ſucceſſoribus gratias meruerunt immortales. Nam poſt &
per eorum venerandos ſanctosq; labores excitati, pro patrib⁹ na
ti filij doctores, in eorum comparatione moderni non parū lau
de digni ſurrexerunt; qui in ſacræ ſcripturæ expoſitiōe deſudātes.
vt vitam

A vt vitam haberent æternam talibus promiſſam, ipſam elucidaue-
runt,ſenſum ipſius literalem tanq̃ magis autēticum inquirentes,
inter quos magiſter Nicolaus de Lyra in lingua hebraica ſimul &
latina peritus,vniuerſalior & pręclarior reperitur : cuius ſpiritum
tanq̃ pueri iunioris,de minorū fratrum ordine deus illuſtrando
miſericorditer ſuſcitauit.Ipſe quoq; ſic ſuſcitatus,quod ſine fictio-
ne didicit:ſine inuidia communicauit:& tanq̃ ſapientibus & inſi-
pientibus magnis & paruulis debitor effectus ſatisfacere cupiens,
opus egregium cōpoſuit:& in eccleſiæ ſanctæ gazophylaciū pau-
per profeſſione cū vidua paupercula ſtudere volētibus profutu-
Poſtilla. rum obtulit,& hocipſum opus ſuū,Poſtillam nūcupare decreuit.
Hoc inquā opus poſtillę & ſi tantæ ſufficiētię fuerit ꝙ ipſum non
ſolū paruul ,ſed & magni,nec ſolum fideles:ſed & infideles in du-
bijs circa ſacræ ſcripturę literalē intelligentiā requirūt , ipſe tamen
magiſter Nicolaus vt vere humilis,imperfectū ſe recognoſcēs, &
vt pius culpam agnoſcēs,vbi fortaſsis culpa nō eſt,in proęmio ſui
operis,ſe & ꝑ eū ſcripta determinatiōi ſanctę matris eccleſiæ ſum-
mittēs,lectorē beniuolum , & correctorē efflagitat charitatiuum:
ſciens ꝙ nemo ex omni parte beatus.Vbi autē charitatiuum cor-
rectorē expoſtulat , inſidioſum corruptorē inueniſſe ꝓbatur.Nā
Paul⁹ Burgenſis. quidam Iudęus,vt dicitur,in Hiſpania ad fidē cōuerſus,Paulus in
baptiſmo nominatus,tandē ad eccleſiā Burgen.promotus , omni
modeſtia poſtpoſita,pręfatā poſtillā eccleſię ſanctæ neceſſariā : &
Hylarius. cunctis ſtudioſis venerandā,hoſtiliter inuaſit,immoderatiōe ꝑ bea
tum Hylariū .x.de trinitate reprehenſiue deſcripta,vbi dicit:Con
tra veritatē aut nō intellectam,aut offendentē,vel ſtultę vel vitio-
ſæ volūtatis error obnititur.Immoderata eſt enim omnis ſuſcepta
rum voluntatū pertinacia,vbi nō rationi volūtas ſubiicitur , ſed
his quæ volumus rationē inquirimus:& placitis doctrinā coapta
mus.Iāq; nominis potius q̃ rei erit doctrina quæ fingitur. Hos in
quā immodeſtiæ modos(vt ita dicā)dictus Paulus Burgen.mani
feſte tenuit,quia in multis oſtēdit ſe poſtillā odiſſe:& vt nō intelle-
xiſſe,vel intelligere noluiſſe,ſicq; eam tāq̃ irrationabilē, falſam er-
roneā,in multis improbauit,vt opus tā inſigne tamq̃ laudabile,
apud minus ſapientes paruipēſum reddat. Et vt immoderantiam
B præfatis modis aſſumptā colorare videatur, inuaſiones quas ſcri-
apud eum diebus quindecim.Gala.j.d. m ¶ Hoc enim miſterio hebdoadis & ogdoadis &c. Hebdoas ſumptū eſt à gręco:quod ipſi dicunt hebdomos.Et deriuat̃ ab hepta qđ eſt ſeptem:quaſi heptomos:cōuerſa.p.in.b.&.t.in d. fit hebdomos. Similiter ogdoas ab ogdo quod eſt nomē gręcū deriuatur.nam hoc nomē octo ſumpſimꝰ à gręcis ſine mutatione:vel dicit̃ hebdoas ab hepta: id eſt ſeptē: & doas quod eſt dies. Et ogdoas ab ogdo: id eſt octo:& doas dies.Per hedomadem ſignificatur vetus teſtamentum:cui ſeruit ſeptenarius:quia iudęi celebrant ſeptimū diē ſcilicet ſabbatum.Item ſeptimum menſem: ſeptimum annum:& in vltimo ſeptimę decadis faciebant iubileum Ogdoas ſiue octonarius ſeruit nouo teſtamento: in quo celebratur dies octaua reſurrectionis.Conſtrue ſic. Futurus gentium prędicator inſtruendus erat hoc myſterio hebdomadis vel hebdoadis: id eſt ſeptenarij. per quem deſignatur vetus teſtamentum. Et ogdoadis:id eſt octonarij.per quē deſignatur nouum, vt ſcilicet intelligeret per manſionem ſeptem & octo dierum apud Petrū: ſe eſſe conſtitutū doctorē noui ac veteris teſtamēti. Aliter em̃ cōtrariū eſſet illud qđ legitur ad Gal.j.d. Veni videre Petrū. Gloſa:non diſcere &c. n ¶ Rurſumq̃ &c.expoſuit:id eſt retulit. o ¶ Curreret aut cucurriſſet.i: ne putaretur inutiliter prędicaſſe. Gala.ij.a. p Habet neſcio quid &c.viua vox. Hæc eſt litera antiqua.Moderni habent viuę vocis actus.& in idem redit. Cōſtrue ſic:Viua vox vel actus viuæ vocis habet neſcio quid latentis energiæ,quaſi diceret: non poſſum exprimere quantum interius operetur.& hoc eſt quod ſequitur. q ¶ Et in aures diſcipuli de autoris ore trāſfuſa fortius ſonat: trāſfuſa:ſcilicet vox fortius ſonat: quia fortiꝰ ĩprimit̃ vel ſonat:& tunc trāſfuſa erit nominatiuus pluralis.Energia dicitur interius operatio vel labor interior. Et dicitur ab en quod eſt in, & erge quo eſt labor vel operatio.Vel deriuatur ab hoc verbo energo quod eſt intus operor:ꝓ interiori operatione ponitur hic.Sequitur teſtimonium Aeſchini:ꝑ qđ pręmiſſa probat. r ¶ Vnde & Aeſchines cū Rhodi exularet &c.Aeſchines & demoſthenes duo fuerūt oratores,& Aeſchines impugnauit cauſam Cteſiphōtis.Demoſthenes defendit:& ęſchino pręualuit. Vnde æſchines q erat athenienſis:Rhodum in exilium miſſus fuit. Et hoc eſt quod ſcribitur in.viij.libro Valerij maximi.Aeſchines cum propter iudicialē ignominiam relictis athenis Rhodum petijſſet: atq̃ ibi rogatu ciuitatis: ſuā prius in Cteſiphontem:deinde Demoſthenis pro eodem orationē clariſsima & ſuauiſsima voce recitaſset: admirātibꝰ cunctis vtriuſq̃ culminis eloquētiā:ſed aliquāto magis Demoſthenis: Quid inq̃t ſi ipſum audiſsetis:q̃ſi dicat mľto magis miraremini.de iſto æſchine loquit̃ Gual. in.j.li.Alexādreidos. Interea ſenibꝰ ĩ paladis arce receptis Aeſchines loq̃t̃ cœptęq̃ demoſtena litis Arguit:& pace oñdit nil tutiꝰ eē.Sed q̃re vocabat eū beſtiā.audi qd dicit Val.maxi. Tātus oratorū & mō tā infeſtus aduerſariꝰ: ſic inimici vim: ardoreq̃ dicēdi ſuſpexit,vt ſe ſcriptorū eiꝰ parū idoneū lectorē eē ꝑdicaret expertꝰ accerrimum vigorē oculorū:terribile vultus pōdꝰ accōmodatū ſingulis ṽbis:ꝑ ſono vocis efficaciſsimos corporis motꝰ.s ¶ Rhodus nomē eſt ciuitatis quā cecrops cōdidit: & etiā inſulæ.vñ Iſi.xiij.Ety.vbi agit de inſulis:ſic ait:Rhodos cicladū pr̃ia ab oriēte:ĩ q̃ roſę capulū dr̃ eē ĩuētū dū ciuitas cōderet̃:ex q̃ & vrbs,& inſula Rhodos eſſe appellata.

G

hebdomas.

Ogdoas.

1 manſerit.
2 hebdomadis.

3 Expoſuerit apoſtol.

H
Energia.

Aeſchines.

4 Hęc non dico.
5 A me audire,
6 quod.

Rhodus.

Cap. III.

Ec hoc.Hic vitat arrogantiam continentia: vt patet in diuiſione ſuppoſita & ideo pertranſeo breuitatis cā. Litera plana eſt. t ¶ Nec hoc dico.ꝙ &c.Hæc eſt litera Hier.q.d.nō ꝓpoſui tibi exēpla prędicta q̃ſi ſentiens de me ꝙ ꝓpter ſciam meam debeas venire ad me, vel quòd poſſis aliqua vtilia audire de me vel diſcere:Imo dico ꝙ v ¶ Ardor

& diſcendi ſtudium etiam abſq; nobis per ſe ꝓbari debeat. Ingenium docile & ſine doctore laudabile eſt. Nõ quid inuenias, ſed quid q̃ras cõſideramus. Mollis cera & ad formãdũ facilis, etiã ſi artificis & plaſtæ ceſſent manus, tñ uirtute totũ eſt qcq̃d eſſe põt. Paulus apl's ad pedes Gamalielis legẽ Moyſi & ꝓphetas didiciſſe ſe gloriaẽ: vt armatus ſpiritalibus telis, poſtea† doceret cõfidẽter. Arma eñ nr̃ę militię nõ carnalia ſunt: ſed potentia deo: ad deſtructionẽ munitionũ: * cogitationes deſtruentes: & oẽm altitudinẽ extollentẽ ſe aduerſus ſcẽiam dei: & † captiuãtes oẽm intellectũ ad obediendũ † chriſto: & ꝑati ſubiugare * cũctã inobediẽtiã. † Ad Timotheũ ſcribit ab infantia ſacris lr̃is eruditũ: & hortaẽ ad ſtudiũ lectionis: ne negligat grãm q̃ data ſit ei p impoſitionẽ manus pſbyterij. Tito pcipit: ut iter cęteras uirtutes epiſcopi quẽ breui ſermõe depinxit: ſcientiã quoq; in eo eligat ſcripturarũ: obtinentẽ, inq̃t, eũ qui ſecũdum doctrinã eſt fidelẽ ſermonem: ut potẽs ſit exhortari in doctrĩa ſana: & cuntradicentes reuincere.

Ca. IIII.

SAncta qppe ruſticitas ſolũ ſibi ꝓdeſt: & quãtũ ędificat ex uitę merito eccleſiã chriſti: tñ nocet ſi deſtruẽtibus nõ reſiſtat. Malachias ꝓpheta: imo p malachiã domin⁹ iterrogauit ſacerdotes legẽ. † Intantũ ſacerdotis officiũ ẽ interrogatũ rñdere de lege. Et in deuteronomio legimus: Interroga patrẽ tuũ & annũciabit tibi ſeniores tuos & dicẽt tibi. In pſalmo q̃q; centeſimooctauodecimo: Cantabiles mihi erãt iuſtificatiões tuæ in loco peregrinatiõis meæ. Et ĩ deſcriptione iuſti uiri: cũ eum arbori uitæ Dauid q̃ eſt in paradiſo compararet: inter cæteras uirtutes † hoc etiã intulit: * In lege domini uoluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel ĩ fine ſacratiſſimæ uiſiõis: iuſtos ait fulgere ſicut ſtellas: & intelligẽtes: id eſt doctos

A dor tu⁹.i.feruor addiſcẽdi. a ℭ Et diſcẽdi ſtudium: vehemens applicatio animi ad diſcendum. b ℭ Abſq; nobis per ſe probari debeat. quaſi dicat, etiam ſine me laudabiliter ſtudes. Vnde commendari debes: & hoc eſt qđ ſubdit per generalem ſententiam dicens: c ℭ Ingenium docile & ſine doc. &c. Et pro etiã. d ℭ Non quid inuenias. Hic commendat eum de bona intentione cum dicit. Non conſideramus quid inuenias.i. q̃tum ſtudendo ꝓficias. e ℭ Sed qd quęras.i. q̃rere intendas .ſ. notitiã ſacrę ſcripturę. Dicit eñ Ambroſius: Intentio tua operi tuo nomen imponit. f ℭ Molis cera &c. Hic innuit quod ſit habilis ad ꝓficiendũ, exẽplo molis cerę: quę de facili recipit impreſſiõem quarũlibet figurarum. Dic. ergo: Mollis cera &c. Cõſtrue ſic: Mollis cera & facilis ad formandum: etiã ſi: id eſt q̃uis. Manus artificis, qui habet artem operandi de cera. g ℭ Et plaſtę: id eſt formatoris: qui formas imprimit. Ceſſet: id eſt quãuis nullus in ea operetur. Tamen virtute.i. potentia. Eſt, quidquid eſſe poteſt, actu. quia illa potentia de facili redigereẽ ad actũ. Similiter dicit de paulino: ꝙ licet doctore careat: tamẽ ꝓpter nobilitatẽ ingenij habilis eſt vt in ſtudio ꝓficiat. Plaſtes dicitur formator vl' figulus: a plaſmo. mas. quod eſt formare: qđ deriuatur à plaſmos græce qđ eſt formare latine. Quidã dicunt ꝙ plaſtes dicitur ab hoc verbo gręco plaſte quod eſt manibus compono. Et ſumitur hoc nomẽ plaſtes à ſecunda perſona p̃teriti perfecti paſſiui quod eſt peplaſte. h ℭ Paulus apoſtolus &c. Ne paulinus propter cõmẽdationẽ ſuperius B factã nimis ſuo ſenſui inniteretur, hic inducit eũ: vt doctorẽ ſacræ ſcripturę quęrat ꝓpter vtilitatem quam inde conſequetur. Et ꝓponit exemplum Pauli qui multum ꝓfecit audiendo Gamalielẽ: vnde dicit: Paulus apoſtol⁹ ad pedes gamalielis &c. gloriatur. Act. xxij. a. i ℭ Vt armatus ſpiritalibus telis. Spirtualia tela ſunt virtutes & miracula quibus ſpirituales hoſtes impugnãtur: & eorum tentationibus contraitur: qui his armatus eſt confidenter docet. vnde dic cum apoſtolo. ij. Cor. x. b. k ℭ Arma enim noſtrę militię.i. virtutes & miracula: p quæ in p̃dicatione militamus. l ℭ Non carnalia ſunt. debilitate. m ℭ Sed † potentia deo.i. ſecundum deum: vel ad honorem dei. n ℭ Ad deſtructionẽ munitionum: id eſt: vt deſtruantur conſilia hominum. ſeu dæmonum diuerſis caliditatib⁹ munita. Cõſilia, hominum vel demonum demonum deſtruẽtes: ſcilicet ſumus. Vel hoc qđ dico Arma noſtrę militię. &c. vſq; huc interpoſitio eſt. Superius enim dixerat ſicut patet in textu epiſtolę: Non ſecundum carnem militam⁹ &c. Et eſt ſuſpẽſiua cõſtructio vnde repetẽdum eſt: Militamus. nos dico: deſtruẽtes cõſilia hominũ, vel demonum o ℭ Et omnem altitudinem: id eſt profunditatem intellectus tã legiſperitorum q̃ philoſophorum. Altitudinem dico. p ℭ Extollentẽ ſe aduerſus ſciẽtiam dei.i. q̃ de deo eſt: vt dũ impugnant partũ virginis: & huiuſmodi. q ℭ Et captiuãtes.i. in captiuitatem redigẽtes. r ℭ Omnem intellectum.i. captiuos ducimus oẽs ſuperbe intelligentes: dum chriſto cõtradicentes: ducimus vſq; in obſequium chriſti.i. vt fidei chriſti cui prius repugnauerant: humiliter obediãt. & hoc eſt quod hic dicitur: Ad obediendum deo. Text⁹ aplĩ eſt: In obſequiũ chriſti: & parati ſumus ſubiugare omnẽ inobedientiam. s ℭ Timotheum &c. Hic oſtendit ſcientiam ſacræ ſcripturæ eſſe ei neceſſariam in quolibet ſtatu. Et primo in ſtatu p̃latiõis: exẽplo Timothei epiſcopi: qui licet ab infantia literas ſacras didiſcerat: tamen monet eum paulus: vt earum ſtudium non negligat. hoc eſt qđ hic dicitur: Timotheũ ſcribit &c. i. Timoth. i. d. Hoc pręceptum commendo tibi fili Timothee ſecundũ pręcedentes in te prophetias. Gloſſa. ſecundum ſcientiuam prophetarum quę erat in te anteq; eſſes epiſcopus ordinatus. ecce qualiter fuit ac infantia ſacris literis eruditus. Ad ſtudium vero hortatur dicens. j. Timoth. iiij. d. Attende lectioni, exortationi & doctrinę. & ſequitur ibi: noli Negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitiõe manuũ p̃sbyteri. Et exponit gloſ. ſic: Noli negligere gratiam epiſcopat⁹ quę eſt in te: q̃ tibi data eſt p ꝓphetiam.i. ſanctorum electionem in qua ex pręteritis videtur dicere q̃lis futurus ſit. vel ꝓphetiã hic vocat inſpirationẽ ſpiritusſancti: quo reuelante cognouit apoſtolus Timotheũ eſſe dignũ epiſcopali honore. t ℭ Presbyteri. p presbyterorum: Singulare pro plurali poſuit: quia minus tribus eſſe non poſſunt in conſecratione epiſcopi. Vel ideo ſingulariter dicit p̃sbyteri: quia vnus imponit manum cęteris aſſentientib⁹. Alia litera eſt p̃sbyterij: quia p̃sbyteriũ eſt cauſa cur manus impõnant: vel q̃a impoſitio manuũ dat p̃sbyteriũ ordinato. Poſtea proponitur aliud exemplum ad idẽ, cum dicitur: v ℭ Tito &c. depinxit.i. deſcripſit ad Titum. j. b. Oportet epiſcopũ ſine crimine eſſe &c̃. x ℭ Sciẽtiam quoq; in eo eligat.i. eligendã oſtendat. y ℭ Obtinẽtem. in textu eſt: amplectentem. Cõſtrue ſic: oportet inquit apoſtolus epiſcopũ eſſe obtinentem eũ ſermonẽ, qui eſt ſecundũ doctrinam.i. veritatem. vt potens ſit, vita & ſcia exhortari ſcientes in doctrina ſana, & reuincere.i. redarguere cõtradicẽtes id eſt eos q cõtradicũt ꝟitati. Cap. IIII.

SAncta qppe ruſticitas &c. Hic docet defectum hui⁹ ſcientię in q̃libet ſtatu eẽ dãnoſum: cũ dicit ruſticitas.i. ſimplicitas. a ℭ Nõ reſiſtat. ſ. cũ poſſit. b ℭ Malachias ꝓpheta &c̃. Hic oſtẽdit in ſtatu ſacerdotalis dignitatis, ſciẽtiã eſſe neceſſariã: & hoc per multas authoritates. Et primo aſſumit authoritatem Malachiæ: dicens: Malachias &c. interrogauit ſacerdotes: Malach. j. & ij. c ℭ Intantum &c. reſpondere de lege. vnde Malach. ij. b. ſuper illũ textum: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã &c̃. dicit Gloſ. ſi ſacerdos de lege interrogetur, doceat: reſiſtentes conuincat: alioquin fruſtra iactat dignitatẽ cuius nõ exhibet operationem. Item Aggei. ij. b. ſuper illũ locum Interroga ſacerdotes legem. dicit Gloſ. Sacerdotis eſt legem ſcire domini: & ad interrogationem de lege reſpondere. Si ſacerdos eſt, ſciat legem domini. Si ignorat legem: ipſe ſe arguit non eſſe domini ſacerdotem. d ℭ Et in deuteronomio legim⁹: xxxij. a. Interroga patrem tuum. &c. ſeniores. Preſbyter græce, ſenior latine. e ℭ In pſalmo quoq;. cxviij. g. dicit dauid: Cantabiles mihi erant iuſtificationes &c. f ℭ Daniel in fine ſa. &c. Hic oſtendit eruditam iuſticiam ac ſcientiam: ruſticia vel ſimplicitate meliorem. dicit ergo: Daniel in fine ſa. viſiõis &c. Danie. xij. b. Dicitur autem ſacratiſſima hæc viſio: quia eſt de incarnatiõe verbi & morte eius & die iudicij. Vel ſecretiſſima ꝓpter difficultatem

Marginalia (left): act. 22. a — 2. ad Cor. 10. b. — 2. Timo. 3. d — 1. Tim. 4. d — Plaſtes — Tit. 1. b — Spiritualia tela. — Mala. 2. b. — † al's potẽtia dei.i. p deũ — Deute. 32. a. — daniel. 12. b.

Marginalia (right): C — Sacra ſcriptura neceſſaria. — Timothei inſtructio. — * diceret — * al's, cõſilia — † captiuantem. — † al's, deo — * omnem — Timo. 3 — D — † 9r. diſ. q in aliq̃ de tẽp. ordi. c. ſi archiepiſcop. — Sacerdotũ proprium — † & hoc intulit: — * Pſal. 1. a. — Viſio Danielis ſecretiſſima

a b quaſi firmamētū. Vides q̄tū in-
ter ſe diſtēt iuſta ruſticitas,& do-
cta iuſtitia. Alij ſtellis, alij cœlo
cōparant. Quāq; iuxta hebraicā
ueritatem,utrūq; de eruditis poſ
ſit intelligi. Ita em̄ apud eos legi-
mus. Qui aūt docti fuerint: ful- c
d gebūt quaſi ſplēdor firmamēti:
& qui ad iuſtitiā erudiūt multos
quaſi ſtellæ in perpetuas ęternita
e f tes. Cur *Paulus apoſtolus, uas
electionis? Nēpe quia uas legis:
& ſcripturarū ſctārū † armariū.
g h Phariſęi ſtupent in dn̄i doctrina:
& mirantur in Petro & I oanne,
quō legē ſciāt, cū literas nō didi-
i cerint. Quicquid enim alijs exer
citatio & quotidiana in lege me-
ditatio tribuere ſolet: illis hoc ſpi
k rituſſanctus ſuggerebt. Et erāta
iuxta quod ſcriptū eſt: θεοδίδακτοι:
docibiles deo. Duodecim annos
l ſaluator impleuerat: & in tēplo
m *ſedēs de quęſtionibus legis in-
terrogās: magis docet dū prudē-
ter interrogat. Niſi forte ruſticū
n petrū: ruſticū † dicamus Ioāne:
quorū uterq; dicere poterat: Et ſi
o imperitus ſermōe: nō tn̄ ſcīa. Ioā
nes ruſticus, piſcator indoctus.
p Et unde illa uox obſecro: In prin
cipio erat uerbū & uerbū erat a-
pud deū: & deus erat uerbum: λο-
q r γός: Logos em̄ gręce m̄lta ſignifi
s t cat: Nā & uerbū eſt: & rō: & ſup-
u putatio & cauſa uniuſcuiuſq; rei,
ꝑ quā ſunt ſingula quæ ſubſiſtūt:
quæ uniuerſa recte intelligimus
in Chriſto.

Ca. V.

HOc doctus Pla- x
y to neſciuit: hoc
demoſthenes elo-

a ℂ Quaſi firmamentū. quod magis eminet. j. Corin. xv. f. Alia
claritas ſolis: alia claritas lunæ: & alia claritas ſtellarum. Stella em̄ dif
fert à ſtella claritate &c. b Vides quantū &c. id eſt ſimplices iu
ſti, & ſapientes docti, qui inſtruunt alios. c ℂ Fulgebunt quaſi
ſplendor firmamenti. quantū ad præmium eſſentiale. d ℂ Et
qui &c. quaſi ſtellæ. Stellis comparantur ꝓ-
pter premium accidentale. quod conſequun
tur ex aliorum inſtructione & cum hoc ha-
bebunt eſſentiale. e Cur Paulus &c. Hic
oſtendit ſcientiam ſacrę ſcripturæ eſſe neceſ-
ſariam in ſtatu officij prædicationis. Et hoc
probat per paulum: qui propter ſcriptura-
rum ſcientiā quam habebat: aſſumptus fuit
ad ꝑdicationis officiū: & hoc eſt quod dicit
Cur Paulus apoſtolus factus eſt vas
electionis. i. quare electus & aſſumptus eſt?
vt quaſi vas domini precioſum per mundū
portaret prędicationis verbum: Act. ix. c.
Vas electionis eſt mihi iſte. Et reſpondet. f
ℂ Nempe quia vas legis. &c. ſancta
rum armarium. q. d. ideo ad hoc elegit
paulum: quia vidit idoneum. Sed contra:
Nonne gratuita eſt electio dei? Solutio: Hic
agit de electiōe ꝑdicationis & nō de electiōe
Actu. 4. c. ꝑdeſtinatiōis. g ℂ Phariſęi ſtupēt &c.
quia Paulinus eruditꝰ erat in ſecularibus ſciē
tijs: ne forte putaret ꝙ ſacræ ſcripturę inte-
ligentias poſſet capere per ſe: hic oſten-
dit ꝙ hoc facere non poteſt ſine gratia reue
lāte: quia gratia dei reuelat arcana ad quæ
non poteſt peruenire ſecularis ſcientia: ſicut
patet in chriſto homine & in ſanctis homini-
bus: ſicut fuerunt apoſtoli & prophetę & pa
Iſa. 53. d. triarchę vnde dicit: phariſęi ſtupēt in do
mini doctrina. i. Chriſti hominis, quia ple
*ſenes nus erat gratia & tota trinitas ei reuelabat ar
cana; quæ purus homo penetrare non pote-
Ioan. 6. e. rat. vnde Iohan. vij. b. Cum mirarentur iu-
Lucę. 2. f. dęi dicentes: quomodo hic literas ſcit cum
non didicerit? Reſpondit Ieſus & dixit: Mea
doctrina non eſt męa, ſed eius qui miſit me.
Item Luc. iiij. d. Mirabantur in verbis gratię
† dicimus quæ procedebant de ore illius. Reuelauit er-
go gratia Chriſto homini: reuelauit nihilomi
2. cor. 11. b. nus apoſtolis: vnde dicit: h ℂ Et mirā-
tur in Petro & Ioanne &c. Act. iiij. ca.
Videntes Petri conſtantiam & Ioannis com
perto ꝙ homines eſſent ſine literis & idiotæ
admirabantur &c. Et certe non erat admirā-
dum; quia doctorem habuerūt qui interual-
lo temporis non indiget ad docēdum; & hoc
Ioan. 1. 2. eſt quod dicit: i ℂ Quicquid &c. ſug-
gerebat. i. indicabat. k Et erant iuxta
quod ſcriptū eſt: Didactoi theou. id eſt do
cibiles vel dociles dei. Theou genitiuus eſt
huius nominis theos. Sed vbi eſt illud ſcri-
ptum? Glo. ſuper illū textū Ioan. vj. e. Scri-
ptum eſt illud in prophetis. Et erunt omnes
docibiles dei vel dociles. Dicit pluraliter: quia
omnes prophetæ vno eodemq; ſpiritu re-
pleti: licet ꝓphetauerint diuerſa ad idē tende
bat. quapropter cū quouis eorū oēs alij cō-
cordabāt ſicut in Iohel: q dic. Et erūt oēs do
cibiles vł dociles dei. Iohel. ij. f. vbi nr̄a lr̄a eſt:
Lætamini in dn̄o deo veſtro q dedit vobis
doctorē iuſtitię. Itē Eſa. liiij. c. Et ponā Iaſpidē ꝓpugnacła tua &c.
vniuerſos filios tuos doctos à dn̄o. Itē Hiere. xxxj. f. Poſt dies illos
dicit dominus da legē meā in viſceribꝰ eorū: & in corde &c. in euā
gelio Ioan. vj. e. vbi ſcribit: Et erūt oēs docibiles dei. Gręci ſic habēt
καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ θεοῦ. Per literas latinas ſonat ſic: Kai eſon-
tai pantes didactoi theou. Et in pronunciatione ſic ſonat: Ke
eſonte pandes didacti theu. Ai enim dipthongus habet ſonum
e. & oi dipthongus habet ſonum i. & ou diphtongus habet ſo-
num v vocalis. Huius autem interpretatio. Et erunt omnes dociles
dei: vel potius docti dei. Didaſco enim verbum græcum eſt quod
doceo. vnde didaſcalos, id eſt doctor: & didactos, id eſt doctꝰ. Item
per antiquas biblias inueni has figuras: θεοδίδακτοι. Et ſicut predi-
ctū eſt ſonāt apud nos theo didacti. id eſt dei docibiles. id eſt edocti
deo

à deo: vel quos deꝰ docuerat vel docebat. l ℂ Duodecim an-
nos &c. Dictum eſt ſupra ꝙ phariſęi mirabantur in doctrina ſal-
uatoris: mirabantur in doctrina Petri & Ioannis. Duo autem ſunt Duo faciūt
quę faciūt excellentiam doctrinę mirabilem. Primū eſt cum ille qui doctrinam
docet ætatis eſt tenerę. Secundū eſt illud: quando illi qui docēt ſunt admirādā.
ſimplices & idiotę. Primum videbant phari
ſæi in ſaluatore. vnde dicitur hic: Duode-
cim annos &c. Ecce ætas tenera. m ℂ Et
in templo &c. dum prudēter interro-
gat. Ecce doctrinę excellentia. Luc. ij. f. inue-
nies ꝙ tangitur hic. Secundū videbant in pe
tro & Ioanne, & ideo mirabātur in eis elegā
tiam doctrinę, vnde dicitur hic. n ℂ Niſi
forte &c. Cōſtrue ſic: Præſumendū eſſet Pe
trum & Ioannē aliquid ſcire, niſi nos dicamꝰ
id eſt ſi nos nō diceremus ruſticū Petrum &
ruſticum Ioannem eſſe, ſed in veritate nos di
cimus ꝙ fuerūt ſimplices & idiotæ, ſicut legi
tur Actu. iiij. c. tamen habuerunt elegantiam
doctrinæ. vnde ſequitur. o ℂ Quorum *dicitur
vterq; dicere poterat, illud quod ſumitur Paulus
de. ij. Corin. j. b. Et ſi. id eſt quamuis im-
periti ſimus, ſermone. lingua materna. nō † erat ar-
tamen imperiti ſumus ſcientia: ſcilicet in- marium.
ſpirata. Ioānes ruſticus fuit genere: piſca
tor officio indoctus ſine literis ab homine Ioānes in-
traditis: quia piſcator indoctus erat anteq; doctus.
vocaretur à domino. p ℂ Et vnde illa
vox obſecro. Illa dicitur admiratiue &
diſcretiue. quaſi dicat: illa vox admirabilis ex
cellentior cęteris vnde venit? Vnde Augu.
Si altius intonuiſſet: totus mundus capere
non potuiſſet. vnde ſignatur in aquila: quæ Aquila Io-
cæteris auibus altius volat. vnde venit eis ni annes.
ſi à ſolo deo? Illa vox ſcilicet: In princi-
pio erat verbum: & verbū erat apud
deum: & deus erat verbum. Ecce elegā-
tiam doctrinæ quā habuit à deo: & non ab
homine. Quia vero mentionem fecerat de
verbo quod grece dicitur logos: quod mul-
ta ſignificat apud græcos: quod ſecundum
omnes ſuas ſignificationes conuenit Chri-
ſto. Dicit ergo: q ℂ Logos grece: quod
talibus figuris ſcribitur apud græcos, λόγος:
r ℂ Multa ſignificat. Nam & verbū
eſt &c. Chriſtus dicitur verbum inquātum
patrē dicentē manifeſtat. s ℂ Ratio. dici-
tur inquantum creaturas ad finem ordinat.
t ℂ Supputatio inquantū diſtinguit. v
ℂ Cauſa. inquantū res in eſſe ꝓducit. Vel
meliꝰ & magis ordinate. Verbum, dicitur
quantū ad pr̄is dicētis manifeſtationē. Cau-
ſa, dicit quantū ad rerū creationē. Ratio, di
cit q̄tū ad creatorū ordīationē ad finē. Sup
putatio vero dicit, q̄tū ad ordinatorū di-
ſtinctionē. Et nota ꝙ logos dicit ab hoc ver-
bo logo: quod eſt dico. Cap. V.

HOc doctus Plato neſciuit.
Hic oſtendit ꝙ ſapiētia mūda-
na cœleſtia inquit indagare my-
ſteria quę qbus vult, reuelat gr̄a
vnde Matth. xj. d. Confiteor tibi pater do-
mine cœli & terrę: quia abſcondiſti hæc à ſa-
pientibus: & prudētibus reuelaſti ea paruu-
lis. Dicit itaq;: x ℂ Hoc doctus Plato
neſciuit. quod de verbo dei Ioannes prædixit. ℂ Et ſimiliter.
y Hoc Demoſthenes eloquentiſſimus ignorauit. & tamen
Plato maximus erat philoſophus: Demoſthenes rhetor eloquentiſ-
ſimus. De vtroq; ſatis dictum eſt ſupra. Demoſthenes autem ſecun Demoſthe-
dum deriuationem gręcam dicitur à demos quod eſt populus, & nes.
ſthemus quod eſt virtus & ſtatus: quaſi robur & ſtatus ſiue poten
tia populi. & ſecundum quod dicit Hieronymus: Hoc doctus
Plato neſciuit. videt Auguſtinus ſenſiſſe contrariū, dicēs in. vij. Plato po-
confe. ſe legiſſe in quibuſdā platonicorū libris: nō quidē his verbis ſuit euange
ſed hoc idem multis & multiplicibus perſuaderi rationibus: ꝙ in liū Ioānis.
principio erat verbum: & cætera quę ſequuntur vſq; ad: Et tene-
brę eam nō comprehenderunt. Et ꝙ omnis anima quāuis teſtimo
nium perhibeat de lumine: nō eſt ipſa lumen: ſed verbum dei deus.

Eſt enim

A Eſt enim lumen verum quod illuminat oēm hoīem venientem in
hunc mundū:& in mūdo erat & mūdus p eū factus eſt: & mūdus
eū nō cognouit.Itē dicit ſe ibidē legiſſe:q verbū,Deus,nō ex carne:
non ex ſanguine:nō ex volūtate viri:neq ex voluntate carnis:ſed ex
Deo natus eſt.Ex his itaq videtur q doctus Plato ſciuit q in prin
cipio erat verbum:& verbū erat apud Deū:
& deus erat verbū.Verūtamē hoc neſciuit à
puro ſpiritu puro aſpectu intelligētiæ: ſicut
ſciuit Ioannes:ſed quodam rōnis diſcurſu &
ęnigmate.Tollatur em̄ impius ne puro aſpe
ctu intelligentiæ contempletur gloriam dei.
Eſa.xxvj.b.ſecundū ſeptuaginta. a ℭPer-
dam inquit ſapientiā &c.vſq ad locum
illū:Abraā vidit diē eius.Hic oſtendit de
fectum & inſufficientiam ſecularis ſapientię:
& effectū & ſuperabundantiam gratię.Lite-
ra plana eſt.Authoritates manifeſtāt ſeipſas.
Prima ſumitur de.j.Cor.j.c.Perdā ſapientiā
ſapientiū:& prudentiā prudētiū reprobabo.
Glo.i.mundanam ſapientiam & prudentiā
eliminabo à prædicatoribus euangelij. Et
hoc ſumitur de Abdia.capi.j.c.vbi dicitur:
Perdam ſapientes de Idumęa, & prudētiam
de monte Eſau.Item Eſaię.xxix.e.Peribit ſa-
pientia à ſapientibus eius:& intellectus pru-
dentium eius abſcondetur. b ℭVera
ſapientia perdet falſam ſapientiam.
i.eliminabit à prędicatoribus euangelij: ſi-
cut patet in Paulo:de quo ſubiungitur. c
ℭEt pro quia. d ℭQuanq ſtultitia p̄-
dicationis in cruce ſit.i.quamuis prędicatio
crucis ſtulta reputetur.j.Cor.j.b. Verbum
enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt.
e ℭTamen Paulus ſepientiam loqui-
tur inter perfectos.j.Corin.ij.b. Et vocat
hic perfectos,nō perfectos cognitores & do-
ctores:quib⁹ op⁹ nō eſt doceri:ſed auditores
B iam capaces. Sed quam ſapientiam ſequar:
f ℭSapientiam autem non ſeculi hu-
†pſal.118.b ius &c.i.malignorum ſpirituū vel philoſo-
phorum qui principes mundi videbantur.
Qui deſtruuntur.i. quorum ſapiētia de-
ſtruitur. g ℭSed loquitur dei ſapien-
tiam.i.Chriſtum:in quo oſtēſa eſt dei ſapien
tia:de redemptione hoīm loquimur: dico.
h ℭIn myſterio.i.exponēdo myſteria: in
quibus Chriſtus ſignificatur.abſcōditam.
vt neſciant pſeudo:quia non in verbis ſed in
virtute eſt:nō humana ratione comprehen-
ſibilis,ſed ſpūs efficacia credibilis. i ℭQuā
ſ.ſapientiam. k ℭPrædeſtinauit deus.
i.præordinauit. l ℭAnte ſecula.i.anteq
mundus eſſet. m ℭDei ſapientia Chri
ſtus eſt.Chriſtus enim dei virtus & dei ſa-
pientia.j.Cor.j.d. Prædicamus Chriſtū dei
virtutem & dei ſapientiam. n Hęc ſapiē-
tia in myſterio abſcondita eſt: ſub di-
uerſis figuris in veteri teſtamēto. o ℭDe
qua & noni pſalmi titulus pręnota-
tur:Pro occultis filij &c. Coloſſen.ij.a.
p ℭEt qui in myſterio &c.ad Rom.j.a
Prefigura- q ℭPrędeſtinatus autem & prefigu-
tio Chriſti. ratus &c.Præfiguratus fuit in Abel. Geñ.
iiij.a.quem Cain interfecit.in Iſaac,quē pater
immolare voluit.Geñ.xxij.a.In Ioſeph: qui
à fratribus venditus fuerat. Geñ.xxvij.f. In
agno:Exodi.xij.a.In Hieremia:Hier.xviij.d.
In lapide angulari:Eſaiæ.xxviij.d. In lapide
primario:Zacha.iij. c.& in multis alijs figu-
ris. r ℭVnde & prophetę &c. Supra
dictum eſt q ſacrę ſcripturę myſteria reuelata ſunt à deo Chriſto
homini & apoſtolis:ad quę non poteſt pertingere ſcientia ſecula-
Propheta ris.hic oſtenditur q reuelata ſunt prophetis & patriarchis. Litera
plana eſt.Cōtinua ſic dico q prętiguratus fuit. Vnde & prophe
tę appellabantur videntes &c.i.intelligebant figurarum my-
ſteria reuelāte gratia diuina.Quod aūt hic dicit̄ ſumitur de.j. Reg.
ix.b.vbi dicitur:Qui em̄ propheta dicitur hodie:vocabatur olim
videns. Sic oſtenſa eſt in genere relatio fuiſſe facta prophetis.
Poſtmo

quens ignorauit. †Perdā inquit
a ſapientiam ſapientium: & pru-
dentiam prudentiū reprobabo.
b Vera ſapientia perdet falſam ſa-
c d pientiam.Et quanq ſtultitia prę
e dicationis in cruce ſit: tamen pau
lus ſapientiā loquit̄ inter pfectos.
f Sapiām aūt nō ſcl̄i huius: nec pri
g cipū ſecl̄i iſtius * q deſtruūt: ſed
h loquit̄ dei ſapiām ī myſterio abſ
i k cōditā,quā p̄deſtinauit deus an-
l te ſcl̄a.Dei ſapiētia,Chriſtus eſt.
m Chriſtus em̄ dei uirtus & dei ſa-
n piētia. Hęc ſapīa ī myſterio abſ
o cōdita eſt:de qua & noni pſalmi
titulus p̄notat̄: p occultis filij. In
q̊ ſunt oēs theſauri ſapīæ & ſcīæ
p q dei abſcōditi. Et q ī myſterio abſ
cōditus erat p̄deſtīatus añ ſecl̄a.
Prędeſtīatus aūt & p̄figuratus in
lege & pphetis. Vñ & pphetæ
appellabant̄ uidētes, q̄a uidebāt
eū quē cęteri nō uidebāt. Abraā
s uidit diē eius & lætatus ē. Apie-
t bant̄ cœli Ezechieli, q pp̄lo pctō
u ri clauſi erāt. †Reuela inqt dauid
x oculos meos: & cōſiderabo mi-
y rabilia de lege tua. Lex em̄ ſpiri-
z talis eſt:& reuelatiōe opus eſt ut
a intelligat̄: ac reuelata facie * dñi
b gl̄iam cōtēplemur. Liber in apo
c calypſi ſeptē ſigillis ſignatus o-
d ſtēdit̄: quē ſi dederis hoī ſciēti li-
e teras ut legat, rñdebit tibi: Non
poſſum: Signatus eſt em̄. Quāti
f hodie putāt ſe noſſe literas tenēt
g ſignatum librum, nec aperire
poſſunt niſi ille reſerauerit qui
habet clauem Dauid: qui aperit
& nemo claudit: qui claudit &
nemo aperit. In actibus apoſto
h i lorum ſanctus eunuchus: imo
uir (ſic enim eum ſcriptura co-
k gnominat) cum legeret Eſaiam
prophetam: interrogatus à Phi-
l m lippo: Putaſne intelligis quæ le
gis? Reſponditq: Quomodo
poſſum niſi aliquis me docuerit?

Poſimodum ſubduntur ſpecialia exempla in patriarchis & pphe-
tis:& primo de Abraam patriarcha:cum dicitur: s ℭAbraam C
vidit diē eius & lętatus eſt.Io.viij.g.Abraā pater veſter exul-
tauit vt videret diem meum: vidit & gauiſus eſt. Vidit viſione
intellectuali ſpūſancto myſteria reuelante. Poſimodum exēplificat
in ſpeciali de reuelatione facta pphetis: cum Abd.1.c.
dicit: t ℭAperiebātur cœli:Ezechie †j.Cor.c.
li.Ezechie.j.a. v ℭQui populo pec- 1.Cor.2.b.
catori &c.i.Iudæis incredulis:Eſa.j.a. Væ
gēti peccatrici populo graui iniquitate &c.
x ℭReuela &c̄.ocu.meos.i.intellectum
meum. y ℭEt cōſiderabo mira. de le-
ge tua.Sed quare petebat hoc? Certe quia
z ℭLex em̄ ſpiritalis eſt.i. ſpiritualiter
intelligenda.ij.Cor.iij.b.Litera em̄ occidit:
ſpiritus aūt viuificat. a ℭEt reuelatiōe
opus eſt vt intel.Ro.viij.c. b ℭAc re
&c.cōtemplemur.ij.Corin.iij.d. Litera eſt.
Nos vero omnes reuelata facie dñi gloriam
ſpeculātes &c̄.Et exponit glo. Nos autem
reue.facie.i.expedita ratione in qua Iudęis *que de-
eſt velamen. Speculantes.i. per ſpeculum ſtruitur
rationis videntes. Gloriā dei.i. glorioſum
dominum &c.vide totā gloſ. c ℭLiber
in apocalypſi.Hic incipit qnta principa-
lis pars iſti⁹ ep̄lę ſcd̄m diuiſionē p̄habitā. &
oſtēdit hic Hiero.ſacrę ſcripturę difficultatē
dupliciter.Primo oñdit pticulariter aliquo-
rum librorum difficultatē tangendo. Secun
do generaliter p libros ſingulos diſcurrendo
ibi: Videlicet manifeſtiſsima eſt Ge- Coloſſ.2.a.
ne.Item iſta pars in qua particulariter pro-
cedit,habet duas partes.In prima oſtēdit dif
ficultatem ſacrę ſcripturę abſolute.in ſecun-
da compararatiue:ibi: Taceo de grāma-
ticis.Litera plana eſt. Liber in apocaly- Ioā.18.g.
pſi.i. liber apocalypſis. Apocalypſis idem D
eſt quod reuelatio:quia ibi multa reuelātur. Apocaly-
d ℭSeptem ſigillis ſignatus oſtendi pſis.
tur.i.ſeptem ſacramentis:quæ ſunt in huma Ezech.1.a.
nitate Chriſti propter redemptionē huma- Septem ſi-
ni generis:quę ſunt:conceptio,natiuitas,paſ- gilla.
ſio,deſcenſus ad inferos,reſurrectio,aſcenſio, Roma.7.c.
aduentus ad iudicium. e ℭQuem ſi de 2.Cor.3.d.
deris &c.Totum iſtud ſumit̄ de Eſa.xxix.d *domini.
f ℭQuanti hodie &c. Supra oſtendit
difficultatem:hic cōfundit ſciolorū pręſum- Apoc.5.a.
ptionem.Et in fine concludit q nō poſſunt
intelligere niſi per reuelationem. dicit ergo:
Quanti hodie pntant &c. Ecce præſum
ptio. g ℭTenent ſignatum librum
nec aperire poſſunt niſi ille reſeraue-
rit qui habet clauem Dauid &c. Ecce
q neceſſaria eſt reuelatio,Et ſumitur hoc de
Apocal.iij.b.vbi ſcribitur:Hęc dicit ſanctus Iſa.29.d.
& verus qui habet clauem Dauid:qui aperit
& nemo claudit:claudit & nemo aperit. h Apoc.3.d.
ℭIn actibus apoſtolorum &c. Poſtq
confudit ſciolorum præſumptionē: ſubiun-
git ſtudioſorum hebetationem:& cognitio-
nis imperfectionem. Et ponit exemplum de
eunucho ſtudioſo:quod ſcribitur Act.viij.e
In actibus apoſtolorum ſanctus eunu
chus imo vir. Ita ſcribitur in antiquis.
Sed plus placet mihi litera modernorū ſcri-
bentium,imo ſanctus vir. Quod antiqui Actu.8.e
implicite dicunt: moderni dicunt explicite.
i ℭCognominat.i.ſimul nominat:quia
virum etiā eunuchum appellat. Actu. viij.e.
vbi dicitur. Vir Aethiops eunuchus &c.
k ℭCum legeret Eſaiam prophe.&c. à Philippo. Vn⁹
de ſeptem:nec em ap̄l̄us ille Philippus dicitur:huicq min⁹ impo- Philippus.
ſuiſſe manus. l ℭPutaſne &c.Poſt oſtenſam ſcripturę difficul
tatem: poſt cōfuſam ſciolorū pręſumptionem:poſt expreſſam ſtu-
dioſorū impfectionē:hic ſubiungit doctrinæ neceſſitatem di. m
ℭQuō poſſum niſi aliqs me docuerit.q.d.nō poſſum intel
ligere ſine doctore.In opuſculo vocabulorū biblię iuenies tria gña
euchonorū.Quidā em̄ ſic naſcūtur;q dicuntur caſtrati.i. caſti nati Eunuchi.
Alij facti

E Alij facti ſunt ab hominibus, qui proprie dicūtur ſpadones à ſpa-
Spadones. ta. Spata dicitur gladius, à ſpatio, quia fit ſpatioſa & lata, vel à pa-
tin quod eſt paſsio, & forte cū huiuſmodi inſtrumento antiquitus
caſtrabantur. Alij ſe caſtrāt ꝓpter regnū dei q ꝓprie dicūtur eunu
chi. i. bene vincētes, ab eu quod eſt bonū, & niche quod eſt victo-
ria, quia bene vincūt carnis tentatiões, & iſti
vltimi merētur. Vel dicit̃ eunuchus ab eucie
qđ eſt mulier vel lectus: & echo qđ eſt cuſto
dio, quaſi lecti vel mulieris cuſtos. a ℭEgo
vt de me &c. Hic eunuchi ſtudioſitatē cō-
mendat: q tamen ꝑ ſe ſcripturā intelligere nō
poterat. Litera plana eſt. Ego vt de me in
terim loquar. i. vt ſermonē de me & non
*Legis diuinęq́ ſciētiæ. de alijs interponā. b ℭNec ſanctior ſum
hoc eunucho. quantū ad bonitatem vitæ.
c ℭNec ſtudioſior. quantū ad appetitū
ſcientię. d ℭQui de ęthiopia. i. de ex-
tremis mūdi finibus venit ad templū.
Aethiopia. Sicut dicit Iſidor⁹ in. xiiij. Etymo. Aethiopia
dicta eſt à colore populorū, quos ſolis vici-
nitas torret. deniq; vi ſideris prodit hominū
color, eſt em̄ ibi iugis ęſtus. Nam quicquid
*eius eſt: ſub meridiano cardine eſt &c̄.* Iſte
*Credit æthiops venerat adorare in Hierl̄m, ꝑ quem
*Et fidelis & ſctūs factus eſt. dn̄a ſua multa dona miſerat tēplo. e ℭReli
quit aulam regiā. Candacis reginę æthio
Candace; pum. Et vide quia omnes reginę æthiopum
dicebātur Candaces, ſicut Romani impato-
† regimen res cæſares dicebant̃. Nec habebat † regi re-
gio hæc niſi à fœminis, ita ſcribitur in hiſto-
rijs. f ℭEt tantus amator &c. cogita-
tione cōciperet. Vel ſcđm aliam literā: in
cogitatione cōciperet: quia bene eā medita-
batur. g ℭLingua volueret. Frequenter
repetendo. h ℭLabijs ꝑſonaret. aperte le-
gendo. i ℭIgnorabat eū &c. ſ. Dominū
F Ieſum, de quo legitur Eſa. liij. c. Sicut ouis ad
occiſionē ducetur &c̄. k ℭVenit philip-
Philippus. pus &c. De iſto philippo dicit̃ in hiſtorijs.
Conſtat hunc philippū fuiſſe diaconū, non
Apoſtolū, ſi enim apoſtolus eſſet, ſtatim ba-
ptizatis manus imponeret, nec ad hoc alios
expectaret. In iſta impoſitione manuū oſtē-
debatur ſpūſſanctus ſub aliquo ſigno viſibi
li: quē baptizati inuiſibiliter receperāt in ba-
ptiſmo. l ℭO mira doctoris virt⁹ &c.
hic cōmendat magiſtri doctrinā per effectū
ſubſequentē, qui multiplex eſt: ſicut patet in
litera. Dicit itaq;: O mira doctoris vir-
tus. i. efficacia: & quare? m ℭEadem
hora &c. & ſanctus eſt. i domino conſe-
cratus: in fide confirmatus. Vide vbi expo
nit̃ ſanctus in opuſculo de vocabulis biblię.
* Lingua q̄; manu n ℭAc magiſter efficitur de diſcipu
lo: plus in deſerto &c. reperit. Iſtud expōitur ſic: Eunuchus
reuertebatur à templo quod erat in Hieruſalem pulchrum & de-
auratum: ad quod multi conueniebāt. vnde dicitur in litera: Syna
Synagoga. gogæ. i. cōgregationis. Fons eccleſiæ: dicitur ſacra ſcriptura ſpi-
ritualiter intellecta. Sed deſertus dicitur: quia à pluribus intelli-
gētia ſpiritualis deſeritur. Plus ergo inuenit in hoc fonte q̄; in tem
plo: quia ibi inuenit figuras & enigmata. hic autem eſt veritas ex-
planata. vnde dicitur bonū verbū. Prouer. xvj. ca. Fons vitæ eru-
ditio poſſidentis: doctrina ſtultorum fatuitas. i. apta doctoribus
eccleſiæ & ſynagogæ.

Cap. VI.

HAec à me &c. Iſta eſt concluſio iſtius partis, in qua
abſolute oſtēditur difficultas ſacrę ſcripturę. & di-
cit Hieron. ꝙ ſupradicta breuiter tetigit vt Pauli-
nus intelligeret ſe non poſſe intelligere ſacrā ſcriptu-
ram ſine p̄mōſtrāte. vnde dicit. o ℭHęc à me per
ſtricta ſunt breuit̃. i. leuiter tacta vl' ſummatim dicta. p ℭNeq;
em̄ &c. Iſtud eſt interpoſitio: vl' reſpicit qđ dicit̃; breuit̃ ꝑſtricta
inquā ſunt: vt intelligeres te ī ſcripturis ſacris ſine p̄uio & mōſtrāte
ſemitā nō poſſe īgredi. q ℭTaceo de grāmaticis &c. Hic oſtē
dit difficultatē ſacrę ſcripturę ī cōpatiōe ad alias ſcias. Et p̄rio in
cōpatiōe ad liberales: cū dic̃. Taceo de grāmaticis &c. Reſume
diuiſionē iſti⁹ ꝑtis: q̄ ſupra poſita eſt ī p̄cipio: q̄ p̄termiſſa ē cā bre
Grammaticus. uitatis. Inſiſto lr̄ę. Taceo de gramaticis &c. Grāmatic⁹ dicit̃ à
gramma qđ eſt lr̄a: qa ſumit initiū à lr̄a vnde grāmatica quaſi lr̄alis
ſcia

a b Ego (ut de me īterim loquar) nec
c ſanctior ſum hoc eunucho, nec
d ſtudioſior: q de ęthiopia. i. de ex
e tremis mūdi finibus, uenit ad tē-
f plū: reliquit aulā regiā: & tantus
amator * diuinæ ſciæ fuit ut ēt in
uehiculo ſacras literas legeret. Et
tamen cū librū teneret: & uerba
g dn̄i cogitatiōe cōciperet: lingua
h i uolueret: labijs ꝑſonaret: ignora
bat eū quē in libro neſciēs uene-
k rabat̃. Venit philippus: oſtēdit ei
l Ieſum, q clauſus latebat in litera.
m O mira doctoris uirtus: Eadē ho
ra * credidit eunuchus: baptizat̃:
n * fidelis & ſctūs eſt: ac magiſter
de diſcipulo plus in deſerto fonte
ecclię, q̄; ī aurato ſynagogę tēplo
reperit. Ca. VI.
o HÆc à me ꝑſtricta
ſūt breuiter (neq;
p em̄ epiſtolaris an
guſtia euagari lō-
gius patiebat̃) ut
intelligeres te in ſcripturis ſctīs ſi-
ne p̄uio & monſtrāte ſemitā nō
q poſſe ingredi. Taceo de grāmati r s
cis, rhetoribus, philoſophis, geo t u
metris, dialecticis, muſicis, aſtro x y
nomis, aſtrologis, medicis, quo- z a
rum ſcia moralibus ul' utiliſsima
eſt: & in tres partes ſcinditur: τὸ
δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad b
minores artes ueniā: & quæ nō c
tam λογοῦ logo, q̄; manu admini- d e
ſtrantur. Agricolæ, cæmentarij, f

ſcia nō à prima parte ſui, quia primo tractet de literis, ſed ꝑ effectū: G
quia efficit literatū. vnde deſcribitur ſic: Grāmatica eſt ſciētia recte
ſcribendi, recte ꝓnunciandi, & recte cōſtruendi. r ℭRhetor vel Rhetor.
rhetoricus dicit̃ orator, à rheſis quod eſt locutio, ꝓpter copiā lo-
cutionis. Iſi. in. ij. Etymol. deſcribit rhetoricā dicens: Rhetorica eſt Rhetorica.
bene dicendi ſciētia in ciuilibus queſtionibus
ad perſuadendum iuſta & bona. s ℭPhi- Philoſophi
loſophi græca appellatione vocantur: qui
latine amatores ſapientiæ interpetrantur. Eſt
enim philoſophus qui diuinarum & hu-
manarum rerum ſcientiam habet: & omnem
bene viuendi tramitē. tenet Ita dicit Iſi. Ety.
viij. t ℭGeometris. Hic & hęc geometra, Geometer.
& hic geometer. tri. dicit̃ ille q tractat vl' docet
menſuras terræ. Et cōponitur à ge qđ eſt ter
ra: & metros menſura. Vnde hæc geometria
dicit̃ ars quæ docet mēſuras terræ. v ℭDia Dialectici.
lectici: ſunt qui docent dialecticā vel ſtudēt
in ea. Dialectica aūt eſt diſciplina ad differen-
das rerum cauſas inuēta. Ipſa eſt philoſophię
ſpecies q̄ logica dicit̃. i. rōnalis. Et ſecundū Iſi
dorū Etymo. ij. dicit̃ à dia qđ eſt de: & lectō Dia.
qđ eſt dictio: quia de dictis in ea diſputat̃. Et
vt ſcias orthographiam nominis: nota hos
verſus: Scribe per y græcum dya tūc duo ſi-
gnificabit. Scribe ꝑ i noſtrū: ſic dia deq; da- Muſici.
bit. x ℭMuſici: ſunt doctores vel audi-
tores muſicæ. Muſica autem eſt peritia mo-
dulationis ſono cantuq; cōſiſtens. Et dicitur
à Muſis: quia per eas vis carminis & vocis
modulatio antiquitus querebatur: & ſicut di
cit Iſi. Etymol. iij. Muſicæ partes ſunt tres: Quot partes muſicæ.
Armoniaca: rithmica: & metrica. Armonia-
ca: eſt quæ diſcernit in ſonis acutum & gra-
uem. Rithmica: quæ requirit in ſonis incur-
ſionem verborum: vtrū bene ſonus an ma-
le cohęreat. Metrica eſt: quę menſurā diuer-
ſorum metrorū probabili rōne cognoſcit.
Idē in eodē. Prima armoniaca eſt: quę ex vo- H
cū cātibus cōſtat. Secūda organica: q̄ ex flatu
conſiſtit. Tertia rithmica: quæ impulſu digi-
torum numeros recipit ſicut in cithara. y Aſtronomia.
ℭAſtronomi: ſunt qui docent legem vel
regulas de aſtris: & qui aſtra nominant. Et cō
ponitur ab aſtrum, & nomos lex: vel norma
quod eſt regula. Vnde aſtronomia lex aſtro-
rum: quę curſus ſiderum, & figuras & habitu
dines ſtellarum, circa ſe, & circa terram inda- Aſtrolog⁹.
gabili ratione percurrit. z ℭAſtrolo-
gus: componitur ab aſtrū: & logos quod eſt
ſermo: vnde aſtrologia dicit̃ ꝑs aſtronomiæ
vt vitemus obiectionem quę poſſet fieri de
litera q̄ dicit. a ℭQuorū ſcia &c. vti-
liſſima eſt. Nota qđ dicit Iſi. Ethymo. iij. Differunt Aſtronomia, et aſtrologia.
Inter aſtronomiā & aſtrologiā aliqd differt. Nā aſtronomia cœli
conuerſionē: ortus: obit⁹: motuſq; ſiderū continet: vel qua ex cā ita
vocentur. Aſtrologia vero partim naturalis, partim ſupſtitioſa eſt.
Naturalis dū exequitur ſolis & lunę curſus: vl' ſtellarum, certaſq;
ipſorum ſtationes. Superſtitioſa vero eſt illa quā matematici ſequū
tur: q in ſtellis augurant̃: q etiā. xij. cœli ſigna ꝑ ſingl'a aīę vel corpis
mēbra diſponūt: ſiderūq; curſu natiuitates hoim, moreſq; p̄dicare
conant̃. Per hoc patet ꝙ quo ad qd eſt vtilis: & quo ad qd eſt dā-
nabilis: tamē general'r ibi ſumit̃ ſcia: ſicut patet ꝑ hoc qđ ſequitur:
b ℭEt in tres ꝑtes ſcindit̃. In doctrinā, rōnē, & vſum. i. in rōna
lem philoſophiā, naturalē, & moralē. In. viij. li. de ci. dei inuenies ſa-
tis de his trib⁹. c. iiij. Et in Iſi. Ethy. li. viij. c. vj. Hiero. poſuit tria grę
ca vocabula his trib⁹ ęqpollētia: q in qbuſdā antiqs epl'is ſic inue-
ni Endiate. i. doctrinā. Oiſlogō. i. rationē. Tenteriā. i. vſum. grecas li
teras p̄termitto. c ℭAd mino. ar. veniā &c. Hic oſtendit diffi-
cultatē ſacrę ſcripturę in cōpatione ad artes mechanicas. d ℭLo-
go. i. ſermone. Aliq pro logo habēt lingua. i. officio lingue. Et for-
te iſtud mouet eos ad ſcribendū lingua pro logo: quia greci nō ha-
bēt ablm̄. vnde dic̃ Priſcian⁹ ꝙ abltūs ꝓpri⁹ eſt rōanorū: qa noui- Abltō caret greci.
ter videt̃ à latinis inuēt⁹, licet antiqſsimi grecorū grāmatici ſextū ca
ſum poſuiſſe videant̃ &c. e ℭManu. i. officio man⁹. ſ. opando.
Poſtea exēplificat. d. f ℭAgricolę &c. quod cupiūt eſſe. ſcili-
cet periti in iſtis artib⁹. ergo multo forti⁹ ſacra ſcriptura q̄ difficilior eſt
ſine doctore nō pōt intelligi. Cemētarij: ſunt q cū cemēto opant̃. Cemētarij.
Fabri

fabri metallorum: lignorū́q; cæ- ſores: lanarij quoq; & fullones: & cæteri qui uariā ſupellectilē & uilia opuſcula fabricāt: abſq; do ctore non pn̄t eſſe quod cupiūt. a Quod medicorū eſt promittūt b medici, tractāt fabrilia fabri. So- c la ſcripturarum ars eſt: quam ſibi omnes paſsim uendicāt. Scribi- mus indocti, doctiq; poemata d paſsim. Hanc garrula anus: hāc e f delirus ſenex: hanc ſophiſta uer- boſus: hanc uniuerſi præſumūt: lacerant: docent anteq; diſcant. g Alij ⁎ adducto ſupercilio grādia h i uerba trutinātes, inter muliercu- las de ſacris lr̄is philoſophantur. k l Alij diſcunt ꝓhpudor à fœminis quod uiros doceāt. Et ne parum hoc ſit, quadā facilitate uerborū, m imo audacia ediſſerūt alijs, quod n ipi nō intelligūt. Taceo de mei ſi milibus: qui ſi forte ad ſcripturas ſanctas poſt ſeculares literas ue- nerint, & ſermone cōpoſito aurē populi mulſerint: quicqd dixerīt o hoc legē dei putant. Nec ſcire di gnātur quid ꝓphetę, qd apoſto- li ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuū in- cōgrua aptant teſtimonia, quaſi grāde ſit & nō uitioſiſsimū ⁎ di- cēdi genus deprauare ſentētias: & ad uoluntatē ſuā ſcripturā tra here repugnātem. Quaſi non le p gerimus Homerocētonas & uir giliocētonas: ac non ſic etiā ma- q ronē ſine Chriſto poſsimus dice re Chriſtianum: quia ſcripſerit: r ⁎ Iam redit & uirgo, redeūt ſatur s nia regna. Iam noua progenies t cœlo demittitur alto. Et patrē lo quētē ad filium: ⁎ Nate meæ ui res mea magna potētia ſolus. Et poſt uerba Saluatoris in cruce:

A Fabri metallorum. ad differentiam aliorum fabrorū. Fabri eñ
Faber. quilibet artifices cōiter appellātur, ſed per additiones cōiter ſpecifi-
cantur, vt cū dicit̃ faber ferrarius, faber lignarius &c̄. Lanarij: ſunt
Fullo. qui operātur de lana. Fullones: qui pannos parāt & excādidant.
Et dicuntur à fulgeo fulges, quia faciunt pannos fulgere. Vel dicū-
tur fullones quaſi fullando lauentes, vel qua-
Supellex. ſi fortiter lauantes. Supellex dicitur omne
inſtrumentum & ornamentū domus. Et di-
citur à ſuppleo ſupples, quia ſupplet defectū
domus. a ℭQuod medicorum eſt pro
Horatius mittunt &c. Ita ſcribitur in epiſtolis Ho-
epl'a.2. ratij vbi dicitur: Nauē agere ignarus nauis
timet abrotanum: ægro Non audet niſi qui
didicit dare, quod medicorū eſt promittūt
medici &c̄. b ℭSola ſcripturarum ars
eſt: quā ſibi omnes: tam viri q̄ mulieres:
tam docti q̄ inſipientes vendicāt. i. appro
priant & vſurpant. c ℭPaſsim. i. commu-
niter, indifferenter, vbiq;. Et hoc probat per
Horatius verſum Horatij dicentis in epiſtolis. Scribi
epl'a.2. mus indocti doctiq; &c. Et præponun-
tur ibi optimi verſus de iſta materia Muta-
uit mentem populus leuis, & calet vno Scri
bendi ſtudio, pueri patreſq; ſeueri Fronde
comas viridi cœnant, & carmina dictant. Et
ſubiungit Hiero. multa inconuenientia quæ
ſequūtur ex talium doctrina. Et primo oſten
dit doctrinam talium eſſe ineptam, cum di-
cit. d ℭHanc garrula anus &c. omnes
iſti inepti ſunt ad docendum. e ℭDelirus.
Lirinia. id eſt deſipiens. Lirinia enim græce deſipien-
tia eſt. vnde dicuntur Origenis liriniata erro
res eius in quibus deſipuit, ſecundum Iſido.
Delirus. Etymol'.x. Delirius dicitur mēte defectus per
ætatem, quia à recto ordine & quaſi à Lira
aberret. Lira enim eſt arationis genus cum
B quo agricolæ facta ſemente dirigunt ſulcos
Verſus. in quos omnis ſeges decurrit. verſus: Pollice
tango lyram, facio cum vomere liram. Item
Græciſmus, Delyro diſcordo, deliro deuio
dico. Eſt lyra fons primi: caput eſt quoq; lira
Horatius ſecundi. Horatius in. ij. Epiſtola: Quicquid
2. epl'a. delirāt reges plectūtur Achiui. f ℭSenex.
quaſi ſe neſciens. Secundo oſtendit doctri-
⁎ abducto nam talium ſuperbam ibi. g ℭAlij ⁎ ad
ducto ſupercilio vt etiam ſapientes videā
tur, quorum ſuperbia manifeſtatur in ſuper
⁎ abdu- cilij ⁎ adductione, in grandium trutinatione,
ctione. in philoſophiæ oſtentatione. Supercilium di
Supcilium. citur quaſi cilio ſuperpoſitum. Cilium eſt te
gumen oculorum, ſic dictum quia celet ocu
lum. Vel à cilleo. les. quod eſt mouere, quia
frequenter mouetur. In ſupercilij abductio-
ne, ſignum eſt ſuperbiæ. h ℭTrutinantes.
id eſt cum magno pondere proferentes.
i ℭGrandia verba. id eſt inflata & in in-
telligibilia, licet parum ſciāt. vnde optime cō
Horatius petit eis illud quod dicit Horati⁹ in poetria:
in arte. Telephus & Peleus cū pauper & exul vterq;
Proijcit ampullas & ſeſquipedalia verba.
Ampullæ. Ampullæ vel ambullæ dicuntur verba infla
ta, quaſi plena bullis in circumitu. Seſqui di-
Seſquipe- citur totum. Vnde ſeſquipedalia dicuntur
dale. menſuram totius pedis continentia. Cætera
plana ſunt. Tertio oſtendit doctrinam taliū
eſſe ineptā & probroſam, ibi. k ℭAlij di-
ſcunt &c. Nam magnū opprobriū eſt ꝙ fœminarū doctrinæ ſe
Prohpu- ſubijciūt. Itē ꝓbroſum eſt ꝙ quę docēt nō intelligūt. l ℭProhpu
dor. dor. dicit̃ cōfuſio ſcd'm Papiā. Et dicit̃ à ꝓpudeo. es. quod eſt ꝓcul
pudere, vel ꝓ aliquo pudere, dicit̃ ergo ꝓhpudor. i. cōfuſio eſt. ſ.
Ediſſero. ita dicere. m ℭEdiſſerūt. i. aperiūt, oſtendūt: valde diſſerunt, emi-
nēter vel euidenter diſſerunt. Componitur eñ ab ex & diſſero. ris.
quod eſt tractare, dicere ſapiēter loqui, cōfirmare &c̄. Quarto oſtē-
dit doctrinā taliū eſſe erroneam: ibi. n ℭTaceo de mei ſimili-
bus &c. Ecce magnus error. Et ſubiungit cauſam propter quā er-
rant cū dicit. o ℭNec ſcire &c. q. d. vitioſiſsimū eſt autoritates
quę ad propoſitum nō faciunt aſſumere, & violenter pro ſua vo-
luntate eas exponere, ſicut faciunt illi qui verſus Virgilij & Homeri
exponunt

exponunt de Chriſto, cum autorum longe aliena fuerit intentio, & C
maxime corā intelligentibus non deberent hoc facere. Cōtinua ſic.
dixit ꝙ incōgrua aptāt teſtimonia. p ℭQuaſi nō le. ho. & vir Virgilliocē
giliocentonas: id eſt opuſcula de verſibus homeri & virgilij cō to.
poſita. Excerptiōes quędam ſunt de libris Homeri & Virgilij, & in Homero-
duos libellos redactę, in quibus multi verſus cento.
præter prædictorum autorum intentionem
adaptantur Chriſto. Excerptores aūt libros
Homeri & Virgilij trāſcurrentes vbicūq; in
ueniūt aliquid quod ſuę materię poſſent ada
ptare, pūcto ſignauerūt, vt quādo compila-
rent promptius inuenirēt, & ab hmōi pun-
ctione centones dicuntur ſcripta cōpilata ex
verſibus hincinde collectis, & ſcd'm numerū
continuatis. Cento eñ verbū gręcū idem eſt
quod pūgo. vnde dicit̃ hic cento onis, idē. ſ.
quod pūctus vel punctatio. Iſido. j. Etymol'. Cento.
vbi agit de metris ibi dicit, ꝙ cētones ſunt q
de carminibus Homeri & Virgilij propria
opera more cētenario ex multis hincinde cō
poſitis vnū ſartiunt corpus. vnde ſcd'm ipm
centones dicūtur à centum. Et nota ꝙ decli-
natur hic virgiliocento, & hic homerocēto.
vnde homerocentonas accuſatiu⁹ gręcus eſt ⁎abducto.
& ſimiliter virgiliocentonas. Compoſuit au
tem homerocentonas de Chriſto Eudochia
vxor Theodoſij minoris. virgilocentonas
ſcripſit Proba vxor Adelphi, in quibus po-
ſuit pro magna parte continentiā noui & ve
teris te. Et credo ꝙ opus illud cōtinet ſeptin-
gentos & quinq; verſus. Iſido. dicit de ea in
j. Ety. ca. xxxviij. ꝙ de fabrica mundi & Euā-
gelijs pleniſsime expreſsit. Modo exponam⁹
literam. Dicit enim ꝙ incōgrua aptant teſti-
monia & male intellecta. Quaſi non lege
rimus ho. &c. ſicut & ipi quod falſum eſt.
q ℭAc non ſic etiam Maronem ſine
Chriſto poſſumus dicere Chriſtia-
nū &c. iſta litera eſt Hiero. Cōſtrue ſic: Ac D
pro &. Et reſume quaſi ita loquatur: Quaſi
non leg. homerocētonas & virgilio-
cētonas: quaſi nō poſsimus ſic. ſ. ſicut ipſi
dicere. i. dicēdo affirmare. Maronem id
eſt Virgiliū ſine Chriſto. id eſt nō intelligē
do de Chriſto, vel non habito reſpectu ad
Chriſtū, fuiſſe Chriſtianū. id eſt autoritates
quas ipſi aſſumunt ſcripſiſſe de Chriſto. q. d.
poſſemus dicere ſi vellemus ꝙ Virgilius li- ⁎Docendi.
brū ſcribens intelligeret de Chriſto, cū tamē
in veritate nō hoc diceret de ipſo, ſcilicet hoc
dicere nolumus ne incōgrua teſtimonia vſur
pemus, ſicut illi qui dicunt eum intellexiſſe de
Chriſto. r ℭQuia ſcripſerit Iam re-
dit &c. vt per ordinē oſtēdatur ꝙ dictę au
toritates vſurpatę ſint, nec de Chriſto loquā
tur: Nota ꝙ Pollio dux germanici exercitus Pollio.
capta Salona ciuitate Dalmatię, eodem anno ⁎Vir. i bu-
conſul Romanus fieri promeruit. vnde Vir- coli. eglo-
gilius in Bucolicis. iij. Egloga: Qui te pollio ga. 4.
amat: veniat quo te quoq; gaudet. ſ. veniſſe ⁎ Ene. 1.
ad conſulatū. Eodē anno habuit filiū quē Sa Saloninus.
lona deuicta ſaloniū vocauit, q natus parēti-
bus, riſiſſe dicitur. quod erat malū omen, qm̄
in ipſis primordijs interijt. Virgi. vero volēs
omen illud in bonū cōuertere, dicit ꝙ ipō re
gnāte erit iuſticia in terra. Et multipliciter cōmēdat eū. d. Iā. ſ. nato
ſalonino. Et. i. etiā virgo. i. iuſticia redit. Iuſticia dicit̃ ſcd'm fabu-
las filia fuiſſe Aſtracei gigātis. ⱽgo: quia icorrpta dicit̃ eſſe. Ouidi. Aſtrea vir-
j. metamor. Victa ſedet pietas & virgo cęde madētes. Vltima cœle go.
ſtiū terras aſtrea reliquit. s ℭRedeūt ſa. regna. ſ. prima ętas quę Ouid. j. me
fuit aurea. vnde Ouid. Aurea prima ſata eſt ętas. t ℭIā no. proge tamor.
nies. ſ. Saloninus. cœlo demittitur alto: quia natione cœleſtis re
putabitur propter ꝓbitates ſuas. Oīa illa inuenies in Bucol. in. iiij.
egloga. Item alia autoritas: Nate meę vires &c. non eſt dicta de
Chriſto, imo ſicut patet in fine primi ęneidos ⱽba ſunt Veneris ad
Cupidinē filiū ſuū, ſupplicātis: vt aſſumpta forma Iuli aſcanij nepo
tis ſui. ſ. filij Aeneę, quē diligebat Dido Carthaginiēſis regina, inflā
maret eam

cit ſaluator: Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dedi-
ſti mihi. k ℭ Et offertur. in cerimonijs chriſtianorū. l ℭ Ob-
latio munda. per hoc increpat ſacerdotes iudęorum; qui offerūt
non idonea ad immolandum: vt ſciant carnalibus victimis, ſpiritua
les victimas ſucceſſuras. m ℭ Eſaiam: Ieremiam. Hieronym⁹
exponit ſeipſum dicēs in prologo ſuper Eſaiam. Ita enim vniuerſā
Chriſti eccleſiæq́ miſteria ad liquidum proſequutus eſt: vt non pu
tes eum de futuro vaticinari: ſed de pręteritis hiſtoriam texere. Te-
Texo. xo texis texui texere. textum textu. dicitur telam facere: cooperire:
ordinare: conſtruere. vnde hic textus textus textui: liber continens
tractatum ſine literę expoſitione. n ℭ Secundus vero virgā
nuceam.

nuceā. Nota quòd. ſ. Hieremiæ noſtra litera eſt: virgam vigilan- C
tem ego video. Et hanc habent Aquila, ſymmachus, & Hierony-
mus. Septuaginta autem dicunt: baculum nuceum. Theodotion
vero virgam amydalinam. Et omnia iſta competunt Chriſto qui
dicitur virga in correctione malorum: numeri vigeſimo quarto. c. Chriſtus, multis cōparatur.
Conſurget virga de iſrael & percutiet du-
ces Moab. Baculus dicitur in ſuſtentatione
bonorum actiuorum: pſalmo. xxij. b. Vir
ga tua & baculus tu⁹, ipſa me cōſolata ſunt.
Virga dicitur in cuſtoditione contemplati-
uorum. pſalm̄. cxx. a. Ecce non dormitabit
neq; dormiet. Amygdalus dicitur in ſanatio
ne ſpiritualium infirmitatum. pſalm̄. cvi. b. 1 Albos, & varios.
miſit ſeruum ſuum & ſanauit eos. Nux: quia
paſcit dicitur in refectione perfectorū. Mat-
thęi vndecimo. d. Venite ad me omnes qui
laboratis & onerati eſtis: & ego reficiā vos.
o ℭ Et ollam ſuccēſam. Per ollam ſuc-
cenſam intelligitur rex Babyloniæ: qui bene
dicitur olla ſuccenſa propter ambitionem: ſi
cut patet in principio Iudith: vel quia ex to-
to iudęos in nihilum decoxit. vnde Hiere-
miæ. l. c. Primus comedit eum rex Aſſur: ſed Aquilo.
iſte nouiſsimus Nabuchodonoſor exoſſauit
eum. Aquilo dicitur quaſi aquas ligans: ven
tus gelidus & ſiccus, per quem ſignatur dia-
bolus: à cuius facie olla ſuccenditur: cum per
uerſę ſuggeſtiōes inſufflantur. Eſai. quinqua
geſimo quarto. d. Ego creaui fabrum ſufflā-
tem in igne prunas &c̄. p ℭ Et pardum
expoliatum &c. Hieremiæ. decimotertio
d. eſt noſtra litera. Si mutare poteſt æthio-
ops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas
& vos poteritis bene facere cum didiceritis 2 Iſaiam.
malum: quaſi dicat. Sicut ab æthiope nō po
teſt ſeparari nigredo: nec colorum varietas
à pardo: ita vos eſtis inſeparabiliter obſtina- D
ti in malo. vnde Sapiētiæ duodecimo. b. Ne
quam eſt natio eorum & naturalis malicia
ipſorum: ſcilicet ſtudio: non natura. Pardus Pardus.
beſtia eſt velociſsima, & pręceps ad ſangui-
nē: & eſt variorū colorum, per quod nota-
tur in iudęis diuerſitas vitiorum. q ℭ Et Threni.
quadruplex. In threnis quadruplici plan
git. ſ. alphabeto, ppter deſtructionē hieruſa- 3 Spoliatū.
lem quā futuram prędicauit: preſentē vidit:
pręteritam deplorauit. ſinguli autem verſus
lamentionum ſecundum ordinem hebraica
rum literarum in idiomate ſumunt initium.
Verbi gratia: primus verſus incipit ab Aleph: ſecundus à Beth: &
ſic de alijs vſq; ad finem alphabeti. Et poſtea reperitur alphabetum
& quater in principijs verſuum ordinatur. In tertia autem repeti- Necto.
tione ſingula elementa tripliciter repetuntur. Necto nectis nexi:
vel nexui nectere plura ſignat: quæ habentur per hunc verſum. Ne
cto dat inſerere: coniungere; ſiue ligare. Ante to c veniēs in xi to
mutat & in ſum. Datq; xui pecto pariter xi: ſic q́q; necto. r ℭ Di
uerſis metris. vnde Hieronymus in quadam epiſtola ad Marcel-
lam: quæ incipit: Nudiuſtertius &c̄. ſic ait: Habes in Lamentationi Lamentationes Hieremiæ.
bus Hieremiæ quatuor alphabeta: ex quibus duo prima quaſi ſa-
phico metro ſcripta ſunt: quia tres verſiculos, qui ſibi nexi ſunt, &
ab vna tantum litera incipiunt: Heroicum coma concludit. Ter-
tium alphabetum Trimetrum: ſcriptum eſt trinis literis: ſed eiſdem
trini verſus incipiunt. Quartum alphabetum ſimile eſt primo: &
ſecūdo: Ita dicit Iſidorus in ſexto Etymologi. ſed aliquantulum luci
dius dicens: quòd duo prima alphabeta: quaſi ſaphico metro ſcri-
pta ſunt: quia tres verſiculi qui ſibi inuicem nexi ſunt: ab vna tan-
tum litera incipiunt, quos heroicum coma concludit. Intellige Saphicum metrum.
ſic. Saphicum metrum dicitur cuius inuentrix Sapho fuit, qua-
le eſt illud: Vt queant laxis reſonare fibris: ecce vnus verſus. Mira
geſtorum famuli tuorum: ecce ſecundus verſus. Solue polluti labij
reatum: ecce tertius verſus. Et poſt tres verſus ſequitur coma he-
roicum: id eſt clauſula verſus heroici: ſiue verſus hexametri: quo
heroum: id eſt virorum fortium facta deſcribuntur: cum dicitur
Sancte. Ioannes. Iſte hymnus dicitur metrum ſaphicum: pen
tametrum dactylicum. Saphicum: quia Sapho puella huiuſmo
di metrum inuenit. Pentametrum: quia quilibet verſus metricus
quinq; habet pedes. Primo Trocheum: ſecundo Spondeum: tertio
Dactylum; quarto trocheum: quinto ſimiliter throcheum. Da- E

a Tertius principia[a] & finem tan
b tis habet obſcuritatibus inuolu
ta:ut apud hebręos[1] ipſę partes
cum exordio geneſeos:ante an
c nos triginta non legant. Quar
tus uero qui & extremus inter
quatuor prophetas: temporū
d conſcius,& totius mundi[2] phi
lohiſtoricus,lapidem prȩciſum
de mōte ſine manibus & regna
oīa ſubuertentem:claro ſermo
e ne ꝓnūciat. Dauid ſimonides
nr̄ pindarus & alcęus: flaccus
q̊q; catulus & ſerenus xp̄m lyra
perſonat:& in decachordo pſal f
terio ab īferis excitat reſurgētē. g

ctylicū dicitur à pede prędominante in iſto metro in tertio pede, ubi vult ſemper habere dactylum:nam in ſecundo pede & in quinto indifferenter poteſt recipere trocheum vel ſpondeum. Et ſubdit Iſidorus,tertium alphabetum trimetro ſcriptum eſt:& trinis literis trini verſus incipiunt. Concorda literam Iſidori cum litera

1 iſtæ parteſ

Hieronymi:quæ ſupra poſita eſt. & gratia exempli accipiamus illa verba Boetij de conſolatione in ſecundo libro:vbi loquitur de mutabilitate fortunæ. Hæc cū ſuperbia verterit vices dextra; & ęſtuantis more fertur Euripi:Dudum tremendos ſęua proterit reges. Humilemq; victi ſubleuat fallax vultum &c. Hoc metrum eſt trimetrum iambicum,

2 Philiſtoros,

continuum: quia conſtat ex ſex iambis: vel tribus iambis;& alijs pedibus. Hæc cū,ſpondeus:ſuper,iambus:ba ver,ſpōdeus:terit,iābus:vices, iambus: dextra, ſpondeus. hæc cum ſuper:ecce metrum ex ſpondeo & iambo:ba verterit.ecce aliud metrum ex ſpondeo & iambo;vices dextra. ecce tertium metrum ex iambo & ſpondeo. Similiter potes

Iambicum metrum.

videre per ſequentes verſus. Iambicum dicitur metrum à pede prędominante, ſcilicet à iambo qui ſemper habet poni in ſecundo loco. Item hipponachticū dicit̄ ab inuentore. Item nota quòd dimetrum vel trimetrum vel tetrametrum in metris iambicis: trochaicis & anapeſticis per duplices pedes computare debes.in reliquis vero per ſimplices. a ¶ Tertius. Hoc eſt

Senectus mentis.

contra nouellos magiſtros. Sed de ſenectute mentis dicitur Sapientie quarto.b. Senectus venerabilis eſt;non diuturna:neq; annorum numero computata. Cani ſunt ſenſus hominis:& ętas ſenectutis vita immaculata. b ¶ Principia.cum dicit:plurale ponit pro ſingulari. In primo capitulo agit de euangeliſtis valde obſcure.ab vndecimo vſq; ad finem agit de templo:ita ꝙ vix poteſt eum aliquis

F intelligere;ita dicit Hieronymus ſuper Ezechielem:Ezechielis diffi-

Ezechiel difficilis.

cultatem hebręorum moſtrat traditio:Niſi eīn quis apud hebręos ſacerdotalis miniſterij ętatem: id eſt triginta annos impleuerit: nec principia Geneſeos: nec cantica canticorum: nec exordium Ezechielis:nec finem legere permittitur: vt ad plenam ſcientiam & myſticos intellectus plenum humanę naturę tp̄s accedat. c ¶ Quartus vero qui & extremus inter quatuor prophetas &c. Magna commendatio eſt quòd dicitur temporum conſcius,nono capitulo:vbi agit de hebdomadibus:vbi ſcribitur in gloſa in prin

Danielis cōmendatio: quia philolohiſtoric⁹

cipio Danielis. Sciendum nullum prophetam tam aperte ſcripſiſſe de Chriſto ſicut iſte ſcripſit:& ſpecialiter in nono capitulo. Nam & tempus notauit aduentus & reges per ordinem: & annos enumerat & manifeſta ſigna.vnde hic dicitur totius mundi philohiſtoricus:id eſt amator hiſtoriarum: à philos:quod eſt amor: & Hiſtoria.à ſeptimo capitulo vſq; ad decimumtertium excluſiue. Et per hoc quòd tam diligenter ſcribebat.ſcilicet determinando tem-

Hiſtoria.

pus:reges,& regna:veritatis hiſtoriarum probatur amator. Eſt aūt hiſtoria narratio rei geſtæ:ꝑ quā ea quæ in præterito facta ſunt dinoſcuntur. Dicitur ab hiſtorin grecè: quod eſt videre: vel cognoſcere. Apud veteres enim nemo ſcribebat hiſtoriam;niſi his qui interfuiſſet:& ea quæ ſcribenda eſſent vidiſſet:prophetæ autem propter prophetiæ certitudinem quandoq; de futuris tanq̄; de prȩteritis loquebantur. d ¶ Lapidem precíſum de monte. Danielis ſecundo,g. Et exponitur de Chiſto: qui dicitur lapis præciſus de monte ſine manibus,id eſt conceptus: & natus ſine humana operatione de beata virgine cȩteris præeminente,qui ſubuertit oīa

Eſaias.

regna diaboli. De iſtis quatuor magnis prophetis dicit Iſidorus in ſeptimo Etymologi. Eſaias interpretatur ſaluator mundi. Saluatorem enim vniuerſarum gentium: eiuſdem ſacramenta: amplius q̄; cȩteri prædicat. Hieremias,excelſus dominus:pro eo quòd dictum

Hieremias, Ezechiel.

eſt ei. Conſtitui te ſuper gentes & regna. Hieremi. primo.c. Ezechiel fortitudo dei, ſecundum Remigium. Confortauit me deus

Daniel.

vnde Ezechielis tertio.d. Manus enim domini erat mecum confortans me. Daniel iudicium dei,ſiue quia in presbyterorum iudicio ſententiam diuinæ examinationis exhibuit: ſiue quòd viſiones: & ſomnia ſagaci mente diſcernens aperuit. e ¶ Dauid ſimonides noſter:pindarus &c. Sicut ait Iſidorus in ſeptimo etymo

Dauid.

log. Dauid interpretatur manu fortis:quia vtiq; fortiſſimus in prȩlijs fuit ipſe & deſiderabilis in ſtirpe,ſcilicet ſua de qua prȩdixerat

Aggei.2.b

Aggeus propheta: Veniet deſideratus cunctis gentibus. Quia vero Dauid lyrico metro pſalterium hebraice ſcripſit teſte Arato:

Arator.

qui ait:Pſalterium lyrici compoſuere pedes, ideo hic quinq; poeta-

G rum lyricorum nominibus appellatur:Dicitur autē lyricus qui lyrica

Lyrici.

rica ſcribit. Lyrica aūt à lyra:dicunt̄ carmina q̄ lyra cātant̄,ſicut ſunt carmina Horatij. Item à lyrin quod eſt varietas vel diuerſitas dicuntur lyrica: quæ continent carminum diuerſitatē & varietatem ſicut patet in odis Horatij. Dicitur ergo Dauid Simonides noſter, q ſcilicet lyricę ſcripſit apud hebræos; ſicut ſimonides apud grȩcos:de quo dicit Iſidorus in primo Etymologi. ſimonidia metra ſimonides poeta

Simonides Ezechiel.

lyricus compoſuit. Item in eodem: Threnos primus verſu Hieremias compoſuit: poſt hunc apud grȩcos Simonides poeta lyricus. Item Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum presbyterum. Ad poetas venio, Homerum, Heſiodum, Simonidē & cȩteros. Qui-

Daniel.

dam dicunt Symphonides: quod in veritate nihil eſt. Item Dauid pindarus. Iſte pinda-

Pindarus.

rus græcus fuit de quo legitur in ſexto libro Valerij maximi & primo ꝓlogo ſup Iob.

Horatius ſecunda epiſtola.

Itē Dauid nr̄ alcę⁹:de q̄ dicit Horati⁹ in vltima epiſtola:vbi loquit̄ de poetis: q Mutuo ſe laudabāt:diſcedo alcę⁹ pūcto illi⁹: ille meo

Dauid.

qs. Quis meli⁹ Callimac⁹ &c̄.q.d. Diſcedo alcęus.i.alcęo in laude cōpat⁹:pūcto.i.iudicio illi⁹ laudatoris:et ille laudator qs diſcedit meo iudicio.i.qs diſcedit à me,niſi Callimach⁹ q fuit famoſus poeta. Itē Dauid flacc⁹ nr̄ q lyricę ſcripſit vt Flaccus: id eſt Horatius: de quo dicit Iuuenalis; Omne vafer virium

Iuuenalis. prima ſatyra.

ridenti Flaccus amico Tangit: & admiſſus inter præcordia ludit. Vafer vafra vafrum.dicitur callidus: quaſi varia ferens: qui ſcilicet varijs loquitur modis. Item Dauid Ca-

Catullus.

tullus noſter & ſerenus expone vt ſupra de alijs. Catullus fuit Ve-

Ouidius in libris amorum.

ronenſis.vnde Ouidius in de ſine titulo in fine: Mantua Virgilio gaudet Verona catullo. Pelignæ gentis gloria dicor ego. Serenus

Serenus.

forte à ſerenitate animi dictus eſt:quia ſerenus erat:id eſt clarus: hilaris & tranquillus:ſicut Naſo dicitur à magnitudine naſi. Et Ouidius quaſi ouum diuidens. Dauid inquam noſter cuius ſcilicet

H

Pſalmis vtimur: Chriſtum lyra perſonat, id eſt laudat in carmine lyrico.vel lyra ad literam: quam tangendo decantabat pſalmos ſuos. vnde ſecundi Regum ſexto .c. dicitur quod Dauid percutiebat in organis armigatis. Item primi Paralipomenon decimoquinto.a.dixit Dauid principibus leuitarum:vt conſtituerēt de fratribus ſuis cantores in organis muſicorum: Nablis videli-

Lyra.

cet & lyris:& cymbalis. Lyra dicitur à lyrin: id eſt varietas vel diuerſitas:eo quod diuerſitatem vocum faciat. Et in decachordo pſalterio exitat ab inferis reſurgentem,id eſt excitadum

Ibidē.15.c. Ibidē.85.c.

prȩdicat. Pſalm.tertio. b Ego dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi. Item alibi:Non derelinquas animam meam in inferno & cętera. Item alibi: Eruiſti animam meam ex inferno inferiori,& in mul

Pſalterium decachordum.

tis alijs locis. Decachordum pſalterium inſtrumentum eſt muſicum cum decem chordis:quo hebræi vſi ſunt propter numerum decalogi pſalmo centeſimo quadrageſimo tertio. b. in pſalterio decachordo pſallam tibi. Et dicitur à deca:quod eſt decem, & chorda. Et dicitur Nablum hebraicæ:pſalterium græce: organum latine. Dicitur autem Pſalterium à pſaltim græce quod eſt tangere latine:quia dum tangitur à ſuperiori reddit ſonum:& ab illo inſtrumento dicitur liber pſalterium: quia ad vocem illius pſalterij Dauid decātabat Pſalmos:& hoc eſt quod dicitur hic: quòd cātando in decachordo pſalterio excitat & cętera. Vel dicitur excitat:quia dicitur in Pſalmo quinquageſimoſexto. b Exurge gloria mea. Et reſpondet filius: exurgam diluculo. Quidam putant quòd quia Hieronymus multum adheret antiquis hiſtorijs: lo-

Orphei hiſtoria Vigili⁹ ī quarto Georg.

quitur hic de Dauid per ſimilitudinem Orphei,qui vxorrem ſuam Euridicen in talo à ſerpente vulneratam & mortuam & ad inferos iam deductam cum cithara eſt ſecutus: vt eam ab inferis extraheret:qui illic veniens, tam dulciter citharizauit, quòd omnes dij infernales dulcedine citharæ conuicti ei Euridicen reddide-

Theodolus

runt. Vnde Theodolus:Euridicen monitis qui regna tenent acherontis; Conditione graui iuſſit Proſerpina reddi. Et ſecundum hoc exponit. f ¶ In Decachordo Pſalterio. Cantando excitat:id eſt excitando præfigurat Chriſtum. g ¶ Ab inferis: id eſt à morte. Vel ab inferis poſt ſpoliationem inferni: vbi vectes ferreos confregit. Vel excitat reſurgentem: id eſt excitādi deſiderium demonſtrat: in quo innuebat quantum redemptionem humani generis affectabat. Iſidorus in ſexto Etymologi. ſic ait:Omnes Pſalmi apud Hebręos metrico carmine ſunt compoſiti. Nam more Romani Flacci:& Græci Pindari:nūc alij iambo currunt:nunc alchaico perſonant: nunc Saphico nitent Trimetro vel Tetrametro pede incedentes: forte propter hoc Hieronymus

a Salomon pacificus & amabilis domini: mores corrigit: naturam docet: eccleſiam iungit & Chriſtum ſanctarumq́ꝫ nuptia-
b rum dulce canit epithalamium.
c [1] Heſter in eccleſiæ typo populum liberat de periculo: & interfecto Aman: qui interpretat̃ iniquitas: partes conuiuij & diem celebrẽ mittit in poſteros. Pa-
d ralipomenon liber [1] inſtrumen-
e ti ueteris ἐπιτομή epitome: tan-
f tus ac talis eſt: ut abſq́ꝫ illo ſi
g quis ſciẽtiam ſcripturarum ſibi uoluerit arrogare: ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iuncturaſq́ꝫ uerborum & p̃termiſſę in regũ libris tangunt̃ hiſtoriæ: & innumerabiles ex- h
plicãtur euangelij quæſtiones. i
Eſdras & neemias adiutor uide- k
licet & conſolator à domino: in l
unum uolumen coarctatur: inſtaurant templum muros extruunt ciuitatis: omniſq́ꝫ illa turba ppl̃i redeuntis in patriam: et deſcriptio ſacerdotum, leuitarum, iſraelis, proſelytorum, ac per ſingulas familias murorum ac turrium opera diuiſa: aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Cer- m
nis me ſcripturarum amore raptum, exceſsiſſe modum epiſtolæ, & tamen non impleſſe quod uolui. Audiuimus tm̃ n
quid noſſe, quid cupere debe- o
amus ut & nos quoq́ꝫ poſſu- p
mus dicere: † Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes ſuas in omni tẽpore. Cęte- q
rũ ſocraticũ illud ĩplet̃ in nobis Hoc tãtũ ſcio qđ neſcio. Tãgã r
& nouũ breuit̃ teſtamẽtũ. Mat s

A nymus ponit hic flaccum pindarum & alcæum. a Salomon paſcificus & amabilis domini mores corrigit: naturam docet: eccleſiam iungit & Chriſtum: ſanctarũq́ꝫ nuptiarum dulce canit epithalamium. Sicut dicit Iſidorus in gloſſa in principio eccleſiaſtes, tribus nominibꝰ vocatus eſt Salomon.

Salomon.

Primo pacificus: quia ſicut dicitur. iij. Regũ quarto. c. Pacem habuit in regno ſuo ex omni parte in circũitu. Idida id eſt dilectꝰ domini: quia ſicut. ij. Reg. xij. f. Nathan vocauit nomen eius amabilis domino: eo quod dominus diligeret eum. Item coeleth hebraicè: eccleſiaſtes grecè: concionator latinè quia eius ſermo non eſt ad vnum: ſed ad vniuerſos iuxta illa tria nomina tria compoſuit volumina. Prouerbia in quibus docet incipientes vel paruulos. Eccleſiaſten, in quo docet proficientes & maturos. Canticacanticorum, quæ pertinent ad perfectos: de his plenius dicetur, cum eorum ſpeciales prologi perſtringentur. In prouerbijs mores corrigit paruulorum: vnde crebro loquitur ibi quaſi ad filium. In eccleſiaſte naturam docet: id eſt † natiuitatem quæ eſt terminus creatorum: omnia docens breuia & caduca. vnde dicit: Vanitas vanitatum &c̃. In canticiſcanticorum eccleſiam iungit & Chriſtum quia ibi docet eccleſiam virtutibus conſummatam: & veri ſponſi amplexibus copulatã: diligere ſolum deum.

als, † vanitatem

b Epithalamium dicitur canticum quod cantatur ſuper thalamum: id eſt ſuper ſponſę & ſponſi cubiculũ. Et dicitur ab epi quod eſt ſupra & thalamꝰ. vnde Iſidor. Etym̃, primo. Epithalamia ſunt carmina nubentium, quæ decantãtur à ſcholaſticis in honorẽ ſponſi & ſponſæ. hoc primo Salomon edidit in laudem Chriſti & eccleſiæ. dicit itaq́ꝫ: Dulce canit epithalamium nuptiarum ſanctarum: idem: cõiunctionis Chriſti & eccleſiæ.

Epithalamium.

Eſdras.
Neemias.

B

c Heſter in eccleſiæ typo populum liberat de periculo: & interfecto Aman qui interpretatur iniquitas: partes conuiuij & diem celebrem mittit in poſteros. De morte aman legit̃ Heſter. ſeptimo d. Cætera quæ ſequuntur, recitantur in nono.

d Paralipomenon liber inſtrumẽti veteris &c. Sicut dicit Iſidorus in ſexto etymol. Paralipomenon grecę dicitur quod nos pretermiſſorum vel relictorum dicere poſſumus: quia ea quę in lege vel in Regũ libris vel omiſſa vel non plene relata ſunt in iſta ſummatim ac breuiter explicantur. Et nota quod paralipomenon verbum grę cum eſt idẽ quod prętermitto vel relinquo. & componitur à para quod eſt ſeorſum: & lipo qđ eſt relinquere. Et inde paralipomenos participium paſſiuum prętereriti temporis: cuius genitiuus pluralis eſt paralipomenon, id eſt prętermiſſorum vel relictorum: ſicut exponit magiſter Matthęus Vindocinenſis in tractatu de præpoſitionibus græcis. Secundum Hugui. dicitur à para quod eſt pręter: & ypos quod eſt ſub & mene qđ eſt defectus: quaſi prætermiſſorum ſupplens defectum: quia breuiter & ſummatim prætermiſſa comprehendit. vnde etiam dicitur.

Paralipomenon.

Epitome.

e Epitome: id eſt abbreuiatio veteris iuſtrumẽti. i. veteris teſtamẽti: qđ dicit̃ inſtrumentũ qa inſtruit in doctrina fidei & morũ. Nota qđ hæc epitome epitomes: vl' epitoma epitomatis: idem eſt quod abbreuiatio ſermonis: ab epi quod eſt ſupra: & tomos quod eſt ſectio vel inſciſio: quaſi præſectio vel præciſio ſermonis. Hic autem ponitur abſolute pro abbreuiatione: quia breuiter colligit prætermiſſa. f Tantus, in ſententiarum capacitate. ac talis eſt in ſcripturarum dilucidatione. g Vt abſq́ꝫ illo ſi quis ſcientiam ſcripturarum ſibi voluerit arrogare; id eſt arroganter ſibi attribuere: ſeipſum irrideat: id eſt deludat & decipiat. Hic nota compoſitiones huius verbi rogo per hos verſus. Si rogat addideris con congregat: e dat: in infert. De minuit: ſub ſubſtituit, pro protrahit: inter Quærit: præ ſuperat: ab deſtruit: ãrq́ꝫ ſuperbit.

Rogo.

C

h Explicantur: id eſt aperiuntur quaſi extra plicam ponuntur. i Innumerabiles quæſtiones: ſcilicet de diuerſitate: genealogiæ vt in principio Matthæi. Cætera plana ſunt. k Eſdras & neemias adiutor videlicet & conſolator à domino: in vnum volumen artantur. Quia primus liber. Eſdræ cum verbis Neemiæ vnicus liber appellatur. l Inſtaurant templum muros extruunt ciuitatis: omniſq́ꝫ illa turba populi redeuntis in patriam: & deſcriptio ſacerdotum: leuitarum: iſraelis: proſelytorum: ac per ſingulas familias: murorum ac turrium opera diuiſa: aliud in cortice præferunt: aliud retinent in medulla. Nota quod dicit Iſidorus in ſeptimo Etymo. Eſdras adiutor: Neemias conſolator à domino. Quodam enim prę ſagio futuri nomina iſta ſortiti ſunt. Fuerunt eñ in adiutorium & conſolationem omni populo redeunti ad patriam. Nam & templum domini reædificauerunt: & murorum ac turrium opus reſtaurauerunt. Inſtaurant: id eſt reparant templum. primi. Eſdræ quarto & quinto: quia intermiſſum fuit opus. Omniſq́ꝫ illa turba. & cætera. primi Eſdræ primo. c. Muros extruũt. tertio capitulo verborũ Neemię vſq́ꝫ ad. vij. & ibi ſimiliter ponit de turribus. In cortice literę. In medulla, ſpiritualis intelligẽtiæ. m Cernis me ſcripturarũ amore raptum: exceſſiſſe modũ epiſtolę: & tamen non impleſſe quod volui. ſicut dictum eſt ſupra. Illa eſt quinta pars principalis in qua oſtendit Hieronymus difficultatẽ ſacræ ſcripturę Et diuidit in duas. In quarum prima oſtenditur eius difficultas particulariter. In ſecunda generaliter. Prima pars incipit ibi: Liber in apocalypſi. Secunda ibi: Videlicet manifeſtiſſima eſt geneſis. Iſta diuiditur in tres partes in prima quæ vltimo expedita eſt, oſtendit veteris teſtamenti difficultatem: per libros ſingulos diſcurrendo. In ſecunda quę hic incipit, oſtendit affectum ſuum ad ſacram ſcripturam: humiliter ſuam ignorantiam confitendo. In tertia innuit difficultatem librorum noui teſtamenti eos breuiter perſtringendo. Et illa pars incipit ibi: Tangam & nouum teſtamentum & cætera. Iſta pars quam præ manibus habemus, ſubdiuiditur in tres partes; In quarum prima oſtendit, cur tantam in epiſtola fecerat digreſſionem: cum dicit: Cernis me ſcripturarum amore raptum & cætera. quaſi dicat licet tantam digreſſionem fecerim: nondum meo deſiderio ſatiſfeci. In ſecunda oſtendit digreſſionis huius vtilitatem: cum dicit: n Audiuimus tantum quid noſſe. quantum ad intellectum. o Quid cupere debeamus. quantum ad affectum. Et introducit autoritatem pſalmi quantum ad affectus excitationem: cum dicit. p Vt & nos quoq́ꝫ poſſumus dicere: Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Multum enim excitatur affectus in ſacræ ſcripturæ meditationibus. In tertia parte ne videatur quaſi iactare ſe de ſua ſcientia: humiliter ſe accuſat de ſua ignorantia. cum dicit: q Cæterum illud ſocraticũ impletur in nobis: id eſt me nihil ſcire. Sed quomodo potuit hoc dicere Socrates vel Hieronymus, cũ eſſet falſum: Solutio: Nihil ſcit homo plene dum eſt in vita. vnde cum dicitur: Hoc tantum ſcio quod neſcio: idem eſt ac ſi dicatur Scio qđ nihil perfecte ſcio. r Tangam & nouum breuiter teſtamentum. Diuiſio iſtius partis per ſe patet. s Matthæus:

Prouerb.
Eccl'aſtes.
Canticum.
1. Eſter
Eſdras
Neemias
Id eſt teſtamenti
D
Diuiſio.
† Pſa. 118. c.
Socrates
q̃re nihil ſciuit.
Diuiſio.

E Marcus: Lucas: & Ioannes, iſti qua-
tuor. a ¶ Quadriga domini. quia per
quatuor partes mundi portauerunt no-
men domini. b ¶ Et verum Cheru-
al's, † Cherub. bim quod interpretatur ſcientiæ ple-
nitudo. hic commendatur de plenitudine
al's, † Chebim. ſcientiæ. Et nota ꝙ Cherubin hic improprie
accipitur ſingulariter, cum ſit tantum plura-
1 Multitudo. lis numeri. Poſſet tamen dici cherubim: per
m, quod inuenitur indeclinabile in nume-
ro ſingulari: & forte ſcriptorum vitio aliter
hic ſcribitur: c ¶ Per totum corpus
oculati ſunt: quia declarāt p̄terita, preſen-
tia: & futura. d ¶ Scintillæ emicant.
Quia alios exemplo inflammant: & illumi-
nant. e ¶ Diſcurrunt fulgura: id eſt
comminationes quibus à malo reuocant.
Allegorici pedes. f ¶ Pedes habent rectos: & in ſubli
me tendentes. Pedes, ſunt amor dei: &
proximi. Recti ſunt per intentionem dire-
ctam in deum. In ſublime tendunt, per deſi-
derium ęternorum. g ¶ Terga pen
nata & vbiꝗ volitantia. Per terga quę
ſunt partes poſteriores corporis, deſignan-
tur exempla: quæ poſt ſe poſteris reli que-
2 Et philemonem. runt, Vel per terga quæ onera ſuſten-
tant, intelliguntur laborioſa opera: quæ pro
pter deum fecerunt. h ¶ Pennata. vir-
tutibus. i ¶ Et vbiꝗ volitantia. abſ-
ꝗ perſonarum differentia. k ¶ Tenēt
ſe mutuo ſibiꝗ ꝑplexi ſunt. Quia idem
Euangeliſtarum concordia. ſenſerunt: & idem dixerunt. Vnde vnus per
alium exponitur. l ¶ Et quaſi rota in
rota voluuntur. Quia ſi requiris quid
Matthęus de incarnatiōe domini ſentiat:
† 2. Co. 8. d hoc nimirum quod Marcus, Lucas & Ioan
nes. Si quęras quid Ioannes de incarna-
F tione domini ſentiat: & hoc nimirum
quod Lucas, Marcus, & Mathęus. Si
quęras quid Marcus, hoc quod Matthęus,
Lucas, & Ioannes. Si quæras quid, Lucas
hoc quod Matthęus, Marcus, & Ioannes. Ec
cę rota in rota. Ecce reuolutio glorioſa.
m ¶ Et pergunt quocunꝗ eos fla-
tus ſpiritusſancti perduxerit. Fere o-
mnia iſta ſumpta ſunt de primo capitu. Eze
chielis. n ¶ Paulus Apoſtolus ad
ſeptem ſcribit eccleſias. & cętera. Ho-
rum opinio euellitur in gloſſa in principio
epiſtolarum quæ dicit. Quorundam inſa-
Epiſtola ad hebręos an Pauli. nia percutitur: dicentium epiſtolam quæ ad
hebręos ſcribitur non fuiſſe Pauli ſed
Barnabæ: vel Clementis: vel Tertuliani: vel
Lucæ. quos in hunc errorem occaſio duxit
huiuſmodi: quia nec ſalutatio eius nomine
intitulata pręſcribitur: & longe facundiore:
† Cōcluſio cohortatiua ad Paulinum. & ſpēdidiore ſtilo ꝙ cętere eſt edita. Quib⁹
ſufficienter reſpondetur hoc modo: quia ſi
ideo non eſt dicenda Pauli, quia nomen
eius in titulo non habetur: ergo nec Bar-
nabæ nec alicuius prędictorum, cum nullius
eorum nomine prætitulata ſit. Nec ob id
quoꝗ Pauli non eſſe putanda eſt: quia di-
ligentius eſt ſcripta: cum naturale ſit vnicui-
ꝗ, plus valere in ſua lingua quàm in pere-
grina. illam enim hebraicè: cęteras ſcripſit
gręcè. Nomen verò ſuum ideo prętermitte
bat: quia Iudęis odioſus erat: eum legis de-
ſtructorem arbitrantibus. Quocirca de le-
gis atꝗ cerimoniarum abolitione tracta-
turus, recte nomen ſuum ſubticuit ne prę-
ſcripti nominis inuidia: vtilitatem ſequen-
tis excluderet lectionis. Eſt itaque illa. Pau-
li ſicut & aliæ. Scripſit itaque ſeptem ec-
Epiſtolæ Pauli quot. cleſiis decem epiſtolas: ſcilicet ad Roma-
nos vnam: ad Corinthios duas: ad Ga-
latas vnam: ad Epheſios vnam: ad Phi-
lippenſes

thęus, Marcus, Lucas, & Ioan-
a b nes, quadriga domini, & ue-
rū † Cherubim, quod interpre
c tatur ſcientiæ [1] plenitudo: per
d totum corpus oculati ſunt:
e ſcintillæ emicant: diſcurrunt:
f fulgura: pedes habent rectos:
g h & in ſublime tendentes: ter-
i k ga pennata & ubiꝗ uolitantia:
tenent ſe mutuo ſibiꝗ perple
l xi ſunt: & quaſi rota in rota
m uoluuntur: & pergunt quo-
cunꝗ eos flatus ſanctiſpiritus
n duxerit. Paulus Apoſtolus
ad ſeptem ſcribit eccleſias: octa
ua enim ad hebręos à pleriſꝗ
extra numerum ponitur. Ti- o
mothæum inſtruit ac Titum. p q
[2] Philemonem pro fugitiuo fa-
mulo deprecatur: ſuper quo
tacere melius puto, quàm pau r
ca ſcribere. Actus Apoſto- s
rum nudam quidem ſonare ui-
dentur hiſtoriam: & naſcen-
tis Eccleſiæ infantiam texere: t
ſed ſi nouerimus ſcriptorem
eorum Lucam eſſe medicum,
† cuius laus eſt in Euangelio:
animaduertemus pariter o-
mnia uerba illius aīæ languen-
tis eſſe medicinā. Iacobus: Pe-
trus: Ioannes: Iudas: ſeptem u
epiſtolas ediderunt: tam myſti
cas quàm ſuccinctas: & breues
pariter ac longas. Breues in
uerbis. Longas in ſententijs:
ut rarus ſit: qui non in earum
lectione cæcutiat. Apocaly- x
pſis Ioannis tot habet ſacra-
menta quot uerba. Parum di-
xi pro merito uoluminis, laus
omnis inferior eſt. In uerbis
ſingulis, multiplices latent in-
telligentiæ. † Oro te frater cha y
riſſime inter hæc uiuere, iſta
meditari: nihil aliud noſſe, nihil,
quærere. Nonne tibi uidetur z
iam hic in terris regni cœleſtis
habitaculum? Nolo offenda-
ris in ſcripturis ſanctis ſim- a
plicitate, & quaſi uilitate uer-
borum, quæ uel uitio interpre-
tum, uel de induſtria ſic prola-
tæ ſunt, ut ruſticam concio-
nem, eademꝗ ſententia aliter
doctus, aliter audiret indoctus.

lippenſes duas: ad Coloſſenſes vnam: G
ad Philemonem vnam: ad Teſſalonicenſes Matthæus.
duas. Et cum his ſcripſit epiſtolam ad He- Marcus.
bræos. o ¶ Timothęum inſtruit. Lucas.
Cui ſcribit duas epiſtolas. Iſte Thimothęus Ioannes.
ordinatus fuit à Paulo epiſcopus Aſianus. Timothę⁹.
vnde in prima epiſtola eum inſtruit de offi-
cio epiſcopali. In ſecunda monet ipſum ad
diligentem executionem officij: & ad Pal-
mam martyrij. p ¶ Ac Titum: ſcili- Titus.
cet inſtruit, quem ordinauerat Cretenſem
epiſcopum, & inſtruit eum: vt imperioſè
ſuum exequatur officium. q ¶ Phile-
monem pro fugitiuo famulo depre- Philemon.
catur. Iſte Philemon Coloſſenſis erat nul-
la eccleſiaſticæ adminiſtrationis pręditus di-
gnitate: ſed erat vir laudabilis in plebe: cui Paul⁹ apoſtolus.
familiares literas ſcribit Apoſtolus pro One
ſimo ſeruo ſuo: qui cum damno eius fuge-
rat, ſed ab Apoſtolo, audito euāgelio, bapti
zatus fuerat. r ¶ Super quo tacere
melius puto: quam pauca ſcribere,
quaſi diceret: non ſufficerem Pauli epiſtolas
ad plenum commendare. s ¶ Actus
Apoſtolorum nudam quidem vi-
dentur ſonare hiſtoriam: naſcentis ec
cleſiæ infantiam texere. id eſt tractare
de exordio, & ſimplicitate īcipientis ęcleſiæ. Actus apoſtolorum.
t ¶ Sed ſi nouerimus ſcriptorem eo
rum Lucam eſſe medicum cuius laus
eſt in euangelio: &c. Litera plana eſt.
Poſtea agit de catholicis & canonicis epiſto
lis: quæ dicuntur catholicæ ſecundum Iſi- Catholicæ epiſtolæ.
dorum in ſexto Etymologi. quia non vni
tantum populo: vel ciuitati, ſed vniuerſis gē
tibus generaliter ſcriptæ ſunt: ſecūdum gloſ-
ſas dicuntur catholicæ: id eſt vniuerſales: à
fide vniuerſalis ęccleſiæ non diſcordantes. H
Dicuntur autem catholicæ à cata: vel catho-
licon græce: quod interpretatur vniuerſale:
vel commune. Vel dicuntur Canonicæ: id Iacobus.
eſt regulares: à canon, id eſt regula. Et di- Petrus.
cuntur ſic ad differentiam earum quas fece- Ioannes.
runt pſeudo ſub nominibus Apoſtolorum. Iudas.
Vel dicuntur canonicæ: id eſt regulares: id
eſt in fide & tolerantia paſſionū, plurimiſꝗ
virtutibus eccleſiam regentes. Textus pla-
nus eſt. v ¶ Iacobus: Petrus: Ioan-
nes: Iudas: ſeptem epiſtolas ediderunt
tam myſticas quam ſuccinctas: & bre- Cęcutio.
ues pariter & lon. & cętera, cęcutiat. Apocalypſis.
Id eſt ignorantiæ cęcitatem ſentiat. Cęcutio
cecutis quartæ coniugationis verbum eſt:
& ſignificat eſſe vel fieri cęcum: & ponitur
ꝑ inſanire. Sequit̄ de Apocalypſi. x ¶ A-
pocalypſis Ioannis tot habet ſacra-
menta, quot verba. Parum dixi & cę
tera. Apocalypſis gręce: reuelatio latine:
qui a multa occulta ibi reuelant̄. Et cōponit̄
ab apo quod eſt re: & calypſis quod eſt ve-
lamentum: quaſi reuelamentum: vel reuela-
tio. Cętera plana ſunt. y ¶ Oro te fra
ter chariſſime inter hęc viuere, ita me
&c. Vide diuiſionem pręcedentem. Oro te
frater chariſſime inter hæc viuere &c̄. Vnde
Eccleſiaſtici. l. d. Beatus qui in iſtis verſatur
bonis: qui ponit illa in corde ſuo: ſapiēs erit
ſemper. z ¶ Nonne tibi videtur iā
hic in terris regni cœleſtis habitacu-
lum. Quaſi diceret: per ſcripturam medita-
tionem: manduceris ad contemplandō cœ-
leſtem habitationē. Eccleſiaſti. decimoquar
to. d. Beatus vir qui in ſapientia morabit̄,
& in iuſticia meditabitur, & in ſenſu cogita-
bit circunſpectionē dei. a ¶ Nolo vt of
fendaris in ſcripturis ſanctis: ſimplici-
tate: & quaſi vilitate verborum: quæ
vel vitio īterpretū &c, Litera plana eſt.
nō ſum

a Non ſum tam petulans & he-
b bes ut hęc me noſſe pollice-
c d ar: & eorum fructus carpere:
e f quorum radices in cœlo fixæ
g h ſunt: ſed uelle fateor: † ſeden
i k ti me præfero: magiſtrum re-
l m nuens, comitem ſpondeo. Pe
tenti datur: pulſanti aperi-
n o tur: quærens inuenit. Diſca-
p mus in terris quorum nobis
ſcientia perſeueret in cœlo.
q Obuijs te manibus excipiam:
r Et ut inepte aliquid ac de her-
magoræ tumiditate † effutiam:
s quicquid quæſieris tecum ſci-
re conabor.

## Cap. VIII.

HABES hic t amātiſsimū tui u fratrē Euſebiū: q literarum tuarū mihi gratiā duplicauit: referēs honeſtatē morū tuorū: cōtēptū ſeculi: fidē amicitię: amorē Chriſti. Nam prudentiam & eloquij uenuſtatem, etiam abſq; x illo ipſa epiſtola præferebat. y z Feſtina quæſo te & [1] hærenti a in ſalo nauiculæ funem magis b præcide quam ſolue. Nemo renunciaturus ſeculo bene po- c teſt uendere quæ contempſit ut uenderet. Quicquid in d ſumptus de tuo tuleris: pro lucro cōputa. Antiquū dictū eſt: e Auaro tā deeſt qd' habet q̄ qd'

A a ℭ Non ſum tam petulans &c. Hic humiliter ſe excuſat quod quaſi ſciolus magiſteriū nō affectet: cū dicit: Nō ſum tam petulans &c. Per hoc patet quod non eſt præſumptuoſus de ſcientia. (Petulor) Nota quod petulor, petularis, dicitur luxuriari vel importune petere & proprie coitum: & inde dicitur petulans luxurioſus & importune petens hic. ponitur pro importunus vel quaſi petens laudem poteſt etymologicari. vel quia petulca: id eſt luxurioſa animalia irrationabiliter mouentur ad coitum. Poteſt dici petulans qui irrationabiliter mouetur ad aliquid agendum vel dicendum. vnde dicit: Non ſum tam petulaus. id eſt tam importunus vel brutus vel petens laudem. b Et hebes: id eſt tam ineptus vel intellectu carens, & tam ſtultus vel obtuſus. c ℭ Vt hoc me noſſe pollicear. Conſequenter oſtendit ſe non præſumere de vitæ eminentia: cum dicit: d ℭ Et eorum fructus carpere. Reſume. Nō ſum tam petulans & hebes: vt pollicear me poſſe carpere in terra Fructus: id eſt virtutes Eorum: ſcilicet ſanctorum virorum. Gal. quinto. d. Fructus autem ſpiritus eſt charitas: gaudium: pax: patientia: longanimitas: bonitas: benignitas: manſuetudo: fides: modeſtia: continentia: caſtitas. e ℭ Quorum radices id eſt affectiones. f In cœlo fixæ ſunt. per intentionem. g ℭ Sed velle me fateor. habere notitiā ſcripturarū, & imitari vitam ſanctorum. & non tantum volo: imo etiam ad hoc laboro. Vnde ſequitur: Sed eniti me profiteor. Eniti: id eſt extra vel vltra alios niti, cōtra pigros qui rephenduntur Prouer. vigeſimoprimo. d. Deſideria occidunt pigrum noluerunt quicq̄ man⁹ eius B operari &c̄. h ℭ Sedenti. id eſt ocioſo. vel ſedenti ad audiendum. i Me præfero: id eſt præ oculis illius fero, paratus ad conferendum, non ad magiſterium vſurpandum. & hoc eſt quod ſequitur, k ℭ Magiſtrū renuens: id eſt refutans. l ℭ Comitem ſpondeo Id eſt promitto, quaſi dicat, non quæro magiſterium: ſed exhibeo me tibi vt ſocium. (Allicitiua boni mgrī.) Ponit autem Hieronymus multa allicitiua vt poſſit mouere paulinum ad veniendum ad ipſum. Primum eſt ſtatus æqualitas: quod notatur cum dic̄. Comitem ſpondeo. Secundum eſt proficiendi facultas: quod notatur cum dicit: m ℭ Petenti datur, pulſanti aperitur. Matthęi ſeptimo. a. Lucæ vndecimo b. Et Iacobi primo a. ſcribitur: Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à deo: qui dat omnibus affluenter & cætera vnde petenti à domino: donum ſcientiæ datur pulſanti per meditationis exercitium: aperitur intelligentia ſcripturarum. n ℭ Quęrens, humiliter. o ℭ Inuenit: affluenter. Vel inuenit, in vſum venit eorum quæ humiliter quærit: Tertium allicitiuum eſt ſacræ ſcripturæ dignitas: vnde dicit. p ℭ Diſcamus in terris quorum nobis ſcientia perſeueret in cœlo. (An ſcīa ſit perpetua.) Nec eſt contrarium illud qnod dicitur primę Corinthio, decimotertio. c. Scientia deſtruetur: Quia hoc erit ſecundum modum & imperfectionem ſed permanebit ſecundum ſubſtantiam. Sapientiæ tertio. d. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus: & quæ non concidat radix ſapientiæ. Contra illos qui amittunt tempus in vanis ſcientiis: ſemper diſcentes & nunq̄ ad ſcientiam veritatis peruenientes: ſicut ſcribitur ſecundę ad Timothæum tertio. Item Eccleſiaſtes octauo. d. Eſt homo qui diebus & noctibus ſomnum oculis non capit: & intellexit quod omnium operum dei nullam poſſet homo inuenire rationem eorum quæ fiunt ſub ſole. Et quanto plus laborauerit ad quęrendum: tanto minus inueniet. Horum ſcientia non permanebit. vnde primæ ad Corinthios primo. c. Perdam ſapientiam ſapientium: & prudentiam prudentium reprobabo. Quartum allicitiuum eſt recepturi hoſpitis vrbanitas. vnde ſequitur: q ℭ Obuijs te manibus excipiam. Quintum eſt cooperandi voluntas: vnde ſubditur: r ℭ Et vt inepte aliquid ac de hermagorę tumiditate &c. Ordina conſtructionem ſic: Et vt ego effutiam: id eſt dicam aliquid inepte: id eſt non aptę. ac de tumiditate hermagoræ: quaſi diceret: vt cum quadam præſumptione loquar. s ℭ Conabor ſcire tecum: Id eſt quaſi ſciens C reſpondere quicquid quæſieris. (Hermagoras.) Hermagoras quidam fuit rhetor multum pręſumptuoſus: qui multum reprehenditur in principio primæ rhetoricę quia turpiter errauit in aſſignandis partibus controuerſiæ generalis. Sextum allicitiuum eſt amicabilis ſocietas: quod tangitur in principio octaui capituli: cum dicitur.

Cap. VIII.

HABES hic amātiſſimū tui fratrem Euſebium. qui erat religioſus: & multum diligebat Paulinum. (al's, † ſed eniti me profiteor.) v ℭ Qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit: Id eſt literas à te miſſas: te commendando gratiores fecit: Duplicauit inquam: Referens honeſtatem morum tuorum: contemptum ſeculi: fidem amicitię: amorem Chriſti & cętera. (Matth. 7. a. Lucæ. 11. b.) x ℭ Abſq; illo. id eſt abſq; illius commendatione. y ℭ Ipſa epiſtola p̄ferebat: id eſt p̄tēdebat & manifeſtabat. z ℭ Feſtina q̄ſo te &c. (al's, † effūdā) Sicut dictū eſt ſupra: iſta totalis epiſtola diuidit̄ in tres partes: ſcilicet in partem ordinalem narrationem & concluſionem. Expeditis duabus primis partibus hic ſubditur tertia concluſio: in qua hortatur Paulinum, vt feſtinet exire de ſeculo: (Tertia pars epiſtolę.) & inuitat ad duo ſcilicet ad vitanda morę pericula: & ad abiicienda mundi retinacula. Primum notatur ſub metaphora nauiculę: cui imminent pericula circunquaq;: vnde dicit: Feſtina quæſo. Scilicet exire de ſeculo: in quo te multa circundant pericula. D a ℭ Et hęrenti in ſalo nauiculę funem magis pręci. &c. Funis cito præciditur: in ſoluendo mora contrahitur. vnde per hoc exemplum ei innuit qd' abſq; mora hoc faciendum ſit. Hoc ſalum dicitur mare: & deriuatur à ſale: q̄a ſalſum & amarū eſt. ([1] hærentis) Vide verſus differentiales in opuſculo de vocabulis biblię: quos inuenies vbi exponitur mare. b ℭ Nemo renunciaturus. Hic hortatur ad abiicienda mundi retinacula. (Retinacula mundi.) Eſt autem duplex retinaculum quod retardat ſeculo renunciaturū: ſcilicet Amor pecuniæ: & timor penuriæ. Amor pecunię conſideratur in tribus. In venditiōis rerum retardante ſolicitudine: In contentioſa repetione: & in alienandi voluntate. Retardētem vendēdi ſolicitudinem excludit: cum dicit: Nemo renūciaturus ſeculo bene poteſt vendere. Id eſt honeſte vel ſine cupiditatis admixtione. Eccleſiaſtici vigeſimoſeptimo. a. Sicut in medio cōpaginis lapidum palus figitur ſic & inter medium emptionis & venditionis anguſtiabitur pęccatis: Nemo ergo poteſt benę vendere ea. c ℭ Quę contempſit: vt p his proceſſu tp̄is vēdendis: in ſeculo remanere velit. ſi enim remaneret, cōcupiſcentię ſignum eſſet, Ne aūt Paulinus allegaret neceſſariam ſibi eſſe ſolicitudinem circa rerum vēditionem: ſcilicet ꝓpter ſuam neceſſitatem: vel propter aliorum vtilitatem: vtrunq; excludit. Quod non propter ſuam neceſſitatem oporteat eum hoc facere, oſtendit dicens: d ℭ Quicquid in ſumptus de tuo tuleris pro lucro computa. Quaſi diceret quicquid ſiue multum ſiue parum de tuo tuleris in ſumptus: id eſt propter ſumptus faciendos in via computa pro lucro: id eſt pro magna acquiſitionę: quia ſic vitabis moræ periculum, ſi iter feceris indilatum. Quod propter aliorum vtilitatem non oporteat eum hoc facere oſtendit infra vbi dicitur: Niſi tu ſemper recraſtinans & cætera. quod exponitur in loco ſuo. Quære reſiduum diuiſionis ſupra: vbi currit in ordine ſuo: quapropter breuitate pertranſiens literam per ordinē exponere ꝓpono. e ℭ Antiquum dictum &c. Tā & q̄ ponunt̄ hic p & q̄ſi diceret: nihil ei ſufficit. cū ſemp veller plus habere. Ecc̄s. v. b. Auarus non implebit̄ pecunia. & Prouerb. xj. c. Alij diuidūt ꝓpria, & ditiores fiunt: alij rapiunt

 non ſua: &

E non ſua: & ſemper in egeſtate ſunt. Tales retinet timor penuriæ, ſed non eſſet eis timendum, quia a ¶ Credenti conſilijs, diuinis de relinquendis terrenis: Totus mūdus diuitiarū eſt, contemptiuꝰ ſcilicet, vel adminiſtratiuꝰ. Vnde Lu. xxij. d. Quādo miſi vos ſine ſacculo et pera & calciamētis, nūquid aliqd defuit vobis? At illi dixerūt: nihil. Nō eſt ergo metuēda penuria expenſarū quia vbiq; habebūt neceſſaria qui relinquūt oīa ꝓpter Chriſtū. b ¶ Infidelis &c. Infidelis ſcilicet qui nō credit dei conſilijs. e ¶ Etiam obolo: id eſt numis. Econtrario dicitur de credētibus. ij. Corin. vj. d. Sicut egentes, multos aūt locupletantes. & ibidē ſubditur: Hic. d ¶ Sic viuamus quaſi nihil habentes & omnia poſsidentes. Sic patet ꝙ non timenda eſt penuria expenſarum. Et ſimiliter oſtenditur non eſſe timenda penuria victualiū vel veſtiū, quia modica ſufficiunt his qui modeſte viuere volūt. Vnde dicitur hic. e ¶ Victus atq; &c. Chriſtianorū. id eſt Chriſtum ſequentium: Non dicit cibus & veſtimentum, quæ ſonant ex abundantia, ſed victus & veſtitus, quę ſonant ad ſufficientiam j. Timo. vj. Habentes alimenta & quibus tegamur, his cōtenti ſimus. Et melius Matthęi vj. c. Nolite ſoliciti eſſe dicentes: quid manducabimus: aut quid bibemus, aut quo operiemur? Et ſequitur. Quærite primum regnum dei & iuſtitiā eius: & hęc omnia adijcientur vobis. Conſequenter excludit alienandi voluntatem dicens: f ¶ Si habes in poteſtate &c. id eſt aliena à te & expropriate. g ¶ Si non ha. proijce. id eſt quaſi vilem contenne. Nec eſt contrarium quod hic dicitur, huic quod ſupra dictū eſt: Nemo pōt bene vendere &c̄. quia ibi prohibetur venditio retardans & impediēs, hic vero conceditur venditio indilata & expediēs, de qua dicitur Matthęi. xix. c. Si vis per-

F fectus eſſe, vade & vende omnia quę habes & da pauperibus: & habebis theſaurum in cœlis, & veni ſequere me. Contentioſam ſuorum repetitionem excludit: cum dicit. h ¶ Tollenti tunicam, & inſuper: Et pallium relinquendum eſt: ſcilicet potius q̃ cum contentione repetatur. Iſtud ſumitur de Matthæi. v. f. vbi dicitur: Si quis vult tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium. Quibus & qualiter liceat ſua repetere. Nota per hos verſus: Expedit infirmis, licet abſq; dolo, ſine lite p̄latis licet, hoc nō expedit anachoritę Non licet vt per eum ſint res in litepetię. Iſti verſus videntur ſumpti de Glo. j. ad Corinthios. vj. Anachorita dicitur eremita: per quem viri perfecti deſignantur. & dicitur ab ana quod eſt ſurſum, & chore quod eſt aula vel cor: & teneo tenes, quia ſcilicet debet tenere cor ſuum ad ſuperna. Vel ab ana quod eſt re, & chorus, quaſi remotus à choro, id eſt à multitudine. Quia vero vt ſupra dictum eſt: Paulinus poteſt dupliciter retardari circa venditionem rerum, ſcilicet propter ſuam neceſsitatem: aut propter aliorum vtilitatem. Primum excludit Hieronymus ſupra dicens: Quicquid de tuo &c̄. Secundum excludit hic cum dicit. i ¶ Scilicet niſi tu ſemper recraſtinans: & diē de die trahens: caute & pedetentim tuas poſſeſsiunculas vendideris: Non habet Chriſtus vnde alat pauperes ſuos? quaſi dicat: Chredis tu ꝙ Criſtus non habeat vnde alat: id eſt, nutriat pauperes ſuos, qui ſunt eius prouiſioni ſpecialiter derelicti: ſicut dicitur in Pſalmo. ix. g. Tibi derelictus eſt pauper. Nō habet inquam: Niſi tu ſcilicet recraſtinans. Id eſt de craſtino in craſtinum protelans propoſitum tuum. Et diem de die trahens: id eſt, de die in diem protrahens. Vendideris caute. Id eſt diſcrete, ne decipiaris in precio. Et pedetentim: id eſt paulatim vel progreſsiue: ne decipiaris interuallo. Poſſeſsiunculas tuas. quaſi dicat, ſtultum eſſet hoc credere. Caute per deriuationem deſcendit à Caueo caues. Pedetentim à pede & tento tentas. & tractum eſt à cæco: vel ab illo qui in tenebris ambulat, qui paulatim viam pertentans, cauet ſibi ne pedibus oſtendat. Ne autem diceret Paulinus illud quod ſcribitur Eccleſiaſtici. vij. a. In multitudine munerum meorum reſpiciet deus. oſtēdit ꝙ deus non quærit noſtra, ſed nos, vnde dicit: k ¶ Totum deo dedit: qui ſe obtulit. Et propterea deus magis acceptat affectum q̃ datum: & hoc oſtendit per Apoſtolos: Viduam: & Cræſum. l ¶ Apoſtoli tantum nauem & retia reliquerunt. Hoc dicit de Iacobo & Ioanne Matthæi quarto d. & Lucæ. v. c. m ¶ Vidua duo ęra miſit. Lucæ. xxj. a. & Marci duodecimo. d. n ¶ Gazophylacium Communiter appellatur arca vel locus vbi ponitur pecunia ad ſeruandum. In Ezechiele Gazophylacia ponūtur pro exedris vel cameris. Prout hic accipitur Gazophylacium dicitur arca deſuper foramen habēs, poſita ad dexteram ingredientibus circa altare, in quam mittebatur pecunia offerentium ad Sartatecta templi reparanda: & ibi ſeruabatur. Et nota ꝙ gaza lingua Perſarum: dicitur pecunia, diuitiæ vel theſaurus. φύλαξ, Phylaxe verbum Græcum idem eſt quod cuſtos: vnde à Gaza & phylaxe quod eſt ſeruare: dicitur gazophylacium, quaſi gazam cuſtodiens. viij. Ioannis. c. ponitur pro porticu in qua gazophylacium ſeruabatur. Vnde dicitur ibi: Hæc verba locutus eſt Ieſus in gazophylacio &c̄. Crœſus lydorum, fuit ditiſsimis, per quem deſignanter diuites: qui mittebant munera in Gazophylacium, quibus hæc vidua à domino eſt prælata. Quia vero ſeculum relinquētibus frequenter occurrunt inſultus tentationum: ideo contra inſultationes quaslibet dat ſalubre remediū dicens: o ¶ Facile contemnit omnia qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturū. Sic patet expoſitio epiſtolæ ad Paulinum.

alias † minimis.

1 tanq̃ nihil.

2 victus & veſtitus diuitię Chriſtianorū.

3 ſeipſum.

Quę venditio cōmendetur.

Quibus licet ſua repetere & qualiter.

Caute.

Pedetentim.

Gazophylacium.

2 cor. 6. b.

Matt. 5. g.

Cræſus.

a non habet. Credenti totus mun-
b dus diuitiarum eſt. Infidelis aūt
c etiam obolo indiget. Sic uiua-
d mus [1] quaſi nihil habētes, & oīa
e poſsidentes [2]. Victus atq; ueſti-
f tus, diuitiæ Chriſtianorū. Si ha-
bes in poteſtate rem tuam uen-
g de: ſi non habes, proijce. Tollē-
h ti tunicam & pallium relinquē-
i dū eſt. Scilicet niſi tu ſemꝑ recra-
ſtinans, & diē de die trahēs cau-
te & pedetētim tuas poſſeſsiū-
culas uendideris: nō habet Chri-
ſtus unde alat pauperes ſuos?
Totum deo dedit qui [3] ſe obtu- k
lit. Apoſtoli nauem tantum & l
retia reliq̃runt: Vidua duo æra m
miſit in Gazophylaciū, & præ- n
fertur Crœſi diuitijs. Facile cō-
temnit omnia, qui ſe ſemper co-
gitat eſſe moriturum.

Finit epiſtola Hieronymi ad Paulinum.

¶ Finit expoſitio cuiuſdam clariſsimi viri ex ordine minorum in epiſtolam beati Hieronymi ad Paulinum. H

## *PROLOGVS ſancti Hieronymi in Pentateuchum Moyſi.*

DESIDERII MEI deſideratas accepi epiſtolas; o

### *Incipit expoſitio eiuſdem in prologum beati Hieronymi in Pentateuchum.*

DESIDERII mei. Iſtam Epiſtolam ſcripſit Hieronymus Deſiderio epiſcopo familiari ſuo: qui eum rogauerat vt Pētateuchum Moyſi de Hebræo transferret in latinum. nondum enim translatus erat niſi de hebręo in Græcum, & de græco in latinum. Et quia trāslationes illæ multas habebant corruptiōes: tum propter falſitatem exemplarium, tum propter imperitiam trāslatorum, Hieronymus Deſiderij precibus obtemperās, de hebræo in latinum tranſtulit pentateuchum: cui præpoſuit illum prologum. Nam ab eo in ſecundo libro contra Rufinum prologus appellatur. Epiſtolam autem ad Paulinū, quæ licet in modernis Biblijs præſcribatur: nec pentateucho præpoſuit, nec inter præfationes veritatis teſtamenti quarū omni ex parte exēpla ſcribit: ſed in ſecūdo libro contra Rufinum nominatur epiſtola ad Paulinū. Et nota ꝙ prologus, proęmiū, pręfatio, & argumentū idē ſignificāt, ſcilicet pręlocutionē in ſequēs opus introductiuā. Eſt etiā tantū ꝓlogus in librū, qui ſcilicet introductorius eſt in ipſum, vt eſt ille ante Apocalypſim. ſ. Oēs qui pie volunt viuere &c̄. & talis prologus nō eſt de libro. Item eſt prologus in libro q eſt pars libri: vt eſt principiū apoca. ſcilicet Apocalypſis Ieſu Chriſti, quā dedit illi deus. Et dicit ꝓlogus à protos qđ eſt primū, & logos ſermo: quaſi primꝰ ſermo. ſ. pręfatio vel pręlocutio. Vel dicitur ꝓlogus quaſi pręlogꝰ: quaſi ſermo præcedēs. Procœmiū dicit à protos qđ eſt primū, & ęmon vel ęmiū qđ eſt ſermo primus vel prima modulatio. Quòd aūt dicit ꝓœmiū quaſi ꝓ ęmulis factū: vł q̄ſi ꝓuiū, quia prima via vel pręcedēs eſt ad librū: etymologia eſt. Pręfatio. i. pręlocutio, à pręfor præfaris dicit. Argumentū dicit quaſi argute. i. callide inuentū. vnde apis argumētoſa. i. callida dicit. Verſus: Eſt breuis arcutꝰ, eſt callidꝰ atq; ſonorus. Argumētū habet alias ſignificatiōes de q̄bus nihil ad pręſens. p ¶ Deſiderij me deſideratas accepi epiſtolas

Procœmiū.

Præfatio.

Argumentum.

[a] qui quodam præſagio futurorũ cum Daniele ſortitus eſt no- [b] men: obſecrantis, ut translatum in latinam linguam de Hebręo ſermone pentateuchum noſtro- [c] rum auribus traderem. Pericu- [d] loſum opus certe & obtrectato- [e] rum latratibus patens, qui me aſſerunt in ſeptuaginta interpre- [f] tum ſuggillationem noua pro ueteribus cudere: ita ingenium [g] quaſi uinum probãtes cum ego ſępiſsime teſtatus ſim, me pro †uili portione in tabernaculo Dei offerre quæ poſsim: nec [h] opes alterius aliorum pauperta te fœdari. Quod ut auderẽ, Ori- [i] genis me ſtudium prouocauit, [k] qui editioni antiquæ translatio nem Theodotiõis miſcuit: aſte rico & Obelo, id eſt ſtella & ue- ru opus omne diſtinguẽs: dum aut illuceſcere facit que minus ante fuerãt, aut ſuperflua quęq; iugulat & confodit: maxime quæ Euangeliſtarum & Apolo rum autoritas promulgauit. In quibus multa de ueteri teſta- [l] [m] mento legimus: quæ in noſtris codicibus non habentur: ut eſt [n] illud: † Ex ægypto uocaui filiũ meum: & quoniam Nazaræus [o]

Diuiſio.

epiſtolas. Prologus iſte in quinq; partes diuiditur principales. In quarum prima oſtendit principale motium ad transferendum pẽtateuchum: ſcilicet Deſiderij obſecrationẽ, cum dicit: Deſiderij mei deſideratas &c. vſq; obſecrantis. In ſecunda duplex aſsignat retractiuũ. Primũ operis grauitatẽ, cũ dicit; Periculoſum

A

opus &c̃. Secundũ, detractorum malignitatem, ibi: Et obtrectatorum meorum latratibus &c̃. In tertia ſecundarium ponit ſuæ trãslationis motiuũ, ſcilicet Origenis ſtudiũ vel imitationem: ibi: Quod vt auderẽ Origenis me ſtudium &c̃. In quarta parte ſe excuſat q; non intendit damnare veteres per ſuam translationem, ibi: Quid igitur damnamus veteres? Minime &c̃. In quinta petit deſiderij orationem ſubuentionem, ibi: Nunc te deprecor deſideri chariſsime, vt quia me tantum &c̃. Subdiuiſiones patebunt in literæ proſecutione. In prima parte oſtẽdit affectum ſuum ad primam obſecrationem quã deſcribit tripliciter. Primo ex nomine cum pronomine affectum deſignante. Secundo ex nominis præfiguratione. Tertio ex communis vtilitatis amore. Primũ notatur cum dicitur. Deſiderij mei: id eſt mei vel mihi dilecti, vel mei amici. Deſideratas accępi literas. Secundũ notatur cum dicitur. a ¶ Qui quodam præſagio futurorum. &c. quaſi dicat myſticum eſt q; cum

Deſiderius.

Daniele cõmunicat in nomine: Daniel. ix. f. Daniel ab angelo vocatus vir deſideriorũ: ſicut iſte Deſiderius appellatus, quod vocabulum fuit pręſagium, id eſt diuinatio ſiue pręſcientia vel prænuntiatio futurorum, vt per hoc q; vocatus eſt deſiderius, ſignaretur deſiderabilis futurus vel deſiderabilia poſtulaturus. Tertium notatur cũ dicitur. b ¶ Vt translatum in latinã linguam de Hebręo ſermone pentateuchum. Pentateuchus ſupra exponitur in epiſtola ad Paulinum. vij. capitulo. In ſecunda parte notantur duo retrahentia à translatione facienda. Primum eſt operis grauitas. quod notatur

B

cum dicitur. c ¶ Periculoſum opus certe. ſcilicet quia difficile eſt & arduum: vnde poſſet ibi homo deficere vel errare, & ideo dicit periculoſum. Secundum retrahens eſt detractorum malignitas. quod notatur cum dicitur. d ¶ Et obtrectatorum latratibus patens. Canibus com-

Latratꝰ obtrectatorũ.

parat detractores cum dicit, latratibus, qui contra quemlibet ignotum quantumcunq; bonum oblatrant & dentibꝰ lacerãt. Similiter detractores irrationabiliter bene dicta deprauant, & detrahẽdo lacerãt, quæ ignorant. Et notatur hic triplex eorum malignitas, quia aut bene dictis oblatrant, ſicut iam dictũ eſt, aut autoris peruerſam intentionem affirmant. quod notatur cũ dicitur. e ¶ Qui me aſſerũt in ſeptuaginta interpretum ſuggillationem. Suggillatio ponitur hic pro condemnatione.

Suggillare.

Et dicitur à ſuggillo. las. quod eſt condemnare, ſtrangulare, ſuggerere, ſub gula capere. Cudere: id eſt facere. Cudo. is. ere. dicitur fabricare, ferire, polire & ſculpere.

Cudere.

Tertio notatur eorum malignitas: q; veteres modernis magis ingenioſos æſtimant, & præponendos iudicant: vnde & veteres translationes plus q̃ modernas approbant. quod notatur cum dicitur: f ¶ Ita ingenium quaſi vinum probantes. Sicut enim vetus vinum melius eſt nouo: ſic dicũt ipſi, veteres ſubtilioribus ingenijs floruiſſe q̃ modernos, & veteres translationes modernis eſſe meliores. Cum tamen dicat

Priſcianus in ꝓlogo.

Priſcianus in principio maioris voluminis: Cuius autores quanto iuniores ſunt, tanto perſpicaciores & ingenijs floruiſſe: & valuiſſe diligentia, omni iudicio confirmantur eruditiſsimorum. Vel probantes ingenium modernorum plenum ſpuma ſuperbiæ, ſicut nouum vinum ſpumat & ejcit, quod habet immundiciæ. q. d. dicunt me & alios modernos ſuperbos eſſe: & quicquid facimus ex præſumptione procedere, & dicunt id eſſe præſumptuoſum & locacitate plenum: ſicut nouum vinum inflatur, & magnum facit tumultum. contra quos oſtendit humilitatem ſuam & intentionis puritatem dicens. g ¶ Cum ergo ſępiſsime teſtatus ſim: me pro vili portione in tabernaculo dei &c. In tabernaculo: id eſt in eccleſia. Pro vili portione: id eſt quamuis mea re-

putatione

putatione ſit exiguum: tamen in ſacra ſcriptura ad vtilitatem eccleſiæ offero quod poſſum. Vel ſecundum aliam literam. Pro virili portione: id eſt pro debita parte. Secundum leges: virilis portio dicitur quando hęreditas filijs equaliter diuiditur, quaſi diceret virilem portionem hæreditatis expecto pro qua ſicut poſſum in vinea patrisfamilias laborare volo. vnde Ouidius de ponto in principio ſecundi libri dicit ſic: Gaudia cęſareę mẽtis pro parte virili Sunt mea, priuati nil habet illa domus, id eſt pro magna parte: vel ſicut vnus de Romanis viris ſum. Nam in ea omnes romani participant. h ¶ Nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. ſcilicet teſtatus ſum: quaſi dicat: Sicut oblatio diuitum non fœdatur per oblationem pauperum, ſic nec per meam interpretationẽ fœdatur translatio ſeptuaginta interpretum. In tertia parte ponit ſecundum transferendi motiuũ: quod eſt Origenis imitatio vel ſtudium. Vnde dicit: i ¶ Quod vt auderem: Origenis me ſtudium prouocauit ad transferendum per ſui imitationẽ. k ¶ Qui editioni antiquę translationẽ theodotionis miſcuit aſterico & obelo &c. promulgauit. id eſt manifeſtauit. Nam promulgare dicitur quaſi promptum id eſt manifeſtum multis agere. Antiquam editionẽ appellat translationem ſeptuaginta: que cęteris antiquior fuit, qui tranſtulerunt de Hebræo in græcum, ſicut dicit Iſidorus in. vj. Etym. In opuſculo etiã de vocabulis Biblię: vbi exponitur interpres, inuenies quot fuerunt interpretes, & quibus temporibus interpretati ſunt. Et quia trãslatio ſeptuaginta alicubi erat diminuta, alicubi habebat ſuperflua, Origenes miſcuit ei translationẽ Theodotionis: adijciens ea quæ deerant, & ibi: ponebat aſtericum, id eſt formam aſtri per quod innuebat q; per additionem iſtam illuceſcebant quæ prius deerant. Et dicitur Aſtericus ab aſtrum quod eſt ſtella & icon quod eſt imago vel ſignum. Et vbi erant ſuperflua ponebãt obelum, id eſt ſignum ſagitæ quaſi iugulantis & confodientis falſitatem illam. Belos Græce dicitur ſagita, & per antepoſitionem huius literæ o dicitur Obelos: quod apud latinos obelus dicitur. Et vt vtamur verbis Iſidori in. j. Etymologia. Aſtericus apponitur in his quę omiſſa ſunt: vt illuceſcant per eam notam, quæ deeſſe videntur. Stella enim aſter dicitur græco nomine vel ſermone: à quo Aſtericus eſt deriuatus. Obelus eſt virgula iacens: que apponitur verbis vel ſententijs ſuperflue iteratis, ſiue in his locis vbi lectio aliqua falſitate notatur: vt quaſi ſagitta iugulet ſuperuacua, atq; falſa confodiat. Sagitta enim Græce obelus dicitur. Sic igitur iſtæ duæ notæ diſtinguebant totum opus. Aut tollendo ſuperflua cum Obelo. Aut ſupplendo diminuta cum Aſterico. Et maxime quæ Apoſtolorum & Euangeliſtarum autoritatibus prætermiſſa patebant. Litera plana eſt. Iſta pars diuiditur in quatuor. In quarum prima quæ iam expedita eſt oſtenditur correctio ab Origine facta. In ſecunda oſtenditur neceſſaria: quia translatio illa erat diminuta, ibi: l ¶ In quibus: ſcilicet Apoſtolis & Euangeliſtis. m ¶ Multa de veteri teſtamento legimus: id eſt in translatione ſeptuaginta: quæ in noſtris codicibus non habentur n ¶ Vt eſt illud: Ex ægypto vocaui filium meum: Oſeæ vndecimo. a. Et Matthæi ſecundo. c. Hieronymus in Epiſtola ad Pammachium de optimo genere interpretandi dicit. q; hæc eſt litera ſecundum Hebraicam veritatem. Quia puer Iſrael & dilexi eum: Ex ægypto vocaui filium meum. Pro quo ſeptuaginta tranſtulerunt: Quia paruulus eſt Iſrael & ego dilexi eum. & ex ægypto vocaui filios ſuos. o ¶ Et quoniam Nazaræus vocabitur. Oſeæ vndecimo. a. Et Matthæi ſecundo. c. Hieronymus in eadem epiſtola id quod in Euangeliſta ſcribitur: Et veniens habitauit in ciuitate quæ dicitur Nazareth: vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam, quia Nazaræus vocabitur. Reſpondeant rogo Dedali & faſtidioſi & æſtimatores omnium tractatorum & vbi legerint dicant. Nam in eo loco vbi nos legi-

mus

C Virilis portio.

Ouidius ſecundo de ponto.

Als †virili.

Trãslatio Lxx.

D Aſtericus.

Obelus.

† Oſee. xi.

Diuiſio.

a uocabitur:† & uidebũt in quem
b cõpunxerunt:& flumina de uẽ-
c tre eius fluẽt aquæ uiuæ:& quæ
nec oculus uidit: nec auris audi-
uit: nec in cor hominis [1] aſcẽdit
d quæ præparauit deus diligenti-
e bus ſe: & multa alia quæ ꝓpriũ
f σύνταγμα ſyntagma deſiderant.
Interrogemus ergo eos ubi hęc
ſcripta ſint:& cũ dicere non po-
tuerint, de libris hebraicis profe
ramus. Primũ teſtimonium eſt
in Oſee. Secũdũ in Eſaia. Tertiũ
in Zacharia. Quartum in Pro-
g uerbijs. Quintũ æque in Eſaia.
Quod multi ignorantes, apo-
cryphorũ delyramenta ſectan-
tur: & [2] Iberas nenias libris [3] au
tenticis præferunt. Cauſas erro
h ris non eſt meum exponere. Iu-
dæi prudenti factum dicunt eſſe
cõſilio, ne Ptolemæus unius dei
cultor etiam apud hebræos du-
plicem diuinitatẽ deprehende-
ret. Quod maxime idcirco facie
bãt: quia in Platonis dogma ca-
dere uidebatur. Deniꝗ ubicũꝗ i
ſacratũ aliquid ſcriptura teſta-
tur de patre & filio & ſpirituſan
cto, aut aliter interpretati ſunt:
aut omnino tacuerunt, ut & re-
gi ſatisfacerent, & arcanum fi-
dei non uulgarẽt. Et neſcio quis k
primus [4] autor ſeptuaginta cel-
lulas Alexandrię mendacio ſuo
extruxerit: quibus diuiſi eadem
ſcriptitarint: cũ [5] Ariſtęus eiuſdẽ l

Eſa.xi.a. mus atq; tranſtulimus: Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice
E eius aſcendet. In hebręo iuxta linguæ illius idioma ita ſcriptum eſt,
Exiet virga de radice ieſſe, & Nazaræus de radice eius creſcet.
a ℂ Et videbunt in quem compunxerunt. Zachariæ.xij.c.
Ioannis.xix.b.& Apoc̃.j.b. In modernis Biblijs litera zachariæ eſt,
Aſpicient ad me quem confixerunt. Litera
euangelij. Viderunt in quem transfixerunt,
† Zachariæ.xii.c. Litera Apocalypſis videbit eum omnis po-
pulus & qui eum pupugerũt. Sed Hierony-
mus ſupra dicta epiſtola ſic ait: Veniam⁹ ad
zacharię teſtimoniũ, quod Ioannes euange-
liſta ſumit iuxta hebraicam veritatem: Vide
1 aſcẽderunt. runt in quẽ compunxerũt. Pro quo tráſla-
tio ſeptuaginta in latinũ verſa habet: Et aſpi
cient ad me pro his quæ illuſerunt ſiue inſul
tauerunt. b ℂ Et flumina de vẽtre eius
fluent aquę viuæ. Ioan.vij.f. Quidam di
cunt ꝙ prouer.v.c. vbi nos habemus: Deri-
uẽtur fontes tui foras. Hebręi habẽt. Flumi-
na de vẽtre eius &c̃. Et hoc bene videt, quia
hæc autoritas eſt ibi interlinearis. c ℂ Et
quæ nec oculus vidit: nec auris audi
uit: nec in cor hominis aſcendit. Eſa.
lxiiij.b. Et.j. Corin.ij.b. Scd'm Hieronymũ
in ſupradicta Epiſtola, litera Apoſtoli eſt:
Quod oculus non vidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis aſcenderũt; que pręparauit deus his qui diligũt illum. In Eſaia aũt
2 hiberas. iuxta Hebraicã veritatẽ legitur: A ſeculo nõ
audierunt, neq; auribus perceperũt: oculus
3 authenticis. non vidit deus abſq; te: quæ præparaſti ex-
pectantibus te. Hic ſeptuaginta multo aliter
tranſtulerunt. A ſeculo non audiuimus, neq;
oculi noſtri viderũt deus abſq; te opera tua
& facies expectãtibus te miſericordiã. Intelli
gimus vnde ſumptũ ſit teſtimoniũ: & Apo-
ſtolus non verbum expreſſit è verbo, ſed pe
riphraſticos eundẽ ſenſum alijs ſermonibus
F indicauit. d ℂ Et multa alia: ſcilicet non
habentur in noſtris codicibus: ſed ſeptuagin
ta. e ℂ Quę proprium ſyntagma de-
ſyntagma. ſiderãt. Syntagma grecum eſt, & ſecundũ
Hug. idem eſt quod dogma. Alij dicunt ꝙ
taſſo verbũ grecum eſt idem quod ordino.
& inde taſſus, vel hic taxus, & hoc tagma idẽ
eſt quod ordo vel ordinatio. Vnde ex ſyn
præpoſitiõe & tagma cõponitur ſyntagma,
& idẽ eſt quod coordinatio. & certe in prę-
dicta epiſtola ad Pammachiũ multa talia in-
uenies coordinata. In tertia parte tertię par-
tis principalis oſtenditur vnde ea quę Orige
4 author. nes addidit ſint aſſumpta, & quid mali acci-
dit ex horũ ignorãtia ibi: f ℂ Interroge-
mus ergo eos vbi hæc ſcripta ſint. &
5 ariſtæus. cum dicere non potuerint de libris
Hebraicis proferamus. Primum te-
ſtimoniũ eſt in Oſee. xj.a. Secundũ in Eſaia. xj.a. Tertiũ
in Zacharia. xij.c. Quartum in Prouerbijs. v.c. vel. x.b.
Quintum æque in Eſaia. lxiiij.b. g ℂ Quod multi igno.
Apocryphus. Apocryphorum. Apocryphus. a. um. dicitur ſecretus & oc-
cultus. Et dicitur ab apos quod eſt de, & Criſis quod eſt ſecre-
tum quaſi de numero ſecretorum: Vel dicitur ab apo quod eſt
longe, & criſis quod eſt iudicium: quaſi longe à iudicio, quia
non poteſt eo haberi de certum iudicium. Apocryphum proprię
dicitur ſcriptum cuius autor & veritas ignoratur: & licet mul-
ta vera contineat, vitatur tamen propter falſa quæ intermiſcen-
Delyramẽtum. tur. Deliramentum dicitur fatuitas: dementia: diſcordia: vel de-
uiatio à rectitudine, & ita accipitur hic. Vide vbi exponitur Dely-
ramentum in opuſculo de vocabulis Bibliæ. Iberis fluuius eſt, à
Iberis. quo Hiſpania Iberia nominatur. Et inde Iberus. ra rum. Genti-
Iberæ neniæ. le nomen. Vnde iberas Nenias dicit fabulas ab Hiſpanis inuen-
Nenia. tas: vel apud Hiſpanos vulgatas. Hęc nenia. huius neniæ. dicitur
cantilena quæ fit ſuper morotum vel ſuper cunas puerorum: &
eſt nomen Onomatopæion, id eſt ficticium à ſono quia imponi-
tur à ſono ſcilicet ne ne. Item nenię dicuntur fabulę viles: & ſic acci
pitur hic. Et ſic oſtendit ꝙ per ignorantiam ſequuntur fabulas &
errores. In quarta particula huius tertiæ partis principalis dicit ꝙ
non intendit ponere errorum rationem, ſed ſufficit ei Iudæorum
recitare

recitare opinionem. Vnde dicit. h ℂ Cauſas erroris non eſt G.
meum exponere &c. Sic excuſant Iudęi ſeptuaginta, ꝙ vbi- Septuaginta excuſant
cunq; veritas Hebraica facit mentionem de Patre & filio & ſpiri- Iudæi.
tuſancto, aut de induſtria tacuerunt, aut aliter omnia interpretati
ſunt, ſcilicet propter Ptolemęũ cognomẽto Philadelphum, regem
ægypti vnius dei cultorẽ, qui nondũ potuit
capere myſterium Trinitatis, & præcipue ne
hoc magis Platonicum ꝙ̃ theologicũ vide
retur. Plato enĩ locutus eſt de noy & Thuga
thò & anima mũdi, & vt quidã dicunt Noy
appellauit patrem, Thugathon vero primũ
intellectum, id eſt filium: animam mundi ſpi
ritum ſanctum, qui replet orbem terrarum.
Sed melius eſt vt dicatur anima mundi quæ
dam vis regeneratiua, etiã inter cauſata alias alias † in creata.
† in creatura, ſed non ſpirituſſancti, quia in
hoc tertio ſigno defecerunt philoſophi per
rationes naturales. & ſi concedatur eſſe ſpiri
tuſſanctus, tamen intelligendum eſt, ꝙ non
intellexit ibi Plato vnitatem eſſentiæ: Vnde
quia tres deos in diuerſitate eſſentiæ pone-
re videbatur, & quia Ptolemæus erat vnius
dei cultor, ideo timebant hoc ſeptuaginta,
ne qui ſic cadere videretur in dogma Plato-
nis ponentis tres deos, hoc etiam ita eſſe cre-
deret apud Hebræos, ſicut patet ex verbis
Hieronymi hic, & ex verbis Auguſtini ſu-
per epiſtolam ad Colloſſenſes. Nunq; per
illa verba intellexit Plato diſtinctionem per-
ſonarum in Trinitate. Videtur tamen in epi Ptolemęus
ſtola ad Paulinum ſentire contrarium, ſed ſi- Philadelphus.
bi ſoluitur contrarietas. ℂ Iſte Ptolemæus
de quo fit hic mentio: fuit ille vir ſtudioſus,
& librorum cupidus, qui ad petitionem
Ariſtæi de quo hic fit mentio: libertati reſti-
tuit plus ꝙ̃ centum milia Iudæorum, qui
ſeruierant in regno ſuo, dans dominis eo-
rum pro vnoquoq; capite centumuiginti
drachmas argenti. Et ſignificauit Eleazaro H
ſummo pontifici, ꝙ gentem ſuam ſic reſti-
tuerat libertati, rogans eum ꝙ mitteret ei vi
ros ſeniores: qui Bibliothecam de Hebræo
in græcum ei ſcirent interpretari. Tunc Elea
zarus de vnaquaq; tribu elegit ſex ſeniores
legem ſcientes, & miſit ei. Hi ſunt ſeptuagin Lxx. interpretes.
ta interpretes: qui licet ſeptuagintaduo fue-
rint, tamen more ſacræ ſcripturæ ſeptua-
ginta dicuntur, quæ modicum numerum
ſi ſupra aliquam ſummam ſuperexcreſcit ſe-
pe ſubticet. De his inuenies diffuſius in Ioſe-
pho libro duodecimo capitulo ſecundo à
quo accepit magiſter in Hiſtorijs, & de his
ſubditur hic. i ℂ Deniq; vbicunq; ſa
cratum aliquid ſcriptura teſtatur de
patre & filio & ſpirituſancto &c.
Iſtud iam ſupra eſt expoſitum, quia vero de
hoc fecerat mentionem, incidenter oſtendit ꝙ. Lxx. non ſingu-
latim in ſingulis cellulis interpretati ſunt, ſed in vna Baſilica pa-
riter contulerunt. Et in oſtenſione huius ſatis immoratur. Vnde
dicit. k ℂ Et neſcio quis primus autor &c. ſcriptita-
rint. vel ſcriptitarent, melior litera. l ℂ Cum Ariſtæus.
Auguſtinus in ſecundo libro de doctrina Chriſtiana. Non videtur Vbi tranſlatio. lxx. facta.
mendaciũ ꝙ Hieronymus reputat pro mẽdacio. Sed forte opinio
Hieronymi præualet, non eſt enim in ſuo teſtimonio ſingularis.
Dicit enim Ioſephus in libro ſecundo loquens de iſtis ſeptuaginta:
ꝙ Demetrius conſilium fecit in domo prope littus ſtante, & apta
a ſecretis ad cogitationem negotiorum, vbi eos producẽs, petebat
omnia quibus opus habebant ad legis interpretationem. Cumq;
laborioſe tantam interpretationem facerent vſq; ad horam no-
nam in hoc ſedentes: ad curam corporis vertebantur. Mane au-
tem ad eundem locum redibant, & ita legis interpretationi va-
cabant. Ita tranſcripta lege & opere interpretationis ad effectum,
poſt ſeptuagintaduos dies tranſactos: congregans Demetrius
Iudęos omnes ad locum: in quo leges translatæ fuerant, præ-
ſentibus interpretibus legit eas &c̃. Vnde & Hieronymus di-
cit eos in vna Baſilica contuliſſe. Baſilica enim domus regia dici-
tur à Baſileos quod eſt Rex vel Imperator. Ariſtæus autem Baſilica.
de quo fit hic mentio, ſicut dicitur in duodecimo libro Ioſephi Ariſtęus.
amicus

ptolemæi ὑπερασπισὴς hyperaſpiſtes:† multo poſt tẽpore Ioſephus nihil tale retulerint: ſed in una baſilica cõgregatos, cõtuliſ-
a ſe ſcribãt: nõ ꝓphetaſſe. Aliud
b c eſt enim [1] uatẽ: aliud eſſe inter-
d e pretẽ. Ibi ſpiritus uentura prædicit: hic eruditio & uerborũ copia ea quæ intelligit trãsfert. Ni-
f ſi forte putãdus eſt Tullius œconomicũ Xenophõtis: & Platonis † Pythagorã: & Demoſthenis pro Cteſiphonte afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut
g aliter de eiſdẽ libris per ſeptuaginta interp̃tes: aliter per Apoſtolos ſpiritusſanctus teſtimõia texuit: ut quod illi tacuerunt: hi h
ſcriptum eſſe mẽtiti ſunt. Quid i k
igitur? Damnamus ueteres? Minime: Sed poſt priorũ ſtudia in domo domini quod poſſumus laboramus. Illi interp̃tati ſunt l
ante aduentum Chriſti: & quod neſciebãt, dubijs protulere ſententijs: nos [2] poſt paſsionẽ & reſurrectionem eius: nõ tam prophetiam q̃ hiſtoriã ſcribimus.
Aliter enĩ audita: aliter uiſa nar- m
rantur. Quod melius intelligi- n
mus: melius & proferimus. Au- o
di igitur æmule: obtrectator au- p
ſculta. Non damno, nõ reprehẽdo ſeptuaginta: ſed confidenter q
cunctis illis Apoſtolos prefero.
Per iſtorũ os mihi Chriſtus ſo- r
nat: † quos ante prophetas inter ſpiritualia chariſmata poſitos le- s
go: in quibus ultimum penè [3] locum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperito- u
rum animos contra me cõcitas? x y
Sicubi tibi in trãslatione uidear errare, interroga Hebræos: diuerſarũ urbiũ magiſtros cõſu- z

---

A amicus regis neceſſarius fuit. Vnde dicitur Hyperaſpiſtes græce quod eſt protector latine: & componitur ab hyper præpoſitione græca, & aſpiſtes. Spizo enim verbũ grecum eſt: idem eſt quod extendo, inde aſpizo, quod eſt in circularem formã voluo. Vnde dicitur aſpicis ſerpens, qui in modum circularis ſcuti ſe gyrat. Et ſimiliter aſpis ſignificat ſcutum circulare; vnde aſpizo idem eſt quod ſcuto protego, & inde componitur hyperaſpizo & hyperaſpiſtes. Et iſte Ariſteus erat vnus de cuſtodibus corporis regis, de quo Ptolemæus loquẽs Eleazaro principi ſacerdotum dicit in. xij. libro Ioſephi. Tranſmiſi qui deberent vobiſcum de his diſputare Andream primatem, mei corporis cuſtodem & Ariſtæum mihi dilectiſsimos. Dicit ergo Hieronymus ꝙ Ariſtæus ptolemæi hyperaſpiſtes, id eſt protector, qui eiuſdem Ptolemei facta fideliter expoſuit, & Ioſephus qui multo poſt tempore geſta illius deſcripſit, nõ tacuiſſent: ſi diuiſi per cellulas, ſine mutua colatione, eadem ſcripſiſſent. Si enim hoc modo, indifferentia dixiſſent, vates potius & prophetæ q̃ interpretes dicendi eſſent, quod non conuenit. a ¶ Aliud eſt enim vatẽ: id eſt prophetam. b ¶ Aliud eſt interpretem, quod patet. c ¶ Ibi ſpiritus ventura prædicit: ſcilicet quando quis vaticinatur vel prophetat. d ¶ Hic ſcilicet interpretatione. e ¶ Eruditio &c. Quaſi dicat aliud eſt ꝓpheta, aliud interpres. f ¶ Niſi forte aliquis incipiens velit aſtruere idem eſſe vatem & interpretẽ. Quod ſi cõceſſum fuerit hoc ridiculũ: ſequitur ꝙ Tullius qui quoſdã rhetoricos libros de græco in latinũ tranſtulit: rhetorico afflatus ſpiritu eos tranſtuliſſe dicatur: Et hoc eſt quod dicit: Niſi forte putãdus &c. Hos libros trãſtulit B Tullius de Grȩco in latinũ: ſcilicet Oeconomicũ xenophontis: id eſt diſpenſatorium. Oeconomus enim idẽ eſt quod diſpenſator. Secundum Græcam ſcripturam non ſcribitur Economus per e: ſed oyconomicus per oy diphtongon. Et deriuatur ab oycos, id eſt domus: quia diſpenſat id eſt ordinat domum: id eſt propriam familiam. Vel dicitur ab echo, quod eſt redditiuus ſonus aeris vel vallium: vel rupium, vel montium: quia ad ſonum & ad vocem eius tota familia debet ordinari. Dicitur ergo æconomicum xenophontis liber quem xenophon compoſuit de officio diſpenſatoris. Iſte xenophon diſcipulus fuit Socratis: vir magnȩ facundiæ, ſicut patet in. v. libro Valerij maximi. Et Platonis Pythagoram: id eſt librum quem Plato compoſuit Pythagoræ nomine intitulatum, ſicut dicitur Timæus platonis: Plato enim ſolebat libros ſuos intitulare à nominibus diſcipulorum ſuorum: vel eorum quos introducebat loquentes. Et demoſthenis pro ctesiphõte: id eſt orationẽ quam Demoſthenes quidam rhetor compoſuit pro defenſione cteſiphontis contra Aeſchinem. Iſtam hiſtoriã quære ſupra in Epiſtola ad Paulinum. ij. capitulo. Quidam dicunt Procteſiphonte eſſe vnam dictionem, ſed errant: ſicut patet inſpicientibus Hiſtoriam. Dicatur ergo verius pro cteſiphonte, vt ſint duæ dictiones, ſicut cum dicitur: Cicero pro Deiotharo, pro deiotharo diuiſæ ſunt dictiones. Dicamus ergo demoſthenis pro cteſiphonte, ſubintelligentes librum pro cauſis cteſiphontis, ſicut dicitur Tullius pro deiotharo, id eſt pro cauſa deiothari regis: Cætera plana ſunt. Sic igitur ſi ſeptuaginta interpretes: vates, vel Prophetas dicimus ꝙ interpretes fuerunt: neceſſe eſt vt Tullium quoq; vatem & prophetam dicamus: quia interpres fuit. g ¶ Aut etiam aliud inconueniens ſequitur. Si eos ſpiritusſancto locutos aſſerimus; ſcilicet, eundem ſpiritumſanctum aliter per iſtos: Aliter per Apoſtolos fuiſſe locutum, ſibiq; contrarium, per quem videlicet aliter ſcriptum eſſe falſo teſtati ſunt, quod illi omnino tacuerunt. Hoc eſt illud inconueniens, quod tangitur C cum dicitur: Aut aliter &c. texuit. id eſt ordinauit ſpiritusſanctus. h ¶ Vt quod illi &c. Litera plana eſt. Sic oſtendit ſeptuaginta interpretes non diuino ſed humano ſpiritu fuiſſe locutos. Sequitur. i ¶ Quid igitur. Hic incipit quarta pars principalis, in qua ponit ſuam excuſationem, ꝙ non ad aſpernationem veterum nouam faciat translationem. Et facit hic tria. Primo ſuam innocentiã indicat cum dicit. Quid igitur. ſcilicet intendo nouam translationem faciendo. k ¶ Damnamus veteres? &c. Arrogantiam deuitat: vel ſignanter dicit quod poſſumus: quaſi diceret, plenius nobis liquet veritas, & ideo licentior datur transferendi facultas: & hoc eſt quod ſequitur. l ¶ Illi interpretati ſunt &c. Non ſcribimus prophetiam, quæ eſt futurorum præfatio, ſed hiſtoriam quæ eſt rei geſtæ narratio: Vnde dicitur ab hiſtorin, quod eſt videre, quia apud veteres nullus ſcribebat hiſtoriam niſi is qui ſcribendis interfuiſſet, & ea vidiſſet: & huic expoſitioni hiſtoriæ alludit litera ſequens. m ¶ Aliter enim audita: Aliter viſa narrantur: id eſt magis certitudinaliter, & magis ſecundum ordinẽ hiſtoriæ narrantur viſa q̃ audita: Et certe. n ¶ Quod melius intelligimus &c. & melius transferre poſſumus. Secundo, Apoſtolis autoribus: obtrectatores confutat, ibi: o ¶ Audi igitur æmule: obtrectator auſculta. Auſcultare dicitur quaſi aures ſono calcare: vel quaſi auribus ſonos celare, & eſt compoſitio vel etymologia: Nec eſt diphtongus in prima ſyllaba, ſicut quidam ponunt habentes reſpectum ad D componentia: non attendentes ꝙ obedio, licet componatur ab ob & audio, cauſa Euphoniæ mutat au in e. Et ſimiliter cauſa Euphoniæ dicimus auſcultare, non aſcultare. Audi itaq; quod ſequitur. p ¶ Non damno &c. ſcilicet ex toto, ſed in quibus, teſtibus Apoſtolis, diminutos conuinco. q ¶ Sed confidenter counctis illis Apoſtolis præferro. Licet enim Apoſtoli ſint pauciores numero, eorum tamen teſtimonia præferenda decerno: Nec mirum quia. r ¶ Per iſtorum os mihi Chriſtus ſonat &c. Hoc chariſma. atis. dicitur gratia vel donum gratiæ. Et dicitur à charis Græcè, quod eſt gratia latinè. Vnde ſpiritualia chariſmata appellat Hieronymus diuiſiones ſiue dona gratiæ. de quibus ait Apoſtolus primo Corinthiorum. duodecimo. d. s ¶ In quibus vltimum pene locum interpretes tenẽt. Pene id eſt penitus, vltimum enim locum tenent. ſicut patet inſpicienti textum primo Corinthiorum duodecimo. d. Dicit tamen pene quod eſt comparatiuum, ad innuendum ꝙ non ex toto prout poſſet accuſat translationem ſeptuaginta interpretum. Tertio infallibilem ſuæ translationis veritatem probat ibi. t ¶ Quid liuore torqueris. Liuor dicitur inuidia vel nigredo quæ remanet ex percuſſione. Et dicitur à liueo. es. quod eſt inuidere, vel liuidum: id eſt nigrum ex percuſſione fieri. Torqueo. es. torſum vel tortum, dicitur cruciare, flectere, emittere, vel iaculari. In prima ſignificatione hic ponitur. Dicit ergo: O æmule quid liuore torqueris: id eſt cur inuides meæ trãslationi, cuius non potes cõtradicere veritati? v ¶ Quid imperitorum animos contra me concitas? Cum ſcilicet ſit irrefragabilis veritas. quod oſtendit cum dicit. x ¶ Sicvbi: id eſt ſi alicubi, aduerbium loci. y ¶ Tibi in translatione videor errare: interoga Hebrȩos. Si eſt ita vt dico, & non ſolum in vna ciuitate. z ¶ Diuerſarum vrbium magiſtros conſule. id eſt peritos in lege, & quid lucraberis ex hoc, quia tunc ſenties mecum, quia.

Quod

---

Hyperaſpiſtes. Aſpis. † non. Tullius q̃s traſtulit libros. œconomicon. Pythagoras. Diuiſio. 1 eſſe vatẽ: † al's, prothagoram. auſcultare. aſcultare. 2 vo poſt. † 1. Corin. 12. d. 3 gradum. Liuor. Torqueo.

# Expoſitio epiſtolæ ſancti Hieronymi.

E a ¶ Quod illi: ſcilicet hebręi habẽt de Chriſto. b ¶ Tui codices; ſcilicet ſeptuaginta nõ habent. & ſic patet ꝙ noſtra trãslatio eſt veracior & cõpletior: Sed forte te aliter excuſabis, dicens ꝙ illa teſtimonia nõ fuerunt ab initio in Hebraica veritate, ſed ſunt ab hebręis ſuperaddita: poſtq̃ falſo ab Apoſtolis ſunt aſſumpta, & ſic latina exẽplaria veraciora ſunt q̃ Græca: græca q̃ Hebraica, & hoc eſt ꝙ dicitur hic. c ¶ Aliud. excuſationis genus eſt, ſcilicet ſi dixeris ꝙ hebræi probauerint teſtimonia prædicta. e ¶ Ab apoſtolis cõtra &c. id eſt falſo cõtra Hebræos aſſumpta, & contra vſum veritatis rapta. d ¶ Poſtea. ſcilicet poſtq̃ ſeptuaginta editionẽ ſuam fecerunt, & tamẽ ea libris ſuis poſtmodũ addiderũt. f ¶ Et emẽdatiora ſunt exẽplaria latina. Sed iſta excuſatio nihil habet probabilitatis Apoſtolorũ em̃ cura fuit falſa deſtruere. Vnde falſa teſtimonia nullatenus aſſumpſerũt: propterea non veriſimile eſt ꝙ hebręi libris ſuis ſuperaddiderint, quę ſibi cõtraria cognouerũt: quin potius negarent ſi poſſent. Demũ quicquid veritatis & latina & gręca exẽplaria habent, de fonte hebraicæ veritatis exhauſerũt. g ¶ Verum hęc cõtra inuidos. ſcilicet diximus quibus per omnia cõtraria ſentimus, qui meã translationem volunt reprehendere, quia immediate ſumpta eſt ab Hebraica veritate tanq̃ à puro fonte. h ¶ Nunc te precor. Hec eſt vltima pars principalis iſtius præfationis in qua facit tria. Primo enim orationum ſuffragia implorat cum dicit. Nunc te precor Deſideri chariſſime, vt me orationibus iuues. Secundo aſſignat rationem, cur orare debeat. Cum dicit. Quia me tantum opus ſubire feciſti: & à Geneſi exordium capere. Tertio finem orationis inſinuat; ſcilicet vt pentateuchum fideliter transferat. Vnde dicit: Quo poſſim eodem ſpiritu quo ſcripti ſunt libri, in latinum eos transferre ſermonem. Diuiſio.

1. hebraica.

2. deprecor.

a le. Quod illi habent de Chriſto:
b c tui codices nõ habẽt. Aliud eſt, ſi
d contra ſe poſtea ab Apoſtolis
e f uſurpata teſtimonia ꝓbauerũt:
& emẽdatiora ſunt exẽplaria la
g tina q̃ græca: & græca q̃ [1] Hebræa. Verũ hæc cõtra inuidos.
Nunc te [2] precor Deſideri chariſsime: ut quia tãtum opus me h
ſubire feciſti, & à Geneſi exordium capere: orationibus iuues:
quò poſsim eodem ſpiritu quo
ſcripti ſunt libri: in latinum eos
transfere ſermonem.

Finit præfatio.

¶ Expoſitio in præfationem Pentateuchi fratris Britonis de ordine Poſtillatoris finit, ad quem in prncipio operis ſua in præfatione, quæ incipit: Vidi in dextra, ſuper quorundam prologorũ elucidatione, tanquam per eundem ſufficienter expoſitis: poſtillator (vt patuit) ſeſe exonerando remiſit.

# Prothemata gloſsæ ordinariæ.

CVM OMNES diuinos libros legimus, in tanta multitudine verorum intellectuum, qui de paucis verbis eruuntur, & ſanitate catholicæ fidei muniũtur: potiſsimum id diligamus, quod certũ apparuerit, eum ſenſiſſe quem legimus. Si autem hoc latet, id certe quod circunſtantantia ſcripturæ non impedit, & cum ſana fide concordat. Si autem ſcripturæ circunſtantia tractari, & diſcuti non poteſt, ſaltẽ id ſolum, quod fides exigit ſana vel præſcribit. Aliud eſt enim, quid potiſsimũ ſcriptor ſenſerit, non dignoſcere; aliud à pietatis regula errare. Si vtrunqꝫ vitetur, perfecte ſe habet fructus legẽtis. *Si vero vtrunqꝫ vitari nõ* poteſt, etiã ſi voluntas ſcriptoris incerta ſit, ſanæ fidei congruam nõ inutile eſt eruiſſe ſententiã. Auguſti. In rebus obſcuris atqꝫ à noſtris oculis remotiſsimis, ſi qua in ſcriptura etiam diuina legimus, quę poſſunt ſalua fide alijs parere ſententijs, in nullã earum nos pręcipiti affirmatione ita proijciamus: vt ſi fortè diligentius exquiſita veritas eam labefactauerit, corruamus. Non pro ſententia diuinarum ſcripturarũ, ſed pro noſtra dimicãtes, ita vt eam velimus ſcripturarũ eſſe, quę noſtra eſt, cum potius eam quę ſcripturarũ eſt, noſtram eſſe velle debeamus. ¶ Notãdum quia hæc ſcriptura ita allegoricis verbis texitur, vt allegoricum ſenſum contineat: & hiſtoricam fidem rerum geſtarum non amittat. Dicitur autem Geneſis à ſuo principio, ſecundũ morem hebręorum, qui ex principijs maximè nomina libris imponunt: ſicut Matthęus euangelicam ſuam hiſtoriam, librum generationis appellat. Cum multa vtraqꝫ ſcriptura in ſequentibus contineat. In quibus nulla generationis mentio fiat. Introducit quippe hæc hiſtoria primum hominem, futuri formam, vtpote de terra virgine cõditum, per quem generandi terreni erant in vitam tranſitoriam: ſicut euangelium ſecundũ nouum hominem inducit de matre virgine genitum, qui filios generaret in vitam æternam. In hac ergo ſcriptura figuræ ſunt futurorum. In euangelio vero manifeſtato completorum. Liber iſte more Hebręorum à principio Geneſis appellatur, quia in eo de cœli & terræ generatione agitur, licet alia multa ſequantur; ſicut euangelium Matthæi: Liber generationis Ieſu Chriſti. Inducit enium Moyſes primum hominem formam futuri de terra virgine conditum, qui generaret terrenos in vitam tranſitoriam: ſic & Euangelium ſecundum hominem ſcilicet Chriſtum de matre virgine genitũ: qui generaret cœleſtes in vitam eternam. Hic ergo figura: in euengelio veritas. Hieronymus. ¶ In pincipio creauit deus cœlum & terram. Plerique autumant, ſicut Tertullianus & Hilarius, in Hebræo haberi: In filio fecit deus cœlum & terram. ¶ Lxx. vero & Symmachus & Theodocion. In principio tranſtulerunt. Et in hebræo dictũ eſt Bereſchit: quod Aquila interpretatur, in capitulo. Magis igitur ſecundũ ſenſum, q̃ ſecundum verbi translationẽ, de Chriſto accipi poteſt, qui in ipſa fronte Geneſeos (quę caput oĩm librorũ eſt) & in principio Ioannis, cœli & terrę cõditor approbatur. vnde pſal. xxxix. b. In capite libri ſcriptũ eſt de me, id eſt in principio Geneſeos. In principio. ſ. creauit deus cœlũ & terram. & in principio Ioãnis: Omnia per ipſum facta ſunt &c. Apud hebręos quoqꝫ hic liber Bereſchit: appellatur, qui voluminibus ex librorũ principijs nomina imponũt. Quatuor ſunt regulæ ſacrę ſcripturæ, id eſt Hiſtoria, quę res geſtas loquit. Allegoria, in qua aliud ex alio intelligit. Tropologia, id eſt moralis locutio, in qua de moribus ordinãdis tractatur. Anagoge, id eſt ſpũalis intellectus, per quẽ de ſummis, & cœleſtibus tractaturi, ad ſuperiora ducimur. His quatuor quaſi quibuſdam rotis tota diuina ſcriptura voluitur, verbi gratia: Hieruſalẽ ſecundũ hiſtoriã eſt ciuitas, allego. eccleſiã ſignificat, ſecundũ tropologiã, id eſt moralitatẽ, animã cuiuslibet fidelis, quę ad pacem ęternã anhelat. Secundũ anagogen, cœleſtiũ omniũ vitam qui reuelata facie vident deum. Diuina ſcriptura aliquando ęterna intimãtur, vt eſt: In principio erat verbum. Aliquãdo facta narrantur, vt: Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua &c. Aliquando quę agenda ſunt præcipiũtur, vt: Diliges proximũ tuum, ſicut teipſum. Et eſt bipartita diuina ſcriptura. Quia alia ſunt quę ſecundũ figurã dicuntur, vt eſt: Audiuit Adam vocẽ domini deambulãtis in paradiſo. Alia ſcd'm rerũ geſtarum fidẽ, vt eſt ꝙ populus exiẽs de egypto ꝑ mare pedibꝰ ambulauit. Alia ſunt, quę vtroqꝫ dicta ſunt modo, vt eſt tranſitus maris Rubri, & miracula quę dominus in euangelio fecit. Tribus modis ſignificat hæc ſcripura generationẽ ſeculi eſſe factam. Aut em̃ ſola voluntate aliquid dicitur factũ, vt: In principio creauit deus cœlũ & terram. Aut voluntate ſimul & voce præceptiua, vt: Fiat lux. Siue deliberatiua, vt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram. Aut voluntate voce & diffinitione, vt: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & germinet terra herbam virentẽ, & facientẽ ſemen &c̃. Et ea quę ſola voluntate & voce dicuntur, nouitate facta ſunt. Quę vero per diffinitionẽ, hæc ſunt ſimilia illis quę nouiter facta ſunt: & hæc ſunt quę poſt ſeptimũ diem vſqꝫ in finem operatur deus, & ex illa diffinitione proueniũt. Quidam tria principia: poſuerũt deum, exẽplar, & materiam: eaqꝫ increata, & ſine initio. Deumqꝫ non tanq̃ creatorem materię. ſed quaſi artificem, ad exemplar de præiacenti materia mundũ feciſſe. Alij duo principia putauerunt, materiã & ſpeciem: & cum his tertium, quod operatoriũ dicitur, mundumqꝫ ſemper fuiſſe, & futurum eſſe. His & huiuſmodi erroribus obuiãs Moyſes, in vno ſpiritu, in vno principio temporis, modum à creatore deo factum narrat, tanta velocitate, vt effectu ſenſum temporis præueniret, vt videlicet deum cognoſcens initium vniuerſorum æternum intelligere dedit, & omnipotentem: ex tanta celeritate operis, vt necdum primum naſcentis mundi momentum tranſactum dicatur, quando mundus creatus dicitur, his verbis:

F

In rebꝰ obſcuris non eſt facile eligere vnam aut certam partem, cui ſit habẽda fides.

H Quattuor reglę ſacrę ſcripturæ.

Ioan. 1. a.

Generatio ſeculi facta quotupliciter.

principia rerũ quotuplicia.

☞ In principio

A ☞ ¶In principio creauit deus cœlum & terram. ¶Strabus. In principio &c. Moyſes in vno principio tēporis à deo creatore mundum factū refert, vt ſenſum temporis præueniret effectu voluntatis, vt deum ſciamus † temporis initiū, & ipſum eſſe initiū omnium. Plato em̄ tria initia vel principia exiſtimabat, deum, exēplar & materiā, & ipſa increata ſine principio, & deum quaſi artificem non creatorē. Ariſtoteles duo, materiam, & ſpeciem: & tertiū operatoriū dictum: Mundū vero ſemper eſſe & fuiſſe. Contra hęc ergo & huiuſmodi dicitur: In principio creauit deus cœlum & terram. ¶Auguſtinus: Sicut Paulus per reuelationem didicit Euangelium, ita Moyſes docente ſpirituſancto, conditi mundi exordium. ¶Beda. Moyſes in hoc libro de inferiori mundo ad inſtructionē hominis agit, & quia homo præponendus erat mundo viſibili. Primùm, regnum paratū deſcribit, poſtea rectorem inducit, cui ſeruiat plenitudo regni. Dicit ergo: In principio creauit deus cœlum & terram. Cœli & terræ nomine, quicquid deus fecit, ſimul factum eſſe materialiter poteſt intelligi: ſed informiter, ſiue ſpirituale, ſiue corporale ſit. Deinde proſequitur, quōdo deus ſingulorum formas fecerit, & operum diſtinctiones: & quia nondum erant diſtinctę formę, addit de terra: Terra autem erat inanis & vacua. his ſcilicet quę de ipſa erāt ꝓceſſura. & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Per abyſſum cętera elementa poſſunt intelligi, quę adhuc confuſa & incerta erant, quas formas eſſent habitura.

als † eſſe añ tēporis initium.

Pricipia rerum ſcd'm Pla. et Ariſ. quę et quot ſint.

Quot modis deus dicit operari.

¶Quatuor modis operatur deus. Primò in verbo. Secundo in materia informi. Vnde Eccleſiaſtici. xviij. a. Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul. Tertio per opera ſex dierum varias diſtinxit creaturas. Quarto ex primordialibus ſeminibus nō incognitę oriuntur naturæ, ſed notę, ſępius ne pereāt, reformātur.

Myſtice cō paratio ſex dierum ad ſex ętates mundi.

¶Iſidorus & Beda Myſtice. Primordia generis humani, q̄bus ipſa luce frui cœpit, bene comparantur primo diei, quo deus lucem fecit. Et hæc ętas tanq̃ infantia putanda eſt ipſius vniuerſi ſeculi, quod tanq̃ vnus homo ætatem agit infantiam. Hæc protenditur ab Adam vſq; ad Noë generationibus decem. Quaſi veſpera huius diei ſit in diluuio, quia & infantia noſtra tanq̃ obliuionis diluuio deletur. ¶Incipit mane ſecundę diei à temporibus Noë tanq̃ pueritia, & tenditur hæc ętas vſq; ad Abraham generationibus decem. Et bene comparatur ſecundo diei, quo factum eſt firmamentum, inter aquam & aquam: quia & arca in qua erat Noë cum filijs ſuis, firmamentum erat inter aquas inferiores, in quib us natabat, & ſuperiores quibus compluebatur. Hæc ętas diluuio non deletur: quia nec pueritia noſtra obliuione tollitur de memoria. Meminimus enim nos pueros fuiſſe, infantes non meminimus. Huius veſpera eſt confuſio linguarum, in eis qui turrem faciebant, Et fit mane ab Abraham. Sed nec iſta ætas ſecunda generauit populum Domini, quia nec pueritia apta eſt ad generandum. ¶Incipit mane diei tertię ab Abraham, & ſuccedit tertia ętas ſimilis adoleſcentiæ. Et bene comparatur diei tertio, in quo ab aquis terra ſeparata eſt. Ab omnibus enim gentibus, quarum error inſtabilis, & vanis ſimulachrorum doctrinis, quaſi ventis omnibus mobilis (quod bene ſignificatur maris nomine) fidelis populus ſecernitur. Ab hac ergo gentium vanitate, & huius ſeculi fluctibus, ſeparatus eſt populus dei per Abraham, tanq̃ terra cū apparuit arida, id eſt ſitiens imbrem diuinorum mandatorum. Qui populus vnum deum colendo, tanq̃ irrigata terra, vt fructus vtiles poſſet afferre, ſanctas ſcripturas & prophetias accepit. Hæc enim ętas iam potuit generare populum dei, quia & tertia ętas, id eſt adoleſcentia iam filios habere poteſt. Et ideo ad Abraham dictum eſt Geneſis. xvij. a. Patrem multarum gētium poſui te, augebo te nimis valde, & ponam te in gentes, & reges ex te erunt. Et ponam teſtamentum meum inter me, & ſemen tuum poſt te, generationes eorum in teſtamentum æternū, vt ſim tibi deus, & ſemini tuo poſt te, & dabo tibi & ſemini tuo poſt te terrā, in qua habitas: omnē terrā Chanaā in poſſeſſionem ęternā, & ero illis deus. Hęc ætas porrigitur ab Abraham vſq; ad Dauid, quatuordecim generationibus. Huius veſpera eſt in peccatis populi, quibus diuina mandata præteribant, vſq; ad malitiam peſsimi Saulis. ¶Deinde myſtice fit mane quartæ diei, regnum ſcilicet Dauid. Hæc ætas ſimilis eſt iuuentuti. Et reuera inter omnes ætates regnat iuuentus, & ipſa eſt ipſum firmamētum omniū ætatum: & ideo bene comparatur quarto diei, in quo facta ſunt ſidera cœli in firmamento. Quid enim euidentius ſignificat regis eminentiam q̃ ſplendor ſolis? & plebis obtemperantiam, lunæ ſplēdor oſtendit, tanq̃ ſynagogam ipſam: & ſtellæ principes eius, & omnia fundata in ſtabilitate regni, tanq̃ in firmamento. Huius quaſi veſpera eſt in peccatis regum, quibus illa gens meruit captiuari.

B

¶Fit deinde mane Quintę diei, Tranſmigratio in Babylonē, cum in captiuitate populus † Leuiter in peregrino ocio eſt collocatus. Et porrigitur hæc ętas vſq; ad aduentum Chriſti, id eſt quinta ętas, ſecundum quam eſt declinatio à iuuētute in ſenectutem: Nondum quidem ſenectus, nec iam iuuentus: quia ſenior ætas eſt quę græcis γῆρας geras dicitur. Senex enim apud eos γέρων geron, & πρεσβύτης presbytes appellatur. Et re vera ſic iſta ætas à regni robore eſt inclinata, & fracta in populo Iudęorum, quemadmodum homo à iuuentute fit ſenior. Et bene comparatur illa diei quinto in quo facta ſunt animalia in aquis & volatilia cœli: poſtea q̃ ſcilicet inter gentes, tanq̃ in aquis cœperunt viuere, & habere incertā ſedem, & inſtabilem ſicut aues volantes. Sed plane ibi erant cete, id eſt magni homines, qui magis dominabantur fluctibus ſeculi, q̃ ſeruirent in illa captiuitate. Non enim ad cultum idolorum aliquo terrore deprauati ſunt. Vbi ſane animaduertēdū, ꝙ benedixit deus illa animalia, dicēs: Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris, aueſq; multiplicentur ſuper terrā. Quia re vera gens Iudęorum (ex quo diſperſa eſt ꝑ gentes) valde multiplicata eſt. Huius diei, hoc eſt huius ætatis, quaſi veſpera, eſt multiplicatio peccatorū in populo Iudęorū: quia ſic excæcati ſunt, vt deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum nō poſsint agnoſcere.

als † leniter

C

¶Myſtice. Mane ſextæ diei fit pręducatio Euāgelij per Ieſum. & finito die quinto, id eſt quinta ętate, incipit ſexta, ſcilicet ſenectus veteris hominis: in qua homo minus potens eſt, & quaſi ad extremum vitę tendit. Et hoc etiam apparet, quia illud carnale regnum iam eſt vęhementer attritum, quando & templum dei deiectum eſt, & ſacrificia ceſſauerunt. Et nunc ea gens; quantum ad regni vires attinet, quaſi extremam vitam trahit. In iſta tamen ætate, tanq̃ in ſenectute veteris hominis homo nouus naſcitur, qui iam ſpiritualiter viuit. Sexta enim ætate ſiue die dictum eſt: Producat terra animam viuentem. Nam quinta die non dictum erat: producant aquę animam viuentem, ſed reptilia animarū viuarum: Quomodo enim corpora ſunt reptilia, ſic tunc adhuc etiam corporali circunciſione, & ſacrificijs, tanq̃ in mari gentium populus ille ſeruiebat. Iſtam vero animam viuam dicit, quia vitam iam incipiunt æternam deſiderare. Serpentes ergo & pecora, quę terra producit, gentes ſignificant iam ſtabiliter credituras euangelio: de quibus dicitur & illud, quod Petro demonſtratum eſt in actibus Apoſtolorum, Actuū. x. b. Macta & manduca. Et cum ille immunda diceret. Reſponſum eſt illi: Quod deus mundauit, tu commune ne dixeris. Tunc fit homo ad imaginem & ſimilitudinem dei, ſicut in iſta ętate ſexta naſcitur in carne dominus noſter, de quo dictum eſt per Prophetam: Et homo eſt, & quis cognoſcet eum. Et quemadmodum in illa die maſculus & fœmina coniuncti ſunt: ſic & in iſta Chriſtus & eccleſia. Et præponitur homo illa die pecoribus, ſerpētibus, & volatilib9 cœli. Sic & in iſta ętate Chriſtus regit animas ſibi obtēperātes, quę ad eccleſiam eius, partim de populo Iudęorum, & partim ex gentibus venerūt, vt ab eo domitę manſueſcerent, homines ſcilicet vel carnali concupiſcētię dediti, ſicut pecora, vel tenebroſa curioſitate obſcurati, quaſi ſerpentes, vel elati ſuperbia, quaſi aues. Et ſicut in illa die paſcitur homo & animalia quę cū ipſo ſunt herbis ſeminalibus, & lignis fructiferis, & herbis viridibus: ſic in iſta ętate, homo quicūq; bonus eſt miniſter Chriſti, & eum bene quantum poteſt imitatur, cum ipſo populo ſpiritualiter paſcitur ſanctarū ſcripturarum alimentis, & lege dei: partim ad concupiſcendum fœcunditatem rationū, atq; ſermonum, tanq̃ herbis ſeminalibus, partim ad vtilitatem morum & conuerſatiōis humanæ, tanq̃ lignis fructiferis, partim ad vigorem fidei ſpei & charitatis in vitam ęternam, tanq̃ herbis virentibus, quæ nullo æſtu tribulationum poſſunt areſcere. Sed ſpiritualis ſic paſcitur iſtis alimentis, vt multa intelligat. Carnalis autem id eſt paruulus in Chriſto, tanq̃ pecus dei, vt multa credat, quæ intelligere nōdum poteſt, tamen eoſdem cibos omnes habent. Huius autem ætatis veſpera eſt, de qua dominus ait, Lucę xviij. b. Putas veniens filius hominis inueniet fidem ſuper terram? Poſt illam veſperam fiet mane, cum ipſe dominus in claritate venturus eſt. Tunc requieſcent cum Chriſto ab omnibus operibus ſuis ij, quibus dictum eſt Matthæi. v. g. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Tales enim faciunt opera bona valde: poſt talia enim opera ſperanda eſt requies in die ſeptimo, qui veſperam non habet. Nullo ergo modo poteſt dici, quemadmodum fecerit deus cœlum & terram, & omnem creaturam, quam condidit. Sed iſta expoſitio per ordinem dierum ſic indicat, quaſi hiſtoriam rerum factarum, vt prædicationem futurorum maxime obſeruet. Si autem aliquem mouet, ꝙ in iſtis ætatibus ſeculi duas ætates primas denis generationibus aduertimus explicari. Tres autem conſequentes ſingulæ quatuordecim generationibus contexuntur. Sexta verò iſta nullo generationum numero diffinita ſit. Facile eſt videre etiam in vnoquoq; homine duas primas ætates, infantiam & pueritiam, corporis ſenſibus inhęrere, qui ſenſus corporis quinq; ſunt, viſus, auditus, guſtus, olfatus,

Myſtice.

D

Antipophora.

E

☞ & tactus

& tactus. Quinarius autem numerus duplicatus (quoniam duplex eſt ſexus humanus, vnde generationes tales exiſtunt, maſculinus & fœmininus) denariū numerum facit. Iam vero ab adoleſcentia, & deinceps, vbi ratio incipit in homine prævalere, accedit quinqꝫ ſenſibus cognitio & ratio, quib⁹ vita regitur & adminiſtratur, vt iam ſeptenarius numerus eſſe incipiat, qui ſimiliter duplicatus, quatuordecim generationibus eminet & apparet. Quas habent tres ętates conſequentes, adoleſcentis ſcilicet, iuuenis, & ſenioris. Senectutis verò ętas ſicut in nobis nullo ſtatuto annorum tempore definitur, ſed poſt illas quinqꝫ quantum quiſqꝫ vixerit, ſenectuti deputatur: ſic in iſta ætate ſeculi non apparent generationes definitę, vt occultus ſit vltimus dies, quem vtiliter dominus latere oportere demōſtrat.

Myſticè. ¶ Myſtice: igitur perfecti ſunt cœli &c. Quia poſt illorū quaſi ſex dierum opera bona valde, ſperet homo quietem perpetuam, & intelliget quid ſit: Requieuit deus ſeptima die ab omni opere ſuo, Quia & ipſe in nobis hęc bona operatur, qui vt operemur iubet. Et recte ipſe requieſcere dicitur, quia poſt hæc omnia opera noſtra requiem nobis prętabit. Quomodo recte paterfamilias dicitur ędificare domū, cum vt ędificent operarij ſui iubet, & requieſcere, cum poſt perfectionē fabricę, illis quibus imperabat, permittit vt vacent, & iocundo ocio perfruantur.

Moraliter. ¶ Iſidorus. Moraliter. Habet vnuſqſqꝫ noſtrū in rectis operib⁹ & recta vita tanqꝫ diſtinctos iſtos ſex dies, poſt quos debeat quietē ſperare. Primo die lucē fidei, quādo primū viſibilibus credit, propter quā fidē, domin⁹ viſibiliter apparere dignatus eſt. Secundo die factum eſt tanqꝫ firmamentū diſciplinę, quod diſcernit inter carnalia & ſpūalia opera, ſicut firmamentū, inter inferiores aquas & ſuperiores. Tertio die, quo mētem ſuā ad proferēdos bonorū operum fructus pręparat, & erigit; ſeparata enim labe & fluctibus tentationum carnalium, tanqꝫ aridam habet mentē, videlicet, tanqꝫ à perturbationibus maris, vt iam poſsit dicere. Mente ſeruio legi dei, carne autem ſeruio legi peccati. Roamno. vij. d.

Myſticè. ¶ Eidem Myſtice. In principio creauit deus cœlum & terram. Spirituales ſcilicet qui cœleſtia meditantur, & terram id eſt carnales terrenum hominem imitātes. Terra autem erat inanis & vacua. Hoc caro noſtra, antequ doctrinę accipiat formam. Et tenebrę erant ſuper faciem abyſsi. quia peccati obſcuritas, & ingnorantię cæcitas tegebat corda noſtra. Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. hoc eſt

& non eſt alius deus mecum: & ſic de multis aliis. Cũ igitur Moy- H
ſes dixiſſet: Creauit elohim, manifeſte dediſſet occaſionem creden-
di populo pluralitatem quam intendebat excludere ſecundum eos
etiam potius debuiſſet dicere hel, quod nullam pluralitatẽ ſignifi-
cat, & ex quo nullum inconueniens ſequeretur. Item quod allegat
pro parte ſua quòd quandoq̃ iudices vocantur elohim, hoc mani
feſte facit contra eos: nam vbi elohim accipitur pro iudicibus ſeu
dijs opinatiuis vel falſis, ſemꝑ cõſtruit̃ cũ verbo, vel adiectiuo pl'is
numeri. vnde Exo. xxiij. b. vbi dicit̃. Ad deos vtriuſq̃ cã ꝑueniat.
ponitur ibi elohim: & ſtatim ſequitur ibi verbũ plurale ſic. ſ. & ſi illi
iudicauerint. Et in Pſal. lxxxj. b. Omnes dij gentiũ dęmonia, vbi di-
citur elohim: & tamen ibi non dicitur dęmon ſed dęmonia. Silr̃ in
pſal. xcv. b. vbi dicit̃, ego dixi elohĩ eſtis. i. dij: nõ dicit: Ego dixi elo-
him es, & ſic de multis alijs: ſed ĩ hoc loco, & in alijs vbi elohim po
tur pro vero deo, ſemper adiungitur verbum ſingularis numeri.
Non enim dicitur hic: In principio creauerunt dij, ſed creauit: qd'
quidem verbum ſubſtantiuum. ſ. fuit creans, ad denotandã vnitatẽ
eſſentiæ. Ex quibus patet manifeſte, quod Moyſes intendit inſtrue-
re populum ſpecialiter quantum ad doctos, quod in deo qui cœ-
lum & terram creauit, eſt pluralitas perſonarum, inquantum dixit
elohim. Similiter & vnitas ſecundum eſſentiam, inquãtũ dixit crea-
uit, & hoc notanter inſinuat Moyſes in prima propoſitione totius
ſacræ ſcripturę, in q̀ua continet̃ articulus creatiõis, vt innueret hoc
myſterium in primo exordio fidei eſſe attendendum. Quod autem
hæc pluralitas attribuenda ſit perſonis ſeu ſuppoſitis, habetur etiã
ſecundum ſenſum literalem vlteriorẽ in hoc loco, vbi innuitur ali-
qua inſtructio de diuinis perſonis. Nã cũ dicit̃: In principio, intelli-
gitur in filio, cui attribuitur cauſalitas creationis per modum cau-
ſæ exemplaris, vt dictum eſt: & per conſequens cum dicitur deus,
intelligitur pater, cui attribuitur cauſalitas creationis per modum
efficientis. Cum autem dicitur: Spiritus domini ferebatur, intelligi
tur perſona ſpiritusſancti, prout plenius declarabitur infra. Nõ tñ
eſt intelligendum, ꝙ creare ſit propriũ alicuius ꝑſonę diuinæ & nõ
cõmune toti trinitati, hoc enim eſſet erroneũ: cũ omnia opera trini
tatis ad extra ſint indiuiſa, ſed quia deus eſt cauſa rerum per ſuum
intellectum & voluntatem, ſicut artifex rerum artificiatarũ. Arti-
fex autem per verbum in intellectu cõceptum, & per amorem ſuæ
voluntatis ad aliud relatũ operatur, vnde ſimiliter deus pater ope-
ratus eſt omnem creaturã per verbum ſuum quod eſt filius, & per
ſuum amorem qui eſt ſpiritusſanctus, & ſcd'm hoc ꝓceſſiões per-
ſonarum ſunt rationes productionis creaturarum inquantum in-
cludunt

A cludunt eſſentialia attributa quæ ſunt ſcientia & voluntas, vt patet in prima pte.q.xlv.ar.vj.Sequitur litera. ¶ Terra autem erat inanis &c. Vbi Moyſes poſtq̄ ſummarie tradidit totũ op⁹ diuinum circa creationem mũdi in primis ſex dieb⁹ ſucceſſiue productum:hic explicat illud per particularia.Circa quod primo oſtẽdit ſtatum ſeu conditionem quarũdam rerum creatarum in prima ſui creatione ſeu productione.Secundo procedit ad alia quę creata ſeu ꝓducta ſunt in prędictis ſex dieb⁹ ſucceſſiue,ſecunda ibi: Dixitq̄ de⁹,fiat lux. ¶ Circa primum ſciendũ,quõd cũ Moyſes rudi populo loquebatur,vt omnes doctores tenent, qui non ſolum ſpiritualia veraciter non capiebant,ſed etiam de corporalibus illa communiter tantum apprehendebant,quæ viſui corporali ſubiacent,vt in prima parte,q.lxvij.articulo.iiij.Idcirco licet in generali viſibilia & inuiſibilia cœleſtium & terreſtriũ creaturarũ ſub quodam ſummario (vt dictũ eſt) cõprehẽdat,attribuẽs ea diuinę creationi,ita vt nihil in rerum natura excluderetur à creatione dei: loquẽs tamen poſtea in particulari,vt imbecillitati rudium ſeu ſimplicium audientium condeſcenderet,prętermiſſis inuiſibilibus tam cœleſtium q̄ terreſtrium, de viſibilibus tantum mentionem facit: vnde de cœleſtibus prętermiſit empyreum & angelicam naturam: & de terreſtribus prętermiſit duo elemẽta:ſcilicet aerem & ignem, eò quod non ab omnibus percipiuntur.Multi enim etiam philoſophorum elementum ignis nõ cognouerunt vſq̄ ad tẽpus Ariſtotelis.Similiter & aerem nihil dicebant:adeo vt loca plena aere vacua exiſtimarent,vt.iiij.Phyſi. ¶ Vnde in prima rerũ ꝓductiõe de tribus viſibilibus principaliter facit mentionẽ:ſcilicet de infimo fundamento vniuerſi ſenſibilis,& de ſummo tecto eius,& de quodam medio inter vtrunq̄,quæ ſunt principales partes integrales cuiuſcunq̄ edificij,quorum duo ſe habent ad totum vniuerſum viſibile,ſicut centrum & circunferentia ad corpus ſphericum,quæ complent totam eius rationem plaſmaticam.In quo quidẽ ſcilicet corpore ſpherico,cẽtrum ſe habet vt fundamentũ,& circunferentia ſicut ſummũ tectũ,& alia inter vtrũq̄ cõtenta ſe habent,vt medium inter vtrũq̄.ſ.inter centrum & circunferentiã.Primum oñdit cum dicit:terra autẽ.Terra eñ ſcd'm philoſophos & aſtronomos ſe habet ad vniuerſum corpale:vt cẽtrũ.Scd'm autẽ & tertiũ oſtẽdit,cũ

B dicit.Super faciem abyſſi. Abyſſus eñ ſcd'm grãmaticos multitudinem aquarum impenetrabilẽ ſignificat,quæ quidẽ impenetrabilitas ideo poteſt intelligi nõ ſolum ex magna eius ꝓfunditate, ſed etiã ex hoc q̄ ex eius confuſione nõ põt abyſſus penetrari, per quod intelligiť aqua elemẽtaris quę ante eius cõgregationẽ in vna ꝑmixtiõe cõfuſa erat cum alijs duob⁹ elemẽtis.ſ.aere & ignẽ.Prout magiſter ponit in.ij.li.diſt.xij.quod totum vocatur abyſſus ſcd'm æſtimationẽ ſimpliciũ ſeu rudiũ, quibus loquebatur: qui aerẽ & ignem elementarem propter eorum inuiſibilitatẽ (vt dictũ eſt) non percipiunt:Quæ quidẽ abyſſus totam terram vndiq̄ cooperiebat & vſq̄ in altũ porrigebať,quouſq̄ nunc ſummitas corporeæ naturæ ꝓtingit:ſicut q̄buſdã videť,ꝓut magiſter ponit diſtinc. ſupradicta.Intelligať tamen hæc ſummitas naturæ corporeę circa cœlum cryſtallinum,quod per ſuperficiẽ abyſſi intelligendũ eſt, & hoc eſt primum corpus mobile,quod ſe habet ad omnia corpora naturalia,ſicut ſuperficies ad corpus ſphericũ,quæ totã eius ſoliditatẽ cõtinet.Vnde notandũ eſt,q̄ nõ dicitur ſcriptura:tenebrę erãt in terra,nec in abyſſo,neq̄ ſupra abyſſum, ſed ſupra faciẽ abyſſi. Cuius ratio eſt.Nã illa multitudo aquarũ impenetrabilis & profundiſſima in prima ſui productione erat turbida:& quaſi opaca ex eius cõfuſa permixtione ſeu cõpoſitiõe,intãtũ q̄ nõ erat capax lucis,ſicut nec terra,& ſic nõ erant in terra nec in abyſſo tenebrę proprie loquẽdo,ſicut nec in ligno diciť eſſe cæcitas licet non videat, ſuper faciem abyſſi,quod eſt primum mobile (vt dictum eſt) ex ſua pura & impermixtibili natura eſt diaphanum,& fuit ſemper capax lucis ſed quia nondum lux facta erat,ideo proprie loquẽdo tenebrę erãt pro tunc ſupra faciem abyſſi.i.in primo cœlo mobili.Cõuenienter igitur in primordiali rerum viſibilium productiõe fit expreſſa metio de terra quod eſt cẽtrũ & quaſi fundamẽtum vniuerſi ſenſibilis & de circunferẽtia,quod eſt ſummum tectum .ſ. primum mobile eo modo quo diciť.Eſai.xlviij.c. Manus eñ mea fundauit terrã,& dextera mea mẽſa eſt,aľs tetẽdit cœlos.Et loquiť ad modum formãtis circulum cum circino,qui primo ponit vnũ pedẽ in centro qđ eſt fundamentum:& alium tẽdit circunducẽdo circunferentiã.Sequitur in litera: ¶ Spiritus domini ferebatur ſuꝑ aquas: quæ quidẽ verba ꝓprie & notabiliter exponuntur à Hiero.de hebraicis queſtionib⁹ vbi ſic dicit:Pro eo q̄ in noſtris codicibus ſcriptũ eſt:Spiritus domini ferebať:in hebręo habetur מרחפת Merahephet,qđ nos appellare poſſum⁹ incubare,in ſimilitudinẽ volucris oua calore animantis.Ex quo intelligim⁹ nõ de ſpiritu mundi dici,vt nonnulli arbitranť,ſed de ſpũſctõ, qui & ipſe viuificator omniũ à principio diciť,de quo Pſal.ciij.d.Emitte ſpiritũ tuũ & creabuntur

Intentio Moyſi.

Abyſſus

Nota.

creabuntur:Hæc ille.Quę quidem viuificatio põt recte intelligi ſecundũ motum primi mobilis.Nam motus ſcd'm philoſophũ.viij. phiſi.eſt vita rerum naturaliũ:& cũ inter oẽs motus rerũ naturaliũ motus primi mobilis ſit prim⁹ & precipuus, & à quo oẽs motus corporales regulanť & mẽſuranť tanq̄ à prima omnium motuum mẽſura,& à deo tanq̄ à primo mouẽte principaliter cauſatus.Idcirco in primordio creationis rerum naturaliũ: de hoc primo motu tanq̄ de vita rerũ naturalium fit mentio attribuẽdo ipſum motum deo in perſona ſpũſſancti,cui appropriatũ eſt viuificare.Et ex hoc tolliť quędam incõueniẽtia quę quodãmõ animũ pulſať.ſ. q̄ inter primo creata fit mẽtio de tpe cum dicit:Dies vnus,dies ſecundus,& hmõi.Sed de motu nulla videť fieri mẽtio,cũm tamẽ motus ſit prior ipſo tẽpore naturaliter.Vnde ſcd'm prædictã expoſitionẽ predictã tollitur incõueniẽtia,quia de motu fit mẽtio anteq̄ de tempore,vt patet ex prędictis. ¶ Sed cõtra ꝑdicta q̄dã dubia breuiter poſſunt moueri inquiſitiue,ex quorum ſolutiõe veritas magis elucidatur.Primũ:Poſſet rõnabiliter quęri prout Auguſtin⁹. quærit ſuper Geneſim,ad literam.Cur non ſcriptum eſt:Dixitq̄ deus fiat terra,& facta terra eſt.Fiat aqua ſeu abyſſus & factum eſt,ſicut dicit de luce & de firmamẽto & hmõi.Secundo poteſt quęri:Si abyſſus hic accipiť vt dictũ eſt pro aquarũ multitudine impenetrabili terrã vndiq̄ circundãte,cur nõ hoc proprie declarauit deus dicẽs: Multitudo aquarũ erat ſuper terrã,cũ aqua ab omnibus quatuncunq̄ rudibus ſit perceptibilis.Et de aqua in hoc capitulo frequenter fiat mentio,nõ autẽ de abyſſo in hoc loco. Tertiũ:Si facies abyſſi accipitur in hoc loco pro primo mobili,vt dictũ eſt, cur ſtatim ipſum nominat aquas cũ dicit:Ferebatur ſuper aquas,ſcd'm iſtam expoſitionem.Quartũ:Cũ ſpiritus domini ſeu ſpũs dei: pluries in ſacra ſcriptura accipiať pro aere ſeu vento,vt in Pſalm.cxlvij.b.Flauit ſpiritus eius & fluẽt aquæ,& in alijs: vnde ergo cogimur vt in hoc loco accipiať ꝓ ſpũſctõ,vt dictũ eſt. Quintũ:Si ſpũſſanct⁹ dei in hoc loco accipitur ꝓ ſpirituſctõ vt dictum eſt, cũ ſpũſſanct⁹ ſit deus,inconuenienter dicitur q̄ ferebať ſuper aquas, cũ deo nõ cõpetat localiter ferri nec ſitum habere. ¶ Ad primũ igitur dicendũ q̄ ex verbis Auguſt.vbi ſupra,apparet q̄ in hoc quod dicit:Terra erat inanis & vacua,& tenebræ ſuꝑ faciẽ abyſſi,intelligiť materia omnis informis.Dicit eñ in.xij.confeſſi.Quid enim in omnibus mũdi partibus reperiri põt ꝓpinquius informitati omnimodæ quam terra & abyſſus:Et infra ſubdit.Illud autem totũ† ꝓprie nihil erat, quoniam adhuc omnino informe erat:Hæc Aug.Ex quo patet,q̄ ſcd'm ipſum ideo prętermiſſum eſt dicere:fiat terra ſeu abyſſus.Similiter & factũ eſt ita,& vidit deus q̄ eſſet bonũ, ſicut diciť in alijs: ꝓpter informitatem omnimodã materiæ quæ in prędictis verbis ſignatur,& eſt ratio,quia cum dicitur:Dei pefecta ſunt opa,vt Deute.xxxij.a.Ideo incõueniẽter de natura omnino informi diceretur: Dixit deus,fiat hoc.Similiter & vidit deus q̄ eſſet bonum.Ambroſius autẽ & alij ſancti doctores nõ concordãt cũ Auguſtino in hoc ſcilicet q̄ cum dicitur:Terra autem erat inanis & vacua, intelligať materia informis,ſed ipſum elementum terræ:Secũdum quos ſanctos doctores aliter ab Auguſtino opinantes dicendum eſt, quõd alię tres informitates attribuunť creaturæ corporali in primordio producto,propter quas non decebat vt de creatura ſic informi diceret fiat &c. Vel: vidit deus qđ eſſet bonum,& huiuſmodi:deerat enim corpori diaphono.ſ.primo mobili pulchritudo lucis.vnde diciť q̄ tenebrę erant ſuꝑ faciem abyſſi.Deerat etiam terræ duplex pulchritudo:Vna quã habet ex hoc quod eſt aquis cooperta, & quantum ad hoc diciť q̄ terra erat inanis.ſ.inuiſibilis.Alia vero quam habuit cum nõ eſſet ornata herbis & plantis:& ideo dicitur q̄ terra erat vacua.Vnde in hoc loco Moyſes intẽdit exprimere informitates creaturæ corporalis tam cœleſtis quam terreſtris in primordio ꝓductæ, & ideo non oportebat in hoc loco dicere.Dixit deus,fiat terra & huiuſmodi,ſicut in alijs creaturis, quæ in prima ſui productione tales informitates minime habuerunt. Si autem contra hoc dicatur,q̄ lux in prima die facta etiam videtur imperfecta ſeu informis reſpectu lucis luminarium,quod patet ex excellentia ꝓprietatũ luminarium quæ in opere quartæ diei exprimuntur, quæ non pertinent ad lucem in prima die factam vt infra patebit, & tamen de ipſa luce dicitur:Fiat lux &c. & vidit deus lucem qđ eſſet bona:& ſic ſimiliter potuiſſet dici de terra,non obſtãtibus informitatibus prædictis. ¶ Ad hoc dicendum,q̄ lux in prima die facta licet non eſſet ita ꝑfecta ſicut lux ſolis, habebat tamen perfectionem ſibi pertinentem quantum ad illud pro quo facta fuit,ſcilicet diuiſionem noctis & diei,vt patet in litera.Sed terra fuit facta à deo ad hoc vt habitaretur ab animantibus iuxta illud Eſai.xlviij. c.Non in vacuum creauit eã:ſcilicet terram,ſed vt habitaretur &c. Et quia hæc perfectio ad quam ordinata eſt terra ſibi deerat in primordio ſuę creationis.Idcirco non erat conueniens vt de ea dicerentur verba prædicta quæ de alijs creaturis,quæ in prima ſui pro ductione

C

Quæſtio.

Auguſtinus.

† prope

D

Ambro. &c.

Duplex pulchritudo terræ.

E ductione perfectiones ad quas productę ſunt attigerunt. Idem de abyſſo dicendum: quæ propter eius commixtionem confuſam ſupradictam, nõdum habebat perfectionem ſufficientem ad producendum generabilia. Superficies autem abyſſi in hoc loco nõ intelligitur per ſe niſi reſpectu ipſius abyſſi cuiꝰ dicitur eſſe ſuperficies: & ideo non oportebat vt de ipſa ſuperficie fieret mentio ſeorſum in huiuſmodi creatione. Vtrum autem ex autoritatibꝰ ſanctorum, & ſpecialiter Baſilij, Ambroſij & Chryſo. intelligatur ꝙ omnimoda informitas materiæ tempore præceſſit formationem eius, omitto cauſa breuitatis: vide tamen in prima par. q. xlvj. articu. primo veritatem huiꝰ quæſiti à ſancto doctore determinatam.

Rñſio ad ſecũdã queſtionem.

¶ Ad ſecundum faciliter reſpondetur ex dictis: Abyſſum enim hoc loco non nominat aquam ſolam, ſed aquam cum aliorum elementorum permixtione confoſſam, vt dictum eſt: prætermiſit tamen expreſſam mentionem de alijs elementis cum aqua permixtis, propter ruditatem eorum quibus loquebatur, qui pro maiori parte ea quæ non ſubiacent viſui non cognoſcebant, vt iam dictum eſt.

Reſponſio ad tertiam queſtionẽ. Primum mobile nomĩatur diuerſimode.

¶ Ad tertium dicendum quòd primum mobile in hoc loco nominatur diuerſimode propter diuerſitatem eorum quæ ſibi competunt de quibus in propoſito agitur. Competit enim primo mobili, omnia corpora naturalia & mobilia continere, ſicut ſuperficies corpus continet cuius eſt ſuperficies: & ex hoc nominat̃ facies abyſſi id eſt ſuperficies abyſi, de qua continentia hic eſt agendum tanq̃ de loco vniuerſali omnium corporum naturalium, cõpetit etiam ei diaphaneitas ſecundum ſuę naturę puritatem. Similiter & prima mobilitas corporalis, de qua diaphaneitate in hoc loco eſt agendum tanq̃ de prima capacitate lucis, quæ quidem lux in corporibus primum locum tenet ſecundum Auguſt. de li. arbi. Similiter & de prima mobilitate eius hic eſt agendum, tanq̃ de prima vita vel de primo effectu vitæ corporum naturalium. quæ F duo, nulli earum creaturarum (de quibus ſcriptura mentionem facit) inter primo creata ſic competunt ſicut aquis. Aqua eñ inter viſibilia corpora maxime eſt obediens motori, & eſt perſpicua. Et hæc eſt ratio quare primum mobile in hoc loco his diuerſis nominibꝰ appellat̃. Hęc expoſitio de primo mobili & de primo motu videtur rationabilis, conſiderando quòd in prima rerum productione fieri debet mentio de ſummo loco vniuerſali corporum naturalium. Similiter & de primo motu & de primo mobili, & etiã de tempore quæ ſunt menſuræ omnium rerum naturalium.

Reſponſio ad q̃rtã q̃ſtionem.

¶ Ad quartum, dicendũ qđ dicere ꝙ ſpũs dñi in hoc loco intelligat̃ ꝓ aere elemẽtari eſt valde irrationabiliter dictum propter tria, Primũ, q̄a ſi in hoc loco ſpũs dñi accipitur pro aere elemẽtari, ꝓut Rabbi Moyſes & quidã alij volũt dicere, ꝙ ſcriptura in hoc loco noĩat q̃tuor elementa. Terrã ſcilicet cũ dicit: Terra aũt. Aquã ṽò cũ dicit: Super aquas. Aerẽ cũ dicit: Spũs domini. Ignẽ ṽò cũ dicit: Et tenebræ erãt: Et hoc q̄a ignis vt dicũt in loco ꝓprio nõ lucet: ſecũdum hanc poſitionem nulla eſſet ratio propter quam aer q̄ dicit̃ ſpiritꝰ magis appropriaretur ſic deo, vt nominaretur ſpũs domini, q̃ elementum aquæ ſeu terrę vel ignis, quorum nullum in hoc loco tali modo noĩatur, vt dicatur: aqua domini: terra domini. Secũdũ, q̄a vt ex ſerie lr̃æ patet, ſpũs domini de q̊ hic agit̃, ferebat̃ ſuper aquas ante earũ diuiſionem: quæ facta fuit ſecũda die per firmamentum: diuidẽs aquas ab aquis, & ſic ferebatur indiſtincte ſuper aquas, nõ ſolum inferiores, ſed etiam ſuperiores: nulla enim diſtinctio aquarum legitur in prima die. Ex quo ſequitur quod huiuſmodi ſpiritus adhuc facta diuiſione, ferretur ſuper aquas ſuperiores: cum in ſcriptura nulla fiat mẽtio de hoc quod huiuſmodi ſpũs domini cõgregaretur ſeu attraheretur ad hoc vt poſt aquarũ diuiſionem ferretur ſuper aquas inferiores tm̃: quod tamen eſſet valde incõueniẽs & contra mentem Ra. moyſi, & aliorum ſequentiũ, qui ſpm̃ in hoc loco dictum accipiunt ꝓ aere elementari tm̃, cui nullo modo competit eſſe ſuper aquas, q̃ ſuperiores ſunt cœlo ſidereo. Tertium q̄a vt ex predictis patet, Moyſes in toto proceſſu ſex dierum nunq̃ nominauit aerem: etiam in loco vbi fuiſſet congruum aerem nominari, ſicut cum dicit̃, producant aquę volatile ſuper terram, vbi congruum fuiſſet dicere: producant aquæ & aer: ſimiliter & dicere, vt volitent in aere, & non ſolum ſub firmamento, cum volucres pro maiori parte participant naturam aeream plus quam aqueam, vnde in aere viuunt & nidificant pro maiori ſui parte, vnde earum volatus principaliter ad ornatum aeris pertinet: vt dicit Magiſter ſenten. diſt inctio. decimaquinta. Et tamẽ in hoc loco nullam mentionẽ facit de aere propter eius inuiſibilitatem, & propter imbecilitatem: vt ſupra dictum eſt. Non enim dicit de auibus, vt volent in aere ſeu in ſpiritu, ſed ſuper terram & ſub firmamento cœli, prætermittens totaliter nominationem aeris. Vnde eadem ratione cum hic dicitur: Spũs domini, nõ eſt intelligendũ de aere, de quo nunq̃ fecit mentionem in ꝓceſſu ſex dierum, vt dictũ eſt. Si autem contra hoc dicat̃ qđ ſit ſpũs domini, non põt hoc intelligi de aere ꝓpter eius inuiſibilitatem, eo ꝙ ille ppl̃s inuiſibilia nõ ꝑcipiebat, ſequeret̃ G à fortiori: ꝙ nõ debet intelligi de ſpũſancto, q̄ incõparabiliter eſt magis inuiſibilis oculis corporalibus, q̃ aer cum, ſit penitus incorporeus & immaterialis. Ad hoc dicẽdũ ꝙ quãtũcũq; populus ille rudis fuiſſet & incapax ſpũalium, nihilominus neceſſe erat vt eis ꝓponeretur primo, & ſupponerẽtur quædã penitus inuiſibilia, ſicut deum eſſe, quia ſine hoc inuanũ inſtruerẽtur de fide, ſecundum quã accedenti ad deũ, oportet credere q̄a eſt, vt ad Heb. xj. b. Similiter licet anima humana ſit inuiſibilis de ſui natura: tamen proponẽdũ erat eis de ea inquãtum ſecundum illam principaliter hõ eſt capax remunerationis diuinæ quod eſt principium in his quę credibilia tradunt̃. Vñ apl̃s cũ dixiſſet: Accedentẽ ad deũ oportet credere, quia eſt, ſtatim ſubiũxit: Et inquirentibus ſe remunerator eſt. & iõ de anima humana circa formationem hoĩs expreſſam ſcriptura fecit mentionem dicens: Spirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ Geñ. ij. b. De inuiſibilibus ergo nulla mentio fit in proceſſu ſex dierum, niſi tm̃ de deo & de anima humana, quorum cognitio ſaltẽ ænigmatica neceſſaria eſt cuicũq; fideli: vnde ſpiritus dñi nõ inconuenienter in hoc loco accipitur pro ipõ deo, licet inuiſibilis ſit. De aliis verò inuiſibilibus quorum cognitio nõ eſt explicite neceſſaria omnibus fidelibus, ſicut eſt natura angelica, vel aer elementaris & hmõi, ꝑtermittitur mentio expreſſa in hoc loco rõne iã dicta. Si autem obiiciatur de primo mobili quod eſt inuiſibile, & tñ ſecũdũ prędictã expoſitionẽ de eo fit mentio, cũ dicit: Super faciẽ abyſſi, vt dictũ eſt. Dicẽdũ ꝙ primũ mobile ſatis eſt viſibile per ſuũ effectum q̄ eſt motus diurnus ſolis, & aliorum corporũ cœleſtiũ.

Nota.

¶ Notãdũ etiã, ꝙ antiqui expoſitores hebręorũ notabiliſſime & cõpẽdioſe expoſuerunt ꝑdictum verbũ: ſpũs dñi. in illo libro q̄ dicit̃ Bereſchith rabbaa. i. Geneſis magna: vbi ſic habet̃ interrogatorie: Quid eſt qđ dicit̃: Spũs domini ferebat̃ ſup aq̃s? Ad ꝙ reſpõdet: nil aliud eſt, niſi ſpũs meſſię de q̊ legit̃, Requieſcet ſuper eũ ſpũs domini ſcilicet Eſa. xj. a. Ex quo dicto manifeſte datur intelligi qđ ſpiritus domini, hic intelligitur ſpirituſſanctus qui eſt ſpiritus meſſiæ, inq̃tum ſecundũ catholicã veritatẽ ꝓcedit à patre & filio, qui quidem filius eſt verus & benedictꝰ meſſias.

Reſponſio ad q̃ntã q̃ſtionem.

¶ Ad quintum dicẽdum, ꝙ per hoc ꝙ in hoc loco dicit̃, Ferebatur, nõ debet intelligi aliq̄d paſſiue in ſpiritu H domini, nec hęc dictio merahephet, qđ in hebraico ĩ hoc loco ponitur: eſt verbum paſſiuũ, ſed mere actiuũ, ſignificans ꝙ ſpũs domini fouebat & viuificabat aquas, ad ſimilitudinem gallinę cubantis: & vitalẽ virtutem his quę fouentur tribuentis, quę quidem viuificatio in hoc loco intelligit̃ per primũ motũ qui eſt pręcipue viuificatiuus corporũ naturalium vt dictũ eſt: vnde ſimile verbũ oĩno habet̃. Deute. xxxij. b. vbi dicit̃: Sicut aquila prouocãs ad volãdum pullos ſuos &c̃. quod eſt ꝓpria ſimilitudo ad ꝓpoſitum. Nam ſicut auis mouet pullos ſuos ad volandum, & ſic eos fouet & viuificat, ſic deus primum mobile mouet ad viuificandas creaturas corporales: licet enim ſit aliqua intelligentia immediate mouens primum mobile, de quo hic agitur, tamen prima cauſa & principaliter huius motus deus eſt, in quo omnes creaturę viuunt mouẽtur & ſunt. vt Act. xvij. f. Allegorice etiã ſequendo concordantiam antiquorum hebręorũ predictã, qui ſpm̃ domini qui hic ſuper aquas ferebat̃, exponunt eſſe ſpm̃ meſſię, de quo dicit̃ Eſa. xj. a. Reqeſſet ſuper eũ ſpũs domini, vt dictũ eſt, notabiliter dici põt qđ ſicut ſpũs domini viuificabat aquas. ſ. corpora naturalia, vt dictũ eſt, ſic idẽ ſpiritus dat vitã ſpũalem ꝑ aquã baptiſmi, de q̊ Ioh. iij. a. Niſi q̄s renatus fuerit ex aqua & ſpũſancto &c. Sequit̃ in lr̃a.

Dicere dei.

¶ Dixit deus: Fiat lux, qualiter autẽ intelligat̃ ꝙ dicit̃: deus dixit. Ambro. in hexa. declarat dicens: Non ꝑ organa vocis, nec ꝙ aerẽ iſtũ quidam verborum ſtrepitus verberaret, ſed vt voluntatis ſue ęternã cogitationem proderet in operationis effectu. Continuatur aũt ꝓductio lucis ad prædicta ſic: nã cũ pręmiſſa fuerat circa creationem corporalem multiplex informitas: Vna. ſ. cũ dicit̃: Terra autem erat inanis & vacua. Alia cum dicitur: Tenebrę erant ſuper faciẽ abyſſi. Conueniens ergo fuit vt informitas tenebrarum primo remoueretur ꝑ lucis productionẽ. Tum quia lux eſt qualitas primi corporis. Tum quia inter cęteras qualitates corporeas lux eſt ſpiritualior: vnde Auguſt. in li. de li. arbi. dicit quod lux in corporibus primũ tenet locum. Tũ propter cõmunitatẽ lucis in qua inferiora cũ ſuperioribus cõicant. Sed q̃ ſit iſta lux varie traditur à doctoribus.

Quę ſit lux prima.

Quidã enim dicunt illã lucẽ fuiſſe quandam, nubẽ lucidam quę poſtmodũ facto ſole in materiam pręiacẽtem redijt, vel adhuc remanet ſoli cõiuncta imperceptibiliter, vel ex illa nube formatum eſt corpus ſolis quæ quidem tres poſitiones nõ ſolum ſunt improbandę per rationẽ: vt in prima parte. q. lviij. arti. iiij. in reſponſione ad ſecundũ argu. ſed etiam ex ſerie ſiñę literæ non videntur ſtare. Tum quia lux ſignificat qualitatem tãtum: nubes autem lucida nõ eſt lux: licet ſit corpus luminoſum vel luminare & hmõi, ſicut album non eſt albedo: vnde in tali lucidę nubis ꝓductione, debuiſſet exprimi ſubſtantia cũ

A ſtantia cum ſua qualitate, dicendo: Fiat nubes lucida: vel quid luminoſum & huiuſmodi. Fieri enim ſicut & eſſe: principaliter pertinet ad ſubiectum ſeu ſubſtãtiam. Accidentiũ enim ꝓut in metaphyſica traditur, nõ eſt eſſe ſed ineſſe. Nec etiã videt̃ lr̃æ cõſonũ nec rõni, ꝙ illa lux fuerit lux ſolis, ſed adhuc ĩformis ꝓut poſtillator dicit. Tũ qa ſi ſic debuiſſet dicere, producatur ſeu ꝓcedat lux, vel ꝓducat ſol ſeu cœlũ lucem, ſicut dicitur in hoc capitulo, in his q̃ ab aliis procedunt. Tum quia ſcd'm hoc diuiſio lucis à tenebris in pr̃ia die facta fuit per circularẽ motum ſolis, vt etiã poſtillator dicit: ſicut in quarta die, & tamen ſcriptura in hoc loco attribuit hanc diuiſionẽ deo, dicens: Et diuiſit deus lucem à tenebris. In quarta autem die attribuunt hanc diuiſionem luminaribus dicentes, vt diuidant lucẽ à tenebris. Tũ qa maxime inconueniẽs videt̃ dicere ꝙ accidẽs ſeu motus alicuius rei ſingularis ſit in rerũ natura antecꝫ ſuũ ſubiectũ in eſſe ꝓducat̃. Ex quib⁹ patet ꝙ lux in pr̃ia die facta, differt à luce ſolis, de qua fit mẽtio in quarta die, nõ ſolũ quãtũ ad pticulares effectus, ſed etiã quãtũ ad eſſentiã. Vnde poſitio Baſil. in hoc loco videtur lr̃æ cõcordare, & rõni nõ diſſentire: dicit em̃ ĩ hexame. ſic: Poſt ſolis creationẽ dies eſt cũ à ſole illuminatus eſt aer, in eo ꝙ ſup terrã eſt ĩ hemiſpherio relucẽs, & nox vmbra terræ occultato ſole. Tunc aũt. ſ. in primis trib⁹ dieb⁹ nõ ſcd'm motũ ſolarem, ſed refuſo principali lumine illo: & rurſus cõtracto ſcd'm determinatã à deo menſurã, dies generabat̃ & nox reducebat̃. Hęc Baſili. Vnde ſcd'm eũ hæc lux nõ fuit corpus ſeu ſubſtãtia corporea, ſed quędã qualitas formaliter illuminatiua, nõ procedens ab aliquo corpore luminoſo, ſed ſolũ à volũtate diuina per creationẽ, ꝓut ipſa litera plano modo ſignificat, cũ dicit: Fiat lux: q̃ quidẽ lux nõ habebat ꝑ ſe motum, & ideo nõ poterat de ſe diuidere lucẽ à tenebris, ſed hoc faciebat per emiſsionẽ & cõtractionẽ luminis virtute diuina determinatã, & ideo dicit̃ hic: Diuiſit deus lucẽ à tenebris. Sed in q̃rta die vbi de luminaribus agitur, expreſſe dicit: Vt diuidãt lucẽ à tenebris: qa luminaria ꝑ motũ ꝓpriũ ſibi cõnaturalẽ hãc faciũt diuiſionẽ, ſcd'm quã poſitionẽ Baſi. quæ valde videt̃ cõſonare lr̃æ, nõ eſt inquirendum qd factũ fuit de illa luce prima poſt creationẽ ſolis, nã adueniente prouiſione naturali, rõnabiliter ceſſat prouiſio miraculoſa, ſicut & legit̃ Ioſue. v. c. Defec. manna poſtcꝫ comederunt de frugibus terræ. ℭ Obiicitur aũt cõtra poſitionẽ Baſi. primo ex hoc ꝙ pro tunc: aĩalia & homines non eſſent, ideo iſtã viciſsitudo lucis & B tenebræ non habebant aliquã neceſſitatem ſeu vtilitatẽ. Secũdo ex hoc ꝙ hæc contractio & emiſſio nõ eſſent naturales, ſed miraculoſæ: quod (vt dicũt) nõ habet locũ vbi agit̃ de inſtitutione naturæ. Sed reſpõdet̃ ad primũ ꝙ hæc obiectio eſt cõmunis, etiã cõtra ponentes ꝙ hæc lux fuiſſet lux ſolis. Sed dicendũ, ꝙ hęc viciſsitudo deſeruiebat diſtinctionibus ſex dierũ, ad hoc. ſ. ꝙ in ſex dieb⁹ perficeretur opus creationis, ꝓut in ꝓpoſito diuino ab ęterno fuerat diſpoſitũ, & etiã vt ꝑ hos ſex dies pręfigurarent̃ ętates mundi, & traderentur alia myſteria ſcd'm doctores. ℭ Ad ſecundũ dicendũ ꝙ in hoc capitulo nonnulla miraculoſe facta tradunt̃, ſicut ꝓductio herbarũ & plãtarum antecꝫ luminaria & ſtellę eſſent: quod eſt manifeſte miraculoſum, quia excedit facultatẽ naturalẽ creaturarũ, & etiã eſt penitus inſolitũ, quæ duo ꝑficiũt rõnẽ miraculi. Idẽ dicendũ eſt de congregatione aquarũ facta in ſecũda die, & ideo nimirũ ſi productio huius primę lucis & eius cõtractio & emiſſio ſit miraculoſa. Cętera autẽ exponant̃ ꝓut in poſtilla vſcꝫ ibi: Factũ eſt veſp. & ma. dies vnus. ſ. naturalis. Circa quod attendẽdum: ꝙ Hebręi per veſpere, intelligũt noctẽ, quæ ĩcipit à veſpera & terminatur in mane ſequenti, & per mane intelligũt diẽ artificialẽ, q̃ incipit ab ip̃o mane & terminatur in veſpere ſequenti, & ſic dicunt ꝙ dies naturalis incipit à principio primæ noctis, & terminatur in principio noctis ſequentis: quod intẽdunt probare ꝑ hoc quod in primordio rerũ, tenebrę q̃ à deo nox vocant̃: vt patet ĩ litera, ꝓceſſerũt lucẽ ĩ ordine tẽporis: ſnam poſtcꝫ dixit: Tenebræ erãt &c̃. cõſequẽter dixit: Fiat lux. Ex quo videt̃ ꝙ nox naturaliter debet pręcedere diẽ in cõputatione dierũ. Hoc etiã cõfirmant ex eo ꝙ legit̃ in Exo. A veſpera vſcꝫ ad veſperã celebrabitis ſabbata veſtra. Sed licet hoc habeat locum ex hac autoritate in feſtiuitatib⁹ antiqui teſtamenti: eo ꝙ feſtiuitates eorũ habuerũt initiũ à feſto paſcali in quo agnus ad veſperã immolabat̃: tamẽ in ordine cõputatiõis dierũ naturaliũ, tenẽdũ eſt cũ doctoribus noſtris. ſ. vt cõputẽt̃ dies à mane vſcꝫ ad mane, prout magiſter ponit in. ij. di. xiij. reddens ad hoc rationẽ myſticam. ſ. eo ꝙ hõ à luce ꝑ pc̃tm̃ corruit in tenebras ignorãtiæ & peccatorũ. Sed poteſt hic ſumi alia rõ naturalr̃ ex hoc ꝙ res denomiantur à termino ad quẽ, nõ à termino à quo, vt in primo Phyſ. & iõ dies artificialis debet denominari à veſpera, in quã terminat̃: & nox denominari à mane in quo terminatur. & ſic ꝑ hoc quod dicit̃: Factũ eſt veſpere, intelligendus eſt dies artificialis, cui⁹ termin⁹ ad quẽ eſt veſpera ſiue nox. Et cõſequẽter cũ dicit̃: Et mane intelligẽda eſt nox, cuius terminus ad quẽ eſt mane: & ſic pr̃ia ps diei naturalis eſt dies

Baſilius in hexa.

Hebręi per veſpere, intelligũt noctem.

dies artificialis, & ſecunda nox ſequẽs. Nec valet quod dicũt, ꝙ ĩ primordio tenebræ ꝓceſſerũt lucẽ, nã illæ tenebræ nõ erãt dicẽdæ ꝓprie nox, nã ſicut dies ꝓprie loquẽdo, eſt latio lucis ſeu ſolis ſup terram, ſic & nox eſt occultatio talis lucis ſeu ſolis ſub terra: quod nõ competit tenebris quę fuerũt in primordio antecꝫ aliqua lux corporalis produceret̃. ℭ Circa opus ſecũdæ diei duo ſunt principalr̃ conſiderãda. Primũ ꝙ cœlũ ſit illud quod dicit̃ firmamentũ. Secũdum qualiter hoc intelligat̃ quod dicit̃: Vt diui. aquas. ab aqs C ℭ Circa primũ omiſſa varietate opinionũ & ſequẽdo poſitionem Chryſ. quæ magis videt̃ planiori ſenſui lr̃ę cõcordare, vt iã dictum eſt, videt̃ dicendũ ꝙ hoc firmamẽtum de quo hic agitur eſt cœlum ſydereũ, quod diuidit̃ ĩ octauã ſphęrã quę eſt ſtellarũ fixarum, & in ſeptẽ planetarũ orbes, de quib⁹ etiã ſtellis & planetis legit̃ plane infra ĩ opere quartæ diei: poſuit eas de⁹. ſ. luminaria & ſtellas in firmamẽto cœli. Nec obſtat qd' dr̃ in prima die: In pricipio creauit de⁹ cœlum, quia ibi ſummarie includitur totum opus ſex dierum, vt ſupra dictum eſt. Et quia in prima die mentionem fecerat de p̃rio mobili & eius motu, vt ibi fuit expoſitum. Nunc autem in ſecunda die de firmamento in quo ſidera fuerunt poſita mentionem facit oſtendens ꝙ hoc firmamentum fuit productum de nihilo in ſua ꝓpria ſpecie ꝑ creationẽ: quod cõſonat huic quod dicit̃. Fiat firmamentum, nõ exprimendo aliquid de quo tale firmamentum fieret. Si em̃ de abyſſo vel ab aliqua parte eius firmamentũ fuiſſet formatũ, vt quidã dicũt, dixiſſet vticꝫ: Fiat abyſſus, vel fiat de abyſſo firmamentũ, ſicut dixit de herbis & plantis quæ de terra fuerũt ꝓducta, exprimendo: Germinet terra herbã &c̃. conſequẽter dicit: Protulit terra herbã. Similiter in quinta die dicit: Producant aquæ reptile. & in ſexta: Producat terra animam viuẽtem. Ex quo ſequit̃ ꝙ illa vbi non exprimitur materia, ſed ſolum dicitur, Fiat: non debẽt intelligi fieri ex materia pręiacente, ſed in ſua propria ſpecie totaliter ex nihilo per creationẽ produci, & ſic intelligendum eſt, cum dicit̃: Fiat lux, fiat firmamentũ, fiant luminaria. Si autem cõtra hoc dicatur ꝙ ſi ſic, ſcriptura debuiſſet vti in illis verbo creationis, vt intelligerentur talia de nihilo fieri ſeu produci. Dicendum, ꝙ hoc nõ requiritur ſecũdum opinionem Chryſ. ſupradictam quam hic ſequimur, nam in hoc ꝙ dicit: Creauit deus cœlum & terrã, intelligũtur oĩa cœleſtia & terreſtria in proceſſu ſex dierũ à deo immediate creari, pręterꝗ̃ illa de quibus in litera aſsignatur ipſorum materia, vt iã dictum eſt. ℭ Si autem quęrat̃ de hoc quod ſequitur: & fecit deus D firmamentum, q̃mõ habeat intelligi, cum em̃ dicit̃ de deo in Pſalm̃. cxlviij. a. Ipſe dixit & facta ſunt, cum dixiſſet. Fiat firmamentum ſtatim debuiſſet dicere, & factum eſt ita, ſicut in luce prima. Dicẽdum ꝙ quia fieri quãdocꝫ importat acquiſitionem alicuius diſpoſitiõis accidentalis in re facta, prout in poſtilla deducitur, idcirco vt denotaret ſcriptura firmamentum in ſua prima productiõe fuiſſe à deo ſecundum oẽs ſuas qualitates accidentales perfectum, ideo ſubdit: Fecit deus firmamentũ. Idem eſt dicendum de luminaribus, cũ dicit: Fecitcꝫ deus duo luminaria magna, de luce autem non ſic. Nam licet lux in prima die eſſet facta perfecta quantum ad hoc ꝙ deus ꝑ eam diuideret diẽ à nocte, non ſimpliciter tamẽ fuit perfecta ſicut lux luminariũ, vt infra patebit: & ideo de ea non dicit̃: Et fecit deus lucem ſicut dixit: fecit deus luminaria. ℭ Circa ſcd'm principale attendendũ eſt, ꝙ licet de aquis ſuperioribus multę ſint opiniones ſanctorũ doctorũ: ſemper ſalua autoritate proſequendo in hoc loco quę ſupradicta ſunt, dicendũ eſt ꝙ corpora diaphana ſub noĩe aquarũ intelligunt̃, ꝓpter cõformitatẽ perſpicuitatis: vñ & primũ mobile eadem ſimilitudine aqueũ dicitur ſeu chryſtallinum. Vnde magiſter in litera de aquis ſuperioribus dicit, ꝙ non vaporali tenuitate, ſed glaciali ſoliditate ſuſpendunt̃ ne labantur: ſed quia primum mobile & cętera corpora cœleſtia maxime obediunt motori, ſicut aqua inter oĩa corpora viſibilia mixta hoc habet, idcirco poti⁹ nomiatur noĩe aquæ in ſcriptura ꝗ̃ noĩe chryſtalli, iuxta illud Pſalmi ciij. a. Qui tegis aquis ſuperiora eius. Nõ ergo mere æquoce ſupiores & inferiores aquæ dicunt̃, ſed quodãmodo q̃ſi analogice. Et notandũ ꝙ hmõi firmamẽtũ. ſ. cœlum ſidereum diuiſit aquas ſuperiores ab aquis inferioribus, nõ ſolũ ſcd'm locum, ſed ẽt ſcd'm quaſdã ꝓprietates eſſentialr̃ cõſequẽtes motũ earũ. Prout magiſter Bonauentura ſup. ij. diſt. xiij. hoc videt̃ dicere. Aquæ em̃ ſuperiores ſcilicet cœlum chryſtallinũ ſeu aqueũ eſt primũ mobile, ꝙ vniformiter & continue vnico motu mouetur, ſecũdũ quẽ reuoluit totũ cœlũ motu diurno, maxime vniformi. Aquæ verò inferiores. ſ. elementares mouent̃ multipliciter & difformiter ſecundũ quodlibet gen⁹ motus, ſeu mutationis & alterationis & hmõi. Firmamentum verò ſ. cœlum ſidereũ participat proprietatem primi mobilis, inquantũ eſt immune ab alia mutatione quacuncꝫ, pręterꝗ̃ ſecundũ ſitũ, ĩperfecte tamẽ attingit vniformitatẽ mot⁹ primi mobilis, eo ꝙ cœlũ ſidereũ ſecundũ diuerſos orbes quos cõtinet motũ variabilẽ habet, participat etiã hoc firmamẽtũ quodãmodo ꝓprietatẽ inferiorum aquarum

Opus ſecũdæ diei.

An cœlum ſit idem cũ firmamẽto.

Quæſtio.

Vt diuidãt aquas ab aquis.

Diaphanũ noĩe aquæ intelligitur.

Nota.

E aquarũ,non formaliter ſed effectiue:inquãtũ habet virtutẽ cauſandi diuerſitatẽ generationis & corruptionis,& cuiuſcunq; alterationis ſeu mutationis,per acceſſum & receſſum,per diuerſas ſtellarum ſeu conſtellationum influentias: vnde hoc firmamentum ſic intellectum quaſi medium inter prędictas aquas & quodãmõ participans vtriuſq; ſimilitudinẽ extremorũ, diſtinguit aquas ab aquis. Alij vero dicũt.ſ.ꝙ firmamẽtum die ſecũda factum,intelligitur illa pars aeris quæ cõdenſat̃ in nubes,& dicit̃ firmamentũ propter ſpiſſitudinẽ aeris in parte illa.Sed quia hæc expoſitio licet ab Auguſt. ſuper geneſi cõmendet̃ inquãtũ nihil dicit cõtra fidẽ,& quod proponit prompto documẽto credi põt,quia tamẽ remota videtur à planiori ſenſu lr̃ali:ſecũdũ quẽ tradit̃ plane,ꝙ in quarta die poſuit deus luminaria & ſtellas in firmamento cœli,idcirco prima expoſitio videt̃ verior.Quod aũt ſequit̃.

Vocauit deus firmamentũ cœlum.

Vocauit deus firma. cœlũ. intelligendũ eſt ſcd̃m Ra.Moy.ꝙ vbi iſta vocatio dei habet̃ intelligendũ eſt eſſe aliquid aliud,quod hoc noĩe principalius vocat̃, ſed appropriat̃ ad minus principale, propter vſum cõmunẽ hominũ Sicut dies principaliter dicit̃ ſpaciũ.xxiiij.horarũ ꝓut ibi.Factũ eſt veſpere & mane dies vnus,ſed cõmunius in vſu,latio lucis ſeu ſolis ſuper terrã,dies dicit̃,vnde deus vocauit lucẽ diẽ. Similiter in hoc loco cœlum principalius ſignificat omnes orbes.ſ.nouem ſphęras, & etiã empyreũ,& cœlos inferiores,prout ibi:In principio creauit deus cœlũ & terrã vt ſupra expoſitum eſt,ſed cõiori mõ cœlũ dicitur ſidereũ tantũ, & iõ vocauit deus firmamentũ cœlũ. Similiter non ſolũ arida,ſed totũ terræ elemẽtũ principaliter dicit̃ terra, ꝓut ibi:Terra autẽ erat inanis & vacua:ſed cõmuniori mõ loquẽdi arida dicitur terra:& ideo vocauit deus aridam terram. ¶ De opere

Opus tertiæ diei.

tertiæ diei qualiter intelligatur hoc. Cõgregatio aquę in vno lo.Non modicã videt̃ habere difficultatẽ,cũ em̃ terra ſecundũ ſuæ naturæ grauitatẽ abſolutã vndiq; debeat eſſe aquis coopta nõ videtur aliquis locus ſuper terram ad quem ſeu in quo aquæ naturaliter ſint congregatę,ſic vt terra diſcooperietur.Ad quã difficultatẽ tollendam diuerſi variè ſcripſerunt.

Quõ aquæ congregatæ in vnũ locum.

Quidã em̃ dicunt, ꝙ terra præbuit aliquas partes concauas,in quibus aquæ confluentes ad partes terræ: quæ nunc eſt diſcooperta reciperentur. Sed hoc non videtur poſſe ſtare. Nam elementum aquæ eſt multo rarius quam terra, ſicut & aer multo rarior eſt aqua,vt patet ad ſenſum:nam modica q̃titas aquæ in vaporem aereum per operatio-

F nem ignis reſoluta,multo maiorẽ quantitatẽ aereã facit.Vnde quidam philoſophi dicunt elementum aquæ in decupla quãtitate eſſe maius terra:Similiter & elemẽtũ aeris,in multo maiori proportione excedere quantitatẽ elementi aquæ,prout ſatis patet cõſideranti loca propria elementorũ,quæ q̃to magis recedũt à centro verſus circũferentiã,tanto ſunt multo maioris capacitatis:Non ergo terra habet capacitatem recipiendi in cõcauitatibus ſuis tãtã quãtitatem aquæ,quãta erat ſuper totã terrã habitabilem,quæ eſt quarta pars ferè totius orbis terræ ſecundũ aſtronomos.vnde alij dixerũt, qd̓ aqua ante ei⁹ cõgregationẽ erat valde nebuloſa,quę poſt cõgregationẽ † dẽſata eſt,idcirco minorẽ occupat locũ, quod etiã nõ videtur valere.

alias,† depreſſata

Tũ quia lr̃a nõ dicit:Cõdenſentur aquæ,ſed cõgregẽtur. Tum quia ſenſibiliter videmus,ꝙ aquæ receptæ in cõcauitatibus terræ non ſunt magis cõdenſatę q̃ aliæ:Tum quia q̃titas elementi aquæ ſemper excedit quãtitatem elemẽti terræ,ꝑpter aquæ raritatem in magna proportione:vt dictũ eſt,& ſic idẽ incõueniẽs ſequitur ſicut prius,ſ.ꝙ capacitas terræ nõ ſufficit ad tantã aquæ quantitatem in cõcauitatibus ſuis recipere.Vnde aliter dicitur ab aliis.ſ.ꝙ aquæ ĩ loco vbi nũc ſunt cõgregatę,ĩ maiorẽ ſũt eleuatę altitudinẽ. Nam vt dicit Baſi. experimento cõpertũ eſt in mari rubro, mare eſſe altius terra,quæ quidẽ reſpõſio adhuc nõ totaliter videtur ſufficere:Tum quia pluries in ſcriptura,eũtes ad mare deſcẽdere dicũtur,ſicut in Pſal.cvj.c. Qui deſcendũt mare in nauib⁹:& Ionæ.j.a. De Iona eunte in mare dicitur:Et deſcendens cum Ioppen inuenit nauem &c̃.Tum quia aqua de ſui natura ſit fluida, non poteſt habere in ſe partes mõtuoſas ſcilicet cęteris altiores,ſicut in terra ꝑpt̃ ſui ſoliditatem hoc contingit.Tum quia rotunditas aquæ põt demonſtrari phyſice,ſicut & terræ rotunditas:quod patet.Nam quęlibet partes aquæ habent equalẽ inclinationem naturaliter ad centrum,eleuatio etiã poli in diuerſis partibus maris,ſimiliter & diuerſitas in ortu & occaſu ſolis & ſtellarũ,vniformiter ſe habet ſicut in terra,& vbicũq; ſunt nauigãtes in mari oceano,ſeu mediterraneo tp̃e trãq̃litatis ſempvidẽt hemiſphęria plana abſq; mõtuoſitate ſeu altitudine in aliq̃ ſui parte, ſicut fit in planiſſima terra in qua nulli montes ſeu colles reperiuntur: ¶ Et ideo ſaluo ſemper meliori iudicio,vlterius videtur de hoc aliquid dicendum. Pro quo attendendum eſt, ꝙ ſicut terra ſecundum aſtronomos & philoſophos eſt in medio vniuerſi,tanq̃ eius centrum;& eſt rotunda ſeu ſphęrica,cuius centrum eſt idem centro vniuerſi: prout demonſtratiue probatur in vtraq; ſcientia prędicta, ſicut elementũ aquæ ratione probatur

Nota de terra.

G pari de ſui natura eſt rotundum ſeu ſphericum, cuius centrum eſt idem in ſua prima productione cum centro terræ ſeu vniuerſi:ſed oportuit terram eſſe diſcoopertam ab aquis ſecundum aliquas partes ſui propter neceſſitatẽ finis.ſ.ꝑpter habitationẽ animaliũ & huiuſmodi.Sapientia autẽ diuina( quæ diſponit oĩa ſuauiter) ſic diſpoſuit,vt elementum aquæ ſeruando ſuã rotunditatẽ naturalẽ haberet centrũ ſeparatũ à cẽtro terræ & vniuerſi,ſicut ſecundũ aſtronomos q motus ſiderũ diligenter inueſtigarũt, centrũ quorũdam orbiũ planetarũ eſt ſeparatũ à centro vniuerſi,vnde apud eos tales orbes dicunt̃ ecẽtrici ſeu egreſſæ cuſpidis,vt in quarto Almageſti: & in aliis locis illius libri pertractat̃.Quæ quidẽ diuerſitas ſeu diſtãtia vtriuſq; cẽtri.ſ.terræ & aquæ,ab inuicẽ ſic à deo fuit diſpoſita, vt inde ſequerent̃ quinq; ad ꝓpoſitũ ptinentia. Quorum primũ, ꝙ licet ſint multæ cõgregatiões aquarũ in diuerſis locis,tamen oẽs aquæ q̃ ſub cœlo ſunt,ſũt ad vnũ locũ cõgregatæ prout deus diſpoſuit:nã quęlibet aqua habet æqualẽ inclinationẽ ad cẽtrũ elementi aquæ,ſicut quælibet pars terræ ad centrũ terræ, & ſic habet̃ verus intellectus illius quod dicit̃:Cõgregẽtur aquæ ad locũ vnũ,hoc eſt dicere:inclinent̃ aquæ oẽs quæ ſub cœlo ſunt ad vnũ locũ.ſ.ad vnũ cẽtrũ ſeorſum à cẽtro terræ,ad quod cẽtrũ congregent̃ aquæ ſicut partes terræ ad cẽtrũ terræ.Quæ quidẽ cõgregatio veritatem etiã habet in omnib⁹ cõgregationib⁹ aquarũ ſiue in fluminib⁹,ſiue in ſtagnis,ſiue in ciſternis,& hmõi.Nã oẽs aquæ vbicunq; ſint hñt inclinationẽ ad cẽtrũ aquæ ad quod fluũt ceſſante impedimẽto, ſicut ptes terræ etiã ſi ſint in aere & extra terrã ſuſpẽſæ,ſemp habẽt inclinationẽ ad ſuũ centrũ.

Cõgregari aquas,ꝑ inclinari.

Secundũ ꝙ ſequit̃ ex prędicta diſtãtia eſt, ꝙ aqua nõ totã cooperiat terrã,ſed aliquã ptẽ dimittat diſcoopertam ꝓut requirit talis diſtantia centrorũ ab inuicẽ, & de hoc dicit in litera:Et appareat arida. Sequit̃ tertiũ ex hmõi diſtãtia cẽtrorũ, ꝙ hæc congregatio fuit à deo facta ꝑ certã legẽ ſeu diſpoſitionẽ in gyro vallantẽ abyſſos.ſ.multitudinẽ aquarũ,ꝓut litera ſonat Prouerb.viij.c.Quãdo certa lege & gyro vallabat abyſſos. Quartum ſequit̃ ex prędicta diſtãtia:ꝙ licet in ripa maris cõiter terra & aqua ſint æqualis altitudinis, tamen ꝓcedendo in mari per elongationẽ à terra,mare ſemper eſt altius terra;vnde in Pſal.lxviij.a. Veni in altitudinẽ maris:Et intãtũ quãdoq; ꝓceditur,ꝙ mare eſt alti⁹ q̃ mõtes in terra:& ſic intelligitur illud Pſal.ciij.a.Super montes ſtabunt aquæ:quia altiores ſunt aquæ oceani,pręſertim procedendo verſus mediũ quã montes terræ.Sequitur quintũ ex prędicta diſtantia ꝙ incedentes per terram,ad mare deſcendentes debent dici ſicut in autoritate præallegata,& in aliis quamplurimis habetur. Similiter ꝙ mare dicitur eſſe ſeu fundari ſuper terram,prout legitur in Pſal. xxiij.a.Ipſe ſuper maria fundauit eum.Et vt prędicta clarius intelligantur,ponitur hæc figura quæ repræſentat hæc elementa:ſcilicet terram & aquam,tam prima eorum productione,quã poſt aquæ congregationem.In qua figura licet corpus mathematice conſideratum non poſſit in ſuperficie plene repræſentari,tamen ſatis ſufficit recte imaginanti. ¶ Sequitur figura.

H




IN hac figura ſit .a. centrum terræ, quod eſt etiam centrum vniuerſi,& ſit ſphęra terræ.b.d.g.e.ſuper centrum.a.& ſit ſphęra aquæ

A ra aquæ ante eius cõgregationẽ.m.n.o.ſup cẽtrũ.a.ſupradictũ qđ
eſt cẽtrũ vniuerſi.Nã aqua ex ſui primęua natura æqualr̃ habebat
circũdare terrã,cũ ꝗlibet ps aquę ęqualr̃ haberet inclinationẽ ad cẽ-
trũ terrę,qđ eſt cẽtrũ vniuerſi.Diſpoſuit aũt deus ꝙ hęc ſphęra aq̃
congregaret̃ ad vnũ locũ,ſic vt arida appareret.Sit ergo ſphęra aq̃
ſcđ'a.ſ.poſt hm̃oi iuſſionẽ cõgregatæ:vbi nũc eſt ſphęra.c.d.e.quæ
quidẽ ſphęra eſt ęq̃lis primæ ſphęræ aquę.ſ.m.n.o.Sit etiã cẽtrum
ſphęræ aquę poſt eiꝰ congregationẽ.f.qđ eſt ecẽtricũ,vt dictũ eſt,
eo ꝙ diſtat ſeu egredit̃ à cẽtro.a.qđ eſt centrũ vniuerſi.Interſecet
ergo hęc ſphęra aq̃ ſphęrã terræ in duobꝰ pũctis ſeu locis ſcilicet.d.
Primũ intentum. e.Patet igitur in hac figura primũ intẽtũ.ſ.ꝙ oẽs aq̃ vbicunq; fue-
rint ſub cœlo,ad ſphęrã aq̃ ſunt v̾tualiter cõgregatæ.Et per conſe-
quẽs ad vnũ locũ.Nam ꝗlibet aq̃ habet ęqualẽ inclinationẽ natura
lẽ ad ſphęrã ſeu centrũ ſui elemẽti.ſ.aquę quod eſt.f.etiã ſi ſint ſepa-
ratæ in locis aliꝭ,vbi impediant̃ ne poſſint fluere ad locũ ſuũ:ſicut
etiã partes terræ vbicunq; ſuſpendantur ſeu detineãtur ad ſphærã
terræ ſeu ad cẽtrũ terræ habent inclinationem naturalẽ: & hoc eſt
quod dicit̃:Cõgregent̃ aquę ad vnũ locũ:vbi notanter dicit̃: Quæ
Secundum intentum. ſub cœlo ſunt,ad excludendũ aquas ſuperiores,quę nõ intelligũtur
ſub hac ordinatiõe.Patet etiã in hac figura ſecundũ intentũ.ſ.ꝙ aq̃
nõ totã cooperiat terrã:ſed aliquã eius partẽ dimittat diſcoopertã:
nã arcus.e.b.d.qui eſt in ſphęra terrę eſt diſcooptus ab aqs,vt patet
in hac figura:qđ ſcđ'm coſmographos eſt ferè quarta ps terrę cęte-
ris partibus ipſius terrę remanentibꝰ ſub aqua coopꝰtus:vnde notã
ter dicit̃:Vocauit deus aridã terrã,ad differentiã terrę coopertæ a-
Tertium intentum. quis,quę nõ dicit̃ arida.Patet etiã in hac figura tertiũ intentũ.ſ.qđ
hæc cõgregatio fuit à deo facta per certã legẽ ſeu inſtitutionẽ,qua
deus vallauit.i.circũmuniuit in gyro;hoc eſt in circũitu abyſſos.ſ.
aquarũ m'titudinẽ,nã ꝑ gyrũ ſeu ꝑ circũitũ ſphęricũ:ſcilicet.c.d.e.
vallauit totã multitudinẽ aquarũ virtualiter,ſic ꝙ quęlibet aqua q̃
ſub cœlo eſt,ad hunc gyrũ ex certa lege diuina habeat inclinatiõnẽ
cõnaturalẽ:& ſic habetur verus ſenſus huius dicti.Certa lege & gy-
ro vallabat abyſſos.Similiter & huius qđ dicitur:Circũdedi mari
terminum ſuũ:& ſimiliũ.Patet etiã quartum intentum in hac figu-
Quartum intentum. ra.ſ.ꝙ licet in ripa maris terra & aqua in eodem loco cõcurrãt,vt
puta in.d.procedendo tamẽ in mari ꝑ elõgationẽ à terra:mare ſem
per eſt altius terra:quod ſic patet,nã ſi ꝓcedat̃ à loco.d.in quo cõn
currũt aqua & mare(vt dictũ eſt)ꝑ elõgationem à terra vſq; ad ali-
quẽ locũ,vt puta ad locum.c.qui eſt in ſupficie maris:tũc.c.eſt lo-
B cus altior ꝗ.d.nã ſi protrahat̃ linea ab.a.qđ eſt cẽtrũ terræ ſeu vni-
uerſi vſq; ad.c.talis linea interſecabit ſuperficiẽ terræ in aliquo lo-
co,& ſit verbi gratia in.g.& cũ.a.d.&.a.g.ſint ęquales:quia proce-
dunt à centro ad circunferentiam,ſequitur ꝙ linea.a.c.eſt maior ꝗ
linea.a.d.& ꝑ cõſequẽs.c.locus eſt altior.d.q̃a magis accedit ad cir-
cũferẽtiã vniuerſi ꝗ.d.Et q̃a diameter elemẽti aquæ eſt i magna ꝗ-
titate maior diametro terræ,vt puta in decuplũ,vt dictum eſt:ſeq-
tur ꝙ tantum poſſet procedi per elongationẽ à terra,quod ſit ma-
re ibi altius ꝗ montes in terra: nam montes quãtũcunq; alti nullã
proportionẽ perceptibilẽ habẽt per cõparationẽ ad orbẽ terræ,
vt patet in eclipſibus lunaribus,in quibus ex quãtitate vmbrę à ter
ra cauſatæ,cõmenſurat̃ certitudinaliter quantitas eclipſis:nulla mẽ-
tione facta de vmbra montium,ratione prædicta.Idem etiam pa-
tet in commenſuratione dierum & noctium,in qua non fit aliqua
mentio de altitudine montium,acſi eſſet terra ſphærica penitus,&
ſic intelligitur illud Pſal.ciij.a.ſuper montes ſtabunt aquæ.ſ.quod
altiores ſunt aquæ oceani procedendo verſus medium,ꝗ montes
Quintum intentum. terræ.Sequitur quintum intentum.ſ.ꝙ incedẽtes per terrã ad mare
deſcẽdere dicunt̃,ſicut patet in autoritate pręallegata,& in aliꝭ qđ
ſic patet:nã aſſignet̃ aliquis locus in ſuperficie terrę diſcoopertę cir
ca ripam:& ſit.b.& ſic protrahat̃ linea à centro aquæ qđ eſt.f.vſq;
ad punctũ.b.tunc talis linea interſecabit ſuperficiẽ aquæ in aliquo
loco: & ſit verbi gratia in puncto.a.& tunc conſtat ꝙ linea.f.b.
eſt maior ꝗ linea.f.a.& per cõſequens locus.b.reſpectu.f.qđ eſt cẽ
trum aquæ:eſt altior ꝗ locus.d.vbi eſt ripa:vt patet manifeſte.Et
ſic patet ratio quare aquæ vbicunq; ponantur in terra naturaliter
deſcendendo fluunt ad mare:niſi impediantur: iuxta illud Eccl'es.
j.b.Omnia flumina intrant in mare.Et ex hoc ſequitur ꝙ inceden-
tes per terram ad mare,deſcendentes debent dici,vt ſupra allegatũ
eſt:nam de cõmuni modo loquendi,loca terræ à quibꝰ aquæ fluũt
dicuntur ſuperiora reſpectu locorũ ad quæ fluũt.Patet etiã in hac
figura ꝙ terra dicitur fundari ſuper mare,vt in Pſalm̃.xxiij.a.Quia
ipſe ſuper maria fundauit eam.Terra em̃ habitabilis.ſ.d.b.e.ſuper
elementum aquę fundatur:altior em̃ eſt reſpectu.f.qđ eſt centrum
aquæ,ꝗ tota ſphęra aquæ poſt eius cõgregationẽ:& eadem ratiõe
dicitur eſſe terra ſuper flumina:nam flumina à terra deſcendunt in
mari vt dictũ eſt tanq; à ſuperiori loco ad inferiorem.Ex quibus
bene cõſideratis põt haberi verus intellectꝰ ſcripturarũ quæ de cõ-
paratione aquę ad terrã quo ad ſitũ tractat,q̄ diuerſimode ab ali-
quibus

quibus expoſitoribus exponuntur.Patet etiam ex ſupradictis q.t̃ C
terrã eſſe diſcoopertã ſecundum aliquã ptẽ ab aquis mõ prędicto,
nulli poteſt attribui,niſi ptãti & ordinationi diuinæ,vt ſcriptura
in multis locis teſtatur,vnde Hier.v.c.Me ergo nõ timebitis ait do
minus,& à facie mea nõ delebitis,qui poſui arenã terminum mari.
Ex quo patet hoc ꝑtinere ad oĩpotentiã diuinã ſolũ.Similr̃ & ad
eius ineffabilẽ ꝓuidentiã,quæ diſponẽs oĩa ſuauiter,locum dedit
aquis miro mõ connaturalẽ,ne vlterius terrã cooperirent,iuxta il-
lud Pſalm̃.ciij.b.Terminum poſuiſti quẽ nõ tranſgredient̃,nec cõ-
uertent̃ operire terrã,& hoc eſt ſatis manifeſtum,nã licet exiccatio
ſuperficiei terræ aliquo mõ poſſit cauſari ex actiõe ſolis deſiccãtis
& hm̃oi:mutatio tamẽ ſeu ſeparatio cẽtri aquæ à loco ſibi in prĩa
productione debito,ad alium locũ diſtantẽ,non põt cauſari:niſi à
deo qui ſolus eſt inſtitutor naturæ.In hoc em̃ ꝙ deus dixit: Con-
gregentur aquæ &c̃.mõ prędicto,dedit aquis aliã naturalẽ inclina
tionẽ ab illa quam in primordio habuerãt,vt ſupra expoſitũ eſt,&
ideo rationabiliter huiuſmodi cõgregatio aquarũ fuit facta anteꝗ
ſol fieret,vt innueret terrã eſſe diſcoopertã:nõ ꝑ exiccationem ſolis
(vt quidã erronee putant)ſed iuſſione diuina.Item patet ex modo
loquendi ſcripturæ in hoc loco.Nõ em̃ dixit:deſiccẽtur aquę quæ
ſunt ſuper terrã,vt appareat arida:ſed dixit:Congregentur aquæ.
Quãta autẽ ſit diſtantia vnius centri ab altero,valde difficile eſſet
humanitus inueſtigare:ſed ſufficit ꝙ tanta eſt illa diſtantia.quanta
requiritur ad hoc vt prædicta inde ſequant̃:Poteſt etiã probabilr̃
opinari,non tamẽ certitudinaliter,ꝙ centrum aquæ elemẽtaris ſit
idẽ cũ ecẽtrico lunæ,eo ꝙ elemẽtũ aquæ prout experimur,ſequi- Opus quartæ diei.
tur motum lunæ ſecundũ fluxum:& refluxum. ¶ De opere
quartę diei. ¶ Circa productionẽ luminariũ & ſtellarum varię
ſunt opiniones,ſicut & circa multa alia in hoc capitulo contenta:
ſecundũ tamẽ expoſitionẽ quã ſequor,luminaria & ſtellæ fuerũt
quarta die producta à deo per creationẽ in ſuis ꝓpriꝭ & perfectis
formis,quas formas ſequunt̃ ꝓprietates & virtutes quæ exprimũ-
a ❡ Stulte, quaſi diſpliceret nudus qui talis fuerat factus. ❡ Non, abſconditur ut eius ſcelera dominus non uideret, ſed ut ſe indignum eius aſpectu oſtendat. Attabantur enim duplici uerecundia, quia nunc primum obſcœnum motum in membris ſentiebāt, & quia propter tranſgreſsionē hoc cōtigiſſe ſentiebāt.

ſo, & timui, eò ꝙ nudus eſſem,
& abſcondi me. Cui dixit deus:

a ❡ Id eſt quis te ad hanc informitatem adduxit, niſi ꝙ prçceptum meum non obſeruaſti.

Quis enim indicauit tibi, ꝙ nu c
dus eſſes, niſi ꝙ ex ligno de quo d
præceperam tibi ne comede-

a ❡ Non humiliter confitens, ſed ſuperbe ſe excuſans, & in autorem mulieris culpam retorquens.

b res, comediſti? Dixitq; Adam
† Mulier quam dediſti mihi ſo- e
ciam, dedit mihi de ligno & co-
medi. Et ait dñs deus ad mu- †

a ❡ Similiter ſuperbe ſe excuſat, & in conditorem ſerpentis iactat culpam.

liere: † Quare hoc feciſti? Quæ
reſpondit: Serpēs decepit me, &
e comedi. Et ait dominus deus f

☞ a ❡ Vocem tuam au. &c. Augu. Hiſto. Probabile eſt per
A congruam creaturam ſolere humanam formā hominibus primis
apparere, quos tamen non pmiſit aduertere nuditatem in ſuperna
ſuſtollens, niſi poſt peccatum, cum pudendum in mēbris motum
pœnali lege ſenſiſſent. Sic ergo affecti ſunt, vt ſolent homines ſub
oculis hominū, quod erat pœna peccati, eū
ſcilicet velle latere: quē nihil latere poteſt, &
carnem occultare, cum corda inſpiciat. Sed
volentes eſſe ſicut dij euanuerunt in cogita-
tionibus ſuis, & oſcuratū eſt cor eorum inſi
piēs. Sed deo auertente faciē ſtulti facti ſunt.
Erubeſcebāt quidē erga ſeipſos, & ſuccincto
ria faciebant: ſed magis ab illo etiam ſuccin-
cti videri verebātur, qui tanq̃ familiari tem
peramento per creaturam viſibilem affere-
bat ad videndū velut humanos oculos. Sic
enim apparebat, vt hominibus tanq̃ homo
loqueretur, ſicut Abraæ ad quercum mam-
bre: hac amicitia pudorē onerabat poſt pec
catum quę ante dabat fiduciam. Nec nudita
tem audebant oſtendere talibus oculis, quę
diſpliciebat & ſuis. Dominus ergo nolēs pec
catores punire, niſi pœna qua cogebantur
erubeſcere, quis inquit indicauit tibi ꝙ nu-
dus eſſes, niſi ꝙ ex li. &c. Inde enim mors cō-
cepta ex dei ſententia qui ſic minatus fuerat,
fecit aduerti concupiſcibiliter membra, vbi
dicti ſunt apti oculi, & ſecutum eſt quod pu
Myſtice. deret. ❡ Iſi. Myſtice. Vocem tuam &c.
Reſpondet voce eius audita ſe occultaſſe, qa
nudus erat. Iam ſtulte reſpōdit, quaſi deo nu
dus diſpliceret, quē nudū fecerat. Sed quod
cuiq; diſplicet, hoc deo diſplicere arbitratur.
Sublimiter verò intelligendū eſt quod dicit:
Quis em̄ idicauit tibi &c. Nud⁹ erat à ſimu
latione, ſed veſtit⁹ diuina luce. Vnde auerſus & ad ſeipm̄ cōuerſus
(qđ ſignificat de illa arbore comediſſe) nuditatē ſuā vidit, & diſpli
cuit, quia nō habebat aliquid propriū: & more ſupbię ſe nō accu-
B ſat ꝙ mulieri cōſenſit, ſed in eam culpā refundit, & de aſtutia quā
conceperat, in deum retorquet ꝙ peccauerat. Vnde addidit: Mu
lier quā dediſti mi. &c. Propriū eſt peccātibus deo tribuere
velle vnde accuſant, qđ inde eſt, quia ſic peccauit hō vt vellet eſſe
par deo liber. ſ. vt ille ab omni dñio. Qm̄ ergo in maieſtate illi par
eſſe nō potuit, in pctō eū ſibi cōtēdit facere parē: imo eū vult oñde
re nocentē, ſe aūt innocentē. Mulier aute culpam refert in ſerpē-
tē: quaſi obtēperare coegiſſet: aut ipſa potuerit verba ſerpētis audi
re, & præcepto dei nō obedire. ❡ Grego. Vocauitq; deus Adā.
Quia vidit in culpa lapſum iā ſub peccato velut à veritatis oculis
abſcōditū: quia tenebras erroris eius nō approbat, quaſi vbi ſit pec
cator ignorat, eumq; vocat ac requirit dicens: Adā vbi es? dum
vocat ſignificat quia ad pœnitētiā reuocat, dū requirit inſinuat, qa
peccatores iure damnatos ignorat. b ❡ Dixitq; Adā: Mulier
quā de. &c. Augu. Non dicit peccaui. Supbia em̄ habet cōfu-
Superbia. ſionis deformitatē, non cōfeſsionis humilitatē. Ad hoc aūt ſcriptū
eſt, & iterrogatiōes ad hoc factę, vt veracit̃ & vtilit̃ ſcriberēt vt ſcia
m⁹ quādo ſupbi laborēt hodie conātes malū in creatorē referre, &
ſi qd boni faciūt ſibi tribuere. Mulier quā de. m. &c. quaſi ad
hoc data ſit, vt nō ipſa obediret viro & ambo deo. ❡ Grego. in
Pctm̄ ppe- mora. li. iiij. Mulier quā de &c. Quatuor modis peccatū perpetra-
trat̃ & con tur in corde, quatuor conſumatur in opere. In corde ſuggeſtione,
ſummat̃. delectatione, conſenſu, & defenſionis audacia. Suggeſtio fit per ad-
uerſarium. Delectatio fit per carnē. Conſenſus per ſpiritū. Defen-
ſionis audacia per elationem. Culpa enim quę terrere mentē debuit
extollit. Vnde & ſerpens ſuaſit: Eua delectata eſt. Adam conſenſit
qui etiam requiſitus, culpam cōfiteri per audaciam noluit. Sic quo
tidie hoſtis occultus ſuggerit. Eua id eſt carnalis ſenſus delectationi
ſe ſubſternit. Adam mulieri præpoſitus conſenſit, quia ſpiritus. i. ra
tio à rectitudine infirmatus inclinatur. Adam requiſitus confiteri
culpam noluit, quia ſpiritus peccādo à veritate diſiunctus, eoipſo
in ruinę ſuę audaciā nequius declinat. Adam per timorem ſeipſum
abſconſurus fugerat, ſed tamen timens tumebat. Cum enim ex pec-
Nota. cato pœna metuitur, & amiſſa dei facies nō amatur, timor ex tumo
re eſt non ex humilitate. Superbit em̄ qui peccatū, ſi liceat impune,
Peccatū. 4. non deſerit. Iiſdē etiam quatuor modis peccatū conſummatur. In
modis con opere prius latens culpa agit̃. Poſt etiam ſine confuſione aperitur.
ſummat̃. Dehinc in conſuetudinē ducitur. Ad extremū falſę ſpei ſeductione,
vel obſtinatiōe miſerę deſperationis nutritur. ❡ Augu. Et dixit
d. d. ad mu. Nec iſta confitetur peccatū, ſed refert in alterum, in im-
pari ſexu,

pari ſexu, pari faſtu. Ex his tamē natus Dauid dicit vſq; in finem ſe- C
culi: Ego dixi, domine miſerere mei, ſana animam meam, quia pecca Pſal. 40. a.
ui tibi. Hoc ab iſtis dicendū fuit: ſed nondum peccatum conciſę cer
uices reſtabunt. Labores & dolores mortis & contritio ſeculi, &
gratia dei quę in tempore ſubuenit, docēs afflictos non de ſe præ-
ſumere. Serpēs decepit &c. quaſi cuiuslibet
perſuaſio præualeat dei præcepto. ❡ Au-
guſtinus. Serpens dece. &c. Quomodo
his verbis ſcilicet. Scit enim deus, ꝙ in quo-
cunq; &c. credere deum ſe à re bona & vtili
prohibuiſſe, niſi ineſſet menti eius amor illę
proprię poteſtatis & de ſe ſuperba præſum
ptio, quę per tentationem fuerat conuincen
da aut pimenda? Deniq; non cōtenta ſuaſiōe
ſerpentis, aſpexit lignū bonū eſu, & decorū
aſpectu. Nec credens inde ſe poſſe mori, for
te putauit deū alicuius ſignificationis cauſa
hęc dixiſſe: Si mādūcaueritis. m. m. Ideo mā
ducauit & dedit viro ſuo, fortaſsis cum ali
qua ſuaſiōe, quā ſcriptura intelligēda reliqt.
Vel fortaſſe nō fuit ſuaderi neceſſe, cū eo ci-
bo nō videret eā mortuā eſſe. ❡ Augu. Nota.
Notādū ꝙ non diabolus eſt pmiſſus fœmi
nā tentare, niſi p ſerpentē, nec virū niſi per
fœminam. Serpēte enim velut organo vſus
eſt, mouens naturam eius ad exprimēdos ſo
nos verborum & ſigna quibus ſuam mon- † 33. q. 5. c.
ſtraret voluntatē. In muliere verò, quę ratio Adam.
nalis erat non eſt ipſe locutus, ſed perſuaſio
eius: quamuis inſtinctu adiuuaret interius,
quod per ſerpentē gerebat exterius. Serpens †De pœ.
ergo nec verba intelligebat, nec rationalis eſt diſ. j. c. ſer
facta. Quod enim verbis Marſorum ſerpen pens.
tes trahuntur de latebris, diabolica vis eſt:
quod permittitur ad primi facti memoriā,
vt ſciatur quia ſit ei cū hoc genere familiaritas. Callidiſsimus dictus
eſt ſerpens, propter aſtutiā diaboli. Locutus eſt autē ſicut aſina Ba- D
laam, Num. xxij. f. Sed hoc diabolicū, illud angelicū. Boni enim & Queſtio.
mali angeli ſimiliter operant̃, ſicut Moyſes & magi Pharaonis. Hic
aut quęrendū eſt, vtrum ab initio ſua ptāte delectatus, diſceſſerit ab
illa ſocietate & charitate bonorū angelorū, an in ſancto cœtu fuerit
aliquādo angelorū iuſtus & btūs? Dicit̃ em̄ ideo cecidiſſe, qa inuidit Supbia in-
homini facto ad imaginē dei, ſed inuidia ſequit̃ ſupbiam. Inuidēdi uidēdi cau
em̄ cauſa eſt ſupbia, quę eſt amor pprię excellētię. Inuidia verò odiū ſa. inuidia.
fœlicitatis alienę. Qui em̄ amat excellētiā, vel parib⁹ inuidet q æquā
tur, vel ſupioribus quib⁹ nō æquat̃, vel inferiorib⁹ ne coæquentur.
Quādo aūt diabolū ſupbia deiecerit, vt naturā ſibi bonā praua vo
lūtate puerteret, ſcriptura nō dicit, ſed ex hac homini inuidiſſe ratio
oſtēdit. ❡ Alchu. Pctm̄ angeli tacitū, hoīs patefactū: qa illud incu
rabile, hoc curatū. ❡ Strabus. Vidit igit̃ &c. Apte inexcuſabilis
oſtēditur, cui licuit ſub tali deliberatione dolos inimici aduertere.
c ❡ Et ait dñs deus &c. Tota hęc ſentētia figurata eſt. Vbi cre
dendū tamen omnia dicta eſſe. Serpens non interrogat̃, quare fece-
rit, quia non ipſe propria voluntate & natura fecit: ſed de illo dia-
☞ bolus, & per

## Nicolaus de Lyra.

a ❡ Vbi es? Non ex ignorantia eſt quęſtio, ſed vt ex reſpō
tiōe Adæ cōuenientius fiat increpatio. b ❡ Qui ait: Vo. &c.
Ex dictis patet litera. Sequit̃: c ❡ Quis em̄ indi. &c. id eſt, ꝙ
nuditas tua ſit erubeſcibilis? d ❡ Niſi ꝙ ex li. &c. id eſt, niſi qa
ppter trāſgreſsionē præcepti mei ablata eſt à te originalis iuſtitia, p
cui⁹ ſubtractionē facta eſt cōfuſibilis nuditas tua: Sicut em̄ dicit̃. ij.
Phyſi. Idem p ſui pręſentiā & abſentiā eſt cauſa contrariorū, ſicut
nauta p ſui pręſentiā eſt cauſa cōſeruationis nauis, & p ſui abſentiā
eſt cauſa piclitationis. Et eodē modo donū originalis iuſtitiæ p ſui
pręſentiā in hoīe faciebat nuditatē honeſtā, vt predictū eſt, quę p ſui
ſubtractionē facta eſt cōfuſibilis. e ❡ Dixitq; Adā. &c. Recur Excuſatio
rit ad peccati ſui excuſationē, quę facit ad eius aggrauationē. vole- Adæ.
bat em̄ quodāmodo pctm̄ ſuū retorqre in deū q ſibi dederat vxo
rem: & eodē mō mulier excuſando ſe p ſerpentē, qui fuerat creatus
à deo, & patet litera. Sed eſt hic cōſiderandū ꝙ ante condēnationē Nota.
interrogauit virū & mulierem, vt patet in litera: quia nullus eſt cō-
dēnandus ante inquiſitionē. ſerpentē aūt non interrogauit: quia dia
bolus qui in ſerpente loquebat̃, iam pro peccato ſuo fuerat condē
nat⁹: & de cœlo empyreo deiect⁹. f ❡ Et ait dñs &c. Hic deſcri- Diuiſio.
bit̃ inflictio

† ❡ Et ait do. &c. Serpens igit̃ ex hoīm deceptione maledi- Moraliter.
ctū; nā ex hoc pœna dęmonis augmētat̃, ſicut gloria ſanctorū ange-
lorū ex hoc

a ¶ Diabolum qui occulte ſerpit, ſicut enim per ſerpentem loquebatur, ita in ſerpente maledicitur.
ad ſerpētē: Quia feciſti hoc, maledictus es inter oīa animātia & a b c
a ¶ Superbiam: quia in pectore impetus animi dominatur. ¶ In quo doli & inſidiæ.
a beſtias terræ. Super pectus tuū d
a ¶ In hebræo habetur aphar, id eſt, puluerem. ¶ Peccatores. ¶ Terrena opera.
gradieris, & terrā comedes cun- e
¶ Dum poteſtatem habes decipiendi.
b ctis diebus uitę tuę. Inimitias po f
a ¶ Partem animalem qua tentat. ¶ Eccleſiam. ¶ genus humanum. b ¶ Prauam ſuggeſtionem & omnem iniquitatem. ¶ Originale peccatum
nam inter te & mulierē, & ſemē
a ¶ Fructum qui eſt Chriſtus. ¶ Fructum boni operis. b ¶ Eccleſia. c ¶ Reſurgente Chriſto.
tuū, & ſemen illi⁹. 1 Ipſa conteret g
a ¶ Quod eſt mors, unde: Super aſpidem & ba. am. ¶ Initium ſuggeſtionis. b ¶ Vt capias eam. ¶ Id eſt ſupplantabis Chriſtum ut moriatur:
caput tuum: & tu 2 inſidiaberis h
a ¶ Si in illicita labatur, uel fini cui maxime inſidiatur diabolus b ¶ Hiſto. patet. ¶ quæ ſignificat
c calcaneo eius. Mulieri quoq; di i
illam partem animæ quæ gaudet carnalitate.
d xit: Multiplicabo ærumnas tu- k

E ☞ bolus, & per illū, & in illo: qui iam pro impietate & ſupbia æterno igni deſtinatus fuerat. Ad ipſum ergo referē quod ſerpenti, dicitur, & qualis humano generi futurus ſit oſtendit.

Myſticè. ¶ Myſtice. Et ait do. de. a. ſ. Serpens non interrogat⁹ prior exipit pœnā, qui nec cōſiteri pōt, nec habet quo ſe excuſet. Sup pectus t. g. & c̄. Scd'm aliam editionē. Pectore & vētre repes, quod in colubro aduertitur, & ex ipſo ad inimicum inuiſibilem locutio figuratur. In pectore ſupbiam ſignificat, in quo impetus animi dominatur.

Maledicit ſerpens. Carnale deſiderium, in ventre, qui mollior pars in corpe, & qa his ſerpit quos vult decipere, dictū eſt: pectore & ventre repes: & ter. co. cū. d. v. id eſt omnibus quibus habes ptātem ante vltimam iudicij pœnā, de hac enim vita gaudet & gloriatur. Et terram co. dupliciter intelligitur. Vel ad te ptibunt quos terrena cupiditate decipies. Vel tertium tētationis genus figuratur, quod eſt curioſitas. Qui em̄ terram mādūcat, profunda & tenebroſa penetrat, & tm̄ temporalia atq; terrena.

Inimicitiæ inter ſerpētem & mulierem. Nō ponūtur inimicitię inter ſerpētes & virū, ſed mulierē: quia à diabolo nō tentamur, niſi p aīalē partē, quę mulieris imaginē & exēplū in vno homīe oſtēdit. Inter ſemē diaboli & mulieris inimicitię ponūt. Semē diaboli, praua ſuggeſtio. Mulieris fruct⁹ boni opis quo ſuggeſtiōi reſiſtit. Ideo obſeruat plātā mulieris, vt ſi i illicita labat, delectatio illā capiat. Illa obſeruat caput ei⁹, vt ipm initiū ſuggeſtiōis malę, excludat.

Semen. i. Ieſus pmittit ſaluator. a ¶ Sup pectus t. & c. Hiero. ventrē. Lxx. addiderūt: ſed in hebręo habet pect⁹ tantū, vt callidi-

In hebræo eſt gahon, qd' ventrē & pectus ſignificat. tatem & verſutiā cogitationū eius aperiret. i. q̄ omnis greſſus eius nequitię eſt & fraudis. ¶ Greg. in mo. li. xx. Pectore & vētre repes. Malū luxurię aut cogitatione ppetratur, aut opere. Hoſtis em̄ cum ab effectu opis expellit, ſecreta cogitationis polluere molitur. Ventre repit dum lubricus p membra humana ſibi ſubdita, luxuriam exercet in opere.

F Serpit pectore, dum polluit in cogitatione. Sed quia p cogitationem ad opa venitur; prius pectore & poſt ventre deſcribitur repere.

Caput ſerpentis conterere. b ¶ Inimicitias ponam in. & c. Grego. in mora. Caput ſerpētis cōterere, eſt initia ſuggeſtionis manu ſolicitę conſiderationis à cordis aditu extirpare, qui cum ab initio deprehenditur, percutere calcaneo molitur, quia quem prima tentatione non pcutit, decipere in fine tendit. Si autem cor in tentatione corrūpitur, ſequētis actionis medietas & terminus ab hoſte poſſidetur, quia totam ſibi arborē fructus ferre cōſpicit, quam veneni dente in radice vitiauit. ¶ Hiero. Ipſa ſeruabit ca. t. & tu ſer. eius calcaneum. Melius in hebręo habetur: Ipſa conteret caput tuū: & tu conteres calcaneum eius: quia & noſtri greſſus præpediuntur à colubro, & Dominus conteret Sathan ſub pedibus eius.

Hiſtoria. Mulieris maledictio. c ¶ Mulieri quoq; & c. Auguſtiñ. Hiſto. Hæc figuratè & prophetice melius intelliguntur. Sed quia dolor & gemitus parturiētis de corpore mortis eſt; quę tranſgreſsione concepta eſt; refertur & hęc pœna ad proprietatē literę.

Sub ptāte viri mulier. Sed quod dictū eſt: Sub viri ptāte eris: & ip. d. t. Videndū eſt quō propriè poſſit accipi. Sic em̄ & ante peccatū facta eſt, vt vir ei dn̄aretur, & ad eum conuerſa ſeruiret. Sed pōt intelligi hanc ſeruitutē potius eſſe cōditionis, q̄ dilectiōis, vt etiā talis ſeruit⁹ qua poſtea hoīes ſeruirēt hoībus, de pœna peccati orta repiatur. poſſunt igiē cōiuges p charitatē ſeruire inuicē. Sed mulier in virū dn̄ari non pmittiē, quod niſi caueaē, deprauabiē nā & augebiē culpa. d ¶ Multiplicabo ærū. & c. Manifeſtū eſt multiplicatos eſſe dolores mulieris atq; ſuſpiria. Sed ſacr'm magnū eſt. Nemo em̄ à voluptate carnali abſtinet, qui nō patiaē in ☞ exordio dolo

*Nicolaus de Lyra.*

☙ bitur inflictio pœne, quantum ad impoſitionem mali nociui. Et primò quantum ad ſerpentem. Secundò quantum ad mulierē, ibi: Mulieri quoq; dixit. Tertiò quantum ad hominem, ibi: Adæ vero dixit. ¶ Circa primum conſiderandum, q̄ ſicut p ſalutē hominum augetur gloria ſanctorū angelorum, p quos incitātur homines ad bonū; ita econtrario p dānationem hominū malorū augetur pœna dęmonū eos tentātium. Veruntamē propter nimiā inuidiā qua dęmones torquenē, eo q̄ vident homines poſſe puenire ad beatitudinē qua ſcilicet ipſi priuati ſunt, nō dimittūt homines tentare, licet ſciāt ex damnatione hominū ſuam pœnā in futuro creſcere, ſicut de inuido narraē qui petiit ſibi vnum oculū erui: vt pximo ſuo, cui inuidebat, duo oculi eruerenē.

Exēplū cupiditatis & inuidię. Erant em̄ in vna ciuitate duo homines, quorū vnus erat nimis notatus de cupiditate, alius

G te, alius de inuidia. Propter quod dominus ciuitatis, qui erat valde prudens, ipſis vocatis dixit, q̄ peterent ab eo quid vellent: adiungens q̄ ille qui primo peteret, ſuam petitionem haberet: alius verò duplum, tunc cupidus nolebat primò petere, motus cupiditate dupli boni habendi: ſimiliter nec inuidus, ne ſocius ſuus plus haberet q̄ ipſe.

Inuidus alterius reb⁹ marceſcit opimis. Tandem cum dominus vrgeret eos ad petendū, inuidus petiit, vt ſibi vnus oculus erueretur, vt ſocius ſuus duos amitteret, quod factum eſt, & ſic punita ſunt eorū vitia;

Inter oīa aīantia, pręoibus aīantibus. Sic dęmones tentāt ex inuidia homines, licet non ignorent eorum pœnam in futuro creſcere ex hominum damnatione. hoc igitur malum denūciat deus ipſi diabolo cui in ſerpēte loquebaē. a ¶ Quia feciſti hoc. inducēdo homines ad peccatū.

Serpentis maleditio. b ¶ Maledictus es. quia ex hoc creſcet pœna tua. c ¶ Inter omnia animantia & c. præponit ei bruta animalia, non quātū ad conditionem naturę, ſed quia ſeruauerunt ſtatutum ſuum quod non fecit diabolus: & hoc eſt magna pœna ſuperbo, q̄ inferiora & vilia ei præponantur. d ¶ Super pectus tuum gradieris. Secundum Augu. p pectus hic intelligitur ſuperbia, quia diabolus incedens ad ſuaſionē hominū, à ſuperbia incipit que in omni peccato includitur. Vnde & Ecci. x. b. dicitur: Initiū omnis peccati ſuperbia.

1 Ipſa. ipm ſubaudi ſemen, q eſt Chriſt⁹. lxx, ipſe vertūt Chriſtū intelligētes. e ¶ Et terram comedes cum. id eſt homines terrena diligentes incorporabis tibi eos decipiendo. f ¶ Inimicitias po. inter te & c. Secundū Augu. per mulierem intelligitur hic ratio inferior, & per ſemen eius operatio bona.

2 Inſidiaberis calcaneo i. contereſ calcaneū. H Per ſemē autem dęmonis intelligitur ſuggeſtio eius praua. Per hoc ergo q̄ dicit: Inimicitias ponā & c. oſtendit dominus, q̄ diabolus mediante ſuggeſtione praua oppugnat rationē inferiorem, quę mulier dicitur: vt ſi conſentiat delectationibus; & per eam deiiciat rationem ſuperiorem, quę per virum deſignatur. & ſic diabolus inſidiatur calcaneo eius, quia nō oppugnat eam, niſi à parte inferiori, ſenſualitati delectabilia proponēdo. g ¶ Ipſa conteret & c. in principio tentationis reſiſtēdo. Alij autem ſancti exponunt de beata virgine ab illo loco: Inimicitias ponam inter te & mulierem. Non iſtā Euam, ſed aliā ab ea deſcendentē ſcilicet virginē Mariam. Quę eſt infeſta dęmonib⁹. vnde Canti. vi. a. dicitur: Terribilis eſt, vt caſtrorū acies ordinata. Et ſemen tuum id eſt alios angelos malos, qui dicunē ſemē eius propter ſimilitudinē naturę & malicię. Et ſemen illius ſcilicet Chriſtū qui eſt Mariæ naturalis filius. Ipſa cōteret caput tuū, quia per ipſam mediante filio ſuo, ptās dęmonis eſt contrita. h ¶ Et tu inſidiaberis & c. Quia diabolus tentauit Chriſtū exterius tantūmodo ſuggerendo, quę quidē tentatio non fuit vitiū in tentato, ſed virtutis exercitiū, & eodem modo credendū eſt de virgine. Alij verò exponunt literā de ſerpente materiali, non de dęmone, ab illo loco: Et ait dominus ad ſerpentē: quia feciſti hoc. id eſt quia fuiſti inſtrumentū huius maleficij. ſicut Leuiti. xx. c. Iumentū cum quo aliquis coierit præcipitur occidi cum eo. Maledictus es inter omnia animātia: quia ſcd'm ipſos ille ſerpens prius habebat formā & faciem gratioſam ſup omnes beſtias, & factus eſt horribilior oībus. Supra pectus tuum gradieris. quia ſcd'm iſtos prius habuit pedes & ſtaturā erectā, ſed pedes ſunt ei amoti, & ſic reptādo incedit. Et terrā comedes. prius autē lignorū fructibus veſcebatur. Inimicitias ponam inter te & mulierem & c. quia odioſus es humanæ naturæ, & econuerſo. Ipſa conteret caput tuum. quia ex quo reptando incedit, mulier poteſt caput eius calcare. Et tu inſidiaberis calcaneo eius. quia non poteſt ſe eleuare ad mordendum in ſuperiori parte. Sed iſta expoſitio quantum ad multa videtur irrationabilis. Primò quia deus dirigeret ſermonem ſuum ad animal brutum nō intelligens. Secūdò quia in nullo peccauerat, ſed ſolum dęmon mouendo linguā eius. Tertio quia ſtatura recta non competit alicui, ſed tantum homini, vt

Ouidi⁹ primo meta. dicit poeta Ouidius in primo metamor. Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram, Os homini ſublime dedit, cœlumq; videre Iuſsit, & erectos ad ſidera tollere vultus. Et ideo prima expoſitio quæ eſt Auguſtini melior videtur. i ¶ Mulieri quoq; dixit. Hic ponitur punitio mulieris in ſpeciali, & hoc quantum ad duo propter quæ mulier coniuncta eſt viro. Primum eſt ad procreationem prolis, & quantum ad hoc dicit: k

Mulie. maledictio. ¶ Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. Licet autem actus generandi ſit delectabilis, tamē habet turpitudinem annexam poſt ☙ peccatum.

exordio dolores, donec conſuetudo vertatur in melius. Sed cum
A ad hoc peruenerit, natus eſt quaſi filius id eſt ad bonum paratus af
fectus per conſuetudinem bonam, ſed prius reluctatum eſt cum do
lore cõſuetudini malę. a ¶ Sub viri poteſtate eris &c. Hoc
eſt cum illa pars animæ, quæ carnalibus gaudet, malam conſuetu-
dinem volens vicerit, difficultatem & do-
lorem paſſa, & bonam peperit, cautius ob-
temperabit viro, id eſt rationi, & libentius
ſeruiet iubenti, ne in pernicioſam conſuetu-
dinem defluat. Sententiam verò in Adam
datam patet, quia nemo euadit. b ¶ Ma
ledicta t. in. o. t. Hoc enim ipſum quod
quiſq; in hac terra natus difficultatem pati-
inueniendæ veritatis, ex corruptibili corpo
rę habet. Corpus enim quod corrumpitur
aggrauat animam, hinc dolores & triſtitiæ
hęc profert homini terra. Spinę et tribuli, pũ
ctiones tortuoſarũ q̃ſtionũ, & cogitationes
de prouiſione huius vitę, quæ niſi extirpa-
ta proiiciatur, ſuffocant verbum, ne in ho-
mine faciat fructum. hęc patit̃ qui colit agrũ
ſuum donec in terrã de qua ſumptus eſt, re-
deat; id eſt donec hanc vitã finiat. ¶ Ma-
ledicta terra &c. Aug. Hiſt. Hos eſſe
labores humani generis in terra nemo igno
rat, & quod nõ eſſet, ſi fœlicitas quæ erat in
paradiſo teneretur, indubitanter conſtat.
¶ Stra. Terra maledicitur, non Adam vt
cuncti propter quos hæc ſcripta ſunt terre-
rentur, ne ſimilia facientes ſimili pœna ple-
cterentur. Ipſe verò Cain, quia primæ præ-
uaricationi fratricidiũ addidit, maledicitur,
cũ dicitur: Maledictus eris ſuper terram &c̃.
¶ Alchu. Terræ maledixit, nõ aquis, quia
hõ de fructu terrę cõtra vetitũ manducauit:
nõ de aquis bibit, & in aqs erat pctm̃ ablue
dum de fructu terræ cõtractũ. Aĩalia quoq;
terreſtria plus maledictionis habẽt, q̃ aqua-
tilia, quia plus viuunt de maledicta t. Inde
Chriſtus poſt reſurrectionem de piſce man
ducauit, non de terreſtri animali. ¶ Greg.
in mora Maledicta ter. in. o. t. Deus maldicit
hoĩ peccanti, & homo maledicere prohibe-
tur. Sed maledictum duobus modis dicitur
aliud probatur, aliud improbatur. aliud em̃
eſt ex iudicio iuſticiæ, aliud ex liuore vindi-
ctæ. Maledictũ in iudicio, iuſticiæ eſt: Ma-
ledicta ter. in. o. t. & quod ad Abraã dicitur:
Maledicã maledicẽtib⁹ tibi. De eo verò qđ
B ſit liuore vindictæ dicitur: Nolite maledicere. Et alibi Maledici
regnum dei n. p. Viri quoq; ſancti maledicunt, non deſiderio
vindictæ, ſed vltione iuſticiæ. Intus enim ſublime dei iudicium aſpi
ciũt, & mala foris exurgentia, quo maledicto debeant feriri cogno-
ſcunt, & non peccant: quia ab interno dei iudicio non diſcordant.
Hinc Petrus ait Act. viij. d. Pecunia t. t. ſ. in. Qđ enim nõ ait eſt ſed
ſit. Non indicatiuo, ſed optatiuo modo ſe dixiſſe indicauit. Hinc
helias quarti Reg. primo. b. Si homo dei ſum deſcendat ignis de
cœlo, & conſumat vos. quorum tamen ſententiam ratione verita-
tis prolatam exitus monſtrauit. Simon enim æterna damnatione
interiit, & duos quinquagenarios flãma cõbuſſit. c ¶ In labori-
bus & cætera. Raba. Spinæ antea erãt, ſed nõ vt laborẽ hoĩ in
ferrẽt cui poſt pctm̃ fuerũt ad laborẽ & afflictionẽ, ſicut ſerpẽtes: &
q̃cũq; noxia añ erãt innoxia. Et notãdũ qđ Adæ extrinſeca pœna
imponit̃: Maledicta terra in ope tuo. Mulieri ṽò intrinſeca, cũ di-
citur: Multiplicabo e. t. &c̃. quia ſeducta, ſeduxit virũ. d ¶ Pul
uis es & cætera. Grego. Homo ita conditus fuit: vt manen-
te illo decederẽt tẽpora, nec cum temporib⁹ tranſiret. Stabat ergo
in momentis decurrentibus, nec ad vitæ terminum per dierum in-
crementa tendebat, quia ſemper ſtanti inhærebat, vbi vetitum con
tigit, offenſo creatore, ire cepit cum tempore. vnde Terra es, & in
terram ibis. Statu ſcilicet immortalitatis amiſſo, curſus eum mor-
talitatis abſorbuit, & ad mortem tranſeundo, didicit ſtando quod
fuit, cuius radicis amaritudinem quaſi in virgulto tenemus: quia
eius curſum naſcendo ſortimur, vt ipſo momento quo viuimus,
à vita tranſeamus, dum infantia ad pueritiam, pueritia ad adole-
ſcẽtiam, adoleſcentia ad iuuentutem, iuuentus ad ſenectutem, ſene-
ctus trãſit ad mortem. e ¶ Et vocauit Adam nomen.
& cætera. Auguſtinus. Verba primi hominis hæc fuerunt
quoniã hæc eſt

1 Sub viri ptãte. Eris ad virũ tuũ concupiſcentia tua (ſeu deſideriũ tuũ.)

Sap. 9. d.

aĩa, † tuo. ✻ Puluis vel lutũ.

Hiſtoricè. aĩa, † Euã,

In ope tuo propter te.

quoniam hęc eſt mater omnium viuentium, tanq̃ reddat cauſam
nominis à ſe impoſiti, cur ſcilicet Euam vocauerit. ¶ Myſtice
Poſt peccatum & iudicis ſententiam vocauit Adam vxorem ſuã
Euam, quia ſit mater viuorum, cum mortem & mortales fœtus
parere meruerit. Sed illos fœtus ſcriptura attendit, quos in dolore
cum peperit: ad virum conuertitur, vt ei
dominetur. Sic enim eſt vita & mater viuo-
rum, vita in peccatis mors dicitur. Recte er
go pars animalis cum per rõnem de verbo
vitæ, affectum recte viuendi conceperit vi-
ta appellatur & mater viuorum. i. bonorũ:
q̃uis in dolore & gemitu male conſuetudi-
ni reſiſtens, bonã conſuetudinem ad recta fa
cta peperit, quib⁹ cõtraria ſunt peccata: quę
mortua ſolent appellari. Mors autem quæ
debetur naturæ poſt peccatũ, in tunicis pel
liceis figuratur: Tandiu aũt in paradiſo fue-
rũt, q̃uis ſub ſententia dãnatis dei: donec ad
tunicas pelliceas ventum eſt, huius vitę ſcili-
cet mortalitatem. Bene aũt mors quã in cor
pore ſentimus, in pellibus exprimitur, quæ
mortuis corpibus detrahunt̃. f Fec. q̃q;
&c. Aug. Hoc quoq; ſignificatiõis cã factũ
eſt, & in factis quęrit̃ qd factũ ſit, & qd ſigni
ficet, & ĩ dictis qd dictũ ſit, qd ve ſignificet:
¶ Stra. Ipſi fecerũt ſibi perizomata, vt pec
catũ ſuũ abſcõderent. Deus verò tunicas pel
liceas, qb⁹ totũ eorũ corpus induit, qa & in
corpe & in anima eos iuſtè dãnauit. Stulta
verò quęſtio eſt, q̃liter vel q̃ opãte pelles ab
aĩalibus deductę ſint, q̃rere. q em̃ de nihilo
oĩa cõdidit, quomõ & q̃liter voluit, hęc fecit.
g ¶ Et ait: Ecce A. &c. Aug. Hiſto.
Propter trinitatẽ pluraĺ numer⁹ ponit̃, ſicut
& ibi: Faciam⁹ ho. &c̃. Replicatur igit̃ in ca-
put ſuperbi ad quẽ venerit exitũ, qđ à ſerpẽ
te eſt ſuggeſtũ: eritis ſicut dij: Nec ſunt ṽba
inſultantis dei, ſed à ſuperbia deterrẽtis alios,
videntes hominẽ nõ eſſe factũ q̃lẽ voluit, ſed
amiſiſſe

C Myſticè.

† 5. diſt. c. cum enixa.

Adæ ob pctm̃ ipſi⁹ pœna.

† 33. q. 5. c. manifeſtũ. & cap. hoc ima.

† 4. q. 3. c. cũ ergo. §. ſed g. & . j. ca. ſequen.

2 ex ea

Hiſtoricè. ✻ 15. diſt. q. 2. c. eccleſiaſtico.

3 Eua q̃re dicta ſit.

D

a ¶ difficultate uincendæ prauæ conſuetudinis.
as & conceptus tuos †. In dolore [a]
a ¶ rationis. ¶ per conſuetudinem bonam. ¶ ut ſpiritus dominetur carni. ¶ uicta conſuetudine praua cautius obtẽperabis ratiõi, ne ad aliquam pernicioſam conſuetudinem defluas.
[a] paries filios. [1] et ſub uiri ptãte
eris, & ipſe dominabit̃ tui. Adę [b]
uerò dixit: † Quia audiſti uocẽ
uxoris tuę, et comediſti de ligno
[b] ex q̃ p̃cepã tibi ne comederes,
a Hiero. non ruris colendi, ſed peccato, ſicut in hebræo habetur. b ¶ inueniendæ ueritatis.
[c] † maledicta t̃ra ĩ õpe tuo. In labo [c]
rib⁹ comedes [2] eã cũctis dieb⁹ uitę
a ¶ uiriorum. ¶ punctiones tortuoſarum quæſtionum, & cogitationes de prouiſione huius uitæ.
tuę. Spinas et tribulos germina [d]
bit tibi, & comedes herbas t̃ræ. [e]
In ſudore uultus tui ueſceris pa [f]
¶ id eſt donec finias hanc uitam.
nẽ, donec reuertaris in terrã de
[d] qua ſumptus es: ✻ qa puluis es,
[e] & in puluerẽ reuerteris. Et uoca [g]
¶ id eſt uita
uit Adã nomẽ uxoris ſuę † Eua, [3]
a ¶ Reddit cauſam quare uocauerit eam uitam. ¶ animalitas conuerſa ad rationem mater eſt uiuorum, id eſt bonorum operum. b ¶ recte factorum, quibus contraria ſunt peccata quæ dicuntur mortua.
eõ q̃ mater eſſet cũctorũ uiuẽn [h]
a ¶ antequã de paradiſo eiiceret.
[f] tiũ. Fecit quoq; dominus deus [i]
a ¶ quibus ſignificatur mors, quæ poſt peccatum debebatur naturæ. b ¶ quę mortales ex mortalibus.
Adę et uxori ei⁹ tunicas pellicẽ,
a ¶ non ſunt uerba inſultantis dei, ſed alios deterrentis a ſuperbia. ¶ ironia. ¶ quaſi nec illud quod uolebat aſſecutus eſt, & perdidit quod factus eſt.
[g] as et ĩduit eos, et ait: Eccẽ Adã [k]
a ¶ trinitatis mentio inculcatur.
factus eſt q̃ſi unus ex nõbis, ſci-

*Nicolaus de Lyra.*

peccatum. In hebręo pro cõcept⁹ habet̃
הריון haron. i. impręgnationem, quæ eſt la
borioſa. Et ærumnas tuas, quia portando
fœtũ conceptum mulier patitur plures labo
res & miſerias. a ¶ In dolore paries.
Quia in partu ſunt vehementes anguſtię, ta-
lia autẽ non fuiſſent in ſtatu innocẽtię, ſed cõ
cepiſſent abſq; turpitudine, & fœtum cõceptum portaſſent abſq;
grũna & labore, & peperiſſent ſine dolore. Sedo coniungit̃ mulier
viro ꝓpter domeſticã vitã, & q̃tũ ad hoc punit eã, viro ſubiiciẽ
do, dicẽs: Et ſub viri poteſtate eris &c̃. Et ſeqtur: b ¶ Adę ve. d.
Hic ponit̃ punitio viri. Circa qđ ſciendũ, q̃ ſicut in domeſtica vi-
ta mulier ſubiicit̃ viro, ita ad virũ pertinet procurare neceſſaria vi
tæ, pro ſe, familia, & vxore: & ideo quantum ad hoc punitur cum
ſubditur. c ¶ Maledicta terra in &c. In quo notatur terrę
ſterilitas quæ poſt peccatum non ꝓduxit fructum conuenientem
homini niſi cum cultura & labore, quæ ante ſponte producebat
fruct⁹ cõuenientes in abũdantia, & ꝓduxiſſet ſi hõ in ſtatu innocẽtiæ
pſtitiſſet. In hebręo hr̃: בעבורך baaburecha. i. ꝓpt̃ te. Maledicta
terra ꝓpter te. i. ꝓpter peccatũ tuum: propter qđ incurrit ſterili-
tatẽ, vt dictũ eſt. In ſudore vult⁹ tui &c̃. p̃ hoc notatur anxietas ho
minis in laborę agriculturæ qui ante peccatũ nõ opabatur niſi ad
recreationẽ & virtutis exercitiũ vt pręictũ eſt. d ¶ Spinas
& tri. In hoc notantur impedimenta quæ proueniunt hominis la-
bori ex terra. e ¶ Et comodes. &c. Qui prius comedebas fru
ctus paradiſi, & quia iſtę pœnę inflictę ſunt homini ad totã vitam
vſq; ad mortẽ. Iõ ſequit̃: f ¶ In ſu. vu. &c. Patet lr̃a g ¶ Et
voc. Adã. Hic cõſequẽter deſcribit̃ miſerię inflictę trãſfuſio, qa q̃-
les facti ſunt primi parẽtes p̃ pctm̃, tales filios genuerũt, & iõ dicit.
Et voc. &c. Eua: In hebręo eſt חוה haua. qđ nomẽ ſonat vitã
pœnalitatib⁹ tñ ſubiectã. h ¶ Eo q̃ mr̃ eſſet. i. oĩm hoĩm ĩ hac
vita mortali degẽtiũ. Iõ ſeqt̃: i ¶ Fec. q̃q; &c. i. de pellibus aĩa
liũ mortuorum, in ſignũ ſuę mortalitatis, & qa indigebãt tegumẽ-
to contra intẽperiẽ aeris loci ad quẽ erant eiiciendi, verumtamen
ante eiectionem deus improperat Adæ ſuam tranſgreſſionem, di-
cens: k ¶ Ecce Adam fact⁹ &c. Ironia eſt, acſi diceret: nõ es
g aſſecut⁹

Viri punitio.

Ironia.

amiſiſſe, quod factus ſit. Videte, ne forte ſumat de ligno vitæ &c. E Superiora verba dei ſunt. hoc aũt factum eſt propter verba dei ſecutura, alienatus eſt à vita, nõ ſolũ quã cũ angelis erat accepturus, ſi perſtitiſſet, ſed ab illa quam in paradiſo habebat quaſi excõicatus à ligno vitæ, qđ erat ei ꝓ ſacramẽto, ſicut in eccleſia ſolent hoĩes à ſacris viſibilibus eccleſiæ diſciplina remoueri. Aug. Mirum eſt, ſi Adam ſpiritualis erat mente, ꝗuis non corpore, quomodo credidit ſerpenti, dum diceret deum lignum ꝓhibuiſſe: quia ſciebat eos, ſi comederent, futuros vt deos per ſcientiam boni & mali, tãꝗ hoc ſolum creator creaturæ inuideret. Sed nullo modo credendum eſt ſpirituali mente præditum hoc credere potuiſſe. Vnde Adã non eſt ſeduct⁹ &c̃. vt per mulierem, ſcilicet vir præuaricaretur, ſecundum illud Roma. quinto. c. In ſimilitudinem præuaricationis Adæ. Seductus tamen nõ eſt. Vnde non ait: Mulier ſeduxit me &c̃. ſed ipſa dedit mihi, & comedi. Illa verò inquit, ſerpens ſeduxit &c̃. Ita Salomon vir quidẽ tantæ ſapientiæ, nõ in ſimulachrorũ cultu aliqđ vtilitatis credidit eſſe, ſed mulieris amori reſiſtere non valuit, & quod ſciebat nõ eſſe faciendum fecit ne mortiferas delicias contriſtaret. Si vxorẽ quæ iam ſeducta mãducauerat, noluit, Adã contriſtare, quam credebat à ſe alienatã tabeſcere, & ſine ſolatio interire, non quidẽ carnis cõcupiſcẽtia, ſed amicabili beniuolentia, qua ſæpe deus offenditur, ne offendatur amicus. Alio ergo modo decept⁹ eſt ꝗ̃ mulier, quæ falſum verum eſſe putauit. ❡ Myſtice. Ecce Adam fa. eſt. q. v. &c̃. Dupl'r intelligi poteſt. Quaſi vnus ex nobis. i. deus, quod pertinet ad inſultationem. Sicut dicitur vnus ex ſenatoribus id eſt ſenator: Vel quod deus eſſet nõ natura, ſed creatoris ſui beneficio: ſi ſub eo manere voluiſſet. Sciens bonum & malum, quaſi poteſta- F tem dei pœna ſua diſcet eſſe ineuitabilem, quam pati noluit beatus & conſentiens: & habebit ſciẽtiam per pœnam, quam deus habet per ſapientiã. a ❡ Nunc ergo ne forte &c. Simile dicit apoſtolus. ij. ad Timo. d. Ne forte det illis deus pœnitentiã ad cognoſcẽdam veritatem. Videt autem homo dimiſſus eſſe in labores huius vitæ: vt aliquando porrigat manum ad arborem vitę id eſt ad crucem, per quam vita reparatur æterna. Prohibitio quoq; intelligi põt vt iuſta pœna poſt peccatum, intercluſus ſit ad ſapientiã aditus donec dei miſericordia reuiuiſcat, q mortu⁹ fuerat. b ❡ Emiſit eũ &c. in locũ ſibi congruum, ſicut plerunq; malus cum inter bonos viuere ceperit ſi in melius mutari noluerit, de bonorũ congregatione pellitur pondere prauæ cõſuetudinis ſuæ. c ❡ Eiecitq; Adam Hiero. Lxx. Et eiecit, & habitare fecit contra paradiſum voluptatis, & ſtatuit cherubin & flãmeã rhompheã, ꝙ vertiť ad cuſtodiendam ligni vitæ viã. Alius ſenſus eſt in hebręo. Ait eñ & eiecit dñs Adam. ſ. & habitare fecit ante paradiſum voluptatis, cherubin & flammeũ gla. &c̃. Non quod Adã habitare fecerit cõtra paradiſum voluptatis, ſed illo eiecto ante fores paradiſi, cherubin & flãmeũ poſuit gladiũ, ne quis poſſet intrare. ❡ Aug. Hiſt. Et collocauit &c̃. Hoc per cœleſtes poteſtates etiam in paradiſo viſibili factum eſſe credendum eſt, vt per angelicum miniſterium ibi eſſet quædam ignea cuſtodia, non tamen fruſtra, ſed quia aliquid de paradiſo ſignificat ſpirituali. ❡ Stra. Collocauit &c̃. hoc eſt per miniſterium angelorum igneam cuſtodiam conſtituit. Flãme⁹ gladius tribulationes dolores & labores huius vitæ, quibus nos exercemur. Vel ſententia iuſtæ dãnationis, quę homini eſt data, qui ita damnatus eſt, vt Chriſti paſſione redimi poſſet. Vnde gladius G verſatilis dicitur, quia poteſt remoueri. Remotus eſt eñ Enoch & Heliæ, & quotidie remouetur fidelibus, de hac vita ad ſupernam beatitudinem tranſeuntibus. Nec dicit flammam & gladium, ſed flammeum gladium. Qui eñ ad paradiſum redeunt, neceſſe eſt vt igne ſpiritusſancti omnes cõcupiſcentias huius vitæ exurant, & gladio verbi dei omnia noxia præcidant. ❡ Iſido. Myſtice. Et collocauit. &c̃. Cherubin plenitudo ſciẽtiæ, hęc eſt charitas, quę plenitudo legis eſt diuinæ. Gladius flamme⁹, pœnæ temporales, quæ verſatiles ſunt, quoniam tempora volubilia ſunt. Ad arborem igitur vitæ nõ reditur niſi per cherubin, id eſt plenitudinem ſcientiæ, id eſt charitatem: & ꝑ gladiũ verſatilẽ. i. tolerantiã tẽporalem. Adam verò

Marginalia: aſs, † nõ habet, etiam. — † Eiicit adã de padiſo. — Myſtice. — Hiſtorice — Cherubin. Myſtice. Gladi⁹ flãmeus.

[Biblical text:]

a ꝙ hæc uerba ſunt dei. ꝙ Apoſiopeſis, quæ irato & perturbato congruit.
a ens bonũ & malũ. Nunc ergo a
a ꝙ id eſt ſi. ꝙ impleto numero electorũ, qui guſtaturi erant de ligno uitæ, & ſic ad beatum ſtatum migraturi. ſed cuſtodia eſt adhibita, ne qui indigni facti ſunt attingant ulterius.
nẽ forte mittat manũ ſuã, & ſu- b
a ꝙ quod erat ei pro ſacramento.
mat † et de lignõ uitæ, et comedat & uiuat in æternum. Emi- b
a ꝙ hæc dei actio eſt. ꝙ quaſi excommunicando, ſicut modo praui emittuntur ab eccleſia.
ſit ẽum domin⁹ † deus [1] de paradiſo uoluptatis ut õperaretur
a ꝙ ut in hoc corpore laboraret & meritum redeundi ſibi collocaret.
terram de qua ſumptus eſt.
a ꝙ quaſi excommunicatum.
c Eiecitq; Adã & collocauit ante c
a ꝙ angelicam poteſtatem, ꝙ plenitudinem ſcientiæ & charitatem.
paradiſum uoluptatis cherubin
a ꝙ pœnam temporalem urentem, ſed tranſitoriam.
b ꝙ quia in aduentu filij remouendus.
& flãmeũ gladiũ atq; uerſatilẽ
a ꝙ quia reuerti non poſſumus niſi per hæc.
ad cuſtodiendã uiã ligni uitæ. d

*Nicolaus de Lyra.*

aſſecutus quod ſerpens promiſit ſed cõtrarium. a ❡ Nunc ergo videte. Lyvidete non eſt de textu hebraico, ſed ſub intelligitur: & eſt modus loquẽdi ſatis frequẽs in hebraico quo omittitur vna dictio. Trãſlatio verò noſtra expreſſit qđ in hebręo omittitur, vel ſubintelligiť. Notandum etiam ꝙ hoc eſt verbum dei ad angelos, per quorum miniſterium homo primus eiectus eſt extra paradiſum. Sequitur: b ❡ Et ſumat &c. Cum homo incurriſſet iam neceſſitatẽ moriendi, vt prædictum eſt, lignum vitæ iam non poterat vitam eius perpetuare, poterat tamen ex ſua bonitate ipſam prolõgare, & iſta prolongatio nomine æterni ſignificatur, ſicut in pſal. Montes æterni nominatur propter longitudinem durationis. vñ & in hebręo dicitur: Et viuat in ſeculum, quod deſignat tempus longum. c ❡ Eiecitq; Adam &c. Iſtud dupliciter exponitur ſecundum duplicem opinionem ſuprapoſitam de ſitu paradiſi terreſtris. Secundum enim illos qui dicunt, ꝙ eſt ſub ęquinoctiali circulo gladius flammeus intelligitur zona torrida inter habitationem noſtram & paradiſum: & dicitur verſatilis, quia ſol per quem cauſatur ibi caliditas impertranſibilis, appropinquat ad nos in eſtate & hyeme elongatur. Per cherubin aũt intelligitur angelica cuſtodia, per quã tota natura corporea adminiſtratur, & maxime mot⁹ orbium. d ❡ Ad cuſtodiendam viam &c. Ne homo inde eiectus poſſet illuc redire: nec aliquis alius adire. Secundum verò illam opinionem quæ ponit paradiſum terreſtrem circa tropicum cancri, per gladium flammeum intelligitur aliquis ignis materialis, ibi factus à deo & oriens de terra, ſicut dicitur de monte Aetna, q continue ardet: & ſignificatur nomine gladij quia ignis aſcendens ſurſum in ſupiori pte acuiť ad modũ gladij. Per cherubin aũt intelligiť natura angelica, vt pdictũ eſt: Ad cuſtodiẽdã viã, qa ille ignis eſt ante introitum paradiſi prohibens acceſſum hoĩs ad ipſum. ✠ Iorũ ex hoc ꝙ inducũt hoĩes ad bonũ. Siľr mulier & vir maledicunt, qđ deſignať ꝙ anima & corp⁹ poſt reſurrectionem in inferno punietur. Sequitur. † ❡ Emiſit eũ de⁹ de para. &c. per qđ deſignatur ꝙ pctõr pro pctõ mortali deſinit eſſe de eccleſia militante merito, & ſi nõ numero. Per hoc aũt qoud gladius flãmeus ponitur ante paradiſum, deſignať ꝙ manẽte pctõ mortali nõ eſt reuerſio ad eccliã militãte ſecũdũ meritũ: Diciť tñ gladi⁹ verſatilis: qa ſi vͣ a pnia ſeqť, hõ ſecũdũ meritũ ad eã reuocať, dicẽte dño Ezech. xviij. g. Nolo mortem pctõris, ſed vt magis conuertatur, & viuat.

Marginalia: I De paradiſo voluptatis. de horto Edẽ. — Ãn paraſum voluptatis. ab oriẽte horti Eden. — H — Gladi⁹ flãmeus. — Moraliť.

## ADDITIO.

❡ In. c. Gen. iij. vbi dicit in poſtila: Sed cõtra dicta occurrit dubiũ. ❡ Additio. j. Licet gratia gratis data poſſit remanere cum peccato mortali ipoſſibile tñ videť ꝙ iuſtitia originalis ſiľ maneat cũ pctõ mortali, ꝓut videtur poſtillator velle. Quod ſic patet: nã ꝓut doctores cõmuniter loquũtur in ſtatu innocẽtię, in quo hõ iſtitut⁹ fuit in originali iuſtitia, nulla erat rebellio carnis ad ſpiritum, nec ſpiritus ad deum, & per conſequẽs impoſſibile erat ſtãte illo ſtatu pctm̃ mortale incurri. Pctm̃ eñ ſecũdũ Amb. eſt inobedientia diuinæ legis, & tranſgreſsio cœleſtiũ mãdatorũ, qđ de directo oppoñiť ſtatui innocẽtię. Ad dubiũ aũt motũ per poſtillatorem ipſum. ſ. quõ i muliere remãſit donũ originalis iuſtitię poſt primũ & ſcđm pctm̃, & vſq; poſt comeſtionẽ ligni aliter, poſſet rñderi. ❡ Pro ꝗ attendendum eſt, ꝙ licet præceptũ de inhibitiõe comeſtionis ligni fuit datũ Adæ anteq̃ Eua fuiſſet in rerum natura producta, vt lra teſtatur, tñ ſcđ'm Aug. ſup geñ. ca. viij. ex hoc non ſequiť ꝙ Eua nõ fuiſſet obligata ad præceptũ obſeruãdũ. Tranſgreſsio aũt huius pcepti non fuit cõſummata donec Adã comedit, licet fuiſſet quodãmodo inchoata per comeſtionẽ mulieris: Qđ patet per magiſtrũ in. ij. diſtin. xxiij. vbi oſtendit qđ talis eſt ordo peccandi in nobis qualis fuit in primis parentibus, ſic dicens. Vt enim tunc ſerpens mulieri malum ſuaſit, ipſaq; conſenſit, deinde viro ſuo dedit, ſic conſummatum eſt peccatum, ita & nunc in nobis pro ſerpente eſt ſenſualis mot⁹ añ, ꝓ muliere inferior portio rõnis, ꝓ viro ſupior portio rationis: Hęc ille. Ex quo patet ꝙ tranſgreſsio pcepti ipi adę dati non fuit totaliter conſummata vſq; ad comeſtionem viri: nec eſt etiã neceſſariũ dicere, qđ Adã fuerit tranſgreſſor illius præcepti ſibi dati

Marginalia: Inobedientia. — Ordo peccandi.

A ſibi dati ante comeſtionem ligni per actũ interiorẽ in hoc cõſentiẽ
tẽ. Nã prout ex ſerie literæ patet, ſola comeſtio fuit prohibita, non
autẽ deliberatio ſeu cõſenſus præcedẽs comeſtionẽ. Dicit eñ in die
quo comederis ex eo &c̃. Nõ aũt dicit in die quo cõſenſeris, ſeu de-
liberaueris comedere & hmõi. vnde ſicut de quibuſdã p̃ceptis ve.
teſta. dicit̃ à doctorib⁹, q̃ lex ꝓhibet manũ, nõ aũt animũ: codẽ mõ
in propoſito dici poſſet, ꝑut litera ſonat. Ex quib⁹ vlterius ſequit̃,
q̃ licet tã Eua q̃ Adã ante comeſtionẽ ligni peccaſſent ꝑ actus in-
teriores pc̃tõ ſuperbiæ, quod eſt initiũ oĩs peccati: vt patet Eccl'.x.
b. non tamẽ trãſgreſsio p̃cepti ſibi dati fuit facta vſq; ad hoc quod
Adam comediſſet, & tũc & nõ antea nuditatẽ ſuã erubuiſſe debue
runt, quod videtur ſonare verba Aug. in. iiij. de ciuita. dei, q̃ poſt
q̃ tranſgreſsio præcepti facta eſt gratia dei deſerente, de corporum
ſuorũ nuditate cõfuſi ſunt, nõ eñ dixit poſtq̃ peccauerunt, quòd
poſſet intelligi de quocunq; genere pc̃ti, ſed poſtq; trãſgreſsio pre-
cepti facta eſt: vt intelligatur de trãſgreſsione precepti de quo agit̃,
quæ nunq̃ fuit cõſummata donec vir comederet, & ſic de nudita
te ſua tempore cõgruo erubuerunt.

¶ In eodẽ ca. iij. vbi dicit̃ in poſt. Serpentem aũt nõ interrogauit.

## ADDITIO II.

¶ Alia etiã rõ aſſignat̃ ad hoc q̃ ſerpẽs nõ fuit interrogat⁹. vnde
Aug. cõtra Manicheos li. ij. nã ſerpẽs nõ iterrogat̃, ſed prior excipit
pœnã, qa nec cõfiteri pc̃m poteſt, nec habet oĩno vnde ſe excuſet.

¶ In eo. ca. iij. vbi dicit̃ i poſt. Sed iſta expoſitio q̃tũ ad mſta &c̃.

## ADDITIO III.

¶ Iſta expoſitio vltĩa nõ eſt tanq̃ irrõnabilis excludẽda: cõſonat eñ li
teræ pluſq̃ alia, & eſt ſnĩa Hiero. de hebraicis quæſtiõib⁹: nec obſtat
q̃ poſtillator obiicit. Prĩo de hoc q̃ deus dirigeret ſermonẽ ſuum
ad aĩal brutũ: nã alibi legit̃: Et ait dominus ad piſcẽ Ionę. ij. d. qđ ſi
gnificat expreſsionẽ diuinę volũtatis per effect⁹ exteriores. Quod
B aũt obiicit ſecũdò, q̃ ſerpens in nullo peccauerat, ſed ſolũ demõ, nõ
obſtat: nã in ſignũ deteſtatiõis pc̃ti etiã bruta quãdoq; puniunt̃, vt
patet de iumẽto cũ quo aliq̃s coierit: Leui. xx. c. ꝑut allegat poſtilla
tor. & nõ ſolũ hoc ſed etiã res inanimatæ quæ oĩno carent ſenſu &
motu volũtario, præcipiunt̃ conburi & deſtrui ꝓpter horrorẽ ali
cuius magni pc̃ti, vt Deut. xiij. c. de ciuitate auerſa à cultu dei ad ido
lorũ ſeruitutẽ, vbi præcipit̃ q̃ nõ ſolũ pecora occidant̃ ſed etiã com
burãtur ſupellectilia. Et habem⁹ idẽ. j. Re. xv. a. de Amalechitis vbi
ꝓpter pc̃m à ſuis p̃deceſſorib⁹ longè ante ꝑpetratũ de⁹ p̃cepit oc-
cidi nõ ſolũ viros & mulieres, ſed etiã paruulos & lactẽtes boues &
oues &c̃. Quod aũt poſtillator tertiò obiicit de ſtatura recta quæ
non cõpetit niſi tm̃ hõi, nõ obſtat: nã ad ſaluandã veritatẽ lr̃æ ſcd'm
hãc expoſitionẽ, ſufficit q̃ ſerpẽs antea cũ pedib⁹ altis incedebat, ſi-
cut & alia aĩalia, & poſt hmõi ſnĩam pedes ſunt ei amoti, ſic vt non
poſſet incedere, niſi reptãdo: vnde hæc expoſitio videt̃ tenẽda tanq̃
lr̃alis: aliæ vero expoſitiões Aug. & ſc̃tõrũ tenẽdæ ſunt tanq̃ veræ
& ſpirituales ſeu myſticæ.

¶ In eodẽ. ca. iij. vbi dr̃ in poſtil. Et vocauit Adam &c̃.

## ADDDIO III.

¶ Eua in hebraico חוה chauah vitã ſonat ſimplicit̃, nõ cõnotãdo
q̃ ſit pœnalitati ſubiecta vel nõ. ſicut eñ cũ dicit̃, mr̃ oĩm viuẽtiũ,
nõ denotat̃ q̃ ſint in hac vita mortali vel nõ, vnde hæc vocatio ali
ter videt̃ cõtinuari ad prędicta. ¶ Ad quod ſciẽdũ, q̃ licet Adam
ſcd'm q̃ tradũt doctores ſciuerit naturas oĩm aĩaliũ & oĩm ſciarũ:
de quib⁹ hõ nat⁹ eſt inſtrui, ꝑut patet in. j. ꝑte. q. xciiij. art. iij. i cor.
q. nõ tamẽ habuit noticiã futurorũ cõtingentiũ, niſi ꝑut ex diuina
reualatiõe habuit, vel experimẽtalr̃ poterat adquirere. & ideo cum
mulier ſtatim poſtq̃ fuit ꝓducta ſibi adducta fuerit, neſciẽs an de⁹
diſponeret eos ſic remanere, & alios de nouo ꝓcreare, an ex ea eſſet
ꝓles ꝑ propagationẽ ꝓcreanda, vocata eſt ab eo virago, quaſi de
viro ſumpta, ad denotandũ q̃ erat ſibi data in cõſortiũ domeſticæ
cõuerſatiõis, non declarãs an eſſet ſibi data etiã ad ꝓlis ꝓpagationẽ
quod etiã cõſonat ỽbis dei dicẽtis ante mulieris ꝓductionẽ ſupra
Genſi. ij. ca. Dixitq; deus: Nõ eſt bonũ hoĩem eſſe ſolũ, faciamus ei
adiutoriũ ſiſe ſibi. Sed poſt pc̃m ex diuina ſnĩa cõtra ipſum & vxo
rem ſuã lata duo collegit: Vnũ. ſ. q̃ ipſi eſſent mortales, & hoc cum
ſibi fuit dictũ: Puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Secũdũ q̃ debebãt
habere filios ꝑ ꝓpagationẽ, ſicut cętera aĩalia, & hoc cũ dictũ fuit
mulieri: Multiplicabo ærũnas tuas & cõcept⁹, & i dolore paries fi
lios. Ex quib⁹ cõcluſit, q̃ illa deberet eſſe mr̃ oĩm ſuccedẽtiũ, cũ iam
ceſſauiſſet deus à nouis creaturis cõdẽdis: & ideo audita diuina ſen
tẽtia vocauit eã Euã, qđ nomẽ interpretatus eſt ipſe Adam. d. eo q̃
eſſet mater omnium viuentium.

Replica

REPLICA Correctorij contra Burgenſem. C
In. iij. capit. vbi poſtillator mouet
dubiũ. Cũ Eua peccauerit actu interiori ſuperbiæ & diffidẽtiæ, &
actu exteriori comeſtiõis vetiti, & tñ nõ ꝑcepit ſuã nuditatẽ vſq;
poſt eſum viri: q̃uo iuſticia originalis potuit ſtare cũ præfatis pc̃tis
Euæ? Et reſpõdet dicens iuſticiã originalẽ fuiſſe gratiã gratis datam
quæ ſtare põt nedũ cũ pc̃tis venialib⁹ ſed etiã mortalib⁹. Hanc re-
ſpõſionẽ Burg. impugnat ratiõe min⁹ efficaci vt dicet̃: & ponit ad
motũ dubium aliam reſpõſionẽ dicẽs, q̃ Adę datũ eſt p̃ceptũ, non
Euæ iõ trãſgreſſio nõ fuit cõſummata quouſq; Adã comederet, &
eouſq; manſit iuſticia originalis. Et mſta circa hoc dicit inepta. Sup
poſitũ eñ Burg. ex litera apparet falſum: Dicit̃ eñ in litera q̃ mu-
lier reſpõdit diabolo: nobis p̃cepit de⁹ &c̃. Igit̃ mulier recepit præ
ceptũ ſiue ꝑ ſe ſiue ꝑ virũ, ſicut q̃buſdã placet. Si igit̃ fuit mulieri p̃
ceptũ, ad ſeruandũ erat obligata, trãſgrediẽdo igit̃ non ſolũ venialr̃
ſed & mortaliter peccauit: ſtat igitur reſponſio poſtillatoris. Quod
autẽ Burg. de magiſtro ſnĩarũ adducit: allegoria eſt, nõ ſenſus litera
lis, vt patet ꝑ eũdẽ in eodẽ cap. Illud quoq; nec verũ videtur quod
addit Burg. dicens ſolã exteriorẽ comeſtionẽ fuiſſe prohibitã, non
actũ interiorẽ, quia ſecundũ oẽs illa ꝓhibitio fuit ad probandum
obedientiam, ideo dicitur cõiter q̃ fructus nõ erat malus, nec eius
eſus, niſi qa ꝓhibitus, nunc aũt inobediẽtia ſicut & obediẽtia reſpi
ciunt actum interiorẽ principaliter, conſequẽter exteriorẽ, nec exte
rior aliquid maliciæ intẽſiue addit ſuꝑ interiorẽ, vt vult magiſter
ſentẽtiarũ per eum inductus lib. ij. di. xlij. Etenim inquit vna inobe
dientia vnuſq; cõtẽptus, ſiue quãdo vult ſiue quãdo agit, licet ſecũ
dum expoſitionem doctorum diſtinctio ſit in malo extẽſiue: Nec
valet ſimilitudo per eũ ſcilicet Burgẽ. inducta de lege cohibẽte ma
num & non animũ: quia hoc dicitur ratione tꝑalis pœnæ ꝑ legem
taxatæ, ſed non quo ad deum, apud quẽ, vbicũq; manus cohibetur
animus nõ manet ſine obligatione: Imo dato, ſed nõ conceſſo q̃ ſo
lus actus eſus exterioris ꝓhibitus fuiſſet, adhuc ſtaret dubiũ motũ,
q̃uo iuſticia originalis mãſiſſet in Eua mãducãnte ante virum? Mã
ſit quidẽ ſcd'm poſtillatorẽ, & non mãſit ſcd'm Burg. Pro vtriuſq; — *Iuſtitia originalis q̃uo manſi tñ Eua &c.*
partis cõcordantia notandum ꝑut ſcripſi circa ſnĩas li. ij. diſt. xxxj.
xxxij. & xxxiij. q̃ iuſticia originalis multos habuit effectus. Vnum
principalẽ, alios ſecundarios. Principalis fuit ordinatio voluntatis
in deum: Sed ſecundarij effectus non fuerunt ſimpliciter & directe
à iuſticia originali, ſed concurrẽtibus, quæ enumerat Scotus circa
ſecundum diſtinct. xix. quæ ſunt immortalitas, pręſeruatio à ſiti, &
aliis paſſionibus, & tranquillitas virium ſenſitiuarum. Oppoſitum
effectus principalis eſt culpabile, oppoſitum autem effectuum ſecũ D
dariorum non eſt culpabile, ſed potius pœnale: Per peccatum igit̃
actuum interiorũ ceciderũt à iuſticia originali quantum ad effectũ
principalẽ, quia voluntas eorũ fuit quo ad deum inordinata, dum
Adam ſe ad amorẽ vxoris couerteret diuino pręcepto diſſimula-
to, ſicut colligit̃ à beato Augu. xj. ſuꝑ Gene. c. ix. vbi dicit̃ Adã pec
caſſe quadã ſocietatis neceſsitudine: Sed his ſe habẽtibus effectus ſe
cundarij non ſecuti, quia pœnale reſeruatum eſt vſq; poſt peccatũ
operis, manifeſte per mulierem inchoatum, & per virum conſum-
matum. Manſit igitur iuſticia originalis cum peccato quo ad effe-
ctus ſecundarios pro poſitione poſtillatoris, & non manſit quo ad
effectũ principalem pro poſitione Burg. Signum huius dicti ſumi
poteſt ex eo, quia reſtitui poteſt gratia æquiualens iuſticiæ origina
li q̃ ad effectum principalẽ, reſtitutione non facta quo ad effectus
ſecundarios: Nec ꝑ huiuſmodi cõcertationẽ fit variatio in ſenſu li-
terali. Ad argumẽtum igitur principale Burg. dicit̃ q̃ per actũ inte
riorem ſuꝑbiæ & diffidẽtiæ, qui venit ex rebelliõe ſpiritus ad deum
ceciderunt à ſtatu innocentiæ & iuſticiæ originalis quo ad effectũ
principalẽ, ſed nõ quo ad effect⁹ ſecũdarios quouſq; peccatũ actu
exteriori foret conſummatũ. ¶ Itẽ in eodem capitulo, vbi poſtil-
lator ponit de locutione dei ad ſerpentem expoſitionem btĩ Aug.
quã ponit ex intentione fore literalẽ, ſubdit poſtillator ponens ex-
poſitionẽ aliam quam beatus Hierony. in lib. q̃õ. hebrai. videt̃ reci
tare: ſed hanc reprobat poſtillator tribus rationibus. Sed Burgen.
a ℂ In terra cui maledixit dn̄s &c. Et propter hanc maledictionē fructificare non poterat niſi multis laboribus coleretur: & iſta expoſitio videt̃ magis cōſona literæ. Poteſt tamen ad ipſam aptari tranſlatio noſtra. cū dicitur: Iſte conſolabitur nos, quia magna cōſolatio fuit hominibus cum ꝑ artem arandi labor eorū fuit poſitus ſuper animalia, & propter talem artem quam inuenit Noe vocatur vir agricola. infra. ix. cap̄. Noe vero: Deſcripta multiplicatione per primum ſtipitē, ſcilicet Adā, hic cōſequēter deſcribit̃ per ſecundū ſcilicet Noe. Et primo deſcribitur ipſius Noe generatio. Secūdo ſuæ generatiōis multiplicatio. x. cap. ibi: Hæ ſunt generatiōes. Circa primū adhuc primo deſcribitur dicta generatio. Secundo ipſius Noe ſtatus ſiue cōditio, ibi: Cumq; cœpiſſent Circa primum dicitur ſic: Noe vero cū quingētorū eſſet annorū &c̄. Hic pōt quæri quare tātū tardauit ad generandū, quia alij præcedētes circa cēteſimū annū generauerūt, vt patet ex prædictis: Reſpōdēt hebręi ꝙ hoc fuit qa dominꝰ diſpoſuerat eū ſaluare in diluuio cum ſua poſteritate tota, ſi aūt in centeſimo anno generaſſet, infra quingentos annos ſequētes ante diluuiū, quia (ſexcētorū annorū erat Noe quādo inūdauit diluuiū,) fuiſſent tot ex eo & filiis eius multiplicati & fuiſſent inter eos multi mali, de quibꝰ nō eſſet dignū ꝙ ſaluarentur. Item tot pſonæ cū neceſſariis ad vitā, ꝑ annū integrum quo durauit diluuium, non potuiſſent cōpetēter in arca collocari. b ℂ Genuit Sem &c. Dicunt Hebræi ꝙ Sem non fuit primogenitus Noe, quod probant, quia hic dicitur ꝙ quingenteſimo anno vitæ ſuæ cœpit generare, & ſic primogenitus eius erat centū annorum tempore diluuij, quia tunc fuit Noe ſexētorū annorū. Sem vero nō habuit cētum annos vſq; poſt diluuiū per duos annos, vt dicit̃ infra. xj. ca. dicunt tamē ꝙ p̄ponit̃ aliis ꝑpter dignitatē circūciſiōis: qa natꝰ fuit circunciſus. Sed hoc videtur ficticiū, quia Abraā dicit̃ pr̄ circunciſiōis, & ꝙ hoc ſignū prīo accepit à deo. Iō alit̃ dicēdū ſcd̃m prædictā opinionē de prīogenitura, ꝙ hic prīo noīat̃ ꝑpter reuerētiā pr̄iarcharū & Chriſti maxime, q ab ipſo deſcēderūt. vnde & infra. xlviij. c. Iacob pr̄iarcha benedicens filiis Ioſeph, præpoſuit Ephraim iuniorē ipſi Manaſſe, quoniam futurus erat in prolem maiorem vt ibidem dicitur. Nota quod Sem vbiq; debet ſcribi per m in fine. G

## *ADDITIO I.*

F ℂ In ca. v. vbi dicitur in poſtilla: Quō hoīes illius tp̄is viuebant.

ℂ Additio. j. Iſtæ rationes quę aſsignantur ad diuturnitatē vitæ hominū illius tēporis: & ſi valerent ad aliquam lōgitudinem vitæ, non tamen videtur ad tantā differentiam durationis ſufficere. Bonitas eīm complexiōis, & etiam modus viuēdi temperatus licet non in multis, in quibuſdam tamē inuenitur: ponit eīm Galenus in ſuo tegni poſsibilē eſſe complexionē temperatiſsimam, prout humanæ naturæ pertinet, inueniri, quam vocant ευκράτον Eucraton: & multo magis poſsibile eſt hominem boni regiminis reperiri: nunq; tamen à tertia ætate & citra reperitur aliquis qui. cc. annos ferè attingat. Chriſtus etiam qui per ſpiritumſanctū conceptus eſt optime complexionatus fuit: & non niſi temperate & virtuoſe in hac vita vixit, & tamen in iuuenili ætate paſſus eſt, prout communiter tenetur, ne in eo appareret naturæ humanæ diminutio: vt patet in. iij. parte q. xlvj. arti. ix. in reſponſione ad vltimum argumentum. Ex quo patet, ꝙ ætas. xxxiij. annorum in Chriſto erat iuuenilis, quod non eſſet ſi Chriſtus ſecundum naturam humanā habuiſſet viuere ſicut Adam & alij antiqui: quia ſi ſic, illa ætas in qua fuit paſſus non eſſet iuuenilis, ſed infantiæ ſeu pueritiæ. Ratio etiam ſumpta ex bonitate nutrimenti ante diluuium non videtur valere, nam inundatio diluuij plus debuit terrenaſcētia reddere peiora in tempore propinquiori ipſi diluuio q̄ in magis remoto, & tamen poſt diluuium ſcilicet in ſecunda ætate leguntur homines vixiſſe. cc. annos fere: & cū magis à tempore diluuij fuerunt remoti, plus fuit diminuta diuturnitas vitæ: Illa etiam quę Adam cognouit de virtutibus fructuum & herbarum &c. quę faciunt ad prolongandam vitam, de quibus dicitur docuiſſe homines, veriſimile eſt vt ea addiſceret Noe ab antiquis ſuis, cum vita ipſius Noe fuerit prolongata, ſicut vita eorū qui fuerunt in prima ætate: qui quidem Noe cum iuſtus & perfectus fuiſſet, veriſimile eſt, vt doceret ea poſteritati ſuæ, quod tamē non apparet per effectum. Bonus etiam aſpectus ſiderum & ſi faciat ad lōgitidinem vitæ, non tamen tantam diſsimilitudinem faceret, nec etiam aſtronomi hoc videntur tradere. Sexta autem ratio quam ponit ſcilicet, ꝙ hoc fuit ex diuina diſpoſitione hoc ordināte concedenda eſt. Sapientia enim diuina omnia diſpoſuit ſuauiter. Sapien. viij. a. Sed ratiōes quas aſsignat ad huiuſmodi diſpoſitionem diuinam ſunt minus ſufficientes: Nam non minus multiplicaretur genus humanum per vitam breuem ſicut modo, quā per longam vitam ſicut tunc, & forte citius ſicut modo: nam tunc incipiebant generare poſt centum annos: & modo an̄. xx. annum, & ſic in primo centenario vnius primi generantis poſſent generari multi filij & nepotes & pronepotes, quorum quilibet vel maior pars infra illum centenarium generaſſet: & ſic magis multiplicaretur genus humanum: qđ manifeſte pōt haberi in multiplicatiōe filiorum Iſrael in Aegypto: de quibꝰ in Deute. x. d. In. lxx. animabꝰ deſcenderunt patres veſtri in ægyptum, & nūc poſuit te deꝰ ſicut ſtellas cœli in multitudine. Manifeſtum eſt eīm, ꝙ populus Iſraeliticus nō fecit moram in Aegypto tanto tēpore: quanto Adam & Seth filius eius abſtinuerunt à generatiōe, nā Adā abſtinuit per cētū. xxx. annos, & Seth cētum. v. annis, q faciūt. ccxxxv. annos, & cum pp̄ls Iſraeliticꝰ in ægypto fuit. cc. x. annis, ꝓut īfra patebit. Alia etiā rō quā aſsignat ad diuinā diſpoſitionē. ſ. vt hoīes illius temporis poſſent habere experientias de curſu cœli & effectibꝰ ſyderū &c. Nō videtur valere. Curſus eīm cœli & ſyderum q magna & difficili inueſtigatione indiguit, fuit pfecte declaratꝰ tp̄e Græcorum quādo Ptolemęꝰ pfecit librum Almageſti, in quo oēs curſus cœli & ſyderum plenè tradūtur, & tamē iuueſtigatio ſua incepit à tp̄e cuiuſdā prædeceſſoris q eum p̄ceſſit p. ccc. annos fere & nō plus, vt in eodē libro habet̃. vnde illud tēpus ſufficit ad illam inueſtigationem. Simir̃ ad cognoſcēdos effectus ſyderum de quibꝰ ipſe Ptolemęꝰ large ait in libro quadripertito, & in centiloquio ſuo, cuius ſn̄ias ſequunt̃ aſtronomi q ei ſucceſſerunt. vnde ꝑpter hæc & ſimilia non fuit neceſſaria diuturnitas vitæ in antiquis, & iō potius tenendum eſt cum Aug. q in lib. de ciu. dei. de hac materia tractās ſic ait: Annorum iſta numeroſitas cuiuſq; hoīs qui tp̄ibus illis fuit: nullis nunc talibus documentis venire poteſt in experimētum, nec tamen iō fides huius ſacræ hiſtoriæ derogāda eſt, cuius tanto imprudentiꝰ narrata nō credimus q̄to impleri citius prænunciata cōſpicimꝰ: Hæc ille. Et nimirum ſi Aug. qui tantus eccleſiæ doctor fideliſsimus fuit, hoc aſſerat eſſe oīno ſupernaturale: qđ patet ex hoc qđ in prædicta autoritate continetur. ſ. ꝙ iſta numeroſitas nullis documētis in experimentū venire poſſet: cum ipſe Rabbi Moyſ. hebræus in ſuo libro de directiōe perplexorum iſtam diuturnitatem vitę attribuit miraculo diuino. Dicit etiam & forte non inconuenienter, quod licet diuturnitas fuit ſolum in illis qui in ſacra ſcriptura nominātur, ſcilicet Adam, Seth, & Enos &c. non autem in aliis contemporaneis qui vt dicit non tam diuturnè viuebant, ſed ſicut poſt diluuium, cuiꝰ ratio eſt ſcd̃m eum, nam vt dicit, ideo deus diſpoſuit illos tam diuturne viuere, vt fides de creatione mundi quam pagani pro maiori parte negabant, in cordibus fidelium magis radicaretur: quod ſic factum eſt. Nam Lamech pater ipſius Noe concurrit in vita cum ipſo Adam. Abraam etiam qui principal̃r erat in fidei publicatiōe erat. lxiij. annorū quādo mortuꝰ eſt Noe, & ſic teſtimoniū creationis mundi venit ſatis de propinquo ad tempus Abrahæ, quia de Adam ad Lamech, de Lamech ad Noe, & deinde ad Abraam. H

In eodem

In eodem ca. vbi dicitur in poſtilla: & dicunt Hebræi, q hoc non dicitur propter reparationem ſeculi &c̃.

A

## ADDITIO II.

Hæc expoſitio hebræorũ nõ videt habere fundamẽtũ in litera: ſi enim Noe fuiſſet primus inuẽtor artis arandi, hoc expreſsiſſet ſcriptura, ſicut ſupra quarto ca. de inuentore muſicę artis & ferrarię & hmõi. Quod aũt allegat poſtillator de hoc q Noe vocat vir agricola, infra. ix. ca. magis facit contra hanc expoſitionem: nam ibi legitur: Cœpit autem Noe vir agricola *exercere terram*. Ex quo intelligitur, q tunc in plantatione illius vineæ cœpit eſſe agricola & non ante. Veritas etiam hebraica non dicit, iſte quietabit nos, ſed iſte conſolabitur nos, quod conſonat primæ expoſitioni.

*REPLICA* Correctorij contra Burgen. cauillantẽ. In ca. v. vbi poſtillator multas adduxit perſuaſiones ad hoc q homines primę ætatis tandiu viuere potuerũt vltra vitam aliarũ ætatum, & in fine cõcluſit: Adduxi multas rationes vt ſi vna nõ ſufficit p ſe, plures ſimul ſumptę vel omnes videantur propoſitũ perſuadere, inter quas etiã ſexta eſt beati Augu. xv. de ciuitate dei ca. ix. & cum poſtillator nõ velit eas eſſe demõſtratiuas ſed perſuaſiuas: Burgen. tamen occaſiones cõiter quęrẽs longam facit digreſsionẽ, pertractans quaſdã ratiões quaſi ſingulas q̃s tamẽ poſtillator nec reputat ſingulas ſingulariter: ſed oẽs

ſed oẽs ſimul pſuaſiuas. Item in codẽ capitulo, vbi poſtillator pręfert expoſitionẽ hebræorũ ſuper illo verbo: Noe cõſolabitur nos ab opibus & laboribus manuũ noſtrarũ in terra cui maledixit deus dicẽs, q Noe inuenit artẽ arandi cum animalibus, cũ ante homines conſueuerãt manib⁹ terrã opari, & hęc fuit hominib⁹ magna cõſolatio: & legit. ix. ca. Noe vocatus eſt vir agricola. Sed Burgẽ. ſe opponit dicens, q Noe fuiſſe inuentorẽ agriculturæ non habet fundamentũ ex litera: quia ſupra dicit expreſſe de inuẽtore muſicæ & cæterarũ artium, quod hic de Noe nõ dicit. Ad quod videt dicendũ, q ſcriptura inter electorũ opa non facit curã recenſendi de inuẽtorib⁹ artiũ: ſicut inter opera reprobatorũ ſupra fit mẽtio: à principaliorib⁹ em̃ cõſueuit fieri denominatio. Sicut igit principalis occupatio reprobatorũ eſt circa mũdana, ita electorũ principaliter circa diuina. Argumentũ igitur Burgen. nõ eſt à ſimili: Et q Burgen. dicit allegatũ poſtillatoris, videlicet q Noe dictus eſt vir agricola, facere contra intentionẽ poſtillatoris: quia dicitur in litera allegata: Cœpit aũt Noe vir agricola exercere terram. quod Burgẽ. dicit intelligi debere, q *poſt diluuium in plantatione* vineæ cœpit eſſe vir agricola & nõ ante, ſed hic intellectus Burgen. non habet fundamẽtum ex litera, quia non dicit: Cœpit Noe vir agricola eſſe, ſed agricola exiſtens cœpit terrã exercere poſt diluuium: ante diluuium em̃ artem inuenit, per quam poſt diluuiũ cœpit exercere terram in vinearum conditione, plantatione, & cæteris. C

## *Gloſſa ordinaria.*

Cap. VI.

CVM q cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram. Hierony. Verbũ Hebraicum אלהים elohim vtriuſq numeri eſt, deum em̃ & deos ſignificat: ideo Aquila filios deorũm dicere auſus eſt, deos ſanctos vel angelos intelligens, quem ſequens Symmachus ait: Videntes filij potentũ filias hominum.

b Videntes filij dei &c. Strabus. Filij Seth religioſi intelliguntur. Per filios dei qui victi cõcupiſcentia ex filiabus hominũ, id eſt ex ſtirpe Cain vxores acceperũt, & viros potentes genuerunt, immenſos ſcilicet corporibus, ſuperbos viribus, inconditos moribus, qui gigantes appellãtur. Non eſt incredibile ab hominib⁹, nõ ab angelis, vel quibuſdam dęmonibus, qui mulieribus ſunt improbi, eiuſmodi homines eſſe procreatos, quia & poſt diluuiũ corpora non ſolum virorum, ſed & mulierum incredibili magnitudine extiterũt.

† Filij dei vel principum.

B

1 Permanebit, vel iudicabit aut diſceptabit.

## Cap. VI.

CVm q cœpiſſent homĩes mltiplicari ſuper terrã, & filias pcreaſſent, a

b uidentes † filij Dei[a] filias hominum[a], q eſſent pulchræ, acceperunt[b] uxores ſibi ex omnibus quas elegerant. Dixitq deus: [a] b

c Nõ 1 permanebit ſpiritus[a] meus d e in hoĩe in æternũ, quia caro eſt f g h

a Filij Seth religioſi.

a De ſtirpe Cain. b Concupiſcentia uicti.

a Indignatio.

Fragilis conditionis.

c Nõ pmanebit &c. Hiero. Hebræ לא ידון lo iadon. Nõ iudicabit ſpũs me⁹ hoĩes in ſempiternũ, qm̃ caro ſunt, hoc eſt, qa fragilis ẽ hoĩm cõditio, nõ eos æterno cruciatui reſeruabo, ſed hic reddã quod merent. Clæmẽtia ergo eſt nõ ſeueritas q pctõr hic pro ſcelere viſitat. Vnde de⁹ irat⁹ dicit Oſeæ. iiij. c. Non viſitabo filias eorũ cum fornicatę fuerint. Et pſal. lxxxviij. c. Viſitabo in virga iniquitates eorum &c. Ne autẽ videat crudel, quaſi locũ pñiæ nõ dederit, adiũgit: Sed erũt dies eorũ. cxx. anni. Non em̃ intelligunt prędicti eſſe anni vitę humanę, cũ poſt inueniat homo ampli⁹ vixiſſe, ſed intelligit ante annos. xx. q inciperet arca fieri, quę facta legit. c. annis, deũ ad Noe hoc dixiſſe, prænũciãdo diluuiũ, non vitę humanæ deinceps futurę præſcribẽdo ſpaciũ: ſed eorum

## *Nicolaus de Lyra.*

Cap. VI.

CVm q cœpiſſent &c. Hic conſequẽter deſcribit ſtatus Noe & conditio, & primo ante diluuiũ, ſecũdo in diluuio. vij. c. tertio poſt diluuiũ. viij. c. Circa primũ ſic procedit, qa primo cauſa diluuij gñaliter decernit: Scd'o ipſe Noe excipit, ibi: Noe verò inuenit gratiã. Tertio arcæ cõſtructio pręcipit, ibi: Fac tibi arcã. Circa primũ ſciẽdũ, q cauſa diluuij fuit mltiplicatio pcti, ex quo ſecuta eſt prouocatio iræ dei: & iſta duo pluries hic replicant, vt magnitudo pctõrũ, & offenſæ dei oſtendat: Dicit igit. a Cũq cœpiſſent hoĩes multiplicari. Ad oſtendendũ q multiplicatio peccatorũ nõ incepit tẽpore Noe ſed ante. b Vidẽtes filij dei. Hoc exponit multipliciter. Vno modo q p hoc intelligunt dęmones incubi, qui dicũtur filij dei, propter naturã ſpũalem. vnde & Iob. j. c. dicit: Sathan fuiſſe inter filios dei, & iſti in ſpecie humana cõmiſcuerũt ſe mulieribus, & inde nati ſunt gigantes. vnde dicit infra: Gigantes aũt erant in terra. Sed hæc expoſitio nõ videt rationabilis, quia hic exprimitur cauſa diluuij, qd' inundauit in pœnã peccatorũ: diluuiũ autem

autem nunq fuit in pœnã dęmonũ, ſed tm̃ hominũ: ideo aliter exponit Ra. Sa. dicens q hæc eſt litera: Filij iudicũ, vel potentũ: quia nomẽ Hebraicũ quod ibi ponit, ſcilicet Elohim, aliquãdo accipitur pro deo, & aliquando pro diis in plurali, aliquando pro iudicibus. vnde Exod. xxij. b. vbi tranſlatio noſtra habet. Dñs dom⁹ applicabit ad deos, id eſt ad iudices. In hebræo dicitur, applicabit ad Elohim. Dicit igit iſte, q filij iudicũ & potentũ, quando videbãt filias ſubditorum pulchrè ornari, & quãdo dabant ad nuptias, q accedebant ad ipſas cognoſcendo eas carnaliter, anteq mariti eas cognoſcerent. Sed hæc expoſitio nõ videtur adhuc rationabilis; quia iſta cauſa diluuij fuiſſet particularis, ſcilicet quantũ ad potẽtes ſolum, ſed infra codẽ capitulo dicitur cõtrariũ: Omnis quippe caro corruperat viam ſuã. Nec generale diluuiũ induci debuiſſet ppter cauſam particularẽ. Et iõ aliter exponit & meli⁹, q *filij dei hic intelligunt* illi q deſcẽderũt de Seth, q à pte ſuo fuerãt inſtructi ĩ cultu diuino. vnde & ĩ pluribus locis *veteris* ac noui teſta. fideles vocant filij dei. Per filias hoĩm *intelligũtur mulieres deſcẽdẽtes* de Cain, quę erãt *curioſæ*, diſſolutę & lubricę. & de illis præceperat Seth filiis ſuis de volũtate dñi, q nõ contraherẽt matrimonia cũ eis, ſicut dominus præcepit filiis Iſrael, vt nõ cõtraherent matrimonia cũ mulieribus Chananæis. Sed filij Seth procedẽte tpe trãſgreſsi ſunt hoc præceptũ, & hoc eſt qd' ſubditur: Acceperũt ſibi vxores &c. Et ſequit: c Dixitq deus, prædictis prouocatus. d Non pmanebit ſpũs meus. Hoc exponitur vno modo ſic. e Spiritus me⁹. id eſt indignatio mea. f In homine. id eſt, cõtra hominẽ. g In æternũ. Acſi dicat. quia nõ iraſcar contra eum irreuocabiliter, ſicut contra angelũ malum cuius peccatũ eſt irremediabile. h Quia caro eſt. id eſt habens pronitatem ad peccandũ ex carne animã aggrauante. propter quod eſt magis ſibi parcendũ, puniendo eum pœna temporali, & non æterna. Aliter exponit Ra. Sa. dicens, q hæc eſt veritas literæ: Non diſceptabit ſpiritus meus in homine in æternum, acſi diceret deus vſq nunc tenui ſententiam de delectione generis humani p diluuium: in ſuſpenſo per modum cuiuſdam diſceptationis, ſed ex nunc proferam ſentẽtiam. Quia caro eſt. id eſt, nimis implicatus

Cauſa diluuij.

D

Moraliter. Hic agitur de cõſtructione arcæ cõtra diluuium, per quod deſignatur diluuiũ peccatorũ, de quo dicitur Oſeæ. iiij. a. Maledictum mendaciũ, homicidiũ, furtum, & adulteriũ, inundauerũt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Huius aũt diluuij cauſa ponitur, cũ dicitur: b Vidẽtes filij dei. id eſt clerici & religioſi mali ad dei cultũ deputati, propter quod dicunt eius filij. b Filias hominum. id eſt cõcupiſcentias mundanorũ. b Acceperunt vxo. ſibi: ipſis ardenter inhęrentes, & ex hoc inducit diluuiũ viciorũ. Nam laici imitantur mala eorũ dicentes, quare nõ faceremus talia, cũ ſacerdotes, clerici & religioſi faciãt ea? Contra hoc aũt ponitur

Moraliter.

ſed eorum quos erat diluuio deleturus. a ¶ Eruntq; &c. Stra. Ante diluuium, ſcilicet ad agendam pniam. Sed quia in malicia perſeuerauerunt ante præfixũ terminum, centeſimo anno deleti ſunt.

E

b ¶ Videns autẽ do. &c. Non in deum pœnitentia cadit, aut dolor cordis, cui eſt de oĩbus tam fixa ſentẽtia, q̃ certa præſcia: ſed vtitur ſcriptura vſitatis verbis coaptans ſe noſtræ prauitati, vt ex cognitis incognita cognoſcamus. Nam ira dei non eſt pturbatio animi, ſed iudiciũ qđ irrogat peccatori. cogitatio verò cordis ei⁹ mutandarũ rerũ immutabilis ratio. c ¶ Pœnituit eũ quia &c. ¶ Grego. in moral. li. v. Plerũq; in ſacro eloquio ſapiẽtes dei cõſilium trahũt à ſapiẽtib⁹ ſeculi. Sic nũc pro vtilitate hoĩs, vocẽ in ſe paſsionis humanæ ipſe cõditor hoĩm ſumit, cum cõſtet: qa qui cuncta priuſq; venerint, cõſpicit, nihil fecerit q̃ pœnitẽdo reſipiſcat. Vt ergo mirũ non eſt, ſi ſpũales plerũq; vtant verbis carnaliũ, ſic neq; mirãdũ, ſi ipſe creator oĩm, vt carnẽ pertrahat, ad intellectũ ſuũ in ſeipo carnis ſermonẽ ſeruet vel ſumat. d ¶ Noẽ vir iuſtus. All'. Hic per actus ſuos ſignificat Chriſtũ qui ait Mat. xj. d. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis cor. Solus iuſtus inuenit cui propt iuſticiã ſuã ſeptẽ hoĩes donant. Iuſtus quoq; Chriſtus & pfectus, cui ſeptẽ eccl'iæ ſeptiformi ſpũ illuminatæ in vnã eccl'iam cõdonant. Noẽ p aquã & lignũ liberat & familia ei⁹, ſic familia Chriſti p baptiſmum & crucẽ. e ¶ Noe vir iuſtus &c. Si nullus ſine pctõ quõ perfectus? Perfecti dicunt aliqui nõ ſicut ſunt pficiendi quãdo æquabũtur angelis, ſed ſicut pñt eſſe in pegrinatione: vnde addit in gñationibus ſuis. i. ſicut pro modo ſuo dei gratia poterat eſſe pfectus, nõ ſicut in alia vita, in qua nec volet, nec peccare poterit. Cum deo ambulauit, veſtigia ei⁹ ſequẽs. e ¶ In generatiõibus ſuis. Quaſi nõ cõſummatæ iuſticiæ, ſed iuxta generationẽ ſuã. f ¶ Diſperdã eos cũ &c. Tradũt doctores terræ virorẽ & fœcunditatẽ longè eſſe inferiorẽ poſt diluuiũ, & ideo hoĩbus eſum carniũ cõceſſum, cũ antea tm̃ terræ fructib⁹ victitarẽt. g ¶ Fac tibi arcã de lignis. ſ. fortib⁹ & inſolubilib⁹, & bene coartatis, quæ alia trãslatio dicit quadrata: vt nec vi ventorũ, nec inũdatione ſoluet. h ¶ Manſiũculas &c. Stra. Lxx. Bicamerata & tricamerata in arca facies. Bicamerata in inferioribus. Tricamerata in ſuperiorib⁹. Quinq; ergo mãſionib⁹ diſtincta ſunt, Prima. ſ. iferior fuit ſterchoraria, q̃ ſtercora defluebat, ne q erãt ĩ arca fetore læderetur. Scđa apothecaria. Tertia immitiũ aĩaliũ & ſerpentinũ. Quarta manſuetorũ. Quinta ☞ id eſt ſup.

F

120. anni ad cõuerſionẽ dati.

Gigãtes.

Allegoricè.

Cordis hominis malitia irritat deum, infra 8. d.

Pœnitet deũ hoiem feciſſe. ecci. 44. c.

al's † dño.

Noe iuſt⁹.

Sem, Chã, Iaphet.

¶ Vſq; ad diluuium ad agẽdam pœnitentiam, quibus ædificata eſt arca. ¶ Anteq; inciperet fieri arca.

a Eruntq; dies illius centum ui- a

a ¶ Immanes corpore, ſuperbi uiribus, inconditi moribus. Vnde gigãtes id eſt, filij terræ dicũtur. ¶ In hebræo cadẽtes.

ginti annorum. Gigantes aũt b erant ſuper terrã in diebus illis. Poſtq; enim ingreſsi ſunt [1] filij dei ad filias hoĩm, illæq; genuerũt: iſti ſunt potẽtes à ſeculo & c

b uiri famoſi. Vidẽs aũt deus, q̃ d multa malicia hominũ eſſet in terra, † & cuncta cogitatio cor- e dis intẽta eſſet ad malum omni f g

a ¶ Vſitatis uerbis nobis loquitur ſcriptura, ut ex cognitis procedat ad incognita.

c tempore, pœnituit eum, q̃ hominem feciſſet in terra. -Et pre- h

a ¶ Ne deterius contingat.

cauens in futurũ,) & tactus dolo- i re cordis intrinſecus, delebo inquit hominẽ quem creaui à facie terræ, ab homine uſq; ad ani- k mantia, à reptili uſq; ad uolu- l

a ¶ Videtur pœnitere dum opus mutat, uoluntate tamen & diſpoſitione immobili permanente.

cres cœli. Pœnitet enim me feciſſe eos. Noẽ uerò inuenit gra- m tiam coram † deo. Hæ ſunt ge-

d e nerationes Noẽ: Noẽ uir iuſtus n

a ¶ Viator non comprehenſor.

atq; perfectus fuit in generatio- o

a ¶ Id eſt, ſecundũ iuſtitiã perfectã præſentis uitæ non futuræ.
b ¶ Sequens ueſtigia eius.

nibus ſuis, cum deo ambulauit,

a ¶ Nomen uel nominatus. b ¶ Callidus.

& genuit tres filios Sem, Cham,

a ¶ Latitudo.

& Iaphet. Corrupta eſt autem p

a ¶ Homo, propter quẽ cuncta creata, quo peccante omnia dicuntur corrupta.

terrã coram deo, & repleta eſt q iniquitate. Cumq; uidiſſet deus

a ¶ Id eſt, homo quo peccante omnis caro dicitur corrupiſſe uiam quia propter eum omnis caro creata.

terram eſſe corruptam, omnis r

a ¶ Vitam, actiones.

quippe caro corruperat uiam ſuam ſuper terrã, dixit ad Noẽ:

a ¶ Omnium mortalium præter eos, qui in arca erãt ſaluandi, quaſi ſeminarium ſecundæ originis.
b ¶ Beneplacito mihi iudicio.

Finis uniuerſæ carnis uenit co-

a ¶ Id eſt habitatores terræ.

ram me. [2] Repleta eſt terrã ini-

a ¶ Præſentia.

f quitate à facie eorum, & ego diſ- s

a ¶ Vt non ſit ſuo more fructifera.

g perdam eos cum terrã. Fac t

a ¶ Eccleſiam. b ¶ In hebræo butiminatis ¶ Alij quadratis. ¶ Politis, ne quid nociuum inhæreret. ¶ Quia uita ſanctorum firma & ſtabilis.

tibi arcam de lignis leuiga- u

a ¶ Ad diſtinctionem animalium ¶ Diuerſos ordines uitæ.

h tis. Manſiunculas in ea facies, x

*Nicolaus de Lyra.*

nimis implicatus peccatis carnalibus, verũtamen ad declarationem iuſtitiæ meæ differam executionem ſentẽtiæ meæ, vt habeãt locũ pœnitẽtiæ, et hoc eſt quod ſubdit: a ¶ Erũtq; dies &c. Non eñ poteſt dici q̃ hic determinet tẽpus vitæ humanæ poſt diluuiũ, quia multi diuti⁹ ſatis vixerũt poſt diluuiũ, vt patet infra. xj. ca. ſed determinat tp̃s à prolatione ſñiæ diuinæ vſq; ad executionẽ, in quo poterãt pœnitere, & hoc idẽ dicit Hieronym⁹. li. de hebra. quæſtioni. Item patet, q̃ hæc ſñia fuit data. xx. annis anteq̃ Noe generaret, quia inter primã ei⁹ generationẽ, & inundationẽ diluuij fuerũt tm̃ centũ anni: quia quingẽtorũ annorũ erat quãdo cœpit generare, vt dictũ eſt, & ſexcẽtorum annorũ tantum quãdo diluuiũ inundauit, vt habet. vij. ca. b ¶ Gigantes autem erant. id eſt proceri, excedentes hoĩes in ſtatura, & robuſti viribus, & incompoſiti moribus. Nec valet quod ſupra dictum eſt tales fuiſſe genitos à dæmonibus, ſecundũ vnam opinionẽ; quia etiã poſt diluuium in quo deleti ſunt omnes iſti. Leguntur fuiſſe gigantes: Deut. ij. & iij. ca. Et. ij. Regũ. xxj. qui tamen fuerunt ab hominibus geniti. c ¶ Iſti ſunt poten. &c. id eſt ab antiquo. d ¶ Viri famoſi. ſcilicet malæ famæ, quia raptores & luxurioſi. vnde ſequitur: d ¶ Videns &c. quantũ ad multitudinem vitiorum. e ¶ Et cuncta &c. Ex quo patet q̃ peccabant non ex paſsione tãtum, ſed ex certa malicia. f ¶ Omni tẽpore. quãtũ ad cõtinuationem pctõrum ſuorũ. g ¶ Pœnituit &c. Pœnitẽtia aũt & dolor & cæteræ paſsiones nullo mõ ſunt in deo ſcđm rem, ſed ſecũdũ modũ: & ideo dicit pœnituiſſe, quia ad modum pœnitẽtis ſe habuit volẽs diſsipare qđ prius fecerat. h ¶ Et præcauẽs in futurũ. ne multiplicarent talia mala. i ¶ Et tactus do. &c. quia ad modũ dolentis ſe habuit delẽdo hominẽ quẽ formauerat ad imaginẽ ſuam. k ¶ Ab hoĩe vſ. &c. quia peccata hominũ facta fuerãt in terra, ideo ad deteſtationem criminis deleta ſunt animalia quæ habitant in terra. l ¶ Ad volucres cœli. quia accipiunt ibi paſtũ, piſces autem habitantes in aquis non ſunt mortui p diluuiũ, quia peccata hominũ non fuerunt facta in aquis. m ¶ Noẽ vero. Hic cõſequenter à generali ſentẽtia diluuij, Noẽ cum filiis excipit, cum dicitur: Noẽ vero &c. Et cauſa ſubditur: n ¶ Noẽ vir iuſt⁹ &c. & ideo cũ aliis nõ periit. o ¶ In generationibus ſuis. Hoc dupliciter exponitur: Vno modo ad diminutionẽ laudis ſuæ, acſi diceretur, licet Noẽ fuerit iuſtus & perfectus in cõparatiõe ad homines illius tẽporis, qui mali erant; tamen ſi fuiſſet tẽpore Abrahæ, parum fuiſſet reſpectu eius. Alio modo ad augmẽtum laudis iuſtus & pfectus fuit, etiã inter malos homines qui ipſum nitebantur verbis & exẽplis trahere ad malum: & ideo multo maioris pfectionis fuiſſet ſi vixiſſet inter bonos. & hoc modo beat⁹ Grego. dicit q̃ ad laudem ipſius Loth dicit infra. xiij. ca. q̃ habitauit in Sodomis, qa inter hoĩes illos peſsimos mundiciã ſeruauit. p ¶ Corrupta eſt &c. quãtum ad carnalia peccata. q ¶ Et repleta eſt iniqui. &c. quantum ad fraudes & rapinas. r ¶ Omnis quippe ca. &c. id eſt omnis homo quia non ſolũ peccauerãt peccatis fornicatiõis & adulterij ſed etiam peccatis cõtra naturam. Alio modo intelligit omnis caro, quia etiã aues & animalia inordinate cõmiſcuerant ſe cum illis quæ non erãt ſui generis vel ſpeciei. Sequitur. s ¶ Et ego diſperdam &c. quia per ſalſedinẽ aquarũ diluuij ipſa terra peiorata eſt. Hebræi autem dicũt, q̃ tres palmi de ſuperficie terræ per aquas fuerunt tabefacti, & in aquam conuerſi: & ideo additur hic, cum terra. t ¶ Fac tibi arcam. Hic conſequenter cõſtructio arcæ præcipit, cum dicitur: Fac tibi. id eſt ad ſalutẽ tuam & aliorum qui tecum ſunt ſaluandi. Arcã: quia non fuit facta p modũ nauis, ſed p modũ arcæ quadrata latera habẽtis, tamẽ erant inæqualia, vt dicet infra. v ¶ De lignis leuigatis. id eſt dolatis & complanatis. x ¶ Manſiũculas in ar. fa. id eſt diſtinctiones vt diuerſa poſsint collocari diſtinctè ☞ Et bitumine

* ponitur remediũ, cum dicitur ipſi Noẽ, p quem bonus prælatus ſignificat. t ¶ Fac tibi arcã, id eſt virtutũ fabricã. v ¶ De lignis leuigatis. id eſt dolatis, Per fabricã em virtutũ: motus interiores & act⁹ exteriores aſpitate et tortuoſitate remota: ad ratiõis rectitudinem reducuntur. x ¶ Manſiunculas in arca facies. per quas diſtincti gradus virtutũ deſignantur. Nam aliquæ dicuntur politicæ vel humanæ. Aliquæ vero heroicæ ſeu diuinæ, vt habet. vij. Ethi. Et diuinæ diſtingũtur. Nam aliquæ dicũtur exẽplares, & aliquæ purgatoriæ, & aliquæ purgati animi ſecundũ Macrobiũ.

G

H

a Quia repleta eſt.

Prædicit de⁹ diluuiũ ipſi Noe.

Forma arcæ.

1 Filij dei, vel, principum.

† Et q̃ oĩs imaginatio cogitationum cordis eorũ tm̃ mõ eẽt malũ.

Et pcauens in futurũ.

Venit coram me. id eſt, ſtatutũ eſt apud me amputare oẽs homines.

Moraliter.

Leuigatꝫ גֹּפֶר gopher ligni leuiſsimi nomẽ ẽ. Cald. iterp̃s cedri ✗ tit. hiero. bituminatis. lxx. qua-

* Et bitumine dratis.

id eſt ſuprema hoim & auium,oſtiũ:vbi bicamerata & tricamerata
A iungebantur. i. inter apothecariã & beſtiarũ habitationẽ. Augu.
In pria habitatiõe in inferioribus ſemel camerata erat,arca,in ſcd'a
ſuper inferiorẽ habitationẽ bicamerata.In tertia vͦ ſup ſecũdã tri-
camerata. Aug. Dicũt alij in inferiorib⁹ duas fuiſſe mãſiũculas,&
ſic arcam fuiſſe bicameratã.harum inferior
ſtercora ſuſcipiebat,ſecũda eſcas, quæ apo-
thecaria dicebatur in ſuperioribus tricame-
rata erat vbi homines & animalia cõgrua di
Cõparatio arcę et eccl'. ſtinctione cõtinebantur. ¶ Iſido. Arcã cõ-
ſtruxit Noẽ de lignis imputribilibus,& xp̃s
eccleſiam de victuris in ſempiternum hoib⁹
q̃ ſicut arca natat in fluctib⁹. Arca de lignis
quadratis,eccleſia de ſanctis, quorũ ſtabilis
vita ad oẽ opus bonum parata,ſicut lignũ
quadratum ab oi parte firmum ſtat. Ex bitu
mine cõglutinent̃ ligna intrinſecus & extrin
ſecus,vt ex cõpage vnitatis ſignificetur tole-
rantia charitatis,ne concuſſa eccleſia ab his
Bitumen. quæ intus ſunt, vel ab his qui foris, cedat à
fraterna iunctura. Eſt enim bitumen feruen-
tiſſimũ & violẽtiſſimũ glutẽ,& ſignificat di-
lectiõis fauorẽ,vi magnitudinis ad tenẽdã ſo
Corpis humani & arcæ cõpatio cietatẽ, oĩa tolerãtem. Qd' ſexies lga ad la-
titudinem,& decies ad altitudinem humani
corporis inſtar oſtẽdit,in quo xp̃s apparuit.
I Deorſũ cœnacula & triſtega. Calde. intpres mã ſiones inferiores ſecũdas et tͨtias. Corporis longitudo à vertice vſq; ad veſti
gium,ſexies latitudinẽ continet,q̃ eſt ab vno
latere vſq; ad alterum. & decies altitudinem
quę eſt à dorſo vſq; ad ventrem. Qd' quinq̃ginta cubitis latitudo
expandit̃,latitudinẽ ſignificat cordis q̃ fit charitate ſpirituali. vnde
Ro.v.a. Charitas dei diffu.&c̃. Quinq̃geſimo die poſt reſurrectio-
nem xp̃s ſpm̃ miſit;quo corda credẽtium dilatauit. Trecentorũq;
B cubitorum longitudo ſexies quinquaginta cõtinet ſicut ſex ætatib⁹
omne tp̃s ſeculi extendit̃,in quibus nõ deſtitit prędicari Chriſt⁹,in
Tau. Matt.25.b. quinq; prophetizatus,in ſexta euangelizatus. a ¶ Trecento-
rũ cubitorũ &c. Iſi. poteſt in trecẽtis cubitis lignum crucis oſtẽ
di. Hui⁹ em̃ numeri litera,τ,Tau,crucis ſignũ oſtẽdit,quo ſocij paſ
Luc.15.a. ſionis per baptiſmum effecti,lõgitudinẽ vitę æternæ adipiſcimur.
Altitudo.xxx.cubitis ſurgit quẽ numerũ decies habet lõgitudo in
ccc,cubitis,qa xp̃s eſt altitudo nr̃a,q.xxx.annorum euãgelium con
ſecrauit;cõteſtãs qa nõ venit legẽ ſoluere,ſed adimplere. Lex verò
cum in decẽ p̃ceptis agnoſcit̃,in decies tricenis cubitis arcę lõgitu
do pficitur. Vnde & Noẽ decimus ab Adam cõputat̃. Centenari⁹
ſolidus quadrat⁹ denario in ſe ducto multiplicat⁹,ſignificat electos
p iuſtificationẽ p̃ceptorũ glͥficãdos. Vnde hõ q habebat cẽtũ oues
vna pdita:reliqt nonagintanouẽ,& q̃ſiuit eã q̃ pierat,& inuentam
vt centenariũ reformaret,repoſuit q triplicatus gr̃am immortalita
tis,à patre p filiũ & ſpm̃ſctm̃ ſuſcipit apud eos q p gratiã trinitatis
augent̃,& qui ex centenario lapſi per agnitionem trinitatis eidem
reformantur. Latitudo quinquaginta cubitorum remiſſionem ſi-
gnificat,qa qnq̃geſimus annus.i.iubilęus,ſeruos liberabat, poſſeſ
ſiones reſtituebat,debitoribus indulgentiã dabat,exulibus patriam.
Chriſtus ergo in eccleſia ſua quinquageſimum numerũ collocauit
in latitudine,nſi enim peccatorum remiſſionem donaſſet,eccleſia p
orbem dilatata nõ eſſet:tricenarius in altitudine numerus:ſimile tri
centenari⁹ continet ſacr̃m. Ad vnum aũt ſumma reuocat̃,qa vnus
Myſtice. Gregorij myſtica arcę ad ecc'iã reductio. de⁹ ex quo oĩa,& vna fides,& vnũ batiſma. ¶ Greg. Arca q̃ tre-
centis cubitis fieri in lõgitudine iuſſa eſt,quinquaginta in latitudi-
ne,triginta in altitudine:vno cubito cõſummata eſt,eccleſiam nãq;
ſignificat,quæ inferius ampla,ſuperius anguſta:quia ab ea latitudi
ne quam adhuc in membris infirmantibus habet,parumper angu
ſtata & in altum proficiens,ad vnũ tendit. Rõ em̃ exigit vt in arcæ
longitudine omnes beſtiæ quadrupedia & reptilia in inferioribus
fuerint,hõ & volatilia in ſuperiorib⁹. Iuxta ſupiorẽ ptẽ feneſtra fuit
in latere de qua colũbã vel coruũ dimiſit hõ. Hõ ergo & volatilia
iuxta vnum cubitum fuerũt. In multis em̃ carnalib⁹ ſuis ecc'ia lata,
in paucis ſpiritualib⁹ anguſta,& qa ad vnũ hoiem q ſine pc̃tõ eſt,
colligit̃,q̃li in vno cubito cõſummat̃. Videm⁹ mltos in eccleſia ſu
perbire,laſciuire,& terrenis reb⁹ inhiare,iraſci & rixari,& pximos
lędere. Sed quia ecc'ia tolerat eos vt cõuertent̃,quaſi in arcæ latitu
dine beſtiæ fuiſſe dicuntur. Videmus alios aliena nõ rapere,illatam
iniuriam æquanimiter tolerare,rebus propriis contentos eſſe,hu-
milier viuere. Sed quia iam pauci ſunt,anguſtatur arca. Alios
videmus etiam poſſeſſa relinquere,terrenis rebus nullum ſtudium
dare, inimicos diligere carnem domare, omnes motus ratione
premere,per cœleſte deſiderium contemplationis penna ſubleuari.
Sed quia valde rari ſunt,iam arca iuxta cubitum ducitur,vbi ho-
mines & volatilia continentur. Sed quia nullus ſine peccato C
eſt, niſi ille qui conceptus eſt ſine pc̃tõ,in vno cubito arca cõſum-
mat̃;quia vn⁹ eſt author & redẽptor ecc'ię ſine pc̃tõ,ad quẽ & per
quẽ oẽs pficiũt,qui ſe pc̃tores nouerũt. b ¶ In cubito.c.ſ.eius.
Sic ecc'ia in vnitate collecta ſublimat̃ atq; pficitur. vñ Matth.xij.c.
Qui nõ colligit mecũ diſpergit. c ¶ Oſtiũ
autẽ ar.&c. Nemo em̃ intrat eccleſiam niſi
per ſacramentum remiſſionis peccatorum,
quod de latere aperto emanauit. d ¶ Cœ
nacula & tri.&c. Lxx. Bicamerata &
tricamera

a ¶ quod eſt gluten feruentiſſimum,quo linita ligna nulla uiolentia diſſoluentur.
¶ dilectionis ardore. b ¶ ne diſſoluatur ab his qui intus ſunt uel ab his qui foris ſunt.

& bitumine linies intrinſecus, a
& extrinſecus. Et ſic facies eã, †

a ¶ Geometricorum quorum quiſq; ſex cubitis humanæ manus impletur.

a Trecentorum cubitorũ erit lon b

a ¶ arca in fundamento quadrata inęqualis longitudinis & latitudinis fuit ab angulis in arcum conſcendens, donec in cubito longitudinis & latitudinis ſummitas perficiatur.

gitudo arcę, qnquaginta cubi- †
torũ latitudo, et triginta cubito c

a ¶ in hebræo, meridianũ facies arcæ. Symmachus: dilucidum arcæ facies id eſt feneſtram.
¶ ad emittendum coruum uel columbam. ¶ hanc tradunt iudæi cryſtallinam fuiſſe.

rum altitudo illius. Feneſtrã in d
b † ea facies, et ĩ cubito cõſũmabis e

a ¶ Oſtium in latere arcæ, uulnus in latere chriſti.

c ſummitatẽ eius. Oſtium aũt ar f
d cę pões ex latere, deorſũ, I cœna g

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Et bitumine &c. Litera hebrai
ca habet, בכפר chopher,piſce. Quod autẽ
fuit linita intrinſecus & extrĩſec⁹,hoc fuit p-
pter magnum impetum aquarũ, & qa diu
Vaſculũ q̃ Moyſes expoſitus fuit ſtetit in aqua. Vaſculũ autẽ in quo fuit poſi-
tus Moyſes,fuit tm̃ linitum exteri⁹,qa non
diu ſtetit in aqua nec etiã aqua in quã poſit⁹
fuerat,erat ita impetuoſa. hebręi dicũt, qd'
hoc fuit ne malus odor picis noceret infãti
Cubitus. Als, † arcę interi⁹ poſito. b ¶ Trecentorũ cubi-
torum &c. Aliqui dicunt q̃ iſti cubiti qui
deſcribunt̃ hic in fabricatione arcę fuerunt
geometrici,quorũ vn⁹ cõtinet nouẽ vſua-
les. Sed tũc occurrit dubiũ, quõ ędificiũ tã-
tę longitudinis & latitudinis poterat ſimul
cõtiguari & cõſolidari: Hebręi aũt dicunt q̃
fuerũt vſuales. Sed tũc occurrit dubiũ,quõ tot aĩalia & cibaria po-
terant ibi collocari: Iſtud tamẽ dubiũ mihi videt̃ minuſq; primũ,
qa cubit⁹ vſualis tenet pedẽ & dimidium.i.tantã lõgitudinẽ quãtã
eſt à cubito brachij vſq; ad manũ ſecũdũ aliquos. Scd'm alios vͦ
tenet duos pedes.i.tãtum ſpacium quãtum eſt à cubito brachij
vſq; ad ſummitatẽ digitorũ,qd' eſt magis veriſile iudicio meo. Pe-
Vlna. D des etiã tp̃is illi⁹ erãt mlto maiores q̃ nũc, ſicut & hoĩes erãt maio
ris quãtitatis in mole & duratione. Hebręi autẽ loco cubitorum di
cunt vlnarũ,ex hoc tñ loco & plurib⁹ aliis ſcripturę videt̃ q̃ vlna
eorum eſſet cubitalis lõgitudinis tm̃. c ¶ Et triginta cubitorũ
Feneſtra arcæ. &c. Dicunt aliq,q̃ corpus arcę erat tãtæ altitudinis p̃ter tectum.
Alij autẽ dicũt,q̃ altitudo tecti hic includitur. d ¶ Feneſtrã in
ar.fa. Hebręi autẽ hñt,lucernã.& dicunt aliq, q̃ iſta lucerna erat
lapis p̃cioſus ſuo lumine illuſtãs arcã ſicut carbũculus. Alij autẽ di-
cũt,q̃ fuit feneſtra cryſtalina,vt lumẽ reciperet & aq̃s phiberet. Sed
qa videtur difficile,q̃ vna feneſtra ſufficienter illuminaret tãtũ ędifi
ciũ,& maximè tot mãſiõib⁹ diſtinctum,iõ dicũt alij q̃ erãt ibi plu
res alię feneſtre,ſed vna erat maior & principalior,& iõ de illa ſola
fit hic mẽtio. e ¶ Et in cu.&c. Ab angul' arcę ſupiorib⁹ tectũ
pcedebat ſeſe cõſtringẽdo,ita qd' in ſũmitate latera nõ diſtabãt niſi
p cubitũ,& hoc erat vt pluuia deſcendens ſup tectum extra arcam
deflueret facilius & vt arca inter impetus vndarum ſtaret firmius.
Oſtiũ arcę. f ¶ Oſtiũ aũt ar.&c. Hic ẽ punct⁹ ſcd'm hebraicã lr̃am. Oſtiũ
em̃ arcę nõ poterat cõuenięter poni in inferiori pte,quia arca fuit
pfundata inter aq̃s p duodecim cubitos & pl⁹ vt videbit̃ inferius.
Itẽ ſcd'm expoſitores catholicos iſtd' oſtiũ fuit in cõfinio habitatio-
nis animalium & apothecæ,ita quod oſtium erat ſupra duas man
ſiones. g ¶ Deorſum. Hebraicus textus habet,infima,ſecũda,
& tertia
Moralit. * a ¶ Et bitumine.id eſt charitate. a ¶ Linies eã intrin-
ſecus.id eſt charitate ad deum. † ¶ Et extrinſecus.id eſt cha
ritate ad proximum.& benè dicit̃ linies,quia charitas eſt forma vir
tutum. b ¶ Trecentorũ cu.erit long. Per qd' deſignat̃ me-
ritum perfectorum ſcilicet virginum martyrum & doctorũ,& me
ritũ q̃rũlibet iſtorũ trium eſt centenarium. † ¶ Quinquagin-
ta cubitorum latitudo.id eſt meritum proficientiũ. c ¶ Tri
ginta cubi.altitudo.id eſt meritum incipientium,quod eſt min⁹
p̃dictorum. d ¶ Feneſtrã in ea facies. Per quã orõ deuota ſi-
gnificatur,quia p eã gr̃æ lumen ingreditur: Sap.vij.a. Inuocaui &
venit in me ſp̃us ſapiæ. e ¶ Et in cubito cõſumma.ſummi-
tatẽ eius. Per cubitũ qui eſt mẽſura minima hic deſcriptorũ intel-
ligit̃ virtus humilitatis,quę ad ſumma eleuat. Luc.xiiij.c. Qui ſe hu-
miliat exaltabitur. f ¶ Oſtium autem arcę pones in latere.
Habuit em̃ arca q̃tuor latera,per quæ quatuor virtutes cardinales
deſignant̃. Latus verò in quo fuit oſtium,prudẽtiam deſignat, quę
conſtituit medium in aliis virtutibus,& ideo per eam eſt ingreſſus
intra arcã,q̃ vt dictũ eſt ſignificat ędificium vͥtutum. g ¶ Cœ
nacula & triſtega in ea facies &c. Repetitio eſt eius quod di
ctum eſt,manſiunculas in arca &c̃. ideo nihil nouum hic pono.
h * Bina de

☞ tricamerata,ex oibus em̃ gentib⁹ vel bipertitam multitudinẽ cõgre
E gat eccleſia,ex circuncisione & præputio,vel tripartitam ex tribus filiis Noẽ,quorum progenie repletur orbis.Inferiora autem arcę diſtincta ſunt,quia in hac vita terrena eſt diuerſitas gentium. In

1 Et interficiam. ſummo autem omnes conſummantur in vnum,quia omnia & in omnibus Chriſtus. ¶ Alchui. Congruè arca in ſummo velut tecto quodã anguſto cacuminata eſt vt imbrium minas diffunderet,& ima in aquis ſtabilitate quadrata conſiſtens,nec impulſu ventorum,nec impetu fluctuũ,nec inquietudine animalium quæ intus erant inclinari poſſet aut mergi.

Qui arcam ingredi deberent. Matt. 7 b.

ans,† terræ. ¶ Greg. Arca in inferiorib⁹ ampla,in ſupioribus anguſta,in ſũmitate ad vnũ cubiti mẽſurã excreuit. Inferi⁹ em̃ q̃drupedia & reptilia. Superi⁹ vero aues & hoĩes habuiſſe credit. Ibi lata,vbi beſtię. Ibi anguſta,vbi hoĩes, qa in carnalib⁹ ampla in ſpũalibus anguſta. Vbi em̃ beſtiales tolerat,lati⁹ ſinũ laxat:vbi rõnales habet,ad ſummũ ducit. Lata eſt qppe via q̃ ducit ad pditionẽ,& multi vadũt p eã. Anguſta eſt porta q̃ ducit ad vitã,& pauci veniũt ad eã. Arca ĩ ſũmis anguſtat̃ vſq; ad

2 omnibus iumentis. vnũ cubitũ,qa in eccl'ia quãto ſanctiores tãto pauciores,q in ſummo ad illũ pducũtur, q ſol⁹ hõ ſine cõpatiõe ſanct⁹ natus eſt,ſicut paſſer vnic⁹ in ędificatiõe. Tãto ergo magis mali tolerãdi ſunt,quãto plures ſunt, qa in

Mali tolerandi. areæ tritura pauca ſunt grana quę in horreis ſeruantur,grandes aceruí palearum,quę ignibus comburuntur. ¶ Grego. Moraliter autem qui ſe ab amore mundi conuer

Moralit. tit,in corde ædificat arcã ſalutis, habens in ſe longitudinem id eſt trinitatis fidem ac longitudinem vitæ & immortalitatis. Latitudinem in charitate,qua poteſt bene facere etiã inimicis. Altitudinem in ſpe,qua ſe erigat ad cœleſtia & ſummam actuum ſuorum ad vnum referat. a ¶ Et ex cunctis &c.

Auguſtinus. Quęritur de minutiſſimis animantib⁹: quales ſunt

Quæſtio. mures & ſtelliones,quales & muſcæ & ſcabrones,ſcarabei & puli
F ces:ſi numerus ſeruatur? Sed quæ non de coitu generantur, ſed de terræ humore vel cadauerum vel aliarum rerum corruptione naſcunt̃,nõ fuit neceſſe in arca eſſe:quod innuitur cũ dicitur:de volucribus iuxta genus ſuum,& de iumentis in genere ſuo. Illa quoq; quæ in domibus verſantur,ſicut pulices,mures,muſcę,non fuit neceſſe ſecundum numerum eſſe,quæ intelliguntur tunc in domibus plura fuiſſe. Quæ autem ex commixtione diuerſi generis naſcuntur,ſicut muli,burdones,& huiuſmodi, non eſt dicendum in arca fuiſſe. Quæ autem in aquis & in terris communiter viuunt ſicut luteres,vituli marini, extra arcam habebant loculos pręparatos, quibus ſe poſſent recipere velut in aridis. De auib⁹ quoq; marinis & fluuialibus idem ſentiendum. Quòd cuncta animalium genera includunduntur in arca,ſignificat quod ex omnibus gentibus & nationib⁹ cõgregat̃ eccl'ia,ſicut in diſco petri mũda & ĩmũda; ſunt aĩalia,ſic ĩ eccl'ię ſacramẽtis verſant̃ boni & mali. b ¶ Tolles igit̃ &c. Solet q̃ri de aĩalib⁹ q̃ tm̃ putant̃ veſci carnib⁹,vtrũ p̃ter numerũ ibi fuerit ſine trãſgreſsiõe mãdati q̃ aliorũ alẽdorũ neceſſitas cõe

Sequitur prima figura arcæ Noẽ.




a ¶ Lxx. bicamerata & tricamerata.

cũla et triſtega facies in ea. Ecce ego adducã aq̃s diluuij ſup terrã, [1] ut ĩterficiã oẽm carnẽ,ĩ q̃ ſpirit⁹ uitæ ẽ ſubt̃ cœlũ,& uniuerſa

a ¶ de te & de familia tua conſeruanda ad reparationem humani generis.

q̃ ĩ terra ſunt cõſumet̃. Põnãq; a fœd⁹ meũ tecũ,& ĩgredieris ar b cã tu et filij tui uxor tua et uxo a res filiorum tuorũ tecũ. Et ex cunctis animãtibus uniuerſæ † carnis bina induces in arcã,ut uiuant tecum maſculini ſexus & fœminini. De uolucribus iuxta genus ſuum,& de [2] iumentis ĩ gñe ſuo,et ex oĩ reptili terrę ſecundũ genus ſuũ. Bina de oĩ

a ¶ ſponte non hominis actu ſed dei nutu.

bus ingrẽdient̃ tecũ:ut poſſint c

a ¶ ne diluuio perirent.
b ¶ quaſi quęreret unde uiueret.

b uiuere. Tolles igit̃ tecũ ex oĩb⁹ d eſcis quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te,& erunt tã tibi q̃; illis in cibũ. Fecit igit̃ e Noẽ oĩa q̃ p̃ceperat illi deus.

giſſet includi,vel quod magis credendum eſt præter carnes alimen G ta eſſe potuerunt,quæ omnibus conuenirent. Multa enim animalia quibus caro cibus, fructibus eſt pomiſq; veſcuntur, maxime fico & caſtaneis. Potuit ergo vir iuſtus & ſapiens & diuinit⁹ admonitus,quæ cuiq; congrueret,alimoniam pręter carnes reperire & cõdere,& oĩb⁹ veſci cogit fames & nihil eſt q̃ de⁹ ſuaue & ſalubre facere nõ poſſit,q etiã vt ſine cibo viuerẽt diuina facultate dõaret.

*Nicolaus de Lyra.*

☞ Ex omi & tertia vel terna. Ex hoc patet quod ly deorſum,coniungitur cum litera ſequenti ſecundum enim iſtam literam videtur quòd in arca erant tres manſiones aſcẽdendo,vna ſuper alteram, ita quod infima vocabatur ſentina vel ſtercoraria,quia ibi feces defluebant,& iſta dicitur fuiſſe ſimplex abſq; aliqua intercluſione. media autem vocabatur apotheca, quia ibi repoſita erant victualia, & dicitur fuiſſe bicamerata, qa aliqua aĩalia viuunt herbis, alia fructibus,& ideo in vna diſtinctione erant fructus,& in alia herbę. Superior autem mãſio quia maior erat,erat diſtincta duabus intercluſionibus, & ſic erant ibi tria ſpacia. medium erat pro hominibus & auib⁹,duo autem lateralia pro animalibus mitibus & immitibus, vt patet in figura prima. Aliqui dicũt,quod iſtę qnq; maſiones erãt abſq; diſtinctione media, vna ſuper aliam ſecundum longitudinem & latitudinẽ arcæ,vt patet in figura ſecũda. ¶ Sciẽdum tamẽ,quod quadratura huius arcæ nõ poteſt bene figurari in plano, ſed figuratur vnum latus ſecundum longitudinem,& alia tria latera ſupponenda ſunt per imaginationem ſuſpicientis. ſed prima expoſitio magis conſonat literę in hebraico & latino.

a ¶ Ponamq; fœdus &c. Non loquit̃ hic de fœdere q̃ pepigit cũ Noẽ p appitionẽ iridis,vt habet̃. ĩ. ix. c. ſed magis de fœdere ad cõſeruãdum ipm Noẽ & ſocietatem ſuam à malis hominibus illius tẽporis,dicebãt em̃ q̃d ſi viderẽt eũ velle intrare arcã,ipm interficerẽt ne ipſis morientib⁹ in diluuio ipſe remaneret,hoc ẽ q̃d videt̃ ſonare lr̃a ſequẽs. Fœdus dei cum Noẽ. H

b ¶ Et ingre. ar. &c. ſ. ſalui. Cætera patent vſq; ibi. c ¶ Vt poſſint viuere. Ex quo patet quod piſces non erant ibi poſiti, quia ſaluati ſunt in aquis, peccata enim propter quæ dominus adduxit diluuiũ ſuper terram, facta fuerunt in terra & non in aq̃ & ideo piſces non fuerunt mortui ſicut alia animalia & aues. d ¶ Tolles igitur tecũ &c. Ad munitionem arcæ vſq; ad annum integrum,quia ad tãtum temporis fuerunt in arca,vt patebit infra. e ¶ Et erunt &c. Non tamen indiferẽter & cõiter,ſed ſingula ſingul' ſecũdũ cõditionẽ naturę ſuę,verũtñ tpe neceſſitatis bñ viuũt hoĩes & animalia de cibis, q̃s aliàs nõ comederent.

✱ † ¶ Bina de omnib⁹ &c. Per binarium charitas deſignatur eò quòd ſunt duo præcepta charitatis,dei ſcilicet & proximi. Per hoc igit̃ q̃d bina de oĩbus ingreſſa ſunt arcã,deſignat̃ q̃ q charitatẽ nõ hñt,extra ędificiũ vtutũ manẽt. d ¶ Tolles igit̃ &c. eſcis, id eſt ex ſcripturis ſacris quibus nutriunt̃ oẽs fideles & reficiuntur. Moralit.

Sequitur ſecunda figura arcæ Noẽ.



A ¶ In ca.vj.vbi dicitur in poſtilla.Hoc exponitur multipliciter vno modo per hoc ꝙ intelliguntur dæmones incubi &c̄.

## ADDITIO I.

¶ Hæc expoſitio quã refutat poſtillator eſt conſonans literæ, & ē̄t conformis ſententiæ.Aug.Nec rō̄ cō̄tra eã ꝑ poſtillatorē̄ facta videꝛ valere.¶ Primū̄ patet:Nã vbi nr̄a lr̄a habet:Gigã̄tes ã̄t erã̄t ſuꝑ terrã.Hebraica veritas habet בנפילים, Nephilim,qđ nihil ſignificat niſi cadē̄tes,prout etiã in glo.nr̄a interrliniari habeꝛ,ꝑ qđ ꝓpriè ſignificã̄tur dæmones,ꝗ de cœlo ceciderū̄t.De ꝗbus Eſaiæ.xiiij.c.Quomō̄ cecidiſti de cœlo lucifer &c̄. Et Chriſtus Luc.x.c. Videbã ſathanã ſicut fulgur cadentē̄ de cœlo &c̄.Iſti em̄ cadē̄tes dicunꝛ fuiſſe ſuꝑ terrã in dieb⁹ illis.ſ.ante diluuiū̄,ꝗa ꝓtū̄c cognoſcē̄tes magnã diſpoſitionē̄ ſeu ꝓnitatē̄ hoīm ad malū̄,frequē̄tabã̄t magis cõuerſionē̄ ſuã cū̄ eis,intã̄tū̄ ꝙ in corporib⁹ aſſumptis mulieribus cȭmiſcebanꝛ.¶ Secū̄dū̄ patet,nã ſcđm Aug.xv.de ciui.dei.ca.xxiij.hmōi dæmones tales cō̄cubitus exercentes,vulgus vocat incubos.Nã dicit:Et qm̄ creberrima fama eſt,multiq́ȝ ſe expertos, vꝉ ab eis ꝗ experti eſſent(de quorū̄ fide dubitandū̄ nō̄ eſt)audiſſe confirmã̄t.Ex quo quidē̄,talē̄ cō̄mixtionē̄ cō̄cubitū̄q́ȝ negare(ꝓut ipſe Augu.ibidē̄ dicit)imprudē̄tia videꝛ eſſe,eo ꝙ à multis expertis cō̄firmatur:Hoīes interdū̄ naſcunꝛ nō̄ ꝑ ſemē̄ ab ipſis dẹmonib⁹ deciſum,ſed ꝑ ſemē̄ alicuius hōis ad hoc acceptū̄,vt pote ꝙ idē̄ dẹmon ꝗ eſt ſuccub⁹ ad virū̄,ſit incubus ad mulierē̄:& ſic ille ꝗ naſciꝛ,non eſt filius dẹmonis,ſed filius hoīs.ſ.illius cui⁹ eſt ſemē̄ acceptū̄:ꝓut ē̄t patet in prima ꝑte.q.lij.art.vlti.in reſpō̄ſione ad vltimū̄ arg. Teriū̄ patet.Nã diluuiū̄ nō̄ erat pœna dẹmonū̄ hoc exercē̄tiū̄, ſed in pœna hoīm ad hoc ſe diſponē̄tiū̄,& poti⁹ ī pœna hoīm ꝗ ex tali cō̄cubitu naſcebanꝛ,ꝗ erã̄t potē̄tiſsimi & peſsimi,ſicut infra declaraꝛ poſtilla, ꝗ nō̄ ſolū̄ ꝑ ſe exercebã̄t mala,ſed ē̄t alios ꝑ ſuã potē̄tiã & maliciã ad hoc inducebã̄t,eo modo quo legiꝛ infra.x.b.de nē̄roth. Et Hã̄c expoſitionē̄ tenent antiqui hebræorū̄.ſ.ꝙ cadē̄tes in hoc loco intelligunꝛ dẹmones ꝗ de cẹlo ceciderū̄t.Si aū̄t queraꝛ: qūo tales .ſ. ſic nati ꝑ dẹmonū̄ adminiſtrationē̄ erã̄t tã ꝓceræ ſtaturæ,ita ꝙ alij hoīes q̄ſi locuſtæ videbanꝛ in cō̄paratiō̄e eorū̄,vt habeꝛ Numeri.xiij.d.cū̄ tales nō̄ erã̄t filij dẹmonū̄,ſed potius filij hoīm,vt dictū̄ eſt & ꝑ cō̄ſequē̄s deberē̄t eſſe in cōi hoīm ſtatura. Dicendū̄ ꝙ hoc fie-

B bat(deo ꝑmittē̄te)virtute dẹmonū̄,qui ſcđm Aug.in.xiij.de trinit. poſſunt adhibere ſemina corporalia ad aliquos effect⁹ mirabiles ꝓducendos.vnde cū̄ nō̄ oīs virtus naturæ creatæ eſt nobis nota,poſſibile eſt ꝙ dẹmones illi cū̄ ſemine virili & fœmineo,adhibebã̄t quẹdã alia ſeminales rationes habē̄tia,per quæ cō̄mixtio cō̄plexionalis taliū̄ prædicto mō̄ generatorū̄ eſſet apta ad hoc,vt tales cẹteros homines multū̄ excederē̄t in ſtatura,& in alijs virib⁹ corꝑalib⁹,vt poſſent eos cō̄pellere ad libitū̄ ſuū̄.Et hoc mō̄ magi ꝑ dẹmō̄es miracula dicuntur facere,licet nō̄ ſimpliciter,ſed quo ad nos,ꝓut in prima ꝑte.q.cx.art.vlt.in reſpō̄ſione ad ſecundū̄ arg. Quæ quidē̄ res ſic ꝑ adminiſtrationē̄ dẹmonū̄ ꝓductæ,quã̄doq́ȝ ſunt vere res,quã̄doq́ȝ ſecundū̄ apparē̄tiã tm̄,vt in in prīa ꝑte.q.cxiiij.art.vlt. ¶ Et circa hoc videꝛ notandū̄,ꝙ ſicut ante diluuiū̄ ꝗdã fuerū̄t excedentes cæteros hoīes in duratiō̄e vitæ,& hoc diſpoſitione diuina,vt diuinorum cognitio propinquius & certi⁹ deueniret ad poſteros,vt dictum fuit ſupra in additione in ca.ſupra ꝓximo.ſic quodã̄mō̄ ecō̄tra ꝑ adminiſtrationē̄ dẹmoniacã ꝑmiſsione diuina fuerū̄t illo tꝑe quidã alij cẹteros excedē̄tes in corpulē̄tia & corporalib⁹ virib⁹,vt alios īducerē̄t ad corꝑalia,& diſtraherē̄t à diuinorū̄ cognitiō̄e. Vnde prim⁹ exceſſus laudabilis & à deo cauſat⁹ & intē̄tus fuit in longitudine vitæ,q̄ quidē̄ vita ꝓpriè ꝑtinet ad aīam, q̄ corp⁹ viuificat. Secund⁹ verò exceſſus execrabilis fuit in quã̄titatæ,mole corporali potē̄tias aīæ ſuperiores aggrauante &c̄.

¶ In eo.vj.ca.vbi diciꝛ in poſtilla:Aliter exponit Ra.Sa.

## ADDITIO II.

DIxit autem dominus ad Abram &c. Poſtq̃ Moyſes deſcripſit multiplicationem humani generis, & diſtinctionem fidelium ab infidelibus per duos ſtipites primos,ſcilicet Adam & Noë, hic conſequenter facit hoc idem per tertiũ ſtipitẽ ſcilicet per Abram.Et currit iſta deſcriptio per tres partes,primò per Abram, ſecundò per Iſaac.cap. xxv.tertiò per Iacob.ca.xxviĳ. Circa primũ deſcribitur quomodo Abram proceſſit de imperfecto ad perfectum, & ideo primò oſtenditur quomodo ſe habuit vt incipiens, ſecũdo quomodo vt proficiens.ca.xvĳ.tertiò quomodo vt perfectus ca.xxĳ. Circa primum ſic proceditur,quia primò oſtenditur qualiter ſe habuit circa deum,ſecundò qualiter circa proximum.xiĳ.ca. tertiò qualiter circa ſeipſum ca.xv.❡Circa primum tria oſtendũtur. Primum eſt ipſius Abræ obedientia ad deum ſiue ſubiectio,ſecũdum ipſius deuotio,ibi:Apparuitq̃ dominus Abram,tertiũ, ſuæ fidei probatio ibi:Facta eſt autem fames.Primũ autẽ deſcribitur per hoc ꝙ Abrã obediuit deo promptè,dimittendo terram & cognationem, cum dicitur. a ❡Dixit autem dominus ad abram. ſecundum ꝙ dicit Ra.Sa. iſtud fuit ei dictum per ſexaginta annos ante mortem patris ſui,quia pater ſuus & frater eius Nachor declinauerũt ad idolatriã in terra Aran: & ideo dñs deus xit Abræ,ꝙ recederet à patre & à cognatione.Quod autem in fine præcedentis ca. facta eſt mẽtio de morte ipſius Thare, hoc eſt per anticipationem ſecundum ipſum, quia Moyſes volebat ponere tertiũ ſtipitẽ ſcilicet Abrã vt prædictum eſt: Sed dictũ Ra. Sa.procedit ex ſuppoſitione, ꝙ Abrã eſſet primogenitus ipſius thare, quod improbatum eſt ca.precedenti:ideo dicẽdum ꝙ poſt mortem Thare dictum eſt ei. b ❡Egredere de terra tua. id eſt Chaldæa in qua natꝰ fuit, Sed quæritur, quomodo hoc ſibi dicitur,cũ iam diu ante egreſſus fuiſſet inde cum patre ſuo,vt prædictum eſt? Et reſpondent aliqui,ꝙ licet egreſſus fuerit corpore, non tamẽ mente,quia intẽdebat illuc redire: & ad hoc excludendum dicitur ei:Egredere de terra &c.Sed hoc nõ videtur ꝓbabile,ꝙ vellet redire ſub tyrãnide Nemrod qui adhuc regnabat,ſicut habetꝰ infra.xiiĳ.c.Amraphel rex ſennaar &c.de quo dicũt omnes hebræi ꝙ iſte erat Nemrod,qui & erat binomiꝰ, & ideo meliꝰ dicitꝰ Egredere de terra tua id eſt lõgius recede ab ea,& hoc videtꝰ p... litterã hebraicã q̃ ſic habet:Vade tibi de terra tua,acſi diceret,pro vtilitate tua vade longius à terra tua. c ❡Et de domo patris tui. Non q̃a pater viueret adhuc,vt prædictũ eſt,quia bene denominatur domus ab aliquo etiã poſtq̃ mortuus eſt,vt patet in ſcriptura in pluribus locis. d ❡Et veni &c. Adhuc eñ determinationẽ terræ ei non reuelauerat,vt oſtendatur obedientia Abræ exeuntis ad domini mandatũ,etiam ad locum indeterminatum. e ❡Faciamq̃ te in gentem magnam. quantum ad multitudinẽ prolis,licet Sara ſit ſterilis. f ❡Et benedicam tibi. Multiplicãdo te in bonis ſpũalibꝰ & corporalibꝰ. g ❡Et magnificabo &c. Augendo famã tuã. h ❡Eriſq̃ benedictus. Antonomaſicè & excellẽter præ cæteris patribus tuis:& ad hoc deſignandũ in hebræo dicitꝰ: Eriſq̃ benedictio.ſicut de aliq̃ excellẽter largo vel liberali,non ſolum dicitur ꝙ ſit liberalis in cõcreto,ſed etiam liberalitas in abſtracto.Aliter exponunt hebræi dicẽtes ꝙ propter hoc dictũ eſt:Et eris benedictio,quia futurum erat vt benedictio ſacerdotum fieret ſecundum hunc modum, Deus Abram, deus Iſaac, & deus Iacob benedicat tibi. & iterum repetebatur nomen Abram dicendo: Et deus Abram benedicat tibi. ita ꝙ forma benedictionis qua ſacerdotes vtebantꝰ ſuper populũ incipiebat à nomine Abræ, & in nomen

C

Iubetur Abraam egredi terrã & à deo bñdicitur. Actuũ.7 a.

Quæſtio.

† 32.q.3.c. recurrat.§. his itaq̃.

Promittitꝰ chriſtus. Galat.3.b.

†24.q.3. cũ ergo.§. ſed qui.&.c.cũ ſancti.

Nemrod. fuit binomius.

D

Moraliter. a ❡Dixit aũt dominus ad Abram.In vocatione Abræ deſignatur hominis literati ad religionẽ vocatio, ſicut fuit beatꝰ Augu.& Grego.& plures alĳ,q̃ multũ profecerũt in eccleſia dei. Cui per inſpirationẽ dicitꝰ a domino: b ❡Egredere &c.dimittẽdo terrenas poſſeſſiones. † ❡Et de cognatiõe tua.relinquendo amicos carnales. c ❡Et de domo patris tui: dimittendo mores & geſtus parentum ſecularium,aliter non valeret habitũ ſumere religioſum.Exemplũ de aſino,quem fingit poeta pellẽ leonis aſſumpſiſſe,quẽ cum dominus ſuus quereret, & ꝓpter pellẽ leonis ad eũ appropinquare formidaret,tandẽ per geſtus aſininos eũ recognouit,& ad ſuũ ſeruitiũ reduxit dicẽs. Tu mihi qui quõdã ſemper aſellus eris. Sic diabolꝰ ſub habitu religioſo mores & geſtus ſæculares cõſpiciẽs,in ſuã redigit ſeruitutẽ. d ❡Et veni in terrã &c.ſcilicet viuentiũ vita gratiæ,ad quã religioſus deuotꝰ iam venit in ſpe,& poſt mortẽ venient in re:q̃a Tanta gratia datur accipiẽtibus habitũ religionis deuotè,q̃ta datur fidelibus in bapuſmo,vt dicitꝰ in collationibꝰ patrũ collatione &c̃. Et per conſequẽs iam venit in ſpe ad terrã viuentiũ vita glorię, q̃a gratia eſt arra gloriæ.Et hæc terra vitæ gratiæ fluit lacte eruditiõis (ſicut dicit apoſtolꝰ.j.Corin.iĳ.a.Lac vobis potũ dedi) & melle deuotionis, nã in ea prægustatur mel futuræ beatitudinis. e ❡Faciamq̃ &c.Per conuerſionem aliorum ad bonum. f ❡Et benedicam tibi. Multiplicatione bonorum ſpiritualium. g ❡Et magnificabo te.&c.Per regni cœleſtis meritum. h ❡Eriſq̃ benedictus. Gloriæ namque collatio eſt dei perfecta benedictio. Sequitur,

Moralitꝰ.

Eſopus.

Religionẽ ingrediẽtes quantam gratiam acquirant.

 ✱Tulitq̃ ſarai

☞ a ℂ Septuagintaquinq; annorum. Hiero. Si Thare pa- E ter Abræ in regione Chaldæa.lxx. annorum genuit Abram, & in

Hiſtoria.

Charam ducenteſimoquinto anno mortuus eſt: quomodo poſt mortem Thare, Abram exiens de Chara.lxxv.annorum memora- tur? Cum à natiuitate eius vſq; ad mortem patris. c.xxx.anni fuiſſe doceantur. Vera eſt igitur hebræorum tra- ditio, ꝙ egreſſus ſit Thare cum filiis ſuis de igne chaldæorum, & ꝙ Abram vallatus Ba bylonio incendio, quia illud adorare nole- bat, liberat⁹ ſit auxilio dei. & ex illo tempore reputetur ei tempus ętatis, ex quo confeſſus eſt deum: ſpernens idola Chaldæorum. Po- teſt autem fieri, vt quia ſcriptura reliquit in- certum, ante paucos annos thare de caldæa profectus veniret in Aram ꝙ morte obi- ret, vel ſtatim poſt perſecutionem, & ibi diu tius moratus ſit. b ℂ Bethel. Rab. In- interpretatur domus dei, quæ poſt Bethauē vocata eſt ideſt domus idoli. c ℂ Hai. Oculus vel fons interpretatur. Patriarcha ergo tendens ad terram promiſſionis, teten- dit tabernaculum inter Bethel & Hai, quia ſancti fonte baptiſmi regenerat in curſu huius vitæ circunſpecti ad dei tabernacu- lum. ideſt cœleſtem properant ciuitatem.

Abrā egre- ditur terrā ſuam. heb. 11.b.

Myſtice.

1 Abram.

2 Haran.

☞ Dic ergo obſecro

bi: & maledicam maledicenti-
a In Chriſto qui de te. b Secunda benedictio ſpiritualis amplitudinis.
bus tibi: atq; in tē benedicentur a
a Gentes.
uniuerſæ cognationes terræ.
a Stra. firma mēte, ut nunq; redeat: iā cū corpore exierat.
Egreſſus eſt itaq; Abram ſicut b
præceperat ei dominus, & iuit c d
a cū eo Loth. Septuagintaquinq;
Auguſtinus uiuente patre.
annorū erat Abram cum egre-
deretur de Haran. Tulitq; [1] Sa-
rai uxorem ſuam, & Loth filiū †
fratris ſui: uniuerſamq; ſubſtan- † e
tiam, quam poſſederant, & ani-
mas quas fecerant in [2] Aran:
& egreſsi ſunt ut irent in terram
Chanaan. Cumq; ueniſſent in
eam: pertranſiuit Abram terrā
a Ciuitas q corrupte dicit ſichar, & interpretat humerus.
uſq; ad locum ſichēm, Vſq; ad f g
a Quæ nunc mare ſalis uel mortuū dicitur & lacus Aſphalti & ſalinarum uallis.
cōuallem illuſtrē. Chananæus h
Qui renantians.
autem tunc erat in terra. Appa- i
Idolatriæ altare domino ædificauit.
ruitq; dominus Abram, & dixit
ei: Semini tuo dabo terram hāc.
a Contempto igne Chaldæorum.
Qui ædificauit ibi altare domi- k
mino, qui apparuerat ei. Et inde †
tranſgrediens ad montem qui
a Ciuitas in tribu Beniamin, quæ prius luza, id eſt amygdalus uocabatur.
b erat contra orīetem Bethēl, te- †
tendit ibi tabernaculum ſuum,
ab occidente habens Bethel, &
a Ciuitas in tribu Iuda.
c ab orīete Hāi. Ædificauit quoq;
a Quia cultor unius dei.
ibi altare domino, & inuōcauit
nomē eius. Perrexitq; Abram
uadens & ultrà progrediens ad l
meridiem. Facta eſt autem fa- m
mes in terra. [4] Deſcendit igitur n
Abrā in ægytū ut peregrinaret
ibi. Præualuerat em̄ fames [5] in
terris. Cūq; propè eſſet ut ingre- o
deret ægyptū, dixit Sarai uxori

## *Nicolaus de Lyra.*

3 Et vſq;.

❧ & in nomē eius terminabat. a ℂ Atq; in te benedicētur. vniuer. cogna. ter. Hebræi exponunt ſic, quādo aliquis impre- cabatur bona alteri dicebat: Benefaciet tibi deus ſicut fecit Abræ. Chriſtiani exponunt de Chriſto, & melius vt videtur: In te bene- dicētur &c̄. id eſt in ſœmine de te naſcituro, quod eſt Chriſtus. In omni enim gente ſunt E aliqui chriſtiani, & ideo benedictio chriſti ſit ſuper omnem narrationem terræ, hoc autē non poteſt dici de perſona Abræ.

Promittit ei terra chanaan, vetus teſtamentū infra .12.b. 13.d.15.d.16 a. deut.34. b.

b ℂ Egreſſus eſt itaq; Abram, ſicut verus obediēs. c ℂ Et iuit cum eo loth, voluntariè magis volens eſſe cum auunculo ſuo fideli & iuſto, ꝙ cum aliis remanere.

d ℂ Septuagintaquinq; annorum erat Abram. Iſtud patet ex prędictis ſi po natur exiſſe ante mortē Thare per ſexaginta annos, vt dicit Ra. Sa. qa Thare ſeptuaginta annorum genuit Abram ſecundum ipſum quia dicit eum fuiſſe primogenitū: & Abrā ſeptuagintaquinq; annorum egreſſus eſt de Aran, quibus ſi adiungantur ſexaginta qui- bus pater ſuperuixit, vt ipſe dicit (ſed non probat) habētur anni. ccv. quibus vixit ipſe Thare: ſicut habetur in fine prǫceden. ca. Sed quia hoc dictum procedit ex ſuppoſitione ꝙ Abram fuit primogenitus Thare, quod eſt improbatū eſt ideo dicendum ꝙ Abrā exiuit de Aran poſt mortem patris ſui Tha re, & ꝙ non fuit primogenitus eius ſed vlti- m⁹, ita ꝙ inter natiuitatē p̄mogeniti Thare & natiuitatem Abræ fluxerunt. lx. anni: & ſic in morte patris ſui Thare fuit. lxxv. an- norum: quia Thare cum eſſet. lxx. annorum cœpit generare, & inde vſq; ad natiuitatem Abræ fluxerunt. lx. anni, & Abram. lxxv. annorum erat quando exiuit de Aran im- mediate poſt mortem patris, qui anni ſi ſimul iungantur faciunt. ccv. annos, & tot annis vixit Thare: vt habetur in fine præcedentis ca. Sequitur. e ℂ Et animas quas fecerant in Aran & egreſſi ſunt vt irēt ī terra &c. ideſt ſeruos & ancillas quos eme rant. Vel ſecundum alios, viros & mulieres, quos de idolatria con- uerterant ad cultum vnius dei. f ℂ Vſq; ad locum ſichem. De hoc fit mētio ſpecialis, quia dominus ibi oſtēdit ſibi montē Ga ririm, & montē Hebal, vbi filii iſraël ſuſcepturi erāt iuramenta legis ſeruādæ per benedictiōes ſuper ſeruātes legē, & maledictiōes ſuper tranſgreſſores, vt habet Deute. xxvii. c. g ℂ Vſq; ad conualē illu. Hæc eſt regio pentapolis vbi erant quinq; ciuitates quas ſub uertit dominus

4 Deſcendiq;. Famem fugiens deſcē dit ī Aegyptum,

5 In terra.

Illuſtris cō uallis.

uertit dominus, quæ erant valde delectabiles ante ſubuerſionem, vt habetur ca. ſequēti. h ℂ Chananeus autē tunc erat in ter. id eſt occupans iniuſtè terrā datam ſem & filiis eius quia vt dicunt hebræi: Noē poſt diluuiū ordinauit ꝙ Sem fili⁹ ſuus haberet terrā illā: vnde infra. xiiii. ca. dicitur ꝙ Melchiſedech erat rex Salē. quæ ci uitas poſtea dicta eſt Hieruſalē, & eſt metro- polis in regione illa. Secundum autē omnes hebræos ipſe Sem nominatus eſt Melchiſe- dech, propter bonitatem ſui regiminis, quia Melchiſedech interpretatur rex iuſtitiæ. Si enim computentur anni ipſius Sem, inuenit vixiſſe vltra illud tēpus. i ℂ Apparuitq;. Hic conſequenter deſcribitur ipſius Abræ deuotio, & hoc ex duobus ſcilicet ex diuina apparitione ſibi facta, & ex ipſius Abræ gra tiarum actione deo reddita & patet litera. Sciēdum tamen ꝙ cū dicitur. k ℂ Qui ædificauit ibi alta. domino qui appa. ei. illud quod ſequitur. Et inuocauit ibi no- men eius, nō eſt de textu, ſed ſubintelligit, & propter hoc aliqui doctores poſuerūt illud in glo. interlineari, ſed poſtea aliqui neſciētes diſcernere inter gloſſam & textū, inſeruerūt illud in textu. Et ſimile habet in multis locis in bibliis noſtris. Sequitur. l ℂ Progre- diens ad meri. i. ad illā partē iudeę, que eſt verſus ægyptū, qa terra ægypti eſt ad meri diē reſpectu terræ promiſſionis. m ℂ Fa- cta eſt aūt fa. Hic deſcribitur fidei Abræ probatio. Ad hoc enim permiſit dominus famē fieri in terra chanaam, & maxime in illa parte vbi erat Abram, vt oſtenderetur fides eius, qa dominus dixerat ei parū ante, ꝙ in terra illa multiplicaret eū & nihilomin⁹ pro pter famē imminentē oportebat eū exire, & tamē non eſt diffiſus de diuina promiſſione. n ℂ Deſcenditq; Abram in ægy. quia in illa terra erat fertilitas, & erat ꝓpinqua lo co terræ Chanaā, in qua erat Abrā: Et bene dicit: Deſcendit, quia terra ægyti inferior eſt reſpectu iudeę. o ℂ Cumq; prope eſ- ſet & cętera. ante ingreſſum hoc ſibi dixit vt prǫcaueret periculo de caſtitate vxo ris ſuæ quantum fieri poterat via humana.

Salem. Sem noīat⁹ eſt Melchiſedech ſecūdum hebræos.

Precep rat, locutus fuerat.

Poſſederāt vel acqſierant. Fecerant vel genuerāt vel acqſierāt vt de vernaculis. Intelligat. Chaldęi, interpret. quos ſubiecerant legi.

H

❧ Et ꝙ cum viderint

Moralit.

⁎ † ℂ Tulitq; Sarai vxorem ſuam. id eſt ſapientiam prius acquiſitam, de qua dicitur Sapień. viii. a. Hanc amaui et quæ- ſiui mihi ſponſam aſſumere. † ℂ Et loth, qui interpretatur vacans, ideo per ipſum intelligitur amor ſtudii qui quærit vaca- tionē à tumultu terreni negocii. Hæc enim in religione conuerti debent in obſequium dei, ſicut fecerunt doctores ſupradicti. ℂ Pertrāſi. Abrā ter. vſq; ad lo. ſichē. qui interpretatur humerus, quia religioſus ſupponere debet humerū ad onera religio- nis portandum. g ℂ Vſq; ad conualē illu. ideſt humilitatem: quę dicitur conual- lis illuſtris, quia decor eſt, & cuſtos omnium virtutum. i ℂ Apparuitq; dominus Abram. religioſum ſpiritualiter cōſolādo. k ℂ Qui ædificauit ibi al. dn̄o, gratias agēdo de ſua vocatione. † ℂ Et inde trāſ grediens ad montem qui erat contra &c. ideſt tendens ad religionis perfectionem. † ℂ Tentēdit ibi tabernaculum, ſuum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente. &c. in bono perſeuerando. l ℂ Progrediens ad meridiem. id eſt in feruore charitatis proficiendo. Sequitur. m ℂ Facta eſt autem fames in terra illa. Dominus enim aliquando permit- tit famulos ſuos egere vt à ſæcularibus paſcantur corporaliter, & ſeculares ab ipſis ſpiritualiter. Exemplum. iii. Regū. xviii. b. de He- lia & vidua ſareptana: vnde dicit apoſtol⁹. i. Corint. 9. b. Si nos vo bis ſpiritualia ſeminauim⁹, magnum eſt ſi veſtra carnalia metamus? n ℂ Deſcendit igit Abrā in Aegyptum, ad quærendum victum corporalem & dandum ſpiritualem. Dicit enim Ioſephus. primo libro iniquitatis iudaicæ, quod docuit Aegyptios de mori-

⁎ bus & aliquibus

A Abrã an mẽtitus ſit.

a ℂ Dic ergo obſecro &c. Augu. Quęritur cur patriacha voluit mentiri, vt diceret ſororem ſuam, & non potius deo commiſit, qui ſi vellet eius pudicitiam apud Pharaonẽ conſeruare, poſſet? Sed veritatem voluit celari, non tamen mendatium dici. Soror enim dicitur quia filia fratris: & in hoc oſtenditur, quia nemo debet tentare deũ ſuum dum habet quid faciat rationabili conſilio. Fecit enim pro vita ſua quod potuit, quod autem non potuit deo commiſit, in quem ſperauit, cui pudicitiã coniugis commendauit. Nec eum fides aut ſpes fefellit. Non ergo audeat deum tentare homo, dum habet quo rationabiliter quod cauere oportet, euadat. Nec paulus de protectione dei deſperauit, aut fidem perdidit, quando in ſporta ſubmiſſus inimicorum manus aufugit. Ipſe autem Abram ſi interrogatus illam vxorẽ ſuam indicaret, duas res deo committeret, & vitam ſuam, & vxoris pudicitiam. b ℂ Sublata eſt mulier. Ra. Excuſatur Sarai, quæ in domum Pharaonis transfertur inuita, non ſolum in hoc quod non inquinatur corpus, nec anima niſi mentis conſenſu, ſed etiam in hoc, quod conueniente & permitente viro ſuo factum eſt. ℂ Auguſti. Apud Pharaonem tandiu potuit eſſe intacta, quia in Heſter legitur, quòd puellæ non ſtatim ad reges introducebantur, ſed vno anno cuſtodiebantur, & ſex menſibus oleo myrthino vngebantur. & alijs ſex menſibus in diuerſis odoramentis erant. Potuit ergo per has inducias temporis intacta manere. Et interim bene vſi ſunt Abram ægyptij, donec Pharao à deo flagellatus, & cognoſcens ꝙ eſſet vxor eius, redderet intactam.

reſeruabunt, viuere faciẽt heb.

Act. 9. c.

Nũciauerũt principes Pharaoni, Viderũt eam principes Pharaonis. Vſi ſunt: fecerunt.

ſuæ: † Nouit ꝙ pulchra ſis mulier, & ꝙ cum uiderint te ægyptij, dicturi ſunt, uxor [1] ipſius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt † Dic ergo obſecro te, ꝙ ſoror mea ſis ut benè ſit mihi propter te, & uiuet anima mea ob gratiã tui. Cum itaqꝫ ingreſſus eſſet Abram Aegyptum, uiderunt ægyptij mulierem, ꝙ eſſet pulchra nimis: Et nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum. Et ſublata eſt mulier in domũ Pharaonis. Abram uerò benè uſi ſunt propter illam. Fueruntqꝫ ei oues & boues & aſini & ſerui † famulæ † & aſinæ & cameli. Flagellauit autẽ dominus Pharaonem plagis maximis, & domũ eius, propter Sarai uxorẽm. Abram. Vocauitqꝫ Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam eſt quod feciſti mihi? Quare non indicaſti mihi, ꝙ uxor tua eſſet? Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce coniunx tua, accipe eam & uade. Præcepitqꝫ Pharao ſuper Abrã uiris, & deduxerũt eum, & uxorẽ illius, & omnia quę habebat.

a ℂ Veritatem uoluit celari non mendatium dici.

a ℂ Quia filia fratris.

ℂ Inuita.

ℂ Aegyptij.

a ℂ Quam intactam uolebat ſeruare.

## *Nicolaus de Lyra.*

B Adulteriũ apud ægyptios nefas eſt.

a ℂ Et ꝙ cũ viderint te ægyptij &c. Sciebat enim Abram nefas eſſe apud ægyptios adulterium, & morte plectẽdum & minus reputabant homicidium viri, ꝙ̃ accedere ad vxorem alicuius ipſo viuente: & ideo ad hoc periculum euitandum, dixit vxori ſuæ. b ℂ Dic ergo obſecro te ꝙ ſoror mea ſis &c. Sed q̃ritur hic. Quomodo Abram homo tantæ perfectiõis per tale mendacium expoſuit vxorem ſuam periculo adulterij, quia vt videtur, magis debuiſſet eligere mori? Ad hoc dicendum quod homo in periculo poſitus ſemper debet agere ad ſui liberationem id quod põt ſecundum viam humanam, vt non tentet deum, omittendo illud per quod poteſt euitare periculum quantum poteſt: & quando nihil poteſt vltrà, tũc abſqꝫ tentatione dei poteſt reſiduum committere diſpoſitioni diuinæ, Abram autem in terra Canaan habebat familiam magnã nec habebat bona temporalia vt panem & vinum & ſimilia, vnde poſſet eam ſuſtentare cum eſſet ibi peregrinus, nec habebat magnam pecuniam, vnde poſſet victualia emere: etſi haberet, incolæ illius terræ non venderent ſibi, cum eſſent in tanta fame poſiti quòd vix haberent victualia pro ſeipſis & familia propria, & ideo ſi manſiſſet Abram in terra illa, ſtatim imminebat ſibi & familiæ ſuæ periculum mortis propter famem: & ideo illi periculo primò debuit occurrere; quod & fecit, deſcendendo in ægyptum, quæ erat terra fertilis. Periculum autem caſtitatis ſuæ vxoris non erat ita propinquum, quia probabiliter eſtimabat, quòd vxor ſua reſeruaretur regi propter ſui pulchritudinem, ſicut & factum eſt. Sciebat enim quod tempore illo reges non accedebant ad vxores ſuas de nouo acceptas, niſi poſt anni circulum, quia ſicut habetur in lib. Heſter. ij. b. Primis ſex menſibus vngebantur oleo myrthino, & poſtea ſex aliis menſibus quibuſdam vnguẽtis, & variis pigmẽtis vtebantur, & poſtea ad regis cubiculum tranſibant, & infra tantum tempus ſperabat de dei adiutorio, ſibi vxori, & familiæ affuturo. Dic ergo obſecro te quod ſoror mea ſis. Non docuit eam mentiri, ſed veritatem occultare cautè. Mulieres enim & viri de eadem cognatione propinqua, fratres & ſorores nominabantur, vnde & in ca. ſequenti: Abram vocauit Lot nepotem ſuũ fratrem dicẽs. Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores tuos

Quæſtio.

Nota.

res tuos & paſtores meos, fratres enim ſumus. c ℂ Viderunt ægyptii &c. Dicunt hic hebręi, quòd Abram vt nihil omitteret de his quæ poterat facere ad conſeruandam caſtitatem vxoris ſuæ, incluſerat eam infra vnam arcam, ne videretur ab ægyptiis quos ſciebat eſſe luxurioſos. Sed cum perueniſſent ad quoddam paſſagium, vbi ſcructabantur ea quę ferebantur, cuſtodes paſſagij aperuerunt arcam illam, & viderunt quòd illa mulier eſſet apta coniugio regis propter ſuam pulchritudinem: & ideo ſubditur. d ℂ Et nunciauerunt principes. id eſt prædicti cuſtodes paſſagij. e ℂ Pharaonis. id eſt regi ægypti. Tunc enim omnes reges Aegypti vocabantur Pharaones, ſicut & aliquo tempore omnes imperatores romani vocabantur cæſares. f ℂ Et laudauerũt eam. dicentes quòd eſſet valde cõueniens ſibi & hoc dicebant ad captandum regis gratiam. g ℂ Et ſublata eſt mulier. vt fieret vxor regis, vt patet infra. h ℂ Abram vero bene. vſi ſunt propter illam. ipſum honorando & munera exhibendo, credentes quòd eſſet frater eius & non maritus & quia docuit tunc ægyptios aſtronomiam, quam ignorabant, vt dicit Ioſephus. i ℂ Flagellauit autem dominus Pharaonem. quia Abrã fecerat fideliter quantum poterat, ſecũdum viam humanam: & reſiduum ſcilicet caſtitatem vxoris commiſerat diuinę protectioni, vt ſupra dictum eſt: ideo dominus qui eſt protector omnium ſperãtiũ in ſe caſtitatem vxoris ſibi commiſſam conſeruauit, flagellando Pharaonem plagis maximis. Quæ autem ſint illæ plagæ, non eſt expreſſum in textu, ſed hebręi dicunt qđ fuit fluxus ſeminis ita quòd concubitus eſſet grauis, vel impoſſibilis Pharaoni & ſeruis eius. Expoſitores noſtri dicunt, qđ fuit concluſio vuluę vxorum Pharaonis & ſeruorum eius: ita quòd parere non poſſent. k ℂ Propter Sarai. In hebręo habetur: Propter verbum Sarai. Dicunt enim hebręi quòd Sarai habebat angelum cuſtodẽ corporis ſui, ſicut de beata Agneta legitur, & quando Sara dicebat angelo, vt percuteret Pharaonem plaga prędicta, tunc percutiebat, & ſic cognoſcere eam non poterat. l ℂ Vocauitqꝫ Pharaon Abram &c. per reuelationẽ enim ſciuit quòd Sarai eſſet vxor eius, & quòd flagellabatur propter eius detentionem. Sequitur. m ℂ Accipe eam & vade. Et non dixit ei. Terra coram te eſt, vbicunqꝫ tibi placuerit habita, ſicut dicit Abimelech rex gerare, vt habetur infra. xx. cap. Sciebat enim Pharao ægyptios eſſe luxurioſos, propter qđ Abram non poſſet habitare ſecurus in terra ægypti cum vxore ſua. n ℂ Præcepitqꝫ &c. ad conducendum eum ſecurè donec eſſet extra terram ſuam ne aliqua moleſtia ſibi vel vxori ſuę vel familiæ inferretur.

C Sarai in arca incluſa.

† 22. q. 2. c. quæritur.

1 illius.

† . j. 20. c.

Rapiſ vxor ei⁹ i domũ Pharaonis.

aľs, † famiľæ. aľs nõ habet † & aſinæ.

Percutitur Pharao à deo ꝓpter raptã vxorem Abræ.

D Plaga Pharaonis.

Redditur abræ vxor

⁎ bus & aliquibus ſcientiis ſpeculabilibus. Et ſic pauper religioſus de clauſtro deſcendit ad ſęculares vt eos doceat bonos mores. Sequitur. b ℂ Dic obſecro ꝙ ſoror mea ſis. Religioſus ſapientiam de deo ſibi datã vocare debet ſororem. Prouerbio. ſeptimo a. Dic ſapientiæ ſoror mea es. Hanc autem communicauit ægyptiis, quia religioſus ſapientiam ſibi datam à deo communicare debet ignorantibus, & per hoc dicatur gratiæ bonis in præſenti, & gloriæ in futuro.

Moraliť.

ℂ In ca. xij. vbi diciť in poſt. Egredere de terra tua. i. de chaldęa.

## *ADDITIO I.*

ℂ Non videť rationabiliter dictum, vt cũ dñs dixit Abrę. Egredere de terra tua, intelligať de chaldęa, ſicut nec dicendũ eſt ꝙ Abram fuit in chaldęa natus. Cõſtat eñ, ꝙ Babylonia cum tota terra ſennaar, quæ eſt chaldęa, pertinebat ad Cham filium Noë & poſteritatem eius vbi Nemrod regnauit, vt ſupra capit. x. Abram autem deſcendebat de Sem, cuius Sem poſteritatis habitatio erat in aliis regionibus, vt in eodem capitulo habetur. Nec huic obſtat qđ diciť ſupra vndecimo capitulo de Arã fratre Abrę. ꝙ mortuus eſt

i v in terra na

E in terra natiuitatis ſuæ in Vr caldęorum. Nam prout in hoc loco dicit Ra. Moyſes. gerūdeñ. & bñ vt videtur, cū ibidē dicitur: In terra natiuitatis ſuę referendum eſt ad Arā ſolum q natus fuit in chaldæa, nō aūt ad Abrā: nā infra. xxiiij. ca. Abram mittēs ſeruū ſuum in meſopotamiā dicebat ei: Ad terram cognationēq; meā ꝓficiſcaris, in quo loco vbi nos habemus. Ad terram cognationēq; meam hebraica veritas habet: Ad terram natiuitatis meę: eadē em̄ dictio ponit̄ ibi & ſupra. xj. d. vbi dicit̄, In terra natiuitatis ſuę, & ſic patet ꝙ locus natiuitatis Abrę erat in meſopotamia. Legit̄ etiā Ioſ. xxiiij. a. ꝙ Ioſue alloquens filios iſrael dicebat: Trans fluuiū habitauerunt patres veſtri ab initio, Thare pater Abrā & Nachor. Conſtat autē ꝙ trans fluuiū eſt meſopotamia vt in eodē ca. declaratur. Cū autē dicit ab initio, ſatis patet ꝙ inde erant oriundi. Et notanter ibi dicitur: Thare pater Abrā & pater Nachor prętermittēs Arā, eo qđ Aram (vt dictū eſt) fuit natus in caldæa & nō in meſopotamia. Ex

Haram. ꝗbus habet̄ ꝙ cū dicit̄ Abrę: Egredere de terra tua, intelligitur de quodā loco qui dicitur harā, qui erat in meſopotamia, à qua terra nūq; legit̄ Abrā fuiſſe egreſſus, niſi nūc de pręcepto dñi: & ſic q̄ſtio poſtillatoris & eius ſolutiones non vident̄ hic habere locum. Si aūt quærat̄: Quomodo Arā frater Abræ, dicit̄ natus in chaldęa, Thare autē, Abrā, & Nachor in meſopotamia? Ad hoc dicendū, ꝙ litera nos cogit ad vtrūq; concedendū, vt tactū eſt. Cuius ratio pōt eſſe ſecundū Ra. Moy. ꝑdictum ꝙ Thare habuit ire de terra ſua in chaldęam poſt natiuitatē Abræ & Nachor, & anteq; naſceret̄ Aram, & ibi in caldęa fuit natus Arā. Ratio aūt q̄re Thare iuit in caldæā, nō exprimitur in litera, pōt tamē probabiliter dici, ꝙ cū nemrod fuiſſet vir oppreſſor hoim. vt ſupra dictū eſt, & volebat attrahere gentes ad culturam ignis, ꝙ ideo vocaſſet Thare & familiam ſuam qui erāt notabiles de genere Sem vt ex diuturna habitatione eorum in caldęa, communicarēt cū aliis in huiuſmodi cultura, & ſic ampliaretur iſte cultus execrabilis: qui fuerunt ibidē diu cōmorati intantū ꝙ ibi natus fuit Arā & mortuus, & Thare & Nachor ignē coluerunt, & quia cōmixti ſunt inter gentes, didicerūt opera eorū. Abrā

Quæſtio. aūt à deo illuminatus & protectus diuinitus fuit educt⁹ inde vt li-

F tera dicit in authoritate: ſupra all. infra. xv. ca. ſ. Ego ſum dñs qui te eduxi de vr chaldęorū. Si fortè quęrat̄: Quare ſcriptura pręmittit iſta particulariter narranda? Dicendū ſecundū Ra. Moy. ꝑdictū, qđ ſcriptura videt̄ abbreuiatè & obſcurè loq in his quę ad idolatriā ꝑ-

als, † quo tinent in prio ſtatu. ſ. añ legē. reſeruās ea ad tps legis (in † qua principaliter fuit idolatria prohibita) plene declarāda, vnde ſupra. x. ca. dicit̄ de ipo nemrod, qui deceptor aīarum fuit cogēs homines ignē adorare, vt in glo. nihil tñ traditur in ſcriptura de eo niſi ꝙ fuit ro-

Arā cuius qualitatis. buſtus venator coram dño, q̄ ſunt verba breuiſſima & diuerſimodè interpretabilia, & eadem ratione pędicta hic omittunt̄. Et attendendū, ꝙ in hoc ca. & aliis Aram eſt dictio æquiuoca ſecundū linguā latinā, qa vno mō ſignificat Arā patrē Lot, & alio mō ſignificat, quēdā locū in meſopotamia. vt cū dicit̄ infra eo. c. Cū ingrederet̄ de harā: Sed in hebraica lingua nō eſt in hoc loco ęquocatio, qa Arā ꝓut ſignificat hominē ſcribit̄ cū hæ q̄ eſt quinta litera alphabeti hebraici, ꝓut aūt ſignificat locū, ſcribit̄ cū alia lr̄a cheth ferè inexpreſsibili in lingua noſtra q̄ eſt. viij. litera in alphabeto hebraico.

¶ In eod. cap. xij. vbi dicitur in poſtilla: Hebręi exponūt ſic.

## ADDITIO II.

¶ Licet qđ in hac expoſitione cōtinet̄ ſit verū. ſ. ꝙ bñdictio xp̄i ſit ſup oēm nationē terrę, nō tamē in hoc loco hoc fuit Abrę ꝓmiſſum ꝓut patebit infra. c. xxij.

¶ In eo. xij. ca. vbi dicitur in poſtilla: Sed q̄rit̄ hic. Quomodo Abram homo tantæ perfectionis.

## ADDITIO III.

¶ Hæc reſponſio poſtillatoris vera eſt & conſona dictis ſanctorū & gloſſę communi: poteſt tamen præter hoc vlterius dici, quod Abram cum eſſet propheta, vt infra. xx. cap. in ſpiritu prophetiæ cognoſcebat, quod ex hoc quod vxor ſua eſſet ſublata, nō ſequeretur aliquid contra vxoris pudicitiam, ſed potius laus dei, & eius cognitio apud ipſos infideles reluceret. Cognouerunt em̄ Pharao & ſui, quòd dominus eos flagellabat maximis plagis propter Sarai vxorem Abræ, vt patet in litera, & ſic diuinam prouidentiam & eius iuſtitiam aliqualiter fatebantur promptius & humilius q̄ philiſtiim, qui videntes idola ſua corruentia & ipſos multipliciter à deo plagatos propter detentionem arcæ domini, adhuc nitebantur proteruire dicentes, nequaq; manus ſua tetigit nos, ſed caſu contingit. primi Reg. ſexto. b. Et peramplius Pharao populum iſraeliticum tyrānicè detinens, videns ſe & ſuos multipliciter flagellatos à deo cum aliis ſignis & prodigiis: adhuc non ceſſabat diuino mandato reſiſtere, vt patet in Exod. in multis locis. Aliter autem fuit in propoſito, cum ſtatim Pharao deo obtemperauit dimittendo illicita, ex quo etiam fama glorio- G

ſa ipſius Abræ pro quo deus tanta operabatur apud ipſos infideles claruit iuxta promiſſionem ſibi ſupra à deo factam, cum dixit: Magnificabo nomen tuum. Ex quibus ſatis patet quorun- Rab. Moy. dicit Abraam peccaſſe &c.

dam hebræorum error, ſpecialiter Ra. Moy. gerundeñ. qui in hoc loco aſſerit, quod Abram multipliciter peccauit, non ſolum in mendacio & huiuſmodi, ſed etiam inquantum terram promiſſionis exiuit ſine mandato domini, ad quam terram de eius mādato ſpeciali venerat propter quæ quidem peccata Abræ, aſſerit qđ filij iſrael fuerūt in captiuitate ægyptiaca per multos annos. Quæ quidem aſſertio vana eſt. Nam licet de multis ſanctis legatur quòd aliquando peccaſſent, vt de Moyſe in aqua cōtradictionis: & Dauid in facto Vrię & huiuſmodi, tamen ſcriptura palam eos reprehendit, eis certas pœnas iniungendo, vt de Moyſe Nu. xx. b. & de Dauid. ij. Reg. xij. c. ne eorum geſta in talibus ad exemplum trahantur. Sed in propoſito eſt per oppoſitum, nam huiuſmodi factum Abræ non reprehenditur in ſcriptura, ſed potius ad laudē dei & ſui facti honorem refertur. De hoc enim facto Abræ & quibuſdā ſilibus legit̄ in Pſal. ad literam: Pertrāſierunt de gente in gētem &c. Non reliquit hominē nocere eis, & corripuit ꝓ eis reges: Pſal. 104. a.

Nolite tangere xp̄os meos. Ex quo patet, quod iſta ad laudem dei & etiam ſanctorum ſuorum referuntur.

## REPLICA

Còrrectorij cōtra Burgeñ. In. c. xij. poſtillator exponēs illum locum: Egredere de terra tua, dicit ꝙ intelligendum eſt de chaldęa, qđ ægrè ferens Burgeñ. inutili (vt apparet) digreſſione ſe fatigat, dicēs Abram natum in meſopotamia, non chaldæa: & quia ſua digreſſio eſt intricata: ad clarius videndum ineptias eius, reduco ad certa puncta. Primum: Abram non eſt natus in chaldęa. Secundum Chaldæa non eſt terra de qua in propoſito iubetur egredi. Tertium: Quòd Abram fuit natus ante Aram, quem genuit Thare in chaldæa. Quartum, quòd Abram fuit natus in haram loco meſopotamię ſic dicto. Alia quæ addit Burgeñ. fabuloſa videntur: Sed primum eius dictum eſt contra beatum Hiero. prout allegatur in glo. ordi. Poteſt etiam probari authoritate Augu. etiā all. in glo. eadē, vbi dicitur qđ Aram fuit primogenit⁹ Thare, & is natus in chaldęa ſecundum ipſum Burgen. & omnes. Thare autē ſemper manſit in chaldęa vſq; ad mortem Aram ſecundum oēs, & inter natiuitatem Aram & mortem eiuſdem natus eſt Abram ſecūdum beatum Hiero. & Aug. ſupra alle. quos ſequitur magiſter hiſtoria- H

rum dicens: Abram primò nominari q̄uis ſit vltimò genit⁹ propter prænoſticum dignitatis. Similiter & Glo. ordina. & Ioſephus concordant, quibus omnibus plus credere oportet quam Burgē. Terra natiuitatis abrę

ſine ratione dicta ſanctorum poſtponenti. Eſt igitur terra natiuitatis Abræ ipſa chaldæa: Nec obſtat, quod Burgen. dicit poſteritatem Sem in chaldæa non habuiſſe habitationem, quod q̄uis verum ſit pro maiori parte, ſolus tamen Thare cum familia ſua dicitur in litera ibi habitaſſe: vt etiam idem Burgen. poſt in eadem digreſſione: Nec obligat quod Burgen. dicit de hebraicis literis, nam credendum eſt magis noſtræ translationi per ſanctos doctores concorditer expoſitæ. Nec puto omnes vſq; ad Burgen. hebraicum ignoraſſe. Nec valet, quod adducit de Ioſue xxiiij. a. Trans fluuium aſſerens illam terram eſſe meſopotamiam, cum chaldæa etiam ſita ſit iuxta eundem fluuium euphratem, & ita benedicitur trāsfluuialis ſicut meſopotamiam: vnde dicit Iſi. li. xiiij. quod Babylonia aſiæ eſt prouincia in chaldęa, cui⁹ caput eſt vrbs Babylonia, à qua regio eſt nuncupata tam nobilis, vt chaldæa, Aſſyria, & Meſopotamia in eius nomē aliq̄ñ trāſierūt, quam præter- Babylonia

fluunt Tigris & Euphrates. Ineptè igitur Burgen. exponit trans fluuium eſſe meſopotaniam, cum ſecundum Iſidorum vbi ſuprà & magiſtrum proprietatum libro. xv. ſit ſita inter prædicta duo flumina: vnde patet primum dictum Burgen. forè falſum: nam & ipſe Burgen. fortaſſe de præſenti errore pœnitentia ductus hoc dictum retractat: Verius em̄ cōtradicit, infra circa. xxviij. Deut. circa medium dicens: Abram prim⁹ pater fidei nō ignorauit chaldęā, ſed in ea fuit natus, & inde ſit educt⁹, & niſi accipiatur ꝓ retractatione, ſuſtineatur à ſuis amatoribus pro cōtradictione: Patet ergo primum dictum eſſe falſum, ſimiliter & ſecundum, qa cū chaldæa ſit terra natiuitatis Abræ vt patet ex dictis, iubetur hic exire chaldæam: Hec eſt intentio beati Augu. xvj. de ciui. dei. & allegatur in Glo. ordina. & Ioſephus. j. libro antiquitatū dicit de hoc egreſſu: Abram cum. lxv. annorum eſſet dimiſit chaldæam, vt domino iubente migraret in chananeam: Et ita hunc egreſſum ſanctus Stephanus exponit Act. ſeptimo. a. dicens. Tūc exiit de terra chaldęorum & habitauit in charam & cætera. Nec tertium dictū Burgē. poteſt eſſe verū qa Sarai fuit filia Arā, q̄ fuit nonagenaria. cū Abrā eſſet ſentenaris: vt infra. xvij. ca. Si igit̄ Aram fuit iunior q̄ Abram viij. vel. ix. annorum genuiſſet Sarai qđ falſum eſt & fictū. ideoq; & quartum eius

A quartum eius dictum nullum eſt:nam terra transfluuialis dicitur in textu confinium Meſopotamiæ,vt patet Ioſue.xxiiij.a. Nec poteſt conuenienter intellgi ipſa Meſopotamia: Nam ibi patres non ſeruierunt diis alienis quos nominat textus ibidem,ſed in Chaldæa ad requiſitionem: & fortaſſe compulſionem Nemrod, prout dicit idem Burgenſis in iſta digreſsione. Chaldæa autem confinis eſt Meſopotamiæ, quia circa & intra eadem flumina (prout ſupra dictum fuit) ſita: Nec pertractione dignum eſt,in quo Burgen. circa ca.xiij. &.xiiij. notat poſtillatorem, nam pueriliter occaſiones ſcribendi accepit. C

## GLOS. ORDI. NICOL. DE LI.

### Cap. XIII.

Hiſtorice

ASCendit ergo Abram &c. Hiero. De ægypto liberatus benę aſcendiſſe legitur. Sed quō potuit diues eſſe valde. Sed in Hebraica veritate habetur בבד grauis væhementer. Aegyti enim pōdere grauabātur. Et licet videanť eſſe diuitiæ auri & argēti, ſi autē ægyptię ſunt, ſancto viro graues ſunt. Nec vt in Lxx. legitur: Abiit vnde venerat in deſertū vſq; bethe Sed ſecūdum Hebræū. Abiit in itinere ſuo per auſtrū vſq; Bethel. De ægypto enim profectus eſt, non vt deſertum petereret, quod in ægypto reliquerat, ſed vt per auſtrum, qui aquiloni contrarius eſt,veniret ad domum dei, vbi erat tabernaculū eius inter Bethel & Hai. b ¶In Bethel &c. Eſt autē Bethel ciuitacula in duodecimo lapide ab helia ad dexteram eūtibus Neapolim: quę pri⁹ luza id eſt Amygdalus vocabatur in Tribu beniamin. Hai verò in tribu Iuda ſeparata ſacerdotibus. Bethel domus dei Hai ocul⁹ vel fons. Benê ergo tahernaculum inter Bethel & Hai figens, altare domino ędificauit, quia ſancti à mundi principe & ſęculi volutatibus recedētes, abluti ſancto fontè baptiſmi, curſum præſentis vitæ conſideratè ducētes, & hoſtiam laudis & boni operis ſuper altare fidei deo exhibētes, ad domū dei id eſt ad cœleſtem Hieruſalem fœliciter tendunt. c ¶Ne quæſo ſit &c.

In poſſeſſiōe auri & argēti, In pecorib⁹ & auro & argento.

Bethel.

Hai.

Moralit.

B Nos quoq; nihil cōcordiæ & charitati præponamus, ſed per dexterā proſperitatis, vel ſiniſtram aduerſitatis in pace & dilecttione perſeueremus. Rixa inter paſtores Lot & paſtores Abræ, controuerſiam ſignificat inter paſtores catholicos & ſubuerſores hæreticos. Vnde & Lot hęreſiarchas ſignificat, qui declinans interprètatur, & circa Iordanem, id eſt deſcenſum regionem ſibi elegit. Paſtores eius hęreticos & ſciſmaticos, qui pulchra & decliuia petunt, nec in mōtem cum Moyſe aſcendunt ad dn̄m, pacem & vnitatem cō tēnentes, & optionē quo volunt eundi accipiunt, & gratiam fugientes, libero arbitrio ſe committunt. Paſtores verò Abræ catholicos doctores ſignificant, qui hęreticos etiam localiter fugiunt, ſecundum illud ad Titū. iij.c. Hęreticū hominē poſt primā & ſecundā correctionē deuita. & hoc inter gētes Chananæi & Phereſæi, in terra ſcilicet promiſſionis, quia inter catholicos & hęreticos quorū ſit regnū cœlorū ſolet eſſè contentio. d ¶Fratres enim ſumus. Trib⁹ modis dicuntur fratres in ſancta ſcriptura. Natura, vt Iacob & Eſau, cognatione, vt Abram & Lot. Gente, ſicut omnes Iudæi. Vnde ſi attenuatus fuerit

Fratres tribus modis

### Cap: XIII:

a ASCENDIT[a] ergo Abram de Aegypto, ipſe & uxor eius, & oīa quę habebat, & Lot cū eo ad Auſtralē plagam. b

Erat autem [1] diues ualde in poſſeſsione argenti & auri. c Reuerſuſq; eſt per iter quo uenerat à d

a ¶Cultoribus dei, licet nox inſtet & perſecutio, non reſtigeſcit tamen diuini cultus intentio.

mêridie in Bethel, uſq; ad locū e

b ubi prius fixerat tabernaculum [2] inter Bethel & Hai, in loco altaris quod fecerat [3] prius, & inuocauit ibi nomē dn̄i. f Sed et Lot g qui erat cum Abram, fuerūt greges ouiū & armēta & tabernacula, nec poterat eos capere terra, ut habitarent ſimul. † Erat quippe ſubſtantia eorum multa, & non quibant habitare cōmuniter. Vnde & facta eſt rixa h

a ¶Catholicos & hęreticos. b ¶Subditorum. c ¶Prelatorum catholicorum.

inter paſtores gregum Abrām

a ¶Hæreſiarcharum.

& [4] Lot. Eo autē tempore Chananæus & Phereſęus habitabāt i in terra illa. Dixit ergo Abrā ad k

a ¶Notandum quāta cura ſit ſancto uiro cōſeruandæ pacis.

c Lot: Nē quęſo ſit iurgium inter me & te, et īter paſtores meos et

a ¶Cognatione: Lot enim fuit filius Aram fratris Abræ.

d paſtores tuos, frātres em̄ ſumus.

nis ad quam aſcēdit Abram rediens de ægypto ſit in parte auſtrali reſpectu ægypti: ſed eſt in Aquilonari, ſed auſtrualis plaga hic accipitur reſpectu Hieruſalem: quia illa pars terræ promiſſionis, quæ eſt vicinior ægypto, eſt pars auſtralis reſpectu iudeę. c ¶Erat autem diues valde in poſ. &c. In hebræo habeť. בבד Grauis vel pōderoſus multum, quia habebat multa pondera auri & argenti et aliarum rerum, & in idem redit. d ¶Reuerſuſq; eſt per iter &c. In hebræo aūt habetur ויעסבל Per manſiones quibus venerat, & hoc duplici de cauſa. Vna, quia homines reuertētes ad terram ſuam vnde exierant conſueuerāt accipere hoſpitium redeundo vbi fuerunt prius hoſpitati eundo. Alia, quia quando Abram iuit in ægyptum non habebat pecuniam pro expenſis ſufficientibus & contraxerat in hoſpitiis aliqua debita, ſed in redeundo erat diues valde, vt prædictum eſt, & ideo rediit per cadem hoſpitia ad ſoluendū illa debita. e ¶A meridie ī bethel: quia ſicut dictū eſt, intrauit terram promiſſionis à parte auſtrali. Sequitur. f ¶Et inuocauit ibi nomen dn̄i &c. Gratias deo agens de hoc q̄ ipſum, vxorem & familiā cōſeruauerat, & in bōis multiplicauerat. g ¶Sed & lot qui erat &c. hoc exprimitur ad oſtendendum occaſionem diſcordie. Diuitiæ enim frequenter ſunt cauſa diſcordiæ inter homines etiam propinquos & amicos. vnde ſequiť. h ¶Vnde & facta eſt &c. quia tam iſti quā illi volebant ſibi præoccupare meliora paſcua & meliores aquas, Hebræi dicunt, q̄ cauſa contentionis fuit, eo q̄ paſtores Lot paſcebant animalia ſua in bladis alienis. paſtores autem Abram increpabant eos, quia erant edocti in iuſtitia à magiſtro ſuo, non ſic autem paſtores lot. Sed p̄ma expoſitio melior videť. i ¶Chananæus & phereſęus habitabāt &c. ac ſi diceret, licet terra illa p̄miſſa eſſet à deo ipſi Abræ, nō tamē erat ſibi tradita, & ideo magis voluit Abrā recedere à nepote ſuo, ne fortè ex cōtentione prædictorum famulorum moueretur lis coram iudicibus infidelibus. k ¶Dixit ergo Abram ad lot. Hic conſequenter deſcribitur contentionis præciſio. licet enim delectabile eſſet ipſi Abræ manere cū nepote ſuo, magis tamē voluit ab eo ſeparari

Abrā ægyptū egrediť

1 Abram.

2 In principio.

3 Ibi.

ſupra .12.a.

Lot. & Abram diuites.

†Infra.36.a

Diuitie cā ſunt diſcordię.

D

4 Inter paſtores gregum lot.

## Nicolaus de Lyra.

### Ca. XIII.

ASCendit ergo Abrā de ægypto ipſe & vxor &c. Hic conſequē ter deſcribiť quomodo Abrā benè ſe habuit ad proximum. E primò quomodo ſe habuit ad proximū tp̄e proſperitatis ſcilicet eius pacē cōſeruādo: Secundò quomodo tempore aduerſitatis ſcilicet ipſum velociter adiuuādo. xiiij. ca. Circa primum tria declarātur, quia primò deſcribitur inter familias Abræ & Lot contentionis occaſio, ſecundò occaſionis præciſio, ibi. Dixit ergo Abram ad Lot. tertiò præciſionis approbatio, ibi. Dixitq; dominus ad Abram. Occaſio autē contētionis fuit, quia vterq; erat diues valde & habebat familiam, & ex tali cohabitatione ſolet ſæpe contentio ſurgere. Dicit igitur: a ¶Aſcendit ergo Abrā de ægypto. Sequitur. b ¶Ad auſtralem plagam. Non eſt intelligendum, q̄ terra promiſſionis ad

Diuitię cōtentionis cauſa.

Moraliter. a ¶Aſcendit ergo Abram de ægypto. Per quod deſignatur q̄ religioſus poſtq; profecit in doctrina ſecularium ad clauſtrum redire debet, ad agendum deo gratias, & orationi ſtudioq; vacandum. d ¶Reuerſuſq; eſt per iter quo venerat a meridie. Nā eadē charitate qua deſcenderat p̄pter ædificationem proximi, redire debet ad contemplationē dei. Sed quia talis religioſus aliquando ſumitur ad regimen eccleſię, ſicut beatus Gregorius & plures alij. Et huic conſonat interpretatio nominis Abram, quod interpretatur pater excelſus, quia ſtatus epiſcoporum altior eſt ſtatu religioſorum, & tunc fit in eo quædam rixa vel contentio. Nam conſuetudo in religione habita trahit ipſum ad contemplationem. Onus autem impoſitum ad actionem: vnde dicit Auguſt. Ocium ſanctum quærit charitas, negocium iuſtum neceſſitas charitatis. Et quoniam in tali neceſſitate maior eſt obligatio paſtoralis curæ. ideo Abram ſeparatur à Lot, per quod deſignatur quòd religioſus epiſcopus pro neceſſitate ſubditorum interrumpere debet ocium contemplationis, ſaltem ad tempus. Per hoc autē q̄ Lot elegit regionē delectabilē ſicut paradiſus ſignificať q̄ contemplatio eſt valde delectabilis. Per hoc autem q̄ ſubditur: ✱Abram habitauit

Moralit.

Epiſcoporum ſtatus altior q̄ religioſorū.

☞ tus fuerit frater tuus et vendiderit ſe tibi &c̃. a ¶ Sicut paradiſus &c. Hinc diſcimus eſſe paradiſum terrenum, cui comparaẽ terrena irrigatio. Hęc em̃ regio plana erat & campeſtris & irrigata iordane fluẽte, ſicut ęgyptus Nilo. b ¶ Coram dño. Cui crimen puniẽdum committitur. Nam & hominibus manifeſtum crimen, ſed non puniendũ. c ¶ Leua oculos &c. Quaſi aſpice per quatuor climata orbis, poſſeſſio palęſtinę promittitur ei & ſemini eiꝰ. Quod in quibuſdam codicibus mare pro occidẽte ponitur, ideo fit, quia palæſtina mare habet ab occidẽte. d ¶ Omnem terram &c. Non hoc ſolum promiſſum eſt. non enim dictum eſt tantum terrę tibi dabo quantum vides, ſed tibi dabo terram quã vides. cum enim & vlterior vndiq; dabatur, hęc præcipuè dabatur quę videbatur. Vnde & addidit: Surge & perambula terram &c. vt perambulando .ſ. perueniat ad eam quã in vno loco ſtans videre non poterat. Significatur autem ea terra, quam acceperat Iſrael ſemen Abræ ſecundum carnem, non ſecũdum fidem: quod futurum erat ſicut arena maris, quia numerari nõ poſſit. e ¶ Tibi dabo. Chriſto promittitur hæreditas omnium gẽtium, qui eccleſiam ſuam per totum mundum diffudit, cui pater dicit: Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et pſal. Et dominabitur à mari vſq; ad mare. f ¶ In hebron. Ciuitas eſt in tribu iuda quæ & cariatharbe dicitur .i. ciuitas quatuor קִרְיַת Chariat enim hebraice ciuitas אַרְבַּע arbe quatuor. Ibi enim ſitus eſt Adã maximus, & Abram Iſaac & Iacob.

E — Hiſtorice — Myſtice. — Pſal. 2. b. — Ibi. 71. b. — Hebron. — Habitat lot in ſodomis & Abrã in chanaam.

## Capitulum. XIIII.

¶ Amraphel: interpretatur dixit vt caderet, & eſt rex ſennaar, quę excuſſio dentium vel fœtor eorũ interpretatur. Hic ſignificat hæreticos, qui ad caſum tendunt, & verbis doloſis fœtidum ſenſum euomunt.

Amraphel. — F — Sodomitę.

☞ Arioth rex.

## *Nicolaus de Lyra.*

☞ ab eo ſeparari cq;, cp occaſione ſeruorũ contendẽtium moueretur lis inter ipſum & nepotem ſuum, & cq;uis eſſet ſenior, dedit tamen electionem ipſi lot. d. a ¶ Ecce vni. &c̃. Ad eligendum quam partem volueris. b ¶ Si ad ſiniſtram ieris. acſi diceret: licet ſeparemur ab inuicem, non tamẽ ita elõgabor à te quin ſuccurrã tibi in neceſſitate, quod patet per effectũ in .c. ſe. c ¶ Eleuatis itaq; &c. Iſta erat regio pentapolis, in qua erãt quinq; ciuitates, quas ſubuertit dominꝰ: vt habetur infra .xix. ca. quæ ante ſubuerſionem erat pulcherrima. d ¶ Sicut paradiſus domini. Non per æqualitatẽ ſed per quandã ſimilitudinẽ. e ¶ Et ſicut ægy. &c. Terra em̃ ægypti, ĩ illa parte qua de ægypto veniunt hoĩes in Segor, eſt pulcherrima. f ¶ Elegitq; ſibi lot. Propter conditiones prędictas. Sequit: g ¶ Et habita. in ſo. Hebręi exponunt hoc in vituperium ipſiꝰ lot, licet enim ſciret homines illius terræ eſſe peſſimos, voluit tamen habitare cum eis, & exinde peioratus eſt. Catholici autem exponunt hoc in laudem eius, acſi dicatur: Quãuis enim habitauerit inter homines peſſimos, tamen inter eos ſeruauit innocentiam & mundiciam, & hoc modo exponit beatus Grego. j. Moral. h ¶ Homines autem &c. De quorum malicia habetur infra .xviij. & .xix. & Ezechie. xvj. f. Hec fuit iniquitas ſodomæ ſororis tuæ &c̃.

Dixitq;

Infra. 17. b. & 26. a. — Rurſum abræ promittitur terra chanaã ſupra .12. b. infra .15. b. 26. a. — Ro. 4. d. — Aedificat altare dño.

Ecce uniuerſa terra [r] corã te eſt, [a]

a ¶ Si occulus tuus ſcandalizat te, erue eum & proiice abs te. b ¶ Id eſt ſiue tibi aduerſa contingant, mihi autem proſpera, ſiue tibi proſpera mihi autem aduerſa.

recede à me obſecro. Si ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego [b]

a ¶ Circumſpecta regione.

ad ſiniſtram pergam. Eleuatis [c]

a ¶ Placuit ei.

itaq; Lot oculis, uidit omnem

a ¶ In deſcenſu ſcilicet poſitam.

circa regionem Iordanis, quę

a ¶ A Iordane.

uniuerſa irrigabatur anteq; ſubuerteret dominus Sodomam &

a ¶ Hortus delirioſus & irriguus.

Gomorram, ſicut paradiſus domini, [d] & ſicut Aegyptus uenientibus [e] in ſegor. Elegitq; ſibi Lot [f]

a ¶ Non ardua ſed decliuia.

regionem circa Iordanem,

a ¶ In occaſum ruiturus.

& receſsit ab oriente: Diuiſiq;

a ¶ Al diuiſiq; ſunt alterutrim a fratre ſuo.
¶ Sic hęretici & catholici tam locis q; moribus.
¶ A nobis exierunt: ſed non erant ex nobis.

ſunt alterutrum à fratre ſuo. Abram habitauit in terra Chanaan, † Lot uerò moratus eſt in oppidis, quę erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. [g] Homines autem Sodomitę peſſimi [h] erant & peccatores coram domino nimis. Dixitq; domi-

a ¶ Recedente ſchiſmate lata hęreditas promittitur p omnes partes mundi merito fidei dilatata.

nus ad Abram, poſtq; diuiſus [i] eſt Lot ab eo. Leua oculos tuos & uide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem & Meridiem, Orientem & Occidentẽ †: Omnem † terram quam conſpicis, tibi

a ¶ Id eſt Chriſto qui de ſemine eius.

dabo, & ſemini tuo uſq; ĩ ſempiternum. Faciamq; ſemen tuũ ſicut puluerem terræ. Si quis † poteſt hominum, numerare

a ¶ Semen Iſrael ſecundum carnem.

puluerem terræ, ſemen quoq; tuum numerare poterit. Surge

a ¶ Ne putetur ea terra, tantum promitti quę ab Abram in eodem loco ſtante poterat uideri.

† & perambula terra in longitu

a ¶ His ſcilicet qui de te naſcentur.

dine & latitudine ſua, quia tibi daturus ſum eam. Mouens igi-

a ¶ Quia non habebat hic manentem ciuitatem.

tur Abram tabernaculum ſuũ, uenit & habitauit iuxta conuallem [k]

a ¶ Quę ſic uocatur a mambre amico Abræ.

mambre quę eſt in hebron.

a ¶ Vt exhiberet culturam cui debebat fidem.

Aedificauitq; ibi altare domĩo. [l]

## Cap. XIIII.

FACTVM eſt aũt ĩ illo tẽpo [m]

a ¶ dixit ut caderet: hi ſunt qui contra dominum loquentes cadunt.

re, ut Amraphel, [n]

i ¶ Dixitq; dominus ad Abram. Hic conſeqnenter deſcribitur ſeparationis Abrã & lot approbatio, per hoc cp dominꝰ locutus eſt ipſi Abrã poſt illam ſeparationem, promittẽs ei terram & prolis multiplicationem, & hoc fuit conuenienter factum: Diuinę enim reuelationes ſolent fieri mentibus quietatis, & à perturbationibus paſſionum ſedatis. Societas autem ipſius lot propter rixam famulorum erat cauſa perturbationis, vt prędictum eſt: & ideo reuelatio diuina facta eſt abræ poſt ipſius lot ſeparationem, & patet litera vſq; ibi. k ¶ Et habitauit &c. Mambre nomen eſt hominis potentis illius terrę à quo denominata eſt vallis illa, & iſte fuit fœderatus cum abrã, vt patet ca. ſequẽti. l ¶ Aedificauitq; ibi altare domino. Ad ſacrificandum & gratias agendum ipſi deo.

✱ † ¶ Abram habitauit in terra chanaan. Quę interpretatur commutatio, vel mercatio, quę habet curã & anxietatem annexã. Vbi deſignatur cp prelationis ſtatꝰ eſt anxietatibus plenꝰ. Et qa talis indiget diuina conſolatione, ideo ſubditur. i ¶ Dixitq; dominus ad abram: Ipſum conſolando de magnitudine meriti. † ¶ Omnem terram quam conſpicis &c. Per quam deſignaẽ terra viuentiũ. Sequitur. l ¶ Aedificauitq; ibi altare domino. pro gratiarum actione ex tanta bonorum promiſſione.

r Coram te eſt, ĩhũc hebraiſmũ interpre. Cap. 34. huiꝰ ſic reddidit, in poteſtate tua eſt. — G — Reuelationes diuinę quę: — Moraliter. — 2 Omnem.

## *ADDITIO.*

¶ In ca. xiij. vbi dicitur in poſtilla. Chananęus & pherèſęus &c̃.

*ADITIO.* Rationabilius pręſumitur cp timebat abrã ne habitatores terrę qui erant ſine timore domini ſcilicet chananęꝰ & phereſęus, videntes tantam eſſe abundantiam abrę & nepotis eius, cp non poterat capere eos terra, expoliarent eos vel ſaltem de terra eiicerent, ſicut eiecerunt philiſtiim Iſaac propter ſimilẽ cauſam, vt infra. xxvj. ca. & ideo interpoſuit ſcriptura in narratione huius receſſus. Chananęus & phereſęus habitabant in terra, quaſi diceret, tales erant habitatores terrę cp non tolerarent tantam abundantiã in extraneis.

Habitauit in ſodomis tetendit tabernaculũ ſodomum vſq; heb. — H — Aſs† poſſit

## Cap. XIIII.

a ❡ Deſcenderuntq́ vo. &c. Grego. Tropologicè, In ipſo E orationis ſacrificio ingerunt ſe importunę cogitationes rapere vel violare cupientes, ſed manu ſanctæ diſcretionis debemus cuſtodire quod foris offerimus, ne maligni ſpũs & peruerſæ cogitationes rapiant. b ❡ Pauor irruit ſu. &c. Aug. Tractãda eſt iſta queſtio propter eos qui contendũt iſtas ꝑturbationes non cadere in animũ ſapiẽtis, vtrum tale ſit quale memorat Aulus gellius quendã ſcilicet philoſophum in magna maris tempeſtate, & animaduerſum à quodam luxurioſo adoleſcente, qui cum ei poſt periculũ inſultaret qđ philoſophus citò perturbatus eſſet. Reſpondit, ideo illum nõ perturbatũ, quia nequiſſimę animæ ſuę nihil timere deberet, quod nec digna eſſet pro qua aliquid timeret. Cęteris autem protulit librum, in quo legebatur non placuiſſe ſtoicis, nullam talem perturbationem cadere in animũ ſapientis, quaſi nihil tale in eorum appareret affectibus: ſed ꝑturbationem ab eis diffiniri, cum ratio talibus moribus cederet. Cum autem non cèderet, non dicendam perturbationem. c ❡ Scito pręnoſcẽs &c. Iſi. Populus iſrael in ægypto ſeruiturus prophętatur: non quòd ęgyptiis annis quadringentis ſeruierit, ſed quia hic numerus in illa afflictione completus eſt, quia ab illo tempore computatur, qđ iſta Abrahæ promittuntur. ❡ Auguſt. Scito pręnoſcens &c̃. Non ſic accipiendũ eſt, tanq̃ in illa duriſſima ſeruitute † quadringentos annos populus dei fuerit. Sed quia dictũ eſt in Iſaac vocabitur tibi ſemẽ, Ab initio natiuitatis Iſaac vſq; ad annum egreſſionis iſrael ex ægypto computantur anni. cccc v. Cũ ergo de quadringẽtis triginta, detraxeris. xxv. qui ſunt à promiſſione vſq; ad natum Iſaac, non mirum eſt ſi quadringentos quinq; annos ſumma ſolida voluit appellare ſcriptura, quę ſolet ita numerare tempora vt quòd ſumma numeri paululum excreſcit aut infra eſt nõ computetur. Non ergo F quod ait in ſeruitutem redigent eos & affligent, ad. cccc. annos referendum eſt, tanq̃ per tot annos in ſeruitutem habuerint eos. Sed referẽdi ſunt anni. cccc. ad id qđ dictum eſt. Peregrinum futurum eſt ſemen tuum in terra non ſua. Siue enim in terra chanaan ſiue in ęgypto peregrinum erat anteq̃ hęreditatẽ haberet, ex promiſſione dei, qđ factum eſt, poſtq̃ ab ægypto liberati ſunt. Vt per hypbaton ſit ordo verborum. Sciendo ſcias, quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua quadringentis annis. Iſtud autem ſit interpoſitum. Et ſubiiciẽt eos ſeruituti, & affligent ita vt ad quadringentos annos hęc interpoſitio non pertineat. In extrema enim parte ſummę huius id eſt poſt mortem Ioſeph populus dei in ægypto dura ſeruitute afflictus eſt.

Tropologicè. Moralit. Propẽ ſtoicos. Aul' gelli' li. 19. c. 1. al's non habet † ca. Prophætia ſeruitutis filiorũ iſrael in ęgypto. Hiſtorialiter. al's, † ſopor al's, † . cccc. annis. Prędicit ſeruitus & liberatio filiorum iſrl' ex ægypto. Act. 7. a. Exod. 12. f. Hypbatõ.

☞ Generatione.

a ❡ Regnaturam. b ❡ Simplices innocentes. Vtraq; enim auis ſimplicitatem habet & innocentiam.

& ârietem annorum trium, tũrturem quoq; & columbã. Qui

a ❡ Quia carnales ab inuicem diuiduntur. b ❡ Animalia.

tollens uniũerſa hæc, diuiſit † êa per medium, & utraſq; partes contra ſe altrinſecus poſuit.

a ❡ Quia ſpirituales ſeruant unitatẽ ſpiritus in uinculo pacis.

Aũes autem non diuiſit. Deſcen-

a ❡ Demones. importunę cogitationes.

deruntq́ uólucres ſuper cadaue-

a ❡ Quia multi carnales merito ſanctorũ in fine liberabuntur. b ❡ Illius merito de anguſtiis liberatus eſt Iſrael.

ra & âbigebat eas Abrâm.

a ❡ Quia circa finem mundi perturbatio magna ab antichriſto inferetur ſanctis.

Cumq́ ſol óccumberet, † pauor irruit ſuper Abram: & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Dictumq́ eſt ad eum: † Scito prænoſcens ꝙ peregrinum

a ❡ Populus Iſrael.

futurum ſit ſemẽn tuum in terra non ſua. & ſubiicient eos ſer-

a ❡ Extranei. b ❡ Iſido. in afflictione. cccc. anni complebuntur. ❡ Vltima parte huius temporis.

uituti, & âffligent quâdringen-

## *Nicolaus de Lyra.*

Speciebus animaliũ ſolũ erãt ſacrificia fiẽda in lege, vt patebit in Leuit. & ideo de q̃libet ſpecie nominat vnũ indiuiduũ. Cõſiderandũ etiã, ꝙ de q̃libet ſpecie p̃dicta fiebat in lege triplex ſacrificiũ. Vnũ vocabatur hoſtia ꝓ pc̃tõ, qđ fiebat ꝓ expiatione alicuius peccati cõmiſſi. Aliud vocabatur hoſtia pacifica, ꝙ offerebat̃ deo pro aliquo bono obtento vel obtinendo. Tertium erat hoſtia in holocauſtũ. q̃ tota incendebat̃ ad honorẽ diuinũ, & ideo ad hoc triplex ſacrificiũ deſignandũ dicit̃ hic, quòd quodlibet indiuiduũ prædictũ ſit triũ annorũ. a ❡ Turturẽ quoq; & columbã. quia futurum erat in lege danda per Moyſen, vt fieret ſacrificiũ de iſtis ſpeciebus auium tãtũ, niſi in emundatione leproſi, vbi fiebat oblatio de paſſeribus, propter qđ de iſta ſpecie auis non fit hic mentio, q̃a non erat cõis oblatio vel ſacrificium. Licet autem aſſignare rõnes plenius & in particulari, quare de p̃dictis fiebant ſacrificia magis q̃ de aliis, pertineat ad librũ Leuiticũ, tñ põt hic breuiter aliq̃d p̃mitti. Dictum eſt aũt ꝙ ſacrificia legis erant q̃dã proteſtationes fidei, iõ rationes ſacrificiorum ſunt accipiendę ex ipſa proteſtatione: ſecundũ vero Auguſt. in lib. de lege & grã nullus vnq̃ hoĩm fuit ſaluatus niſi in fide mediatoris, in q̃ eſt duplex natura, diuina. ſ. & hũana. Diuinitatẽ aũt ipſius ꝓteſtabant̃ ſacrificia, inquantũ hoĩes per illa ſacrificia oſtendebant ſe habere vitã a deo, & per conſequens alia bona. Hoc autẽ fiebat in ſacrificiis p̃dictorũ aĩaliũ. ſ. bouis, ouis, & capræ, q̃a iſta aĩalia tanq̃ domeſtica ſunt cum hoĩbus, & cedunt in vſum eorum ad ſubſtẽtationem vitæ. Alia vero animalia cõmuniter ſunt G ſilueſtria, vel ſi ſunt domeſtica, ſunt immũda, vt porcus & ſimilia. Item prędicta animalia reprę ſentabãt humanitatem Chriſti, inq̃tũ fuit inſtrumentum noſtrę redemptionis, quia ouis reprę ſentabat eius innocentiam, capra ſimilitudinem carnis peccati, bos fortitudinem Chriſti ad ſubſtinendum labores maximè in paſſione. Turtures autem & colũbę habundabant in terra illa, & ideo ex illis fiebant ſacrificia pauperũ, q̃a de facili poterãt haberi. Turtur etiã caſtitatẽ Chriſti ſignificat, columba verò quę ſine felle eſt, eius mititatem, ſecũdum illud Matth. xj. d. Diſcite à me quia mitis ſum &c. Et ſic patet quare de p̃dictis fiebãt ſacrificia vt cõiter. b ❡ Qui tollẽs vni. hæc diuiſit &c. Cauſa hui' diuiſiõis & ꝑtitionis eſt, q̃a tũc tp̃is q̃n hoĩes ad inuicẽ faciebãt pactũ vł' fœd' inuiolabile ad hoc deſignandũ interficiebant vnũ aĩal, & diuidebãt ĩ duas ꝑtes, & trãſibãt ĩter illas ꝑtes, ad deſignãdũ qđ digni eſſẽt morte, ſi pactũ illud trãſgrederẽtur. Dñs aũt hic pepigit fœdus & pactũ cum Abram: vt dicitur infra eodẽ ca. & ideo animalia iſta fuerunt diuiſa in duas partes, & partes ſic poſitę quòd poſſet eſſe tranſitus inter illas partes. c ❡ Aues autẽ nõ diuiſit. quia in cõfirmatione talis pacti vł' fœderis auis nõ occidebatur, nec diuidebat̃ etiã cũ alias immolabat̃ in holocauſtũ, vt habet̃ Leuit. j. d. Alia eſt cauſa myſtica, quia per aĩalia deſignat̃ vita actiua, quę diuidit hoĩem circa multa, ſecũdum illud Luc̃. x. g. Martha Martha ſollicita es & turbaris erga plurima. Per aues vero ꝓpter volatum deſignat̃ vita cõtemplatiua q̃ vnit hoĩem ad deum, iõ ſubdit̃ ibidẽ: Porrò vnũ eſt neceſſarium: Maria optimam partẽ elegit &c̃. d ❡ Deſcẽderuntq́ volucres ſup̃ cadauera. id eſt ſup̃ ſacrificia, ad deſignandum ꝙ demones qui per aues deſignant̃ (Math. xiij. a. & maximè q̃a iſtę erant aues de nocte volantes, vt patet per ſequentia) nitunt̃ deſtruere vł' fœdare bona opera. e ❡ Et Abigebat eas Abram. quia ſi in operib' bonis dęmones nos volunt impedire, debem' eos feruore charitatis repellere. f ❡ Cũq; ſol occũberet: In hebręo dicit̃ occubuiſſet. Ex quo patet qđ iam erat nox. g ❡ Sopor irruit ſuper Abram. In hebræo habetur תרדמה tardema id eſt extaſis. Extaſis verò nõ ſignat proprie ſomnũ, ſed magis raptum à ſenſibus exterioribus. h ❡ Horor magnus &c. ꝑ hoc enim deſignabantur afflictiões & anxietates quas paſſuri erãt filij eius, anteq̃ obtinerent terram promiſſionis, & quas oportet ſuſtinere fideles anteq̃ veniant ad terram viuẽtium, ſecundũ illud Act. decimoquarto. d. Per multas tribulationes oportet tranſire ad regnum, propter quod ſubditur. i ❡ Scito pręnoſcens ꝙ &c. Iſti quadringenti anni non poſſunt referri ad ſeruitutem & afflictionem quam paſſi ſunt filij iſrael in ægypto, quod probatur manifeſtè, quia Caath deſcendit in ægyptum cum Leui patre ſuo, & Iacob auo ſuo, vt habetur Geneſis quadrageſimoſexto. b. Item iſte Caath vixit cxxxiij. annis & Amram filius eius. cxxxvij. vt habetur Exodi. vj. c. Et Moyſes filius Amram erat octoginta annorum in exitu de ægypto, vt habetur Exod. ſeptimo. b. qui anni coniuncti faciunt. cccl. annos tantum, & adhuc ſi volumus habere præciſè numerum annorum à principio deſcenſus in ægyptum vſq; ad exitum, oportet ſubtrahere à prædictis. cccl. annis omnes annos quibus vixit Caath anteq̃ deſcenderet in ægyptum, & annos quibus vixit Amram poſtquam genuit Moyſen. Ex quo patet quòd non fuerunt in ægypto quadringentis annis, ſed fuerunt ibi ducentiſdecem annis tantum, vt dicunt hebræi ex aliis ſuis chronicis, quibus credendum eſt in talibus, quando ex textu bibliæ non poteſt veritas haberi, ſicut eſt in ꝓpoſito, & eodẽ modo Hierony. & alij doctores catholici in caſu ſimili recurrunt ad hiſtoriam Ioſuę.

Triplex ſacrificiũ in lege. Colũbã. pullũ Colũbarum. Heb. Myſtice. H Extaſis. Tp̃s afflictionis in ægypto. Nota. Moralit.

✳ a ❡ Et arietẽ trium annorum: id eſt fortitudinem: quã aries deſignat: quia cornibus fortiter pugnat: & dicitur annorum trium, quia per virtutem fortitudinis homo ſuſtinet patienter dura verba, rerum damna, corporis ſupplicia. ❡ Turturem. quę ſignificat caſtitatẽ. b ❡ Et columbam. id eſt charitatẽ, q̃a ſpiritusſanctus apparuit in ſpecie columbæ ſuper Chriſti humanitatem. Oblatio verò facta deo de iſtis, ſignum eſt aſſecurans coniectualiter de adeptione futuræ beatitudinis, ideo ſequitur poſtea, ✳ Et apparuit.

A a ¶ Generatione autem &c. Hiero. Moyſes verò alibi dicit quinta progenie aſcenderũt filij Iſrael de terra ægyti, ſed quarta generatione egreſsi ſunt. Leui enim genuit Caath: Caath genuit Amrã, ille Aaron: Aaron Eleazar, & ille genuit Phinees. Caath cũ patre ſuo Leui ingreſſus eſt in ægyptum. Eleazar verò cum Aaron egreſſus eſt. A caath vſq; ad Eleazar generationes quatuor. Quidam tamen ab Amram incipiunt, & ad Phinees peruenĩũt. Quinta verò generatiõe egreſsi ſunt, quia Iudas genuit Phares: Phares genuit Eſrom, Eſrõ genuit Arã. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naaſon, qui genuit Salmon. Phares cũ iuda patre ſuo ingreſſus eſt ægyptum. Naaſon princeps tribus iudę in deſerto ſubſcribitur, cuius filius Salmon in terram promiſsionis intrauit. A Phares vſq; Naaſon generatiões quinq;. Quidam tamẽ ab Eſrom incipiunt, & ad Salmon pueniũt.

Igit̃ Sarai

Iudicabo ꝓ vidicabo & vlciſcar poſitũ eſt.

tis annis. Veruntamen gentem [a] cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo, [b] & poſt hæc egredientur cum [c] multa ſubſtantia. Tu autem [d] ibis ad patres tuos in pace, ſepultus [e] in ſenectute bona. Generatione [f] autem quarta reuertentur huc: Necdum enim † complete [g] ſunt iniquitates [1] amorrhęorũ vſq; † ad præſens tempus. Cum [h] ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit cli- [i] banus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. In die illo pepigit dominus cum [k] Abram fœdus dicens: † Semini tuo dabo terram hanc, à fluuio [l] Aegypti vſq; ad fluuium † magnum [m] Euphraten: Cinæos, & [n] cœnezæos, & [2] cethmonæos, & [3] Ethęos, et pherezęos, raphaim quoq;, & [4] Amorręos, & Chananęos, & Gergeſęos, & Iebuſęos.

¶ Al's magna. a ¶ Moriendo. a ¶ Sanctos prędeceſſores. a ¶ A Caath filio Leui uſq; ad Eleazar generationes quatuor, & ab Abraam uſq; ad Phinees. b ¶ Filij Abraæ. a ¶ Vt iam debeant amittere terram ſuam. a ¶ Tribulationem & anguſtiam futuram ſignificat. a ¶ Iudicium per igem ſignificat, quo ſeparandi ſunt mali a bonis. b ¶ Ignis iudicij ſeparandi bonos a malis. a ¶ Rinocorula: qui diuidit paleſtinam & ægytum.

## *Nicolaus de Lyra.*

ad hiſtoriã Ioſephi, & annales iudęorũ: & ideo iſti anni quadringẽti p̃dicti reducendi ſunt ad illud qđ p̃dicit̃: Scito pręnocẽs ꝙ peregrinũ futurum ſit ſemen tuum &c̃. qa ã natiuitate Iſaac, in quo vocatum eſt ſemen Abraæ: vt habet̃. xxj. c. vſq; quo genuit Iacob fluxerunt anni. lx. vt habet̃. j. xxv. c. Iacob autem erat annorum. cxxx. quando deſcẽdit in ægyptum: vt habet̃. j. xlvij. b. Et ſic ã natiuitate Iſaac vſq; ad deſcenſum in ægyptum fluxerunt anni. cxc. qbus ſi iungant̃. anni. cc. & x. qbus filij iſrael fuerunt in ægypto, habent̃ anni. cccc. p̃ciſe: in qbus ſemen Abraæ fuit peregrinum in terra non ſua. ſ. partim in terra chanaã: in q̃ Iſaac cum patre
B ſuo fuit peregrinus, primò, quia licet de⁹ ꝓmiſiſſet ſibi terrã chanaan, non tamen dedit ſibi in actu paſſum pedis in ea, vt habetur Act. vij. a. poſtea peregrinat⁹ eſt Iſaac in gerare, & poſtea Iacob cũ filiis ſuis ĩ ęgypto, & propter hoc non dixit dñs Abræ. Peregrinũ erit ſemẽ tum in terra ægypti. cccc. annis ſed dixit in terra nõ ſua. & ſubiicient eos ſeruituti & affligent. Iſta fuit ſeruitus & afflictio ægypti, quæ terminata eſt in illis. cccc. annis, ſed non incœpit ã principio illius temporis, vt viſum eſt a ¶ Verumtamẽ gẽtem cui &c. id eſt gentem ægyptiorũ. b ¶ Ego iudicabo. Percutiendo decem plagis, vt habet̃ in Exod. c ¶ Et poſt &c. quia filij iſrael in exitu de ægypto acceperunt mutuo à vicinis ſuis vaſa aurea & argentea & veſtes, vt habetur Exod. xij. f. Et ſic egreſſi ſunt ſi ſunt cum magna ſubſtantia. d ¶ Tu autem ibis &c. id eſt C antequàm prædicta ſeruitus & afflictio ſuperueniant ſemini tuo. e ¶ Sepult⁹ i ſe. bõa. i. decedẽs i grã, qa nõ dicit̃ hoc niſi de iuſtis. f ¶ Gñatiõe aũt q̃rta re. huc .i. ad terram chanaã Abrę ꝓmiſſam. In illa em̃ erat Abrã actu qñ dñs ſic loq̃bat̃ cũ eo. Auertẽdum tñ ꝙ iſtę q̃tuor gñationes nõ ſunt accipiẽdę ab Abrã ſed, ã Iacob, q deſcẽdit in ægyptũ, & ſi cõputent̃ gñatiões ab eo p lineã regiã, ĩueniũt̃ q̃tuor vſq; ad redditũ i terrã ꝓmiſſionis qa Iacob genuit iudã, Iudas autẽ genuit Phares, Phares aũt genuit Eſrõ: vt habetur Mat. j. a. Eſrõ aũt genuit Caleb: vt habet̃. j. Paral. ij. a. Et iſte Caleb in q̃ cõpleta eſt q̃rta gñatio, fuit de intrantib⁹ terrã ꝓmiſsiõis, vt habet̃ Nu. xiiij. d. & Ioſue. xiiij. b. Trãſlatio ṽò. lxx. habet: Quinta gñatiõe reuertent̃ huc & hoc eſt ṽũ ſi cõputent̃ gñatiões p lineam ſacerdotalẽ, qa Iacob genuit Leui. Leui aũt genuit Caath, Cath aũt genuit Amrã, Amram aũt genut Aarõ, vt hr̃ Exo. vj. c. Aaron aũt genuit Eleazarũ ſacerdotẽ, & iſtę Eleazarus in q̃ cõpleta eſt q̃nta gñatio fuit de intrãtib⁹ terrã ꝓmiſsiõis, qa ipe & Ioſuę fili⁹ Nũ diuiſerũt terrã illã filiis iſrl', vt habet̃ Ioſ. xiiij. a. g ¶ Necdũ em̃ cõ. &c. Iſtud interponit̃ ꝓ cã dilatiõis implẽdę ꝓmiſsiõis factæ Abrę de terra illa, quia iniq̃tates ppl'i q habitabat terrã illã actu, adhuc nõ tñ increuerãt qđ deberet inde expelli. de⁹ em̃ expectat in talib⁹ menſurã ſui iudicij. h ¶ Cũ ergo oc. ſol. Repetit qđ ſupra p̃dixit, vt reuertat̃ ad cõſũmationẽ ſacrificij Abrahę. i ¶ Et ap. cliban⁹ &c. Sicut em̃ ſupra dictum eſt: iniẽs pactũ vel fœd⁹ firmũ cum aliq̃ trãſibat inter ptes aĩalis occiſi. deus aũt faciebat pactũ firmum cum Abrahã, vt ſtatim ſubdit̃. k ¶ In illo die pe. &c. Deitas ṽò oculis ſenſibilibus videri nõ põt. iõ apparuit ignis rep̃ſentans p̃ñtiam dei, ſicut Moyſi in rubo: Exo. iij. a. & trãſiẽs inter diuiſiões p̃dictas, ad oñdẽdũ firmitatẽ pacti cũ Abram. Sequit̃: l ¶ A fluuio ægyti. Qui diuidit terram Chanaã ab ægypto, & vocat̃ rinocorula & iſtę eſt termin⁹ terrę ꝓmiſſionis à pte auſtrali. m ¶ Vſq; ad fluui. Euphra. q ẽ ali⁹ termin⁹ ex pte oppoſita. n ¶ Cinęos & ce. &c. Enumerat hic decẽ gentes q̃rũ terras dedit hic dominus filiis Abræ & Iacob Filij enim Eſau aliquã partem obtinuerunt.

Moralit̃.

✱ i ¶ Et appuit cliban⁹ fumãs & lampas ignis. Quę ſunt ſigna diuinæ acceptationis, ſicut habet̃. iij. Reg. xviij. f. de igne deſcẽdẽte ſuper ſacrificiũ Heliæ: & Leuit̃. ix. d. ſuper ſacrificiũ Aaron & filiorum eius in eorum conſecratione.

al's, † iplere. al's, † in. 1 Amorrhęorum † 23. q. 7. c. ſi de rebus. D Quarto ꝓmittit̃ terra chanaã. g. 12. b. 13. d. & 26. a. Deut. 4. b. al's, non habet † magnum. 2 Cedmonęos. Rinocorula. 3 Hętheos 4 Amorrhęos.

## ADDITIO.

¶ In. c. xv. vbi dicit̃ i poſt. Circa primũ deſcribit̃ occaſio petitiõis.

## ADDITIO I.

¶ Dicere ꝙ Abrã timuit, ne in victoria quã habuerat accepiſſet totã mercedẽ iuſtitię ſuę à dño, videt̃ irrõnabil'r dictũ. Tũ qa primũ ꝓmiſſum Abrę factũ fuerat, faciãq; te in gẽtẽ mag. ſupra. xij. c. ſed hoc non erat ipletũ iſto tpe q̃ Abrã timuit ꝓ tũc em̃ nullã ꝓlẽ habebat. & ſic nõdũ hẽbat totã mercedẽ ã deo ſibi ꝓmiſſam. Tũc qa etiã veri philoſophi licet fœlicitatẽ ęternã nõ cognouerũt nõ tñ ponũt totã mercedẽ bonorũ opũ i victoria vl' hmõi. vt patet. j. Ethi. Et multo min⁹ p̃ſumẽdũ eſt de Abraã: ꝙ totã mercedẽ ã deo ſibi ꝓmiſſã ęſtimaret cõſumi in q̃dã tpali victoria. Sed iſte loc⁹ alit̃ põt exponi, & vt credo meli⁹. ſ. ꝙ Abraã ex p̃dicta victoria timuiſſet ꝓpter duo. Primũ ne fortè illi reges ab eo victi irruerẽt ſup eũ ſic pluries cõtingit inter bellatores, eo mõ ꝙ timuit Iacob ã ſichiſmitis & cõuicinis eorũ. j. xxxiiij. d. Secũdũ timebat: ne fortè exceſſiſſet in perſecutione illorũ regũ & deuaſtatiõe eorũ. Nõ em̃ legit̃, ꝙ hoc feciſſet ex iuſſu diuio: & ideo timuit ne fortè in illo actu peccaſſet, iuxta illđ Iob. ix. d. Verebar opa mĩa, p̃ſertim cũ i lr̃a nõ appeat ꝙ Abraã fuiſſet certificat⁹ ꝙ illi q̃tuor reges iiuſtè ſe habuiſſent cõtra alios q̃nq; aduerſarios ſuos. Vñ de⁹ aſſecurauit ipm de vtroq; timore. De priõ. ſ. cũ dicit, ¶ Ego ꝓt. tu⁹ ſũ. Et ne terrearis à facie eorũ, qa ego ꝓtegã te. De ſcđo ṽò aſſecurauit eũ dũ dicit: ¶ En merces tua mag. q. d. nõ ſolũ nõ deliq̃ſti aliquid in p̃dicta pſecutiõe & victoria p̃dictorũ regũ, ſed etiã p eã vlteri⁹ meruiſti mercedẽ magnam, inq̃ꝫtum ex cœlo charitatis fraternę & ad honorẽ diuinum hoc fuit factum.

¶ In eod. cap. xv. vbi dicitur in poſtilla. Qđ aũt Abram in hoc loco intellexerit ſibi & ſemni ſuo.

## ADDITIO II.

¶ Hęc ṽba xp̃i à Iohãne narrata. ſ. Abrã exultauit vt videret diem meũ &c̃. nõ ſunt referẽda ad viſionẽ Abræ: de q̃ in hoc loco agit̃ qa hic nõ fit mẽtio de paſsione xp̃i, nec de eius reſurrectiõe, nec in re, nec in figura, vt ſatis patet aduertẽti. Sed hęc ṽba euãgelij poti⁹ ſunt referẽda ad tp̃s immolationis Iſaac. de q̃. j. xxij. c. ampli⁹ videbit̃. Sed ꝙ Abrahã itellexiſſet in hoc loco ſibi & ſemini ſuo eſſe ꝓmiſſa, nõ ſolũ bona terrena, ſed etiã cœleſtia, ex tribus põt cõprobari in hac viſione cõtẽtis. Priõ ex hoc ꝙ ꝓmiſsio de multiplicatione ꝓlis facta Abræ, aliter facta fuit. ſupra. xiij. ca. & aliter hic. Ibi em̃ aſſimilat multitudinẽ ꝓlis multitudini arenę in hoc: qa arena eſt q̃ſi innũerabilis. Dicit em̃, Si qs põt nũerare puluerẽ terrę &c̃. In hoc aũt loco cõcludit ſimilitudinẽ ſimpl'r inter ſemẽ ſuũ & ſtellas cœli. Dicit em̃: Sic erit ſemen tuũ. ſ. cœleſtę, lucidũ, & incorruptibile: iuxta illud Dañ. xij. b. Qui autem ad iuſtitiam erudiunt plurimos, quaſi ſtelle in perpetuas æternitates. Secundò etiam hoc deſignatur per illud quod prædicitur immediatè: ¶ Eduxitq; eum foras. non videtur propriè intelligendum per motum corporalem, nam hoc videtur ſuperfluum eſſe, quia Abram non poſſet

 ſuſpice recos-

E ſuſpicere cœlum exiſtẽs infra domũ vel tentoriũ: & ſic ſuffeciſſet dixiſſe ei, ſuſpice cœlũ. Et ait illi: ſuſpice cœlũ & numera ſtellas. Cum em̃ dicit: Eduxitq́ eũ foras. Ipſe em̃ obediendo mandato exiuiſſet ad locum vbi poſſet ſuſpicere. Sed hæc eductio aliter intelligẽda eſt, ſcilicet ꝙ ad hoc ꝙ Abraham haberet cognitionẽ ſaltem enigmaticã per fidem de fœlicitate æterna: oportebat eum ſupra ſe ſeu extra ſe educi, iuxta illud Eccẽ. iij. c. Plurima enim ſup ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi. Et ſic exponũt iſtud verbũ antiqui Hebræorũ, licet non ad eundẽ finem. Dicunt em̃: Quid eſt ꝙ eduxit eum foras? Hoc eſt dicere, eduxit eũ de credulitate ſeu opiniõe ſua. Et notãdũ, ꝙ non dixit: Exi foras: ſed eduxit eum foras: ad denotandũ ꝙ fides, dei donũ eſt, vt Sapientiæ. iij. c. Tertio comprobatur ꝙ Abraham in hoc loco credidit bona ſpiritualia ſibi, & ſemini ſuo promitti. Ex hoc quod ſequitur: Abrahã credidit deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Ad quod ſciendũ, ꝙ licet Abraham à principio ſui exitus de domo ſua, & de cognatione ſua ſeparauerit ſe ab infidelibus tanq̃ fidelis: fides tamen Abræ in hoc loco fuit approbata à deo tanq̃ fides iuſtificans, & de hoc dicit: & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã. Cui⁹ ratio eſt ſcd'm Apoſtolũ ad Ro. iiij. c. eo ꝙ cõtra ſpẽ in ſpem credidit. ſ. cõtra ſpem naturę in ſpem gratiæ: qđ intelligit nõ ſolũ in hoc ꝙ credidit ip̃m futurũ eſſe patrẽ multarũ gentiũ ſecũdũ carnẽ, qđ eſt cõtra ſpem naturæ, cum ipſe eſſet ſenex & vxor ſua ſterilis, ſed potius in hoc ꝙ credidit ſe & ſemẽ ſuũ cõſecuturos eſſe vitam beatã. ſ. cœleſtẽ: qđ eſt maximè contra ſpẽ naturę: iuxta. j. Cor. ij. b. Oculus non vidit quę preparauit de⁹ diligẽtibus ſe. Illa em̃ q̃ fuerunt anteà dicta ſeu ꝓmiſſa Abræ, nõ excedebant totam facultatẽ naturę, ſicut cũ dicit: Faciam te in gentẽ magnã &c̃. Et ideo in hoc loco p̃cipuè fides ſua reputata fuit ad iuſtitiã ꝓpter prædicta.

¶ In eo. ca. xv. vbi dicit in poſtilla: Sopor irruit ſup Abram.

## ADDITIO III.

¶ In hebræo in hoc loco propriè dicitur: Sopor irruit ſuper Abrã. ſicut in trãſlatione noſtra: eadẽ tñ dictio ponit hic & ſuprà ij. ca. vbi dicit: Immiſit dñs deus ſoporem in Adam.

## REPLICA

Correctorij cõtra Burgẽ. In. c. xv. vbi poſtillator introducit Abrã
F timuiſſe ne fortè ꝓmiſſio ſibi facta. c. xij. ſuprà p datã tã ſolennẽ victoriã eſſet impleta. Burgẽ. hoc dicit forè irrationabiliter dictũ ex motiuis modicũ valẽtib⁹ vt patebit. poſtillator em̃ cõformat ſe dictis ſctõrũ & Glo. ordi. q hũc paſſum myſticè introducẽtes dicũt: Triũphata multitudine vitiorũ cõfortat pes cuiuſq́ fidelis à dño ne titubet: ſed mercedem expectet. Ad cuius inſtar hic facit poſtillator attendens ex litera hanc victoriam non eſſe mercedem, ſed aliã multo maiorem expectandam. Nec valet obiectio prima Burgen. quia etſi per iſtam victoriam non creuit in prolem, creuit tamẽ in gentem, iuxta verba promiſſionis ſuprà factæ. cap. xij. vbi dicebatur. Faciam te creſcere in gentem magnam. Ex illa em̃ victoria creuit in gentem magnam: quia non ſolum coram omnibus illis regibus, pro quib⁹ dimicauit reputat⁹ eſt, ſed & magna gens ei adhęſit, vt putaret Abram promiſſionem illam impletam eſſe, qa nõ dicebatur de prole ſed de gente. Rationabiliter igitur dictũ eſt Abrã timuiſſe. Nec ſcd'a obiectio Burgẽ. valet nã etſi Abrahã cõcedat fuiſſe philoſophus & theologus, nondũ tñ ꝑfectus, qa videtur de promiſſis. ca. xij. & hic tẽporaliter ſapuiſſe, vt patet ex textu. Nã de ꝓmiſſione hic facta dixit. Dñe deus quid dabis mihi? & cętera, quę ſequũtur nõ grandipendens ꝓmiſſum, non habito hærede temporaliter ſuccedente. Si enim eam promiſſionẽ de æterna mercede intellexiſſet: plenè fruſtrà heredem carnalem petiſſet, cum in ea nemo alteri ſuccedit vt hæres eius: cum omnes ſint ibi cohæredes Chriſti, nec ſine culpa vernaculo inuidiſſet, cum in ęterna mercede liber, & ſeruus appenduntur æqua lance. Non valent igitur obiectiones Burgẽ. ſtat em̃ timor per poſtillatorem induct⁹ cũ duobus timoribus poſitis per Burgẽ. ¶ Item in eodẽ ca. vbi poſtillator facit vtilem digreſsionẽ, ad intelligẽdũ multos locos veteris teſtamẽti, inter cętera oſtendit Abram per deum in hoc loco inſtructum, vt de cæterò intelligeret ſibi & ſemini ſuo promiſſa nõ ſolũ de temporalibus, ſed principaliter de æternis bonis forè intelligẽda, q̃ non niſi per xp̃m potuerunt ſortiri effectũ, & ſic diẽ xp̃i cis ſpiritualiter hic inſinuatũ & implicitẽ. de quo exponit illud Ioh. viij. g. Abrahã pater veſter exultauit &c̃. Burgẽ. obiicit hic, qđ de Chriſto hic nulla fiat mentio, nec in re nec in figura. Ad qđ dici poteſt, quòd in eo qđ Burgen. hoc tribus rationibus oſtendit. Abrahã intellexiſſe promiſsiones ſibi factas principaliter de æternis, ad quas tamen peruenire non poſſe ſciuit, niſi per Chriſtũ. Idcirco oportet eũ dicere, ꝙ hic implicitè fiat mentio de die & tempore xp̃i, vt de cauſa ſine qua non. nam illius mercedis æternę ſibi promiſſę effectus fuit impoſsibilis ſine merito Chriſti, quod conſurgit ex die natiuitatis, & paſsionis &c̃. Et ad id videntur pertinere tres rationes Burgen. in hac digreſsione poſitę, vt patet intuenti. Et ad plenè ſatiſfaciendũ obiectioni Burgen. videtur quod in hoc capi. fiat mentio de Chriſto per figuram vaccæ triennis, caprę, arietis, & columbarum, put declarat latè poſtillator authoritate beati Aug. in libr. legis & gra-
H tiæ, ¶ In eodẽ ca. facit Burgen. difficultatem in hoc termino ſopor: cum tamen multi textus loco eius habeant pauor. Et huic alludit quod ſequitur: Et horror inuaſit Abrã, & ita beatus Auguſti. videt exponere, vt patet in gl. ordi. Vbi aũt habet ſopor nõ debet accipi p ſomno, ſed extaſi, ſicut ſuprà. ij. c. Ibi em̃ Adã p ſoporẽ extaticũ illuſtratus ꝓphętauit, hic Abram doctus futura prævidit.

G (margin)

Multi theologi ſed nõ perfecti.

## GLOS. ORDI.

### CAP. XVI.

☞ Diuiſio. Adulteriũ Abraæ excuſatur.

IGitur Sarai vxor Abram &c. Ra. Non eſt adulter Abrã ſi viuente vxore ancillę iungitur quia nondum promulgata erat lex euangelij vnius vxoris: & genus ſuum multiplicandũ audierat, ſed per quam mulierẽ neſciebat. quia Sarã ſterilẽ nouerat, nõ fuit in coitu libidinoſa voluptas, ſed prolis habendę pia charitas, vxor quòq́ hoc voluit, & coegit: quæ filios habere non poterat. Ideo ex alia ſuſcipere cupiebat quem in locũ proprij adoptaret. b ¶ Ingredere ad ancillam &c. Hierony. Nota diligenter, quod procreatio filiorum in hebræo ædificatio dicta eſt. Legitur enim ibi: Ingredere ad ancillam meam, ſi quomodo ædificet ex ea. fortè hoc eſt qđ in Exod. dicitur: benedixitq́ deus obſtetricib⁹, & ædificauerunt ſibi domos. Myſtice. Agar terrenam hieruſalem ſignificat, in qua vetus lex carnaliter, & ſeruiliter exercebatur. Sara verò gratiam no. te. q̃ ciues ſupernę hierl'm liberos parit, Sed gratia noui teſtamenti diu in manifeſto non fuit, & vete. teſt. quaſi ancillę gñandi licentiã dedit, ſeruos. ſ. timore, non amore ſeruientes: anteq́ de ſemine abrę filios generans, q̃s ad vnius dei culturam aſtringeret, & ab idolis quibus gentes ſimilia ſacrificia impẽdebãt, reuocaret. Sed cum populus ille de operibus carnis inflat⁹ veniẽtę Chriſto gr̃am refutaret, & in ſeruitute incredulus ꝑduraret, pręualẽte gr̃a ſic afflict⁹ & attrit⁹ eſt. vt regnũ & ſacerdotiũ perderet. Vnde in ſolitudinem redactus ſedulò ſcructãdò & meditandò fontem legis ſitiẽs: nihil inuenit niſi vt monẽte lege p Moiſen tãq́ p angelũ lata in gr̃am redeat & ſe ſubiiciat. Rab. Myſtice. Hæ duæ mulieres ſunt ☞ duo teſtamẽ

Sarai dat viro ancillã ſuã,

✻ Nũc (vel obſecro.)

† 32. q. 4. c. dixit Sara. & ea. q̃. §. 1. i prin. &. c. q̃s ignoret. Exo. 1. c.

Myſtice.

Myſtice. Duo teſtamenta.

### Cap. XVI.

a IGITVR[a] Sarai uxor Abrã non genuerat [1] liberos, ſed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar, dixit marito ſuo: Ecce cõcluſit me dñs, ne parerẽt [b]
b † Ingredere ✻ ad ancillã meam [c]

a ¶ Gratia.
a ¶ Qui libere ſeruirent deo.
a ¶ Datur locus carnali obſeruantiæ: quia nondum uenerat gratiæ tempus.

## NICO. DELY.

### Cap. XVI.

IGitur Sarai. Oſtenſo qualiter Abram ſe habuit in deſiderio prolis, hic conſequenter oſtenditur qualiter benè ſe habuit reſpectu vxoris ei conſentiendò. Primò in ancillę deſpõſatione, ſcd'ò in ei⁹ humiliatiõe ibi: at illa &c̃. Circa primũ dicitur ſic. a ¶ Igitur Sarai vxor Abram non genuerat ſibi liberos. (ly ſibi) quod interponitur non eſt de textu. b ¶ Sed habens ancillam ægyptiam nomine Agar. Iſta Agar, vt dicunt hebræi, fuit filia regis ægypti. vna enim de vxoribus Pharaonis videns ſanctitatẽ Sarę, cum eſſet in domo regis, & quomodo Pharao & domus ei⁹ fuerat flagellat⁹ à dño ꝓpter ip̃m, vt ſuprà dictũ eſt. xij. capitulo. Dixit in corde ſuo, quòd melius eſſet filiæ ſuæ Agar, ſi ſeruiret Sarai tanquam ancilla, quâm ſi remaneret in magno honore in domo paterna, & ideo tradidit eam Sarai, tanquam ancillam eius. Nec iſtud eſt abſonum rationi, quia in libro Heſter dicitur, quòd multi gentiles videntes quid dominus fecerat pro iudæis liberando eos à perſecutione Aman iungebantur cęrimoniis eorum. c ¶ Ingredere ad ancillam & cætera. vt quia non poſſum habere filios naturales, ſaltem habeam p adoptionem Videbat enim Sarai quòd non eſſet bonum quòd tam ſanctus ⌒homo

Moraliter. Hic deſcribitur conceptio Iſmaelis de ancilla cum dicitur. c ¶ Ingredere ad ancil. &c. Per Abrã aũt põt intelligi vir quicũq́ bonus habẽs in ſua domo. i. in ſeipſo Sarai, quę interpretat princeps mea. propter qđ per ip̃am ſignificat rõ recta, ✻ quæ debet do-

1 Sibi.

† 2. q. 7. tm̃ valet. 56. di. c. his. Agar filia regis ęgypti

Moralit.

duo teſtamenta. Agar vetus quod in ſynagoga Iudaicum popu-
A lum ſeruituti nutriebat obnoxium. Sara nouum, quod populum Chriſtianum in libertatem fidei generauit. Multiplicati ſunt ancillæ filij, vt non numerarentur præ multitudine, qui ſuprà arenæ comparantur. Ipſe ergo populus ferocitate ſua æmulus & omnibus bonis contrarius, & maximè cum Chriſtianum populum toto orbe inuidia ſtimulante perſequitur, & longè lateq́ue diſperſus, vagando & negociando omnibus eſt oneroſus. a ❡ Hic erit ferus homo. Vel ruſticus ſecundum alios. Hieronymus in hebræo habetur, פרא, pere quod interpretatur onager, ſignificat ſemen eius habitaturum in deſerto, id eſt ſaracenos vagos incertis ſedibus qui omnes gentes quibus deſertum ex latere iūgitur incurſantes, impugnantur ab omnibus.

Vocauit

Depcāti, voci Sarai. al's † liberos Als, † acqeuiſſet. ✱ Sarai vxor Abrā. Al's † cepat.

a ❡ Mihi adoptando.

ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam † filios. Cumq́ue ille † acquieſceret deprecāti, tulit ✱ Agar ægyptiam ancillam ſuam, poſt annos decem q̄ habitare † cœperant in terra Chanaan, & dedit eam uiro ſuo uxorem. Qui in-

a ❡ Videns multiplicatū Iſrael ſecundum carnem.

greſſus eſt ad eam. At illa conc

e ❡ Gratiam liberos parituram.

cepiſſe ſe uidens, deſpexit dominam ſuam. Dixitq́ue Sarai ad Abraam: Iniquè agis contra me. Ego dedi ancillam meam

a ❡ Quaſi de hærede præſumens.

in † ſinum tuum, quæ uidens q̄ conceperit, deſpectui me habet. Iudicet dominus inter me & te. Cui reſpondens Abraam, ecce † (ait) ancilla tua in manu tua eſt,

a ❡ Quaſi ceſſet umbra, dominetur ueritas. b ❡ Deſtruēte gratia regnū & ſacerdotiū, nō uult ſubijci ſuperbia Iudæorū.

utere ea ut libet. Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit. Cumq́ue

a ❡ Sermo diuinus.

inueniſſet illam angelus domini

a ❡ Literæ legis innitentē. b ❡ Cærimonijs ſuis priuatā.

iuxta fontem † aquæ in ſolitudine, quæ eſt in uiā ſur in deſerto,

a ❡ Conſequenter ægyptia in uia ſur, quæ per hæremum ducitur ad ægyptum, feſtinabat ire ægyptū. b ❡ In anguſtia.

dixit ad illam: Agar ancilla Sarai unde uenis, & quo uadis?

a ❡ Quaſi nolo ſubijci gratiæ.

Quæ reſpōdit: A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Dixitq́ue ei angelus domini: Reuertere ad dominā tuam, & humiliare ſub

a ❡ Ex perſona dei loquitur angelus.

manu ipſius. Et rurſum: Multiplicās (inquit) multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine. Ac deinceps, ecce, ait, † concepiſti & paries filium, uocabiſq́ue nomen eius Iſ-

a ❡ Exauditio dei.

maël, eo q̄ audierit dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus ho

a ❡ Feraliter uiuentes præfigurans. ❡ Agreſtis ruſticus.

mo, manus eius cōtra omnes, &

a ❡ Impugnans domeſticos fidei.

manus omniū contra eū, & è re-

a ❡ Reſiſtendo infidelitati.

gione uniuerſorū fratrum ſuorū

a ❡ Qui de ſemine Abræ.

*Nicolaus de Lyr.*

Iniq̄ agis cōtra me, iniuria quæ mihi infertur ſuper te eſt .i. tibi imputāda. Al's, † ſinu ſuo. Bigamia Abræ non reprehēditur.

homo ſicut Abram careret prole, & quia ipſa concipere non poterat de corpore ſuo, ancillam ſuam vxorem ſibi tradere volebat, quæ etiam ancilla ſibi ex deuotione tradita fuerat, vt prædictum eſt, & ideo in hoc volebat eum honorare præ alijs mulieribus. a ❡ Cumq́ue illa adquieſceret deprecanti. Propter quod Abrā non vituperatur de bigamia, ſicut Lamech quia non accepit ſecundā vxorem motus libidine, ſed prolis amore, nec abſq́ue conſenſu primæ vxoris: imò ipſa ſupplicante, quod non fecit Lamech, ſed libidine motus, & ſine conſenſu alterius vxoris. b ❡ Tulit Agar & cætera. Iſtè erat terminus, vt dicunt hebræi, infra quē debebat vir experiri, vtrum de vxore ſua poſſet habere prolem, antequàm ratione ſterilitatis acciperet aliam. c ❡ At illa concepiſſe ſe videns. Hic conſequenter oſtenditur

1 Ad ancillam.

B quomodo conſenſit vxori de ancillæ humiliatione, & primò ponitur propter hoc ancillæ receſſus, & ſecundò eius regreſſus, ibi: Cumq́ue inueniſſet eam. Circa primùm ſciendum, quòd licet Agar eſſet prius bona, & deuota puella, quia tamen non erat in bono confirmata, poſtq́ue fuit coniuncta Abræ in matrimonium, & vidit ſe concepiſſe ab eo, eſtimauit quòd omnia bona promiſſa ſemini Abræ complerentur in ſua prole, & ex hoc prorupit in quandam elationem. d ❡ Deſpexit dominam ſuam. tanq́ue à diuino promiſſo repudiatam. Ideo ſequitur. e ❡ Dixitq́ue Sarai & cætera. Quia nimis diſſimulabat iniuriam ſibi factam. & ille ſtatim acquieſcens rationi dixit. f ❡ Ancilla tua in manu tua eſt. id eſt eſt in poteſtate tua ad caſtigandū & humiliādū eā ſicut tibi videtur. g ❡ Affligēte igitur eā Sarai. Nō eſt veriſimile, quod mulier tā ſancta affligeret eam iniuſtè, ſed caſtigabat eam & humiliabat rationabiliter, quæ humiliatio erat ipſi Agar afflictio, eo quòd ex elatione volebat Sarai ſe præferre. Ideo ſequitur. h ❡ Fugam iniit. verſus terrā ægypti vnde erat. i ❡ Cūq́ue inueniſſet illam angelus domini &c. Hic deſcribitur ipſius regreſſus per monitionem angeli dicentis ſibi. k ❡ Agar ancilla Sarai. Acſi dicat: aduertere debes, quòd tu es ſeruilis conditionis reſpectu Sarai, & ideo nō debes ei præferri. l ❡ Vnde venis, & quo vadis. Non quærit ex ignorantia, ſed vt ex reſponſione Agar efficacius corrigat eam. m ❡ Quæ reſpōdit & cætera. Ex hoc enim quòd recognouit eam dominam, conuenienter angelus dixit ei. n ❡ Reuertere ad dominam tuam & humiliare & cætera. Quia hoc eſt iuſtum, & quia angelus vidit eā monitis ſuis adquieſcentē, nunciauit ei ex parte dei bonos rumores de futuro, dicens. o ❡ Multiplicabo ſemen tuum

2 Illius.

al's, † cōcipies.

men tuum. hoc patet impletum in ſaracenis, qui agareni deberent nominari, tanquàm deſcendentes ab Agar per Iſmaëlem filium eius, ſed vſurpauerunt ſibi falſum nomen à Sara tanquàm à libera & digniori, quia ſaraceni ſunt valde multiplicati. p ❡ Ac deinceps: ecce ait concepiſti & paries filium. &c. In hebræo habetur הנך הרה, hinnach harah .i. ecce tu prægnās Ecce cōcipies. Et probatur per illud quod habetur Iudicū decimotertio. a. de vxore Manue, cui angelus apparēs dixit: ecce concipies: Et eſt ibi idem verbum hebraicum ſicut hic propter quod dicunt hebræi, quod Agar paſſa fuerat aborſum, quòd potuit eſſe in pœnam contemptus dominæ ſuæ, & ſuperbi receſſus ſui ab ea, & ex labore itineris in fugiendo: Sed cum acquieuit angelo monenti de regreſſu, & humiliatione, dominus, qui reſpicit humiles, viuificauit fœtum in vtero extinctum. & iſta viuificatio vocatur hic ab angelo conceptio de nouo. Et quia iſta expoſitio eſt ſecundum literam hebraicam, & ſatis cōſona literæ ſequenti, ideo ſecundum hoc poteſt exponi translatio noſtra, cum dicitur. Ecce ait, concepiſti, acſi diceretur, prius concepiſti per concubitum Abræ, nunc iterum concepiſti, diuina virtute fœtum extinctum viuificante. Et propter rationem huius miraculi poteſt conuenienter dici, quòd prænominatus eſt ab angelo anteq́ue natus eſſet ſecundum miraculi facti proprietatem. Ideo ſequitur: q ❡ Vocabiſq́ue nomen eius Iſmaël. quod interpretatur exauditio dei. Ideo ſequitur. r ❡ Eo quod audierit dominus afflictionem tuam. In hoc quòd paſſa fueris aborſum, & deus viuificauit abortiuum, vel afflictionem ſuam vocat humiliationem, quia voluit reuerti ad dominam. Non enim poteſt hoc intelligi de afflictione, quā fecerat ſibi Sarai: quia illa fuit rationabilis & iuſta, vt prædictum eſt. ❡ Nota quòd duo alij leguntur prænominati antequàm nati in veteri teſtamento ſcilicet Iſaac capitulo ſequenti. & Ioſias tertij Regum decimotertio. a. In primo fuit duplex miraculum ſcilicet propter patris & matris ſenectutem: & etiā ſterilitatē matris. In ſecundo .ſ. ſciſſio altaris Bethel, & effuſio cinerum, & arefactio brachij regis. In nouo teſtamento duo leguntur prænominati. ſcilicet Ioannes baptiſta, & Ieſus: & de miraculis in vtroq́ue patet. Et ideo probabile eſt quòd in Iſmaële ſimiliter fuerit miraculum, quantum ad viuificationem fœtus prædictam. s ❡ Hic erit ferus homo. In hebræo habetur, ſylueſter homo diligens nemora, & venationes, quia factus fuit iuuenis ſagittarius, vt habetur infrà. xxj. capitulo. t ❡ Manus eius contra omne: & manus omnium contra & cætera. quia illi qui exierunt de eo, habitantes in deſerto frequenter faciebant in inſultum his, qui habitabant in circumitu deſerti, & econuerſo illi reſiſtebāt eis, & adhuc videmus, q̄ ſaraceni ſunt infeſti multis gētibus. v ❡ Et e regione &c. tab. i. tētoria: ſicut in bellis ſolet fieri.

Vocauit

C Saraceni eſſent dicēdi Agareni.

Concipit Agar & dñam irridet.

FugitAgar Saram.

al's, nō habet † aquæ.

D Qui & qui nō, prænoiati anteq́ue nati.

Cōſolatur eā angelus. Iſmaël qualis futurus.

✱ quæ debet dñari, & Agar ancillā .i. carnē quæ debet ſubijci caſtigare. per hoc aūt q̄ dixit Sarai, ingredere ad ancillā, intelligitur cōdeſcenſio facta carni ex cā rōnabili. Sed quia difficile eſt ibi tenere modū debitū, ideo frequenter ex hoc conſurgit rebellio carnis ad ſpiritum. quod notatur, cū dicitur. d ❡ Deſpexit dñam ſuā. Sed cum rō denūciat homini talem rebellionem, debet rationi ſubijcere carnem, quod notatur cum ſubditur. † ❡ Cui reſpondens Abraham: ecce ait ancilla tua in ma. &c. ſ. ad caſtigādū eā: et ſi caro talē caſtigationē refugiat, debet nihilo minus reduci ad rationis obediētiam. Ideo ſequitur. † ❡ Dixitq́ue ei angelus dñi: reuertere ad dñam tuam &c. Sequitur

Moralit.

a ¶ Vocauit aūt Agar. Rectè nomen eius ita vocauit, quia gratuitò conſulit miſeris:& humiles cōſolatur. vnde: Tu laborē & dolorē cōſyderas, & tibi derelictus eſt pauper &c̄. Profectò hic vidi poſteriora videntis me. Tale eſt illud: videbis poſteriora mea, nā facies non apparebit tibi. Exo. xxxiij.d. Non em̄ homo videbit faciem meā & viuet. Illā em̄ manifeſtationem ſapientiæ dei nemo poteſt videre & viuere. Ipſa eſt ſpecies, ad quam ſuſpirat, qui deum diligit toto corde, tota anima, tota mente: ad quam contēplandā, etiam proximū diligēdo ſicut ſeipſum q̄tum pōt ædificat. Poſteriora verò eius .i. incarnationē eius quā aſſumpſit poſtremis tēporibus, nunc per fidem & dilectionem deſyderādo contēplamur, & in futuro æterna contemplatione fruemur.

E — Pſal. 9.g.

b ¶ Propterea ap. &c. Hiero. Vſq; hodie puteus Agar demōſtratur in deſerto Arabiæ inter Cades & Barad, qui ſignificat ve. legis & nouę ſcripturā, quam cōditor noſter vita viuentiū, ſpes morientiū, intuitu pię miſerationis mortalibus dedit, vt edocti & à vitiis correcti, dei viſione perpetuò digni eſſe + mereantur. ☞ fœdus in he

Angelꝰ apparēs Agar. aſsꝰ + mereamur.] Parit Agar Galat. 4.c.

¶ Militabit.

a figet tabernacula. Vocauit aūt nomē domini, qui loquebatur: tu deus qui [1] uidiſti me. Dixit enim: profectò hic uidi pōſterio ra uidentis me. Propterea appellauit pūteum illum, puteū uiuentis & uidentis me. Ipſe eſt inter cādes & Barad. Pēperitq; Agar Abræ filium, qui uocauit nomē eius Iſmaël. Octōginta & ſex annorum Abram erat, quando peperit ei Agar Iſmaëlem.

a ¶ Propitius fuiſti. ¶ In figura prophetiæ. a ¶ Incarnationem Chriſti poſt uenturam. a ¶ Puteus ſignificat profunditatem dominicæ incarnationis in æternū manentis. b ¶ Altitudinē cōſilij conſeruātis. a ¶ Nouum & uetus teſtamentum. b ¶ Quia & filij carnis reputantur in ſemen. a ¶ Quia nondum peruenerat ad numerum cœleſtium ciuium, recipit carnalem filium.

[1] Vidiſti. vides.

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Vocauit aūt no. do. &c. quia ille angelus in perſona dn̄i loq̄baꝛ, ideo vocauit eū dn̄m & deū, ſicut ꝟbū ꝓconis diciꝛ ꝟbū regis, & eodē mō dicit btūs Grego. de angelo q loq̄baꝛ Moyſi in mōte ſinai, ꝙ aliq̄n deꝰ & dn̄s noiaꝛ, q̄a in pſona dei loq̄baꝛ. b ¶ Tu deꝰ q vid. me. &c. cōſolādo & viuificādo fœtū. c ¶ Dixit em̄: reddēdo rōnē q̄re eū ſic noiabat. d Profecto hic vi. &c. Dicūt expoſitores nr̄i, ꝙ ille angelꝰ qui appuit ſibi: ſic appebat in ſilitudine aſſūpta, q̄ſi hn̄s faciē ab ea auerſam, qꝺ aūt ſic videꝛ .ſ. à dorſo, nō manifeſtè & determinatè cognoſcitur. & ꝑ hoc deſignaꝛ ꝙ de angelis nō habemus cognitionē niſi valde longinquā & remotā, nō ꝓpriā & determinatā. Et ſimile habeꝛ de Moyſe Exo. xxxiij.d. q̄n dixit ei dn̄s: Videbis poſteriora mea, faciē aūt meā videre nō poteris, tales em̄ appitiōes freq̄nter fiūt exterius, ad deſignādū diſpoſitionē hominis interius, cui fit apparitio ſecūdū qꝺ dicit beatus grego. de diſcipulis qbꝰ poſt reſurrectionē ſuā xp̄s apparuit in peregrini effigie, & finxit ſe lōgiꝰ ire, vt habeꝛ Luc. xxiiij.b. Hoc ergo ſimplex ꝟitas nō ꝑ duplicitatē fecit ſed talē ſe exhibuit in corpe: q̄lis apud illos erat in mēte. Hęc Greg. Hebręi autē aliq dicūt ꝙ hic eſt verꝰ text. Hic vidi poſt vidētē me, & ē ſenſus. Angelꝰ vidit me hic, vocādo & monēdo, & poſtea vidi eū. Alij aūt dicūt ꝙ ꝟitas textꝰ ē: Hic vidi poſt viſum meū, & eſt ſenſus. Hic vidi angelū dn̄i in hoc deſerto, poſtq; viderā eum ante in domo Abrę, cuiꝰ ille angelꝰ erat cuſtos & viſitator, & ꝓpterea nō fuit territa ad viſionē angeli, ſicut Manue q dixit: Morte moriemur, q̄a vidimꝰ angelū dn̄i. Iudic̄. xiij.d. q̄a fuerat aſſueta videre angelos dn̄i in domo Abræ. Nec mirādū ſi in hoc loco & alijs pluribus locis vete. teſt. litera pluribꝰ modis & ſenſibꝰ accipiaꝛ etiā ſcd̄m hebræos doctores, q̄a hebręi nō habēt grāmaticā ita diſtinctā & dearticulatā ꝑ declinatiōes noīm & ꝟborū, ſicut latini & gręci hn̄t. Itē apd̄ eos ſunt multę dictiōes equocę, & ꝓpter hoc eadē lr̄a aliq̄n variis ſignificatiōibus & ſenſibus accipitur. e ¶ Propterea ap. pu. illum. quē priꝰ vocauerat ſcriptura fōtē, q̄a oīs puteꝰ fons nō oīs fōs puteꝰ, ſcd̄m qꝺ dicit beatꝰ Aug. ſuꝑ Ioh. f ¶ Puteū vi. & vidē. me. Dicitur autem videntis, quia angelus ibi viderat ipſam Agar: vt prędictum eſt. Et viuentis: quia ibi fœtus extinctus fuit viuificatus, vel quia angelus prædictus ſemper viuit cū eſſet īmortalis. g ¶ Peperitq; &c. poſtq; reuerſa fuerat ad eiꝰ domū. h ¶ Qui vo. no. eiꝰ Iſ. Cognouit em̄ ꝑ reuelationem illud quod dictum fuerat Agar de nominatione pueri, & ideo ſic nominauit.

F — G — Nota. — Hebręi nō hn̄t grāmaticā ita diſtinctā ſic &c̄.

*g ¶ Peperitq; &c. quia cū caro obedit ſpūi, ꝓducit opꝰ bonū. h ¶ Qui vocauit nomen eius Iſma. qꝺ interp̄taꝛ auditio dei, nā ex dei bn̄ficio ꝓcedit talꝭ opatio: ꝓpter quod regratiandū eſt ei dicendo illud Pſal. xxvij.c. Refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei.

Moraliꝛ.

## ADDITIO.

¶ In c. xvj. vbi diciꝛ in poſtilla: Nec iſtud eſt abſonū rationi.

## ADDITIO I.

¶ Ex illa hiſtoria Heſter nō duciꝛ ſufficiēs ſilitudo ad hoc qꝺ filia regis ægypti volūtariè fieret ancilla Sarai. Tūc q̄a ibi gētiles nō fiebant ſerui iudęorū q̄uis iūgebanꝛ eis in ſuis cerimoniis: qꝺ lōgè minus eſt, q̄ ꝙ filia regis fieret ancilla Sarai volūtariè hebręę. Tū q̄a ſcriptura ibi fac̄ de hoc expſſam mētionē ad laudē dei: hic aūt nihi exprimitur, nec etiam innuitur de hoc, vnde reputandum eſt fictitium potius quàm verum.

¶ In eodē ca. xvj. vbi diciꝛ in poſtilla: Ecce ait concepiſti In hebræo habeꝛ: Ecce concipies.

## ADDITIO II.

¶ Benè concordat in hoc trāſlatio nr̄a cū hebraica veritate. Non em̄ hic poniꝛ dictio determinatè ſignificās futurā cōceptionē: ſic Iudic̄. xiij.a. vbi ſecūdū hebraicā ꝟitatē poniꝛ ꝟbū futuri tp̄is conceptionis ſignificatiuū: Sed in hoc loco poniꝛ dictio oīno ſilis dictiōi q̄ poniꝛ infrà Gen̄. xxxviij.f. vbi poniꝛ: De viro cuiꝰ hęc ſūt, cōcepi: vnde propriè etiā cōcorditer ad hebraicā ꝟitatē trāſlatio nr̄a poſuit: Ecce concepiſti. Et ſic nō oportet fingere aborſum: nec reuiuificationē, de qbꝰ nulla fit mentio in litera. Nec etiā rōnabile videꝛ, ꝙ hic fieret miraculū, ſicut ī aliis q fuerūt p̄noīati an̄ natiuitatē. Tū q̄a nō fuerūt ſiles in vita, imo valde diſsimiles. Tū q̄a illa miracula fuerunt publicè facta ad laudē dei & honorē natorū, hoc autē dato ꝙ eſſet miraculū, fuiſſet occultū, & ſic nō induceret vtilitatē.

## REPLICA

Correctorij cōtra Burg. in c. xvj. vbi poſtillator nō reputat abſurdam hiſtoriam hebræorum dicentium Agar ancillam Sarai fuiſſe filiam regis ægypti, ex deuotione oblatā: & cætera quæ narrantur in poſtilla. Burgen. autem reiicit eam tanq; fictam & falſam: Primò ex eo quia etſi in libro Heſter dicatur, gentiles coniunctos ex deuotione iudęorum cerimoniis, non tamen vt eſſent ſerui iudæorū. Sed q̄d mirū hic & ibi, ꝙ iūctꝰ ex deuotiōe p̄ſtaret obſeq̄a & ſeruitia: vn̄ cōi nomine diceret ſeruꝰ vel ancilla, nō ex obligatiōe, nec ex hoc vilis oriꝛ cōditio, nec veriſimile eſt Sarai, Abræ pſonam vilis conditionis

## REPLICA.

lis conditionis voluiſſe coniungi, vt inde fructum adoptaret. Nec ſecūda obiectio Burgenſis valet, quia procedit ex authoritate negatiuè, quòd huſsitis & voicleſſiſtis eſt multum familiare: Nec poterit eſſe formale. Nā non ſequitur: In biblia non habetur: igitur eſt verum. nam multæ ſunt catholicę veritates, in canone non repertæ. ¶ Item in eodem cap. vbi poſtillator ſequens narrationem hebræorum, ſaltem non reprobans, dicit de aborſu Agar & viuificatione fœtus in fuga &c̄. dicit quòd hebræi exponunt concipies pro concepiſti, vbi Burgenſis dicit in hebraica veritate nō contineri ſeu haberi concipies, ſed concepiſti. De hoc non iudico nec eſt magni ponderis, quia poſtillator exponit in vno ſenſu ſecundum vtrumq; tempus. Sed cum Burgen. dicit illum aborſum fictum per hebræos, & irrationabile eſſe quod dicunt factum miraculum in reuiuificatione fœtus: Rationibus tamen hebræorum quas tangit poſtillator non ſatisfacit Burgenſis. Nam non poterit dicere, quòd pœnam Agar per Sarai iuſtè inflictam, & per Agar ſuperbè deſignatam deus reſpexerit, & conſolationem dederit, cum ei dederit reprehenſionem, non conſolationem dicēs: Vade humiliare ſub manu dominæ tuæ. Oportet igitur cum hebræis ſentire, quòd alia grandis tribulatio occurrerit ipſi Agar citra afflictionem iuſtam Sarai, propter quam viſitandam miſerit dn̄s angelū ꝓmittētē mltiplicationē ſeminis, ſignificātē acceptionē ꝓlis, & publicationē noīs nōdū nati, noīs inq; gratioſi: q̄a Iſmaël interpretatur exauditio dei: quæ omnia non poſſunt dici rationabiliter facta ꝓpter ſuperbiā Agar q̄n dominam ſuam ſpreuit, nec propter fugam, qua diſciplinam contemnendo declinauit. Videtur igitur quòd propter anguſtias aborſus, vt dicunt hebræi, domino humiliata orauerit, & meruerit conſolationem à deo qui reſpicit humilitatem, vt dicit Gloſſa interline. in cuius ſignum dicit angelus: Ecce concepiſti. ſcilicet per viuificationem fœtus, de qua dicunt hebræi, fruſtra enim dixiſſet ei angelus concepiſti, deſignando naturalem conceptionem ab Abram, quia hoc antea nouit, & illius occaſione dominam contēpſit. Cōſentiat igiꝛ Burgē. hebræis, magr̄o hiſtoriarum, poſtillatori, & aliis. Nec moueat in contrarium debilis obiectio, quā facit de facto miraculo. Non

A raculo. Non enim eſt inconueniēs concedere miracula fieri per malos, multo minus inconueniēs eſt fieri pro malis. Cedunt enim talia ad dei laudē: & hominum vtilitatem. Erigitur enim per ea ſpes hominum, cum tanta vident & audiunt malis præſtita beneficia, non deſperāt maiora ſibi ſi voluerint, poſſe præſtari. Et mirū qđ Burgen. putat geñ. putat propter paruam rem hanc apparitionem fuiſſe factam, quam grandipendit beatus Hila. de trinitate libro. iiij. circa mediū dicēs, q̄ is qui apparuit Agar, magni conſilij angelus fuit nomine, & natura deus. Hæc ille. C

## GLOS. ORDI.

☞ a ℂ Fœdus: In hebręo ברית berith: quod non teſtamentum, ſed fœdus, ſiue pactū ſignificat. b ℂ Nec vltrà vocabitur nomen tuū Abram. Hieronymus. Dicūt hebręi, q̄ deus ex nomine ſuo quod apud illos tetragrammatō eſt, h. literā Abrahæ & Sarę addiderit. Dicebatur autem Abrā: quod eſt pater excelſus. poſtea dictus eſt Abraham: quod eſt pater multarum. nam gētium in nomine non habet̄ ſed ſubaudit̄. Nec mirandū, q̄ cū apud grçcos & nos a litera videat̄ addita, e litera addita dicat̄. Idioma em̄ hebręę linguę e cōſueuit ſcribere & a legere: ſicut econtrario e pnūtiare & a, ſcribere. c ℂ Chanaā. interpretatur motus eorum, cuius terra à fidelibus in poſſeſſionem accipitur, cum mens prius diuerſis circūacta motibus in melius mutata, poſtmodum irreflexis oculis in anteriora extenditur. d ℂ In poſſeſſionem æternā. Auguſt. Scriptura vocat æternum cuius finis nō conſtituitur, aut quod non ita fit vt deinceps nō ſit faciendū, quātū pertinet ad curā vel poteſtatē facientis. vnde: Seruiet æternum qui paruo neſciet vti.

Mutatio nominis Abrahæ.

Abraham dicitur pater multarum.

Hebræi: e ſcribunt & nō legunt.

Allegorice.

Aeternum

☞ Circuncidetur

## Cap. XVII.

ℂ Id eſt poſtq̄ cœleſtiū ciuium cœperat deſyderare ſocietatē.

Poſtquàm uerò nonagīta & nouem annorū eſſe cœperat, apparuit ei dn̄s, dixitq̄ ad eum: Ego

a ℂ Qui poſſum humiliare, & exaltare. b ℂ Secundū placitum meum.

deus ōmnipotens: Ambula coram me, & eſto perfectus. Ponamq̄ fœdus meum inter me, et

a ℂ Vt non timore, ſed amore ſeruias.

a ℂ Præmiſsionem.

a ℂ Imitatoribus fidei tuæ.

te, & multiplicabo te uehementer nimis. Cecidit Abram pron⁹ in faciē. Dixitq̄ ei de⁹: Ego ſum, & †ponam pactum meum tecū, erisq̄ pater multarū gentium.

a ℂ Humilis.

a ℂ In anteriora ſe extendens. b ℂ Immutabilis.

a ℂ Id eſt prima uia credendi.

Nec ultrà uocabitur nomē tuū Abrām, ſed appellaberis Abraham, quia patrem multarū gentium conſtitui te: Faciamq̄ te

a ℂ Pater excelſus. b ℂ Pater multarum gentium quia omnes gentes in ſemine eius credituræ. ℂ Quia in ſemine tuo id eſt in Chriſto omnes gentes credituræ. ℂ Mutato affectu. mutatur nomen.

a ℂ In ſucceſſoribus. b ℂ Benedicētur in te omnes gentes.

E ☞ a ℭ Ob hęc inuidētes &c. Iſi. Iſaac chriſtus, q primū vult fodere puteos, q̄s foderāt pueri patris ſui. Moyſes enim puteū legis fodit, Dauid ſalomon & ꝓphetæ libros ſcripſerunt ve. teſta. quos terrena & ſordida impleuerat iudęorū intelligētia: q̄rum os cū vellet purgare, vt oſtenderet q̄cūq; lex & ꝓphetæ dixerūt de ſe dicta eſſe, rixati ſunt paleſthini. i. iudęi à regno dei alieni, & diſceſſit ab eis. Non eñ pōt eſſe cū eis, q in puteis nolūt hr̄e aquā, ſed terrā. Et dicit eis Matth. xxiij. d. Ecce relinquetur vobis. d. v. d. Fodit ergo Iſaac, imo pueri eius puteum nouū, ſ. apl̄i & euangeliſtæ: qui fodientes puteum nouū te. inuenerūt aquā ſalientē in vitā ęternā, ꝑ his q̄que certant q terrena ſapiunt, nec patiuntur noua condi, nec vetera purgari. Dicitur ergo ad eos Act. xiij. g. Quoniā indignos vos exhibuiſtis gr̄ę dei, ex hoc iam ad gentes ibimus. b ℭ Puteos &c. obſtruxerunt &c. Grego. moral. Sępe cū verbis diuinis intendim⁹: dęmonū inſidias grauius toleram⁹ quę mēti nr̄æ terrenarū cogitationū puluerē aſpergunt, vt intentionis oculos à luce intimę viſionis obſcurent. Nos eñ puteos fodimus, cum ſcripturæ alta penetram⁹, quos occulte allophili replent: quia terrenas cogitatiōes ingerūt & diuinę ſciētię aquam tollunt vn̄. Pſal. cxxviij. a. Declinate a me ma. & ſcru. man. d. c ℭ Et ille diſcedens &c. Hiero. Et abiit inde iſaac & venit in geraram vallem, & habitauit ibi. pro valle torrentem habent in hebręo. Nunq̄; enim iſaac poſtq̄; magn⁹ factus eſt habitare potuit in valle: ſed in torrente. de quo ſcriptū eſt Pſal. cix. a De torrente in via bi. de quo helias in tp̄e famis bibit, ſed quia non erat perfect⁹ vt chriſtus, torrēs ei aruit. Chriſt⁹ verò etiā in torrente traditus eſt, dedicans regenerationem noſtram, & baptiſmi ſacramentū. d ℭ Fodit alios puteos &c. Moraliter. Iſid. Iſaac apud alienigenam gentem puteos fodit, in quo monemur, vt in hac peregrinatione cogitationum ꝓfunda penetrem⁹ & quouſq; verę intelligētię aqua redeat; inq̄ſitiōis manus ad exhaurienda cordis terrena non torpeſcat. Allophili inſidiantes puteos replēt, quia immundi ſp̄us cū nos ſtudioſe fodere coſpiciūt, moleſtias tentationū cogitationibus ingerūt. e ℭ Aduerſus pa. Hiero. Aquila & Symmach⁹ aduerſum & cōtrariū trāſtulerūt. Sed in hebręo habet̄ ſathana. Vn̄ pater ſathanā cōtrariū īterpretari. f ℭ Latitudo. In hebręo רחבות rehoboth: latitudines. Vn̄ ꝓbat̄ illud qđ. ḡ. x. b. dictū eſt. Ipſe ędificauit niniuen, & rabooth. i. plateas eius. g ℭ Nūc dila. &c. Dilatatus eſt iſaac, & repleuit oēm terram ſciā trinitatis: & in toto orbe latitudinem eccleſię collocauit, prius tn̄ in iudęa not⁹ et in iſrael nominatus. poſtea Pſal. xviij. a. In oēm terrā exi. ſo. eorū. i. apl̄orū q p vniuerſum orbē foderunt puteos, et aquā oībus oſtenderunt. Matth. xxviij. d. Baptizantes oēs gētes in noīe pa. & fi. & ſpirituiſsancti. Puteos abraham q̄s apuit ſic vocauit ſicut pr̄ eius. Moyſes eñ et prophetę apud nos ſuis noībus appellant̄, nec horū mutantur vocabula puteorū. h ℭ Ad quē locū &c. Hiero. Abimelech non ſemper pacē habet cū iſaac, aliq̄n diſſidet aliquando, pacē reqrit. Et ſignificat ſtudioſos & ſapientes ſęculi. qui per eruditiōem philoſophiæ multa de veritate cōprehēderunt. Hic aūt iſaac (q verbū dei ſignificat) nec ſemper in diſſenſiōe eſt, nec in pace. Philoſophia ei diuinę legi nec

uinę legi nec in oībus contraria eſt, nec in oib⁹ conſonat. Multi eñ philoſoforū vnū deū q cūcta creauit, ſcribūt. Aliq verò etiā addiderūt ꝙ ꝑverbū ſuū cūcta fecerit et regat, & verbū dei ſit quo cūcta moderent̄, in quo & euāgelio cōſonāt. Moralis ꝟo et phyſica philoſophia pene oīa q̄ nr̄a ſunt ſentit, diſſidet verò cū dicit materiā eē coęternam deo. & negat deum curare mortalia, dicens prouidentiam eius ſupralunaris globi ſpacia cohiberi & quod vitas naſcentium ſtellarum curſibus pandat, & cum dicit mundum perpetuū et nullo fine claudendum, & alia plura ſunt in quibus nobiſcum philoſophi diſſident vel concordant. ℭ Hiero. Pro ochozat pronubo in hebręo habet̄ collegiū amicorum eius, vt tam hominem ſignificet q̄; amicorum turbam, quæ cum rege venerat: in quibus fuit phicol princeps exercitus illius.

☞ Abimelech &

Puteos Iſaac obturāt palęſthini inuidi et eū expellūt

Moral̄r.

Alios puteos fodit pro quib⁹ rixātur cōtra ipſum.

F

Moralit̄

Allophili

* autē

Gratiarū actio.

Cōſolatur ipm̄ Iſaac deus.

Abimelech

Iſaac deum inuocat

G

1 Hoc.

a ❡ Multiplicatio hordei non magnificat.
❡ In omnē terram exiuit ſonus eorū &c. Pſal. decimooctauo.

atque ſuccreſcens donec magnus uehementer effectus eſt. Habuit quoq; poſſeſſionem ouium & ar-

a ❡ Multos ſibi familiariter obſequentes.

a mentorum, & familię plurimum, †

a ❡ Filij alieni,

b Ob [1] hæc inuidentes ei palæſtini,

a ❡ Omnes ſcripturas quas ſcrutati erant, Moyſes, Dauid, Salomon & alij.

omnes puteos quos foderāt ſerui †

a ❡ Dei quem ſignificauit abraham

patris illius Abraham: illo tempo

a ❡ Tollentes ſpiritualem intellectum carnalē ſuadentes.

re obſtruxerūt implentes humo:

a ❡ Hoc factum eſt aliquando refrigeſcente charitate.

intantum ut ipſe Abimelech dice †
ret ad Iſaac: Recede à nobis, quo- †
niam potentior factus es ualde, a

a ❡ Si uos perſecuti fueritis in una ciuitate fugite in aliam.
b ❡ Per curſum humanæ mortalitatis.

c Et ille diſcedens, ut ueniret ad tor b
d rentem Gerare † habitaretq; ibi:

a ❡ Nouum teſtamentū, quod in patriarchis & prophetis præfiguratum erat.

rurſum fodit alios puteos, quos foderāt ſerui patris ſui Abrahā, &

a ❡ quod teſtamentū poſt paſſionē chriſti occultauerunt allophili. i. iudæi.

quos illo mortuo olim obſtruxe-

a ❡ Cum nouum teſtamentum in ueteri oſtenditur & teſtimonium Moyſi & prophetarum confirmatur, nec priorum authorum nomina mutantur.

rant Philiſtiim: Appellauitq; eos iiſdem nominibus, quibus ante

a ❡ Apoſtoli.

pater uocauerat. Foderunt * in

a ❡ Alij in ualle, ſed in ualle non inuenitur puteus aquæ uiuæ.
❡ Abundantia ſcripturarū. b ❡ id eſt euangelicā doctrinam.

torrente, & repererunt aquam c d

a ❡ id eſt ſalientem in uitam æternam.
b ❡ quia iudæi euangelicæ doctrinæ reſiſtunt, nec noua condi permittunt, nec uetera purgari uolunt.

e uiuam, ſed & ibi iurgium fuit paſtorum Geraræ aduerſus paſtores Iſaac, dicentium: Noſtra eſt aqua. Quamobrem nomen putei ex eo quod acciderat uocauit

❡ Secundum.

calumniam, Foderunt * & alium & pro illo quoque rixati ſunt: appellauitque eum inimicitias.

a ❡ Quia poſtquam fides trinitatis per mundum cœpit prædicari, patientia ſanctorū uicti ſunt aduerſarij eorum.

Profectus inde fodit alium pu-

❡ Tertium.

teum, pro quo non contenderunt. Itaque uocauit momen eius

a ❡ Quia Iſaac, id eſt Chriſtus, dilatatus eſt.

f
g latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos dominus: & fecit creſcere ſuper terram. Aſcendit autem * e
ex illo loco in Berſabee, ubi ap- f
paruit ei dominus in ipſa nocte dicens: Ego ſum deus Abraham
patris tui: Noli [2] metuere, quia g
* tecū ſum: * Bn̄dicā tibi & mul- h
tiplicabo ſemē tuū, propter ſeruū
meū abrahā, Itaq; ædificauit ibi al i
tare, & inuocato noīe dn̄i, extēdit tabernaculum, præcepitq; ſeruis
h ſuis, ut foderent puteū. Ad quem k
locum, cum ueniſſent de Geraris,

## *Nicolaus de Lyra.*

❧ a ℭ Et ille diſcedēs, nolens cōtendere. b ℭ Vt veniret ad torrentē gera. &c. elongans ſe à ciuitate Sequitur, c ℭ Foderunt in torrente. Torrens enim eſt aqua currens ex deſcenſu pluuiarum, vel reſolutione niuium; quæ non cōtinuatur, et ideo foderunt ibi vt aquam ex pluuijs deſcendentem ibi retinerent ad conſeruandum tēpore ſiccitatis. d ℭ Et repererunt aquā: viuā, id eſt quid melius quā intenderent à principio foſſionis. e ℭ Aſcēdit autē ex illo lo. &c. vbi manſerat pater ſuus, vt habetur. ḡ. xxj. ca. f ℭ Vbi apparuit ei dominus: ad confortandum eum de iniuriis ſibi illatis. g ℭ Noli metuere &c. ad te protegendum. h ℭ Benedicam tibi: in tēporalibus bonis & ſp̄ualib⁹ multiplicando. i ℭ Itaq; ędificauit ibi altare: ad reddendum gratias dn̄o de ſua conſolatione & ꝓmiſſione. k ℭ Ad quē locū &c. Hic ꝓbatur de manſuetudine & fidelitate, quia ꝓpter iniurias ſibi illatas non dimiſit cum iniuriantibus ſibi amicitię fœdus inire.

* cando numerū fratrū, et merita, et famā eorū. † ℭ Ob hęc inuidētes &c. q interpretant̄ contendentes ore, & ſignificant clericos parum ſcientes, & ſacerdotes qui contendūt verbis ſine rōne. † ℭ Omnes pu. ob. i. corda fidelium ab amore fratrū pro viribus retraxerunt, & etiam pręlatos aliquos cōtra frēs excitauerūt, iō ſubditur. † ℭ Intantum vt ipe abi. p quē ſignificant̄ pręlati à clericis excitati. † ℭ Diceret iſaac. p quem fratres ſignificantur. † ℭ Recede à no. ſuā ptātem fratrib⁹ denegando vel reſtringendo, vel vſurpationem poteſtatis indebitæ eis irrogando ideo ſubditur, † ℭ Qm̄ po. no. fa. es. id eſt fieri velles. a ℭ Et il. diſcedens: quia fratres debent patienter audire talia, & q̄ntum poſſunt bonis ſp̄ualibus intēdere, ꝓpter qđ ſubditur: ꝙ iſaac tres puteos fodit, p quos ſignificant̄ p̄dicatio, cōfeſſio, lectio: & vt dicit̄ in textu: Pro duobus primis cōtenderūt paſtores. i. aliqui curati ſacerdotes inhibendo fratribus, ne in ſuis eccleſijs prędicarent: & ſuis parochianis, ne pro cōfeſſione ad frēs recurrerent. Pro tertio verò. ſ. p lectiōe nōdū cōtenderunt, ſed ad ſcholas fratrū aliq̄n veniunt, ꝓpter quod plurimi p̄lati vitam fratrū et doctrinam conſyderantes receperunt eos in gratiam, qđ ſignificatur per ipſius abimelech

* cū iſaac fœ-

Torrens

H

* q̄; ſerui Iſaac

Moralit̄ Ex eo ꝙ acciderat: quia rixati ſunt.

Latitudo, latitudines.

* Iſaac.

* Ego

2 Timere.

* Ex

a ℭ Abimelech & ocho .&c. Iſi.
A Duo cū abimelech venerūt, ochozath gn̄r ei⁹, & Phicol dux exercit⁹ ei⁹ Ochozath tenēs, Phicol interp̄taẽ os oīm. abimelech pr̄ me⁹ rex. hi tres imaginē philoſophię toti⁹ tenēt, q̄ in tres ptes diuidiẽ, logicā, phyſicā, ethicā. i. rōalē, naturalē, moralē. Rōnalis ē, q̄ deū patrē oīm cōfiteẽ, vt eſt abimelech. naturalis q̄ fixa eſt, & tenet oīa velut naturæ ipi⁹ virib⁹ nitēs: quā pfiteẽ ochozath, q dicẽ tenēs. Moralis q̄ in ore eſt oīm, ad oēs ptinet, et p cōmuniū ſiſitudine p̄cepto rū ⁊ſaẽ in ore oīm quā ſignat Phicol, q interp̄taẽ os oīm. hi ergo oēs his eruditiōib⁹ inſtructi: veniūt ad legē dei dicētes. Vidim⁹ deū eſſe tecū &c. Bn̄dictionē poſtulāt nō retributionē. vn̄ ſequiẽ fecit ergo eis cō uiuiū. Qui em̄ verbū miniſtrat, ſapiētib⁹ et inſipiētib⁹ debitor eſt. b ℭ Ecce aūt venerūt. Hiero. Neſcio quō in. Lxx. habetur & venerẽ pueri iſaac nūciātes ei de puteo quē foderūt & dixerūt ei, nō īuenim⁹ aquā & vocauit nomē eius iuramētū. Quæ em̄ etymologia eſt pptera vocari iuramentū quia nō īuenerūt aquā: Et ecōtrario in hebrę o, cui interp̄tatiōi Aqla cōſentit et ſymmachus. hoc ſignat ꝙ inuenerunt aquā, & pptera appellat⁹ ſit pute⁹ ipſe ſatietas: & ciuitas berſabee. i. puteus ſatietatis. Licet em̄ ſuprâ ex verbo iuratiōis, vel ex ſeptēario ouiū nūero, qd' ſabee diciẽ aſſeruimus
B berſabee appellatā, tn̄ nūc ex eo ꝙ aq̄ inuēta eſt, iſaac ad nomē ciuitatis alludēs declinauit paululum literam & pro ſtridulo hebrę orū ſchin, â q̄ berſabee incipit, grę cum ſyma. i. hebrę orū ſamech poſuit. Iuxta allegoriam quoq; poſt tantos puteos in fine ⁊tutū. nō cōgruit vt iſaac aq̄ nō īueniret.

Eius

Diuiſio philoſophiæ.

Nihil tuorum attigim⁹, non tetigim⁹ te.

Abundātiā, Sibea. i. iuramentum.

Offenderant aīm, Irritabant ſpm̄ vel inobedientes rant ſpiritui.

ℭ In hebræo ſermone amicorum eius collegium

a Abimelech & Ochozath amicus a illi⁹, & Phicol dux militū, ⁎ locut⁹ b eſt eis Iſaac: Quid ueniſtis ad me, hominē, quē odiſtis, & expuliſtis c à uobis? Qui reſpōderunt: † Vidimus tecū eſſe dominū, & idcirco d nunc diximus: ſit iuramentū inter nos, & ineamus fœd⁹, ut nō facias nobis quicq̄ mali: ſicut & nos ni e hil tuorū attigimus, nec fecimus quod te læderet: ſed cū pace dimiſimus auctū benedictiōe domini, Fecit ergo eis cōuiuiū †. Et poſt f cibū & potū, ſurgētes mane iura g uerunt ſibi mutuò: dimiſitq; eos Iſaac pacificè in locum ſuum. Ecce h b aūt uenerūt in ipſo die ſerui Iſaac, annunciātes ei de puteo, quē foderant, atq; dicētes: Inuenim⁹ aquā. Vnde appellauit eū abundātiam: & nomē urbi impoſitū eſt Berſa i bee uſq; in præſentē diem. Eſau k uerò quadragenarius duxit uxores: Iudith filiam Beeri hethæi, & Baſemath filiam Helon eiuſdem loci: quæ ambæ offenderant animum Iſaac & Rebeccæ.

dus inire. a ℭ Abimelech. patet ꝙ C ſcd'm trāſla. nr̄am. Ochozath ē hic pprīu nomē vni⁹ hoīs. Hebrę i aūt dicūt ꝙ eſt nomē cōe et ſignat cōgregationē vn̄ lr̄a eorū eſt hęc. Abimelech & cōgregatio amicorū ei⁹, qa adduxerat ſecū aliq̄s de amicis ſuis. b ℭ Quid veniſtis. &c. Licet iſaac nō intēderet fœd⁹ renuere, tn̄ voluit iniuriā ſibi factā eis oñdere. c ℭ Qui rn̄de. &c. p hoc ꝙ tā citò te multiplicauit in bonis. d ℭ Et ineam⁹ fœd⁹ &c. Nec p teipm̄ īferēdo, nec nr̄os aduerſarios adiuuando. e ℭ Sicut & nos &c. In hoc rn̄derūt ad hoc qd' dixerat iſaac. qd veniſtis ad me hoīem quē odiſtis & expuliſtis: acſi di. licet emiſerim⁹ te de ciuitate, tn̄ nihil abſtulim⁹ â te, nec aliud nocumentum ītulimus tibi. f ℭ Fecit ergo &c. curiaľr recipiendo eos. g ℭ Surgētes mãe &c. ſ. ſaliua ieiuna ppter reuerētiā iuramēti. h ℭ Ecce aūt &c. p̄cepat em̄ eis añ iuramētum fodere puteū, ſed annūciauerūt ei poſt iuramētū factū de aq̄ inuēta. i ℭ Et nomen &c. Pri⁹ erat ei impoſitū ſed tūc fuit iterū de nouo confirmatū. Ad cui⁹ intellectum cōſyderandum ꝙ באר in hebrę o idem eſt puteus. שבע autem ſignat ſeptem, et iuramētū, & ſocietatē. Et ex iſtis trib⁹ ſignificatiōib⁹ loc⁹ ille vbi erat pute⁹ vocat⁹ eſt berſabee. Primô propter ſeptem agnas, q̄s ibi ſtatuit abrahā: vt hr̄. ſ. xxj. c. Itē ppter iuramētū qd' factū eſt ibi inter ipm̄ & abimelech. Itē ppter hoc ꝙ iſaac vocauit illū puteū abūdantiā, vt hic hr̄, qd' ſonat idem qd' ſatietatē. Et ſi cōtra hoc arguaẽ ꝙ non videẽ eē idē pute⁹ hic de nouo factus & q fuerat tpe abrahæ. dicēdū ꝙ imo, qa ſic hr̄ D In hoc ca. palęſtini obſtruxerant puteos q̄s fodorat abrahā: implētes eos terra, & iſaac iterū fodit eos & iſte fuit vnus ex eis. k ℭ Eſau vero. Hic pbatur patientia iſaac reſpectu propriæ familię, in hoc ꝙ eſau abſq; cōſilio pr̄is & mr̄is accepit duas vxores de genere ethę orum, quę offenderūt aīos iſaac & rebeccę ⁎ cum iſaac fœderatiōe, cū ſubdiẽ. d ℭ Ineamus fœdus &c. Et ſperam⁹ ꝙ adhuc maiorē grām p̄latorū inueniem⁹ dn̄o cōcedēte.

† Iudic. II. a.

Abimelech init fœd⁹ cū Iſaac.

† 22. q. I. c. mouet.

Bigamia Eſau

Moraliẽ.

## ADDITIO

ℭ In ca. xxvj. vbi diciẽ in poſtil. Bn̄dicenẽ ī ſemīe tuo oēs gētes terrę.

## ADDITIO I.

In hoc loco vbi dicitur: Benedicentur in ſemine tuo ponitur in hebraico verbū benedictionis omnino ſimile illi quod ponitur ſupra ca. xxij. quod quidem verbum ſecundum hebraicam veritatem intellectū ſignificat: ꝙ ille in quo alij benedicētur ſit cauſa principaliter effectiua illi⁹ benedictiōis, qd' nulli purę creaturę cōuenit put ibi fuit expoſitū, & iō nullo mō pōt intelligi niſi de xp̄o. Et ꝙ hæc pmiſſio ſit oīno cōformis pmiſſiōi factę abrahę in īmolatōe iſaac, ſuprâ. xxij. ca. & in ea fundeẽ inſinuat in trib⁹. Primò cum prę mittit intentionē primi iuramēti. ſ. facti tpe immolationis. & hoc cū dicit. Cōplēs iuramētū qd' ſpopōdi abrahę patri tuo &c. Scd'ò qa cum reddit rōnē hui⁹ magni pmiſſi, ſubdit. eo ꝙ obedierit abrahā voci meæ, qd' oīno concordat rōni redditæ tpe p̄dicti iuramēti. Ibi em̄ dictum fuit abrahę, eo ꝙ obediſti voci meæ. Tertiò qa hic nō diciẽ Et bn̄dicenẽ ī te & ī ſemīe tuo ſicẽ, ſuprâ dixerat ca. xij. ſed dixit. Bn̄dicenẽ ī ſemīe tuo, ſicẽ in ca. xxij. & in alijs authoritatib⁹ eidē corrn̄dētibus put dictū fuit in additōe. ſuprâ eo. ca. xxij. vn̄ hic nō habet locū expoſitio hebrę orū, vt largi⁹ fuit expoſitū in additiōe prę dicta.

## ADDITIO

ℭ In eo. ca. xxvj. vbi diciẽ in poſtil. Vidit eū iocantē cū rebecca.

## ADDITIO II.

In hoc loco in hebraico ponitur hęc dictio מצחק mezahek oīno ſimilis illi quę poſita fuit ſupra ca. xxj. cum de iſmael ageretur, quæ quidem dictio licet habeat plura ſignificata (ſignificat enim riſum gaudiū, & ludum, ſimiliter & deriſionem, nunquam tamē ſignificat coeuntem, vt in additione ſupra prę dicto ca. fuit dictum vnde trāſlatio noſtra ſe bene habet quę dicit: Vidit eum iocantem. & debet exponi prout in poſtilla in ſecunda expoſitione.

## GLOS. ORDI. CAP. XXVII.

Myſtice. SEnuit aūt. Hypolyt⁹ martyr Iſaac portat imaginem dei patris rebecca ſpūſſancti, eſau populi prioris & zabuli, iacob eccleſię & xp̄i. Senectus iſaac conſummationem mundi. Oculi caligantes periiſſe fidem de mundo, & religionis lumen neglectum eſſe ſignificāt. Quia filius maior vocatur acceptio eſt legis iudeorū. Quia eſcas ei⁹ & capturā dilexit pr̄, hoīes ſunt ab errore ſaluati, q̄s p doctrinā iuſti⁹ qſq; venaẽ ſermo dei repromiſſiōis bn̄dictio. et ſpes regni futuri, in q̄ cū xp̄o ſunt regnaturi & verū ſabbatū celebraturi. Rebecca plena ſpūſctō, ſciēs ꝙ audiſſet anq; pareret, qa maior ſeruiet minori. hęc formā gerit ſpūſcti, q̄ qd' futurū eē nouerat in xp̄o: an̄ mędi tabaẽ ī iacob, loqẽ ad filiū minorē. vade ad gregē et affer mihi duos hœdos optimos, p̄figurās carneū ſaluatoris aduētū, ī q̄ eos liberaret q̄ pctis tenebāẽ obnoxij. Hœdi ei vbiq; pctōres ſignificāt. duo afferri iubenẽ: vt duorū pplorū aſſumptio ſignificeẽ. Teneri. ſ. & hoī & docibiles. ſ. & īnocētis aīę. Stola eſau eſt fides. i. ſcpturę hebrę orū q̄ ill' p̄mò datę ſunt qb⁹ ppl's gētiliū poſtea īdut⁹ pelles circūdatę brachiis ei⁹ pctā vtriuſq; ppl'i, q̄ xp̄s ī extēſione manuū cruci ſecū affixit, Ipē eī in corpe ſuo. n̄ ſua ſ; aliena peccata portabat ☞ Vocauit

Diuiſio.

## Cap. XXVII.

a ℭ Conſummationem orbis oſtendit. b ℭ Deus pater.

SEnuit autem Iſaac, a

a ℭ Fides de mundo periit & lumen religionis.

& caligauerūt oculi eius, & uidere

## NICO. DE LIRA.

CAP. XXVII.

SEnuit āt iſaac, Hic cōſequēter deſcribiẽ ordiatio ſuæ poſteritatis p̄ponēdo vnū alteri, & qa hoc fiebat p bn̄dictionē: iō diſpoſitio ad bn̄dictōem primò deſcribitur ſcd'ò forma bn̄dictionis ſubiūgiẽ, ibi. Statiq; vt ſenſit. Diſpoſitio aūt iſta p tria declaraẽ. primò p pr̄is expſſionem ſcd'ò p matris reue

Moraliter. a ℭ Senuit aūt iſaac &c. Per quem ſignificatur bonus prelatus: eo ꝙ abrahā fuit pr̄iarcha. Dr̄ tn̄ caligās ocul'. eo ꝙ bon⁹ p̄latus aliqn̄ dōis & verbis adulātiū decipiẽ. Vn̄ diciẽ ꝙ aliqn̄ bon⁹ dormitat

Moraliẽ.

☞ a ❡ Vocauitq́; Eſau. Iſido. Eſau venator & agricola. Iacob E verò ſimplex habitabat in tabernaculis. Eſau populum Hebraicū, Iacob gentilem populum ſignificat. Iſaac verò deum, qui vtrumq́; populū, illū per legē, iſtū p fidē ſibi filios fecit. Eſau agricola erat, quia iudęꝰ p terrenis deo ſeruiebat, cui nō eſt dictū, vt eēt paup ſpūs mitis, pacificꝰ, miſericors, pſecutiōem patiēs, vt copioſam mercedē haberet ī cœlis. Sed ſi cuſtodieritis mādata mea, dabo vobis pluuias tpibus ſuis: &c. q̄ ptinēt ad carnis delitias. Fuit etiā venator, qa p effuſionē ſanguinis arietū, et vitulorum et hircorū deū placabat. Iacob ſimplex habitabat in tabernaculis: qa electi de gētibꝰ fide, & volūtate deo placere ſtuduerūt. Per tabernacula diuerſas p orbē ecclīas, vel diuerſos ordines intelligimus. b ❡ Sume arma &c. Iſaac diligebat Eſau, qa de venatiōe eiꝰ veſcebatur. Rebecca diligebat Iacob. Iſaac deum. Rebecca autem pręſcientiam dei figurat, qa diligebat deꝰ populū iudęorum, eo quòd aſſiduè eorum oblationibus placabatur. Sed pręſciens populum gentium multò meliorē futurū p pſciētię ſuę gratiā amplius diligebat. Eſau in venatione morante, vt de agreſtibꝰ animalibꝰ cibos patri exhiberet, et benediceretur: mater Iacob ad benedictionē percipiēdam patri applicuit: quia adhuc iudęi in legalibus morantur, & ad fidem chriſti tardè occurrunt, mater gratiā: gentiles fidem auidè ſuſcipientes, ad percipiendam bn̄dictionē iudęis debitā obtulit. Qualiter autē bn̄dictiōis donum pmeruerint teſtanꝰ opa iacob, q̄ pro bn̄dictōe ſuſcipienda geſſit. c ❡ Dixit fi. ſu. iacob. &c. Per duos hœdos confeſſionē pctōrū gētilis pplī: & pœnitētiam poſſumꝰ accipere. Hœdi optimi, qa cōfeſſio pctōrum & pnīa valde eſt deo acceptabilis. vnde Luc. xv. b. Gaudiū erit in cœlo ſup vno pctōre pa. &c. Per vnū pctōrem pplm gentium, p nonagintanouem iuſtos iudęos intelligit q ſibi videbantur iuſti in obſeruantia legis. vn̄ Luc. xvj. d. Vt quid iuſtificatis vos coram hoībꝰ &c. q in impfecto nūero ponunꝰ, qa nullū ad pfectum adduxit lex. d ❡ Et ve. eſau. Hiero. et ī hoc loco tradunt hebręi primogenitos functos officio ſacerdotū: & habuiſſe veſtimētū ſacerdotale, quo induti victimas offerebāt anteq́; Aarō in ſacerdotiū eligeretur. e ❡ Parauit illa ci. Iſi. Per delectabiles eſcas quæ de hœdis pręparantur iſaac, intelligimus pnīę opa, de quibꝰ dicitꝰ Matth. iij. b. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Veſtes valde bonę: quas eſau, id eſt iudęi domi reliquerat, optima legis pręcepta (verbi gr̄a) Diliges dn̄m deū tuū &c. & alia ſine quibus nemo poteſt eſſe iuſtus. Has iudęi domi. i. in vete. te. reliquerant, quia ſeruare nolebāt. His gentilis ornatus, ad deū patrē cū cibis bonorū operū perrexit. cū cibis autem panes obtulit, per panes ſępe verbū dei intelligimꝰ. Bn̄ autē ad deū cū cibis bonorū operū pgit, qui alios quoſcūq́; pōt ad bona opa monere nō deſinit. Mater hœdinis pellibus manus iacob & colli nuda protexit. Pellis enim cum ab hœdo ſubtrahitur, remanet caro vnde cibus delectabilis cōficitꝰ, & cum à pctōre vitia detrahunꝰ, bonum naturę, cū rōne apparet, q̄ ſi fide coquanꝰ delectabiles cibi ex bono naturę deo præparantur. Per collū in quo ſupbia appet, mētis elatio ſignatur.

Allegorice. Iubet Iſaac eſau ex venatione coquere pulmentum. Allegorice. F Hiſtorice. Miſtyce. g Pergens.

*Nicolaus de Lyra.* ☞

Per mrīs reuelationē, ibi, qd' cū audiſſet rebecca, tertiò, p filij pparationē ibi. Abijt et attulit. Circa primum dicit. ❡ Senuit aūt iſaac. Appropinquabat enim terminus vitę ſuæ, & ideo tempus erat ordinandi de ſua poſteritate. a ❡ Sume ar. &c. quia filius recipiens benedictionē debebat priꝰ patri facere obſequiū & ſeruire ī mēſa, & patet lr̄a. b ❡ Quod cū au. rebec. Hic cōſequēter deſcribitꝰ diſpoſitio iacob ad bn̄dictionē p reuelationem mr̄is reuelātis ipſi iacob v̄ba prīs: vt benedictio illa ad iacob transferretꝰ, qa ſciebat ꝙ ei debebatꝰ, vt ſuprà dictū eſt. xxv. c. c ❡ Et pgēs &c. qa erat ſatis ppè & inde poterat habere cibū ante reditū eſau. d ❡ Noſti ꝙ eſau &c. i. per totū corpus ad modū pellis hiſpidꝰ, vt. ſuprà dictū eſt. xxv. c. & iō p hoc timebat dephēdi à pr̄e & ſic maledici. e ❡ In me ſit &c. fili mi nunq́; accidet hoc. confidebat enim quòd deus aliter diſponeret: vt verbum ſuum impleret. f ❡ Abiit & attu. Hic cōſequēter deſcribitꝰ diſpoſitio ad benedictionem p pparationē filij q̄ qdē pparatio fuit in cibi offerendi decoctione, cum dicitur: g ❡ Parauit illa ci. &c. ſecundò in filij cōpoſitione, cū dicitꝰ. h ❡ Et veſti. &c. Sicut em̄ ſuprà dictū eſt ca. xiiij. vſq́; ad legē datā tpe moyſi primogēiti erant ſacerdotes, & iō habebant veſtes ſpeciales precioſas & odoriferas, qbꝰ induti in magnis ſolennitatibus offerebāt oblationem dn̄o. i ❡ Pelliculaſq́; he. cir. ma. fecit enim quaſi chirothecas: vt aptarenꝰ figuræ manus. k ❡ Ego ſum eſau primo. tuꝰ Ra. Sa. vt excuſet iacob de mendacio, ſic pūctuat hanc literā. Ego ſum. ſ. qui apporto tibi cibum. Sed eſau eſt primogenitus tuꝰ, ſed iſte manifeſtè corrūpit ſenſum, nec tn̄ p hoc habet intētū: quia q̄cūq́; arte verborū aliquis fallat aliū, à mendacio non excuſatꝰ ſcd'm Aug. & iō aliter dicitꝰ et meliꝰ. Licet em̄ iacob non eſſet eſau in perſona, erat tn̄ in officio & dignitate, quātū ad ius primogenitureę vt ſuprà declaratū eſt. Et ex hoc debebatꝰ ſibi bn̄dictio, & iō qn̄ dixit, Ego ſum eſau primogenitꝰ tuꝰ. ſ. q̄tū ad dignitatē primogenitureę verum dixit, qa ſic quęſtio iſaac debebat intelligi qa quęrebat de eo cui benedictio debebatꝰ. ppter quod nō decepit patrē, licet pater nō ſic intellexerit: & tali modo loquendi vſus eſt ſaluator Matth. xj. d. de Iohanne Ipſe eſt helias, & ſic etiam exponenda ſunt alia verba Iacob, in qbꝰ loquitꝰ tanquā eſſet Eſau & facta eiꝰ. ❡ Sciendum. tn̄ ꝙ non videtur mihi magna neceſſitas excuſandi patres ve. te. à mendacio maximè officioſo, ſicut hic & pluribus aliis locis, quia certum eſt quòd apl̄i fuerūt * bonus dormitat homerus. Exemplum de dauid qui verbis & factis adulatoriis Sibę intātum deceptꝰ fuit: ꝙ medietatem hęreditatis miphiboſeth ſibi dedit. ij. Reg. xix. e. Et ſic contingit quod aliquādo p̄latꝰ deceptus ſtudet ad pmotionē maiorū in pręiudiciū bonorū, qd' notatꝰ cū ſubditur. † ❡ Vocauit q́; eſau &c. ad hoc enim eum vocauit, vt bn̄dictionē ipſi iacob debitā ſibi daret. b ❡ Quod cū audiſſet rebec. per quā ſignificatur eccleſia prelati ſpōſa, ppter qd' exēplo rebeccę debet modos & vias q̄rere qbꝰ impedianꝰ pmotiones iniuſtę & indignę & fiātꝰ iuſtę & bonę, ſic rebecca benedictionē eſau prudenter impediuit, et ſic iacob illam accepit: et cum bonꝰ p̄latus hoc aduertit: ſibi non diſplicet, ſed magis placet ppter qd' iſaac aduertens dn̄i voluntatē, bn̄dictionē iacob non reuocauit, ſed magis confirmauit dicens: Bn̄dixiq́; ei & erit bn̄dictus.

G Foras, In agrum H Moral'r.

¶ Ad accipiendam legem.

a non poterat, uocauitq́; Eſau filiū † 
¶ Populum priorem.
ſuum maiorem, & dixit ei: Fili mi. Qui reſpondit: Adſum. Cui pater: Vides, inquit, ꝙ ſenuerim: & 
b ignorem diem mortis meæ: Su- a
me arma tua, pharetrā & arcum, 
a ¶ Homines ab errore ſoluendos iuſtus uenator docendo.
& egredere foras. Cumq́; uēnatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmētum, ſicut uelle me noſti, & affer ut comedam, & benedicat tibi anima mea, anteq́; mo-
a ¶ Præſcientia. ¶ Patientia. ¶ Spirituſſanctus.
riar. Quod cū audiſſet Rebecca, b
& ille abiiſſet in agrum, ut iuſſio-
a ¶ Quia audierat anteq́; pareret, maior ſeruiet minori.
c nem patris expleret, dixit filiō ſuo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de uenatiōe tua, & fac cibos ut comedam, & benedicam tibi coram domino anteq́; moriar. Nunc ergo fili mi, acquieſce cōſiliis meis, & per-
a ¶ Peccatores de duobus populis.
gens ad gregem, affer mihi duos c
a ¶ Docibiles.
hœdos optimos, ut faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libēter ueſcitur. Quas cum intuleris & comederit, benedicat tibi priuſq́; moriatur. Cui ille reſpondit: No-
a ¶ In hebræo ſeir, unde poſtea montes ſeir dicti ſunt, & regio in qua uerſabatur.
ſti, ꝙ Eſau frater meus homo pilo d
ſus ſit, & ego lenis. Si attrectauerit me pater meꝰ, & ſenſerit, timeo ne putet me ſibi uoluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionē pro benedictiōe. Ad quem mater, e
In me ſit, ait, iſta maledictio fili mi, tantum audi uocem meam, & 
g perge, affer quæ dixi. Abiit & f
attulit, deditq́; matri. Parauit illa g
cibos, ſicut nouerat uelle patrem 
a ¶ Fide & ſcripturis hebræorum.
d illius, & ueſtibus Eſau * ualde bo h
nis, quas apud ſe habebat domi, 
a ¶ Peccata utriuſq́; populi, quæ Chriſtus extenſis manibus ſecum affixit cruci.
induit eum, pelliculaſq́; hœdorum i
circundedit manibus, & colli nuda protexit. Deditq́; pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit. * Quibus illatis dixit: Pater mi. At ille reſpondit: Audio. Quis es tu fili mi? † Dixitq́; Iacob: Ego k
ſum Eſau primogenitus tuus: Feci ſicut præcepiſti mihi: Surge, ſe-

Ille, eſau. Iuſſiōem patris impleret, uenaret uenatiōnē, quā afferret.

Timeo ne putet, putbau. Inducat: Inducam. Iſta, tua

* Filij ſui maioris. Eū, Iacob. Colli nuda ptexit, leuitatē colli eius

* In manu Iacob filij ſui.

† 22. q. 2. c. quęritur. Quibus illatis, & uenit ad patrem ſuum.

A manus opera . Collum hœdinis pellibus circundat qui ad elationem deponendam & humilitatis cuſtodiam habendam, peccata prȩterita ante oculos mentis ſȩpe producit. a ℂ Quomodo in.&c. Hypolytus. Quȩrit Iſaac à Iacob, cur tam citò venerit, admiratus.ſ.velocem credentium fidem. Cibi delectabiles offerunt, ga hoſtia deo placēs, ſalus pc̄tōrū. Quia poſt eſum ſequit̄ bn̄dictio: & ei⁹ odore pfruit̄, v̄tutē reſurrectiōis & regni aptè pnūciat. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. hȩc ē bn̄dictio. Odore nōis xp̄i, ſicut ager, mūd⁹ implet̄. Bn̄dictio eſt de rore cœli.i. pluuia diuini verbi, & de pinguedine terrȩ.i. cōgregatiōe populorū: mltitudine frumēti & vini, hȩc eſt multitudo quā colligit de ſacro corp̄is & ſanguinis ſui. Illi ſeruiūt populi.i. gētiles cōuerſi. Ip̄m adorant trib⁹ populi p circūciſionē cōuerſi credentes. Ip̄e eſt dn̄s fratrū ſuorū.i. iudȩorū. Ip̄m adorāt filij mr̄is ei⁹. ga ſcd̄m carnē nat⁹ eſt ex ea. ip̄m q maledixerit, maledicet̄, et q bn̄dixerit, bn̄dicet̄. xp̄s ex ore populi patrem ignorātis bn̄dicit̄.i. veraciter dicit̄: ſed à iudȩis ali⁹ bn̄dici putat̄ q ab errantib⁹ expectat̄.

Myſtice. b ℂ Quos cū oblatos &c. poſtq̄ iſaac cibū ſumpſit iacob obtulit ei vinum: Sic per cibū actiuȩ vitȩ opa deſignant̄: per vinū qd̄ mētes alienat, cōtēplatiua accipit̄, q̄ ab amore ſȩculi mētes electorū alienas facit. Poſt cibū & potū iacob bn̄dicit̄: ga illi bn̄dictionē cœleſtē à deo pcipiūt: q eū vſq̄ in finem bonis operibus placare ſtudent. c ℂ Bn̄dicēs ait. Greg. Alter ad venādum mittit̄, vt bn̄dicat̄. alter p ſuppoſitionē matris à patre bn̄dicit̄. Quis puulorū in facto iuſtorū, nō iuxta ſacrȩ lectionis hiſtoriā paſcit̄: Videri autē pōt: ga iacob primogeniti bn̄dictionē nō per fraudē ſurripuit: ſed debitā accepit quā à fratre conparauit.

Allegorice. B Allegoricè verò iſaac maioris filij venatiōe veſci cupit, quia omnipotēs de⁹ iudȩorū bona operatione paſci voluit: ſed illo tardante minorem rebecca ſuppoſuit: ga dū iudaic⁹ popul⁹ bona opa foris q̄rit: gētilem mater gr̄a introduxit: vt oīpotēti patri cibū boni opis offerret: & bn̄dictionē maioris accipet: cibū ex domeſticis aīalib⁹ p̄buit: ga gētilis popul⁹ de exteriorib⁹ ſacrificiis placere non q̄rens: dic̄ Pſal. lv.c. In me ſunt deus vota tua: q̄ reddā laudationes tibi. Iacob manus brachia & collū hœdinis pellib⁹ texit, ga hœdus ſolet pro pc̄tō offerri. & gētilis popul⁹ dū ſe pc̄tōrē cōfiteri nō erubeſcit: carnis in ſe pc̄tā mactauit. Veſtimentis maioris induit̄: ga qui ſacrȩ ſcripturȩ p̄ceptis (q̄ maiori populo data ſunt) in bona opatione veſtitur: & eis minor in domo vtit̄. q̄ maior foras exiens reliq̄t intus.

Allegorice. ℂ Greg. Al̄. Iſaac caligantibus oculis iacob filium neſciens bn̄dixit, quȩ vētura erāt p̄uidit: & qui p̄ſens aſſiſteret: neſciuit. Conſtat em̄ quia iudȩi, qui plene legē didicerūt: aduentum chriſti cognouerūt. vnde Matth. ij.a. Herodes à principibus ſacerdotum inquirit, vbi chriſt⁹ naſceretur, cui ptin⁹ rn̄derunt, In bethleem. Prius ergo nouerāt, quē paſſionis tēpore cū deſpicerēt ignorabāt, quorū notitia prior et ignorātia poſterior iſaac caligāte ſignat̄: q dū iacob bn̄diceret: qd in futuro ei euenirct p̄uidebat: ſed q̄ p̄ſ̄s aſſiſteret neſciebat. Sic iudȩorū pplꝰs pphetiæ myſteria accepit: ſed cȩcos oculos in cōtēplatiōe tenuit, ga p̄ſētē nō vidit, de quo mlta in futuro p̄uidit. Añ ſe em̄ poſitū cernere nō valuit, cui⁹ aduent⁹ potētiā lōgè añ nunciauit. ℂ Greg. Iſaac filium neſcit quē bn̄dixit: ſcd̄m illud Pſal. xvij.g. Ppl̄s quē non cognoui, ſeruiuit mihi &c. p̄ſētem non vidit: & vētura ei p̄uidit, ga oīpotens de⁹: cū p pphetas p̄diceret gētilitati prȩrogandā grām, in p̄ſ̄ti per gratiā nō vidit: quā tūc in errore reliquit, & tñ ga hāc p grām bn̄dictionis collecturus erat prȩuidit. Vnde: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni: cui bn̄dixit dn̄s. Ager enim mundus eſt. Et ga electorū ppl̄s in toto mūdo virtutib⁹ redolet, odor filij odor eſt agri pleni. C Aliter em̄ olet flos vuȩ: ga magna eſt virt⁹ & opinio prȩdicatorum, q inebriant mentes audientiū. Aliter flos oliuȩ, ga ſuaue eſt opus miſericordiȩ, quod refouet & lucet. Aliter flos roſæ: ga mira eſt fragrantia quȩ rutilat & redolet ex cruore martyrum. Aliter flos lilij, quia candida vita carnis, de incorruptione virginitatis. Aliter flos violæ, quia magna eſt virtus humilium, qui vltima loca tenentes per humilitatem ſe à terra in altum ſubleuant, & cœleſtis regni purpurā in mente ſeruant. Aliter redolet ſpica cum ad maturitatem perducitur: quia bonorū operum perfectio ad ſatietatem eorū, qui iuſtitiam eſuriunt prȩparatur: Quia verò gentilis populus in electis per mundum ſparſus: virtutibus ſuis oēs qui intelligunt, replet odore bonȩ opinionis: rectè dicitur Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni: cui &c. Sed ga virtutes ex ſe nō habet: rectè additur. Cui bn̄dixit dominus. Et quia p quoſdā in cōtēplationē ſurgit, p quoſdā in actiuæ vitæ opa pingueſcit. Sequitur: d ℂ Det tibi deus de rore cœli &c. Ros deſuper & ſubtiliter cadit, & toties de rore cœli accipimus, quoties per infuſionem contēplationis intimȩ de ſupernis aliquid tenuit videm⁹. Cū verò bona opera per corpus agimus, de terrȩ pinguedine ditamur. e ℂ Abundantiam fru. &c. Iſi. Hæc eſt multitudo quam colligit de ſacramento corporis & ſanguinis ſui.

Venit Eſau

de & comede de uenatione mea, ut benedicat mihi anima tua. Rurſum Iſaac ad filium ſuum: Quomodo, inquit, tā citò inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit: Voluntās dei fuit, ut citò mihi occurreret, quod uolebā. Dixitq́ Iſaac: Accede huc, ut tāgam te, fili mi, & probem utrum tu ſis filius meus Eſau, an non. Acceſſit ille ad patrē, & palpato eo, dixit Iſaac: Vox quidem, uox Iacob eſt, ſed man⁹, manus ſunt Eſau. Et non cognouit eū quia piloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant. Benedicens ergo illi, ait: Tu es filius me⁹ Eſau? Reſpondit: Ego ſum. At ille: † Affer, inquit, mihi cibōs de uenatione tua fili mi, ut benedicat tibi anima mea. Quos cū oblatos comediſſet, obtulit ei etiam uinum. Quo hauſto, dixit ad eū: Accede ad me & dā mihi oſculū fili mi. Acceſſit, & oſculatus eſt eum. Statimq́ ut ſenſit uēſtimentorū illius fragrantiam, benedicēs, ait: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri † pleni, cui benedixit dominus: Det tibi deus de rōre cœli, & de pinguēdine terræ abundantiam frumēnti uini & † ōlei, & ſeruiāt tibi pōpuli, & adorent te tribūs. Eſto dominus frātrū tuorum, & incuruētur ante te filij mātris tuȩ. † Qui maledixerit tibi, māledictus erit: et q benedixerit

a ¶ Velocem fidem credentium miratur.
a ¶ Etiam mundi conuerſionem deſignat.
a ¶ Cibus deo placitus eſt peccatorum ſalus.
a ¶ Reconciliationē mundi ſignificabat, quam deſiderabat eccleſia dicens: Canti. j.a. Oſculetur me oſculo oris ſui.
a ¶ Virtutum.
a ¶ Odore nominis Chriſti mundus impletur.
a ¶ Sanctorum uirtutibus mundus impletur.
a ¶ Pluuia diuini uerbi. ¶ Contemplatione b ¶ Congregatione populorum. ¶ Bonis operibus.
a ¶ Charitatis. b ¶ Feruoris in noua cōuerſatione.
a ¶ Miſericordiæ. b ¶ Gentiles conuerſi.
a ¶ Iudæi. b ¶ Iudæorum uel hæreticorum: de quibus dicitur Can̄.j.b. Filij matris meæ pugna &c.
a ¶ Adorando.
a ¶ Plebis Iudaicæ. b ¶ Hoc fecerunt qui dixerūt, dæmonium habet.
a ¶ æterna hæreditate priuatus. b ¶ Qui corde & ore dixerit: Benedictus qui uenit in nomine domini, Matthæi.xxj.a.

*Nicolaus de Lyra.*

apoſtoli fuerunt multo perfectiores eis, & tñ nō fuerūt immunes à peccato veniali, vnde dicit Ioh. in.j. canonica.j. ca. Si dixerimus quia pc̄m̄ non habemus, noſmetip̄os ſeducimus: & multò minus p̄res ve.te. fuerūt imunes a peccato veniali maximè quia p̄res eorū legunt̄ peccaſſe mortaliter & enormiter: ſic̄ dauid in adulterio berſabee, & homicidio Vriæ. patriarchæ etiā ex odio & inuidia vendiderunt ioſeph fratrē ſuū in egyptum. D

a ℂ Voluntas dei fecit &c. ga ex ordinatiōe diuina mr̄ miſit eū ad gregem, vnde citò poterat hr̄e cibū p p̄re. b ℂ Accede huc, vt tāgā te &c. Quia nō cognoſcebat eū p viſum voluit eū probare & cognoſcere p tactū. c ℂ Vox quidē &c. Licet em̄ caligaſſent oculi ei⁹, & videre nō poſſet: tamē clarè audiebat, & ad vocē videbatur iacob: ad tactū Eſau, verumtñ ga ſenſus tactus in hōibus certior eſt, q̄ ſenſus auditus, ga hō in tactu excellit oīa aīalia, vt dicitur. ij. de aīa. In auditu aūt excellit̄ à multis aīalibus iō iudicauit magis ſcd̄m tactum q̄ ſcd̄m auditū. d ℂ Et nō co. &c. in pbatione p ſenſum tact⁹. e ℂ Bn̄dicēs ergo illi.i. bn̄dicere volens. f ℂ Ait: tu es filius meus Eſau. Hoc nō īterrogabat q̄ſi amplius dubitās, ſed vt p̄cipiat ſibi obſequiū, quo pacto pcedat ad bn̄dictonē, & patet litera. g ℂ Statimq́ vt ſen. &c. Hic cōſequenter deſcribitur forma benedictiōis, vbi ſic proceditur, quia primò deſcribitur ipſius iacob benedictio Secundò benedictionis confirmatio, ibi: Vix iſaac ſermōem ſuum impleuerat. Tertiò Eſau querulatio: ibi Auditis Eſau ſermonibus. Quartò contra iacob machinatio. ibi. Oderat ergo. Quintò matris obuiatio, ibi. Nunciata ſunt hæc rebeccæ. Quantum ad primum ſcilicet formam benedictionis, primò imprecatur filio bona temporalia, quia ex ſenſibilibus & terrenis intellectus humanus ducitur ad ſpiritualia & æterna, & quātum ad hoc dicitur. h ℂ Det tibi deus &c. Ex influentia enim corporis cœleſtis tanquàm ex cauſa efficiente, & ex bona diſpoſitione terræ, tanquàm ex cauſa materiali, ſequitur multiplicatio terrena ſcentium. Secundò imprecat̄ ei honorē & excellentiā, cū dicitur, Seruiant tibi po. & ad. te tribus &c. Tertiò

Oſculatur filiū Iſaac.
Iſaac benedicit Ip̄m iacob cunctaq́ p̄cat̄ ei adeo pſpera heb. II.d.
Aliâs nō habet † pleni.
Tactus ſecundū phiʟoſophum.
al̄s non habet † et olei
Diuiſio.
Diuiſio.
† 24.q.3.c. cū ergo. §. ſed qui.
Roma. II.c
I Sit ille maledicictus.

Reuerſus a venatione. Eſau affert cibospatri. Triſtatur Iſaac.

Moraſr. Eſau clamans rogat ēt ſibi bendici.

F

x.q.1.c.nunquam. ſupra.26.d.

x reſeruaſti

Etymolog. als †et deo.

Hebrę.12.e. De pe. diſ. 3.c.iudas.

Iſaac benedicit ipſum Eſau.Hebr. 11.d.et.12.e.

Eſau odit ipm Iacob & mortem minaī abd. x.c.

E a ℂVenit eſau &c.Serò eſau ad patrē reuertit̄,qa prior ppl's in fine cōuertet̄, vn̄ Pſal. lviij.b.Conuertent̄ ad veſperā & famem patient̄ vt canes. & circūibunt ciuitatē.Et alibi,Aperuerūt ora ſua, ſicut comedēs in abſcōdito. b ℂExpauit iſaac. Bn̄dictionē repromiſſam repetētē maiore filio expauit iſaac:et aliū ꝓ alio ſe bn̄dixiſſe cognouit,nec indignat̄ cognitio ſacro,ſed cōfirmat bn̄dictonē di.& bn̄dixi eū & bn̄dict⁹ eſt.Hęc eſt p̄ma bn̄dictō iſaac minori pplō xp̄ianorū data.Sed nec maior fili⁹ oīno deſpectus, qa cū itrauerit plenitudo gētiū,tūc oīs iſrl' ſalu⁹ erit.Cui⁹ ſecūdę bn̄dictionis ꝓphetia eſt, In pinguedine terræ & in rore cœli deſup.e.b.t. In pinguedine terrę.i.in fœcūditate rerū,& potētia regni, q̄ in illo pplō fuit, & in rore cœli eloquijs dei.Ipſis em̄ eloqa dei credita ſunt & legis teſtamenta. Viues in gladio:quia ſanguini populus ille dedit⁹ necē in xp̄o & ꝓphetis exercuit.Et ſeruies fratri tuo minori.i. populo xp̄iano, tēpuſq; veniet cū excutias & ſoluas iugū eius de.c.t.cū.ſ.p cognitionem fidei & gratiā xp̄i cōuerſus depoſueris on⁹ legis qn̄ iā tūc nō ſeruies minori,ſed per fidem frater vocaberis. b ℂ Expauit iſaac &c. Vt quædam mentis alienatio ſequeretur,quę extaſis dicitur, quæ in magnarū rerum reuelationibus fieri ſolet.Vn̄ intelligendum eſt ſpiritualiter admonitum eſſe iſaac,vt confirmaret benedictionem in iacob,cui potius iraſcendum fuit,quia patrem fefellit. In adam quoque extaſis pręceſſit antè quām diceret.Geneſis.ij.d. Erūt duo in carne vna quod eſt magnum ſacramentum in chriſto & in eccleſia. c ℂBenedixitq; ei &c. Alchuinus. Si iuſti viri voluntas bona eſt,quid eſt quod iſaac non Eſau quem voluit ſed iacob quem noluit,benedixit? Iuſti hominis quantum ad conſcientiam voluntas bona eſt, deus verò ſolus de futuris iudicat. Iſaac humano more filium maiorem benedicendum putauit:ſed deus qui occultorum eſt cognitor,minorem dignum benedictione oſtendit,vt non homnis oſtenderet eſſe benedictionem:ſed dei.Ideo in numeris ad moyſen & aaron ſacerdotes dicitur. Ponite nomen meum ſuper filios iſraēl. ego dominus benedicam eos. Nūmer. vj. d. Sacerdotis eſt benedicere: dei effectum tribuere. Vt autem intellexit iſaac per ſpiritum prophetiæ: benedictionem minori deſtinatam ait, Benedixi, & erit benedictus. d ℂ Iuſte vocatum eſt nomen eius iacob Supplātauit &c.Hieron. Iacob ſupplantator interpretatur. Ab eo igitur quòd fratrem antè deceperit, alluſit ad nomen,qui ideo ante iacob vocatus eſt quòd in ortu plantam fratris apprehēdit. e ℂ Et fratri &c.Quia idumęi tributarij fuerunt iſraēl,q iacob vocat̄. f ℂ Tēpuſq; veniet,cum excutias & ſoluas iugum ei⁹ &c. Hoc impletū eſt, quando rebellauerunt idumęi, ne eſſent ſub iuda. Tempuſq; ve.&c. Quaſi iudaicus populus à ſeruitute peccati in fine liberabitur,vt cū plenitudo gentium intrauerit, omnis iſraēl ſaluꝰ fiet.Rom.xj.c. g ℂ Dixitq; in corde ſuo. Cum ſcriptura dicat,Eſau in corde ſuo de morte fratris tractaſſe: quomodo vel à quo ſunt hæc nūciata rebeccę? Sed datur intelligi, quod ei diuinitus omnia reuelabantur. Propter inſanabile odium iudęorum per ſpiritum conſilij pręceptum eſt apoſtolis, vt relicta iudęa tranſirent ad gentes.

a ℊPræſentibus & futuris.

tibi, benedictiōnibus repleatur.
Vix Iſaac ſermonem impleuerat, a
a & egreſſo Iacob foras,uenit Eſau,
coctoſq; de uenatione cibos intu-
lit patri,dicens:Surge pater mi,&
comede de uenatione filij tui, ut
benedicat mihi anima tua.Dixitq;

a ℊManifeſtato enim & confirmato nouo teſtamēto, iam ignoratur ueteris umbræ cultor.

illi Iſaac: Qūis enim es tu? Qui
reſpondit:Ego ſum filius tuus pri-
b mogenit⁹ Eſau. Expauit Iſaac ſtu-
pore uehementi, & ultrà q̄ credi,

a ℊQuantus q̄ prudens, qui nullo labore ſuo de meritis gloriatus eſt.

poteſt admirans,ait: Qūis igitur
ille eſt, qui dudum captam uena-

a ℊGratanter accepi omnia bona quæ mihi retulit.

c tionem attulit mihi, ēt comedi ex
omnibus priuſquàm tu uenires?

a ℊReuelato ſibi ſacramento benedictionem confirmat. b ℊBenedicenti me. c ℊImmobiliter.

Bēnedixiq; ēi, & erit bēnedictus.
Auditis Eſau ſermonibus patris, c

a ℊAdhuc dolet prior populus primatum ſibi eſſe præreptum. a ℊAlias irrugit.

irrūgiit clamore magno & con-

a ℊEt ſi non æterna uel præſenti benedictione.

ſternatus, ait: Benedic ētiā & mi-
hi ⁎ pater mi. Qui ait: Venit ger- d

a ℊIn figura,& ſacramento.

manus tuus frāudulenter, & acce- f e
pit benedictionem tuam. At ille
d ſubiunxit: † Iuſtè uocatum eſt no-
men eius Iacob. Supplantauit em̄

a ℊPrimogenita noſtra ſunt, Fides,Spes.Charitas,in quibus dolet Iudaicus populus Chriſtianum populum ſibi eſſe prælatum, & q ei præeminet in altitudine temporalium.

me ⁎ altera uice.Primōgenita mea g
antè tulit, & nunc ſecundò ſurri-
puit benedictionem meam:Rur-
ſumq; ad patrem: Nunquid non h
x ſeruaſti, ait, & mihi benedictio-
nem? Reſpondit Iſaac: Domi-
num tuum illum conſtitui, &
omnes fratres eius ſeruituti illius
ſubiugaui, frumento & uino
† ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc,
fili mi, ultrà quid faciam? Cui
Eſau,ait:Num unam,inquit,tan-
tum benedictionem habes pater?
Mihi quoq;, obſecro, ut bn̄dicas.
⁎ † Cumq; eiulatu magno fleret,
motus Iſaac dixit ad eum: In pin- i

a ℊRerum omnium copia. b ℊScripturarum ſcientia,qua compluitur adhuc ille populus.

gūedine terrę,& in rōre cœli deſup

a ℊCrudeliter Prophetas & Apoſtolos perſequendo.

e erit benedictio tua. Viuēs gladio, k

a ℊChriſtiano populo.

f ⁎ & frātri tuo ſeruies,tēpuſq; ueīet, l m

a ℊPer agnitionem fidei. b ℊLegis.

cū excutias & ſoluās iūgū eius de

a ℊInterim.

ceruicib⁹ tuis, Oderat ergo ſemp

a ℊIudaicus populus. b ℊChriſtum & ſuos.

Eſaū Iācob pro benedictiōe, qua n

ℊDeo qui omnia uidet.

g bn̄dixerat ei pr̄. Dixitq; in corde o

bus &c. Tertiò aliorū beniuolentiam: cum dicit.Qui maledixerit tibi &c.Conſyderādum tn̄,q per iſta intelliguntur bona ſpiritualia et æterna tanq; principaliter intēta,ſicut ſuprà dictū eſt.xv.c.Conſyderādum etiā,q iſta nō ſunt impleta in pſona iacob,qa q̄diu vixit fuit minus potēs ipō Eſau, ꝓpter qd' ipm valde timuit.vt hr̄. j.xxxij.ca.Impleta ſunt tamen in poſteris ſuis quia tempore dauid & ſalomonis idumęi ſeruierunt filijs iſraēl,ſed perfectius impleta ſunt in chriſto, cui poteſtates non ſolum terrenę,ſed etiā cœleſtes ſunt ſubditę ſcd'm q ipſe dicit Matth.vlti.d.Data eſt mihi oīs poteſtas in cœlo & in terra. a ℂ Vix iſaac.Hic conſequenter deſcribitur prædictæ benedictionis cōfirmatio qa egreſſo iacob á patre & ingrediente Eſau pro benedictione conſequenda,& veritate cōperta,iſaac benedictionem non retractauit ſed magis confirmauit.& patet litera vſq; ibi. b ℂ Expauit iſaac ſtu. vehe. &c.Dicunt hebręi quòd iſaac auditis pręmiſſis voluit retractare benedictionem iacob,ſed tūc ex voluntate dei vidit gehennam apertam & ſibi paratam: ſi retractaret,propter quod expauit & non retractauit,ſed magis confirmauit.Doctores autē catholici dicunt, quòd iſaac raptus fuit in extaſi,& cognouit quod illud quod factū fuerat circa iacob:erat de voluntate et ordinatione dei, quòd latuerat ipſum tunc, propter quod admirans & ordinationi diuinæ obtemperans, confirmauit benedictionem dicens,Benedixiq; ei, & erit benedictus,ſubditur. c ℂ Auditis eſau. Hic conſequenter deſcribitur ipſius Eſau querulatio, eo quòd frater ſuus benedictionem habuerat, & aliam benedictionem petebat,dicens. d ℂ Benedic etiā &c.ac ſi diceret,ita poteſt ſicut antè benedictionem iacob. e ℂ Qui ait: ſe excuſando, quia voluntatem dei cognouerat de iacob. f ℂ Ve.germanus tuus frau.&c.Hebręi dicunt prouidenter, qa dictio hebraica quę eſt ibi eſt ęquiuoca, & aliquando accipitur pro dolo,& aliquando accipitur pro prudentia ſeu bona cautela, & ſic debet hic accipi. Sciebat enim iam iſaac.quòd de voluntate et ordinatione diuina receperat benedictionem vt dictum eſt,& ideo eius factū nō poterat imputari fraudi ꝓprię. g ℂ Primogenita mea ante tulit:& nunc ſecundo ſurripuit benedictionem meam.Falſum dicit, quia voluntariè vendidit ea: vt patet ex prędictis, & per conſequens non ſurripuit benedictionem alienam,ſed ſibi debitam cautè accepit. h ℂ Rurſumq; ad patrem: vt extorqueret ab eo benedictionem.Sequitur. i ℂ Motus iſaac pietate propter fletum eſau:dixit ad eum, In pinguedine terræ & in rore cœli deſuper.erit &c. id eſt in abundantia terręnaſcentium,quę cauſatur ex iſtis duobus, vt dictum eſt. k ℂ Viues gladio: quia fuit homo bellicoſus. l ℂ Et fratri tuo ſeruies, Hoc impletum fuit quando dauid fecit idumęam ſibi tributariam. ij. Reg.viij.d.vt iam dictum eſt ſuprâ.xxv.c. m ℂ Tempuſq; veniet: cum excutias & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis.Hoc impletū eſt quando idumęi rebellauerunt ne eſſent ſub iuda.iiij. Regū. viij.f. n ℂ Oderat ergo &c. Hic cōſequenter deſcribitur machinatio Eſau contra fratrem. d ℂ Dixitq; in corde: ſ.machinationes contra eum concipiendo.

Venient

G

Vix iſaac ſermonē, expleuerat, & egreſſo iacob foras venit, Et factū eſt cū cōſūmaſſet Iſaac bn̄dicere Iacob, accidit vt vix egreſſo ipſo Iacob à cōſpectu patris veniret.

H

⁎ Ego etiā filius tuus ſum.

⁎ En

Frumento & vino ſtabiliui eū, frumētum & vinū adiunxi ei Hebraiſmus,q̄ſi diceret poſtulaui á deo ꝓcat⁹ ſium ei talia.

⁎ Etiā ego filius: tuus ſumpr̄ mi. Bn̄dictio habitatio.

⁎ Tuo

Excutias, vl' ꝓualebis ſiue dominaberis

A a ℭ Veniēt &c. nolebat enim hoc facere viuēte p̄re, ne icurreret odiū ei⁹, et malediceret ab eo. b ℭ Nūciata &c. Hic cō ſequēter ponit̃ mr̃is obuiatio, cū dr̄: Nūciata ſunt hęc. Ex q̄ patet ꝙ eſau p̄dictā machinationē nō ſic cœlauit ī corde ſuo, qn appe ret exteri⁹ ī ſignis & ꝟbis. c ℭ Quę mit. &c. vt īduceret eū ad dādū locū irę, & recedēdū ad tp̄s. Sequit̃: d ℭ Cur vtroq; or. &c. ac ſi di. ſi inuadat te, poterit eſſe ꝙ ambo eritis īterfecti, vel ſi vn⁹ remaneat, oportebit

Hęc, verba eſau filij ſui maioris ipſi. Minat̃, cōſolatur ſe propter te. heb.

## ADDITIO.

ℭ In ca. xxvij. vbi dicit̃ in poſtilla: Senuit.

## ADDITIO I.

Hęc hiſtoria nō vr̃ itelligēda ſic, ꝙ Iſaac appropinq̄nte termino vitę ſuę de ſua poſteritate ordinaret, ſicut teſtatores ſolēt facere ſuas vltimas volūtates oſtēdēdo. Nec ēt legit̃ ꝙ fili⁹ receptur⁹ bn̄dictionē à p̄re, pri⁹ ei faceret obſequiū ī mēſa & hm̄oi, ꝓut poſtillator ait nullā authoritatē ad hoc allegādo, nec ēt ſufficiētē rōnē: ſed iſta ſunt ꝓphetice itelligēda, eo mō q̄ iacob appropiquāte tp̄e mortis ſuę filijs ſuis ait: Cōgregamini vt annūciē vobis q̄ vētura ſunt &c. ī xlix. a. ſilr̄ & Deut. xxxiij. a. de moyſe legit̃: & hęc bn̄dictio q̄ bn̄dixit moyſes hō dei filiis iſrl̄ an̄ mortē ſuā &c. vn̄ Iſaac ęſtimās eſau eſſe

✱ In. De ſtirpe, filiab⁹ heth. quę ſunt ſicut iſtę de filiab⁹ inquā.

a ❡ Vel, ueniant.
a ſuo, Veniēt dies luctus patris mei,
a ❡ Vt. b ❡ Chriſtum quem crucifixit, & diſcipulos eius.
ēt occidam Iacob fratrem meum.
a ❡ Diuinitus, q̄uis in cogitatione dicta. Vnde ad magnum pertinet myſterium ꝙ minorem pro maiori benedici uoluit.
b Nunciāta ſunt hæc Rebeccæ: quæ
a ❡ Aliàs timens.
c mittēns, & uocans Iacob filiū ſuū, dixit ad eum: Ecce Eſau frater tuus minatur, ut occidat te. Nunc ergo fili audi uocem meam, & conſurgens fuge ad Laban fratrem meū
a ❡ Syriam. ❡ Aliàs tharſan. b ❡ Propter prædicationem euangelij in gentibus.
in harān, habitabiſq; cūm eo dies paucos, donec requieſcat furor fratris tui, & ceſſet indignatio eius, obliuiſcaturq; eorum, quæ feciſti
d in eū: poſtea mittā, & adducā te inde huc. Cur utroq; orbabor filio ✱ uno die? Dixit quoq; Rebecca e
ad Iſaac: Tędet me uitę meę, ꝓpter f
filias Heth. Si accepit Iacob uxorē de ſtirpe huius terræ nolo uiuere. g

tebit ꝙ ſit fugitiuus à me. e ℭ Dixit q̄q; re. &c. q̄a iacob nō poterat cōueniēter rēcedere ſine ſcitu p̄ris, iō rebecca cōuertit ſe ad īducēdū Iſaac, vt mitteret Iacob filiū ſuū ad labā, vt ibi accipet vxorē di. f ℭ Tędet &c. i. ꝓp vxores eſau. nō aūt dixit ipſi iſaac aliā cām. ſ. de machinatiōe eſau ī mortē Iacob, ne in ſenectute ſua nimis affligeretur. g ℭ Si acce. &c. ac ſi di. ſi diligis vitā meā mitte eum ad domum fratris mei, vt ibi accipiat vxorem.

C Rebecca ipſi Iacob cōſulit fugā in meſopotamiam.

## ADDITIO.

cit magis eſt amāda ſeu reuerēda: vn̄ Leui. xx. Qui maledixerit p̄ri ſuo, morte moriat̃ &c. & Exo. xxij. Principi ppl̄i tui nō maledices. Ex hoc igit̃ ꝙ iſaac ꝓphetice maledicebat maledicētib⁹ iacob itelligit̃ ꝙ poſteritas iacob p̄ſertī ſp̄ūal'hęc bn̄dictio pricipaliter dirigebat̃, futura erat cui iuſta & ꝟtuoſa, ſic vt ei maledicētes eſſent digni maledictiōe, & ſic ī iſtą pticula icludit̃, ꝙ poſteritas iacob debebat eē bn̄dicta ī ſp̄ūalib⁹, q̄ ī virtutib⁹ principal'r cōſiſtūt. Infra aūt ca. xxviij. vbi iterū bn̄dixit iſaac ip̄m iacob, vlteri⁹ exp̄ſſit q̄dā ad bn̄dictionū gr̄ę ptinētia; & hoc cū dicit: Et det tibi bn̄dictiōes abrahę & ſemini tuo poſt tę &c. Et p̄dicto mō itelligēda ſunt ꝟba q̄. ḡ. xij. c. fuerūt dicta à deo ipſi abrahę. ſ. Maledicam &c.

C Ditiſſimus Iacob. Murmurãt filij labã ob diuitias iacob. Iubet deus ipi iacob reuerti in terram ſuam. Iacob narrat vxorib⁹ ſuis bona q̃ contulerat in eũ deus. &c. De⁹ ſeruat Iacob ne iacturã patiatur à laban in reb⁹ tpalibus. Als † deus. Idola labã. D Alba q̃q;, maculis reſperſas. Subſtantiã, gregẽ. Teraphim. 1 Dei 2 maculoſos atq; reſperſos. Iudic. 17. b. 3 Deus. Iacob reuertiť in terrã ſuã inſcio laban. Rachel furata patris Idola. Diuiſio. Moraliť. 4 ſui

a ℭ Qui aſſumptis fratribus ſuis,perſecutus &c. Poteſt per Laban mundus exprimi: qui cum furore Iacob ſequitur: quia electos qui ſunt membra Chriſti, opprimere conatur. Filiam mundi vel diaboli, Iacob abſtulit, cum ſibi Chriſtus eccleſiam ex gentibus coniunxit, cui per prophetam dicitur Pſalmo quadrageſimo quarto. b. Obliuiſcere populum tuum &c. In idolis auaritia ſignat̃, quæ eſt idolorum ſeruitus. Laban veniens apud Iacob idolum non repperit, quia oſtenſis mundi diuitijs, redemptori noſtro diabolus veſtigia concupiſcentiæ non repperit. Sed quæ iacob non habuit, Rachel ſedendo operuit quæ interpretatur ouis, et eccleſiam ſignificat. Sedere autẽ eſt humilitatem pœnitentiæ appetere. Vnde Pſal. cxxvj. a. Surgite poſtquàm ſederitis. Rachel ergo idola ſedẽdo operit, quia eccleſia chriſtum ſequens vitiũ terrenæ concupiſcentiæ per humilitatem pœnitentiæ cooperuit. Vnde Pſal. xxxj. a. Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Nos igitur Rachel ſignificat, qui idola ſedendo premimus, ſi culpas auaritiæ pœnitendo damnamus, quę auaritiæ immunditia non viriliter currentes impedit, ſed effœminatè gradientes per blandimẽta ſæculi reſoluuntur, quod his verbis ſignificatur, Iuxta conſuetudinem fœminarum accidit mihi. Quaſi enim muliebria pati ſe innotuit. b ℭ Vt oſcularer filios meos ac filias. More ſcripturæ filios ac filias Iacob ſuos appellat, quæ filios vel fratres cognatos appellat, Vnde in ſequẽtibus, Dixitq́ iacob fratribus ſuis, Afferte lapides. In euãgelio quoq́ filij Marię materteræ domini fratres eius vocantur Matthæi. xij. a. c ℭ Timui ne violenter auferres filias tuas, quòd autem furti me arguis &c. Quaſi ideo non tibi manifeſtaui, ne acerbitate perſecutionis ſuperares animas infirmas, nouiter tibi ereptas, Vrebar

E

Hiſtorice Laban inſequitur Iacob.

I Dominũ alś † tum Cura dei p Iacob ne quid mali inferat Laban.

Obiurgat Laban ipm Iacob.

Conqueritur idola ſibi eẽ ablata.

alś † non habet contra.

2 Eſto.

F

Rachel abſconſis idolis patris deludit ipm.

*Nicolaus de Lyra.*

a ☙ ſuis perſecutus eſt eũ diebus ſeptem, & comprehendit, &c. illis de cognatiõe ſua propinqua. b ℭ Et comprehendit eum: ſcilicet die octaua. c ℭ Caue ne quicq́ aſperè loquaris cõtra iacob. non ſolum prohibuit actionem duram cõtra iacob, ſed etiam loquelam. d ℭ Et dixit ad Iacob. Quarė

Iacob fidẽ, diligẽtiã, & laborẽ ſuũ declarat ipi Laban.

a q̃ fugeret Iacob. Qui aſſumptis fratribus ſuis, a
perſecutus eſt eum diebus ſeptem, & comprehen
dit eum in monte Galaad. Viditq́ in ſomnis di- b
a ¶Non eſt timendus, qui nihil poteſt niſi permiſſus.
centem ſibi [1] deum: Caue ne quicq́ aſperè loqua- c
a ¶Dilatauerat. b ¶Eminentia præceptorum.
ris cõtra Iacob. Iamq́ Iacob extenderat in monte
a ¶Tranſitoriũ habitaculum. b ¶Diabolus perſequitur Chriſtum, qui ait: Ponam ſedem meam in monte teſtamenti &c. Eſa. xiiij. c.
tabernaculũ. † Cumq́ ille cõnſecutus eũ fuiſſet cũ †
fratribus ſuis in eodem monte Galaad, fixit ten-
a ¶Quaſi, quid tibi nobis Ieſu filij dei uiui &c. Marci. j. c.
torium: Et dixit ⁎ ad Iacob: Quare ita egiſti, ut d
a ¶Alias de ſeruitute ereptas. b ¶Captiuã duxit captiuitatẽ. c ¶Verbi dei.
clam me abigeres filias meas, quaſi captiuas glã- e
a ¶Quaſi cur tuum aduentum me celaſti, ſi te cognouiſſem, non crucifixiſſem, ſed cum inſignibus regalis triumphi gloriam tuam celebraſſem.
dio? Cur ignorante me fugere uoluiſti, nec indica-
re mihi, ut proſequerer te cum gaudio, & cãticis, & f
Alias citharis. a ¶Non ueni mittere pacem, ſed gladiũ: Matthæi. x. d.
b tympanis, & cithara? Non es paſſus, ut oſcularer fi-
a ¶Dum conſputus, colaphizatus, & ideo ignotus.
lios meos ac filias? Stultè operatus es. Et nunc qui-
a ¶Quaſi poſſum pſequi mẽbra tua. b ¶Hoc eſt, non poſſum, niſi quantũ permiſſus ſum.
dem ualet manus mea reddere tibi malum, ſed g
deus patris tui heri dixit mihi: Caue ne loquaris
a ¶Alias cum. ¶Concedatur alias eſto.
† contra Iacob quicquam durius. [2] Et ſi ad tuos
a ¶Redire in Iudeam.
ire cupiebas, & deſiderio tibi erat domus patris
a ¶Sicut gentil' loquitur. Et notandum q̃ hic primo inuenimus deos gentium. In ſuperioribus enim ſcriptura deum nominauit. ¶Cur apud te latet auaritia, quę eſt idolorum ſeruitus: Col. iij. a.
tui, cur furatus es deos meos? Reſpondit Iacob: h
Quia inſcio te profectus ſum, timui ne uiolenter i
a ¶Auaritiæ.
c auferres filias tuas: quod autem furti me arguis, k
a ¶Idolatriã. ¶Cõmuni iudicio de noſtra ſocietate pſcribatur.
apud quemcunque inueneris deos tuos, necetur
a ¶Quę enim ſocietas Chriſti ad Belial: q̃ cõſẽſio tẽpli cum idolis. 2. Corin. 6. c.
coram fratribus noſtris: Scrutare, quicquid tuo-
rum apud me inueneris, aufer. Hæc dicens igno-
a ¶Non amabat uendentes & ementes in templo, unde eiiciebat. b ¶Tanq̃ leo rugiens circuiuit, quęrens q. de. 1. P. V. c.
rabat, q̃ Rachel furata eſſet idola. Ingreſſus ita- l
a ¶Mundi.
q́ Laban tabernaculũ Iacob, & Liæ, & utriuſq́ fa-
a ¶Vnde Ioan. xiiij. d. Venit enim princeps mundi huius & in m. n. h. q.
b ¶Quod non inuenit apud maiores, inuenire molitur apud minores, ſed Rachel id eſt eccleſia, quę Laban reputat lucra contemnit, ut ſtultorum onera.
mulæ, non inuenit. Cumq́ intraſſet tentorium
a ¶Auaritiam humilitate penitentiæ tegens.
Rachelis, illa feſtinans abſcondit idola ſubter ſtra-
a ¶Alias ſuper. b ¶Intentanti omnimodo laqueos tentationum.
menta cameli, & ſedit deſuper. Scrutantiq́ omne m
a ¶Id eſt non preualenti
tentorium, & nihil inuenienti, ait: Ne iraſcatur
a ¶Naturalis conſuetudo eſt aſſurgere maioribus, ſed tibi non aſſurgo, quia ſectatorem auaritiæ non honoro.
dominus meus, quòd coram te aſſurgere nequeo,
a ¶Qui immunditiam auaritiæ ſequitur, quaſi muliebria patitur.
quia iuxta conſuetudinem fœminarum nunc acci- n
a ¶Fruſtrata. b ¶Tentantis.
dit mihi. Sic deluſa ſollicitudo quærentis eſt. Tu-
a ¶Callidus exactor arguitur qui omni genere tentationum aduerſus Chriſtum ſe erexit, ſed quod in eo reprehenderet, non inuenit.
menſq́ Iacob cum iurgio, ait: Quam ob culpam
meam, & ob quod peccatum ſic exarſiſti poſt
me, & ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam?
Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuę?
a ¶Filiis. b ¶Per gratiam. c ¶Per naturam.
Pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, o
a Iudicabunt ſancti nationes. ¶In obſeruãtia decem mandatorũ cum gemina charitate.
& iudicent inter me & te. Idcirco uiginti annis fui
a ¶Innocentes. b Pœnitentes. c Vacaui bono operi. d ¶Fortes.
tecum, oues tuę, & capræ ſteriles non fuerunt, arie-
a ¶Confregi. b Quaſi: Ab incurſibus inuiſibiliũ luporum greges mihi cõmiſſos defendi.
tes gregis tui non cõmedi, nec captum à beſtia p

Quare ita. Hîc conſequenter deſcribitur mutua obiurgatio. Et primò ipſius Laban contra iacob. Secundò econuerſo ipſius iacob contra Laban, ibi. e ℭ Quaſi captiuas gla. falſum dicit, quia ſuæ erant iure contra ſe, ſicut patet de balaam matrimonij. f ℭ Vt proſequerer te cum. mẽtitur correptus timore dei apparentis. g ℭ Sed deus &c. mali homines coguntur dei virtute aliquando dicere veritatem Nume. xxiiij. a. h ℭ Cur furatus es deos meos? in hoc oſtendit̃ confeſtim, q̃ nõ erãt dij, cũ furto poſſent amoueri. i ℭ Reſpondit iacob. Hîc conſequenter deſcribitur obiurgatio rationabilis ipſius iacob contra Laban. & primò reddit rationẽ quare nõ ſignificauit ſibi receſſum ſuum. Et patet litera. k ℭ Quòd aũt furti me arguis. quia ipſo ignorante factum fuerat iſtud furtum, quod tamen furtum non debet dici vt prędictũ eſt. l ℭ Hęc dicẽs ignorabat &c. quia pro furto ſimplici de rigore nõ debebat mors infligi, tñ ſicut dictum eſt: non erat furtum. m ℭ Subter ſtramenta cameli: id eſt ſubter ſellam cameli. n ℭ Iuxta conſuetudinẽ fœminarum nũc accidit mihi. &c. ſcilicet fluxus menſtruorum. o ℭ Pone hic coram fratribus &c. id eſt coram filijs tuis, & meis, & illis qui ſunt de cognatione noſtra. p ℭ Nec captum a beſtia oſtendi tibi. Ego damnũ, Licet poſſem facere de iure. Et ☙ timor

⁎ poteſtatẽ pdicãdi & cõfeſſiones audiẽdi in dioceſib' ſuis, propter quod fratres qui p iacob deſignãtur vt dictum eſt, compulſi fuerunt refugere ad iſaac patriarcham id eſt ad ſummum põtificem, omniũ fidelium patrem, qui piè conſiderans vtilitatem eccleſiæ de prędicationibus & conſilijs fratrum prouenientem, dedit fratribus poteſtatem prædicandi & audiendi confeſſiones, niſi in caſu rationabiliter negaretur, & quia poſtea fratres perſecutiones â curatis & à clericis habuerunt, ideo ad ſignificationem eius ſubditur: a ℭ Qui aſſumptis fratribus ſuis: perſecutus eſt eum diebus ſeptem, & comprehendit eum in monte Galaad. Id eſt iacob. Per quẽ fratres pauperes deſignantur. Sed quoniam multi prælati receperunt eos ad gratiam, & adhuc in poſterum plus facient domino concedente. Ideo ſubditur, confœderatio vtriuſq́.

G

Ne quicq́ aſpere, loquaris cõtra Iacob, ne forte loquaris contra Iacob a bono vſq́ ad malũ, heb.

⁎ Laban. Clam me abigeres, furareris cor meũ & duceres, he. Voluiſti. voluiſti & furari me, & me inſcio facere.

Quicq́ duri, a bono vſq́ ad malũ, heb.

H

Moralit.

Sic deluſa ſolicitudo q̃rẽtis eſt: Scrutatus igit̃ eſt & nõ inuenit Idola

Exarſiſti poſt me. perſecutus es me.

Idcirco. iſtis.

Steriles, non fuerũt, aborũ nõ fecerũt.

A a ¶ Vrebar & gelu. Fugiebat ſomnus ab oculis meis. Vnus effectus eſt caloris & frigoris. b ¶ Afferte lapides &c. Hiero. A ceruus lingua hebræa גל gal dicitur, עד aad vero teſtimonium. Lingua ſyra aceruus יגר iegar dicitur & teſtimonium שהדותא ſahadutha. Iacob ergo aceruum teſtimonij, galaad hebraicè vocauit. Laban aceruum teſtimonij, iegar ſahadutha gentis ſuæ ſermone. Erat enim ſyrus, & parentum linguā prouinciæ in qua habitabat ſermone mutauerat. ¶ Iſid. Myſticè inter fideles tam Iudæos quā gentiles: teſtis eſt lapis eminens in ſimilitudinem Chriſti: & aceru⁹ lapidum qui eſt multitudo credentium. c ¶ Iurauit Ia. &c. Per timorē ſcilicet quo timebat deum quem commendauit ſuprà dicens, Et timor d ¶ Laban vero de noc. &c. Quia Laban & Iacob trās fluuiū prexerunt, ſignificare poteſt duos populos, per baptiſmum ad eccleſiam venientes. Sed iacob vltra progrediente, Laban reuerſus eſt: quia filij lucis in profectu virtutum poſt baptiſmum & meantibus reprobi de percepta dignitate poſt Sathanam in apoſtaſiam redeunt.

Myſtice.

* Duabus

Timor Iſaac, i. de⁹ quem colit Iſaac.

Tui, mei.

* In Filiis & nepotib⁹ meis, filiab⁹ meis qd faciam iſtis hodie vel filijs earum quos pepererūt.

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Et timor Iſaac. i. deus quē timuit. b ¶ Omnia que cerme a ſunt. i. à me deſcenderunt. c ¶ Quid poſ. &c. q.d. facerē contra meipſum, neceſſitatem à deo ſibi impoſitam excuſat prout poteſt. d ¶ Veni ergo. Hîc cōſequēter deſcribit vtriuſq; cōfœderatio: qa Labā vidēs q; de⁹ erat pro iacob: quæſiuit confœderari cum eo, e ¶ Et erexit illum in titulū. i. ſignum cōfœderatio. f ¶ Dixitq; fratribus ſuis. i. illis de cognatione ſua qui venerant cum Laban, g ¶ Comederūtq; ſup eū. In ſignū amicitiæ reformatæ. h ¶ Quē &c. Nomen impoſitum â Iacob & nomen impoſitum à laban idem ſignificant. ſ. aceruum teſtimonij, ſed Laban qui erat ſyrus expreſſit in lingua ſyra, & Iacob in hebrę a: & ſi aliquis curioſus velit ſcire differentiam: hæc eſt. Habetur in hebræo, vocatum eſt galaad. Gal em̄ idē eſt qđ aceru⁹, aad teſtimoniū. In idiomate ſyro vocatū eſt: iegar ſahadutha & ſic eſt in textu quē vocauit labā iegar ſahadutha. et idē ſignificat qđ aūt addit̄ vterq; iuxta proprietatem lingue ſuæ: non eſt de textu, ſed tranſlator appoſuit. Et ſi dixiſſet. Et vocauerūt eū aceruum teſtimonij: ſed vnus in idiomate ſyro: alius in idiomate hebræo, clarior eſſet tranſlatio: ſicut ἅγιος, hagios & ſctūs, penitus idem ſignificāt, ſed vnum nomen eſt græcum, aliud latinum. i ¶ Deus abraham &c. i. pœnam infligat illi qui tranſgredietur iuramentum. k ¶ Per timorem pa. ſui Iſaac. i. p illū deum quem timebat. l ¶ Oſculat⁹ eſt filios. i. nepotes. m ¶ Et benedixit illis, reuerſ. &c. i. imprecatus eſt illis bona. Cætera patent. C

B

* Iacob Vterq; iuxta ꝓprietatem linguæ ſuæ.

Galaad. Id eſt tumulus teſtis.

Intueatur & iudicet, Tumul⁹ teſtis & ſpecula i. ſiue viſiones qa dixit Intueat̄ (vel ſpeculetur) Lapis, ſtatua.

Malum mihi cogitans, illum veniens ad me.

De nocte, mane.

a ¶ Oues perditas reſtituebam. b ¶ Quicquid per ignorantiam delinquebatur, mihi imputabas, quod non fit paſtoribus eccleſię.

oſtēdi tibi. Ego dāmnū omē reddebam. Quicquid furto perierat, à me exigebas. Diē noctuq;

a ¶ Inſtantia quotidiana officiebar.

a ¶ Scandalis fratrum. b ¶ el urgebar. c ¶ Non dormitat qui cuſtodit Iſrael.

æſtū urebār, & gelu, fugiēbatq; ſomnus ab oculis meis. † Sic per uiginti annos in domo tua

a ¶ Obſeruaui ſeptem precepta de dilectione proximi, & ſeptem euangelica de dilectione dei. b ¶ Opera admiranda.

ſeruiui tibi, quātuordecim pro * filiabus, & ſex

a ¶ Populis in fide tuendis. b ¶ Ingratus beneficiis contraria decem præceptis meo labori obieciſti.

pro grēgibus tuis. Immutāſti quoq; mercedē meam decē uicibus. Niſi deus patris mei Abra-

a Deus qui omnibus timendus. b ¶ Subueniſſet.

ham, & timōr Iſaac āffuiſſet mihi, forſitā mo-

a ¶ Nullo mihi adhęrente. b ¶ Quam paſſus ſum in mundo.

do nūdum me dimiſiſſes. Afflictiōnem meam,

a ¶ Cooperatorum. b ¶ Qui non reliquit me ſolum.

& laborem mānuum mearum rēſpexit deus,

a ¶ Repreſſit anteq; nocere poſſes. b ¶ Quod non fecit dei timore compreſſus, dicit ſe dimiſiſſe cauſa carnalis affectus.

& ārguit te heri. Reſpōdit ei Lāban. Filię meæ, & greges tui, & oīa quę cernis, mea ſunt: Quid

a ¶ Hic Laban gētilis populi ad fidem uenientis, typum gerit: Iacob uerò iudaici fidelis

poſſum facere filiis, & nepotibus meis? Vēni ergo, & ineamus fœdus, ut ſit * teſtimoniū inter

a ¶ Non ut pro deo coleret, ſed ut in eo aliquid ſignificaret.

me & te. Tūlit itaq; Iacob lapidem, & erexit

a ¶ Angularem qui fecit utraq; unum. ¶ Cognatis.

illūm in titulū. Dixitq; * fratribus ſuis: Afferte lapides.

a ¶ Congregatio lapidum conuentus fidelium.

Qūi congregantes fecerunt tumulum, cōmederuntq; ſuper eum. Quem uocauit

a ¶ Significantes communionem ſacramentorum.

a ¶ Iegar ſahadutha. b ¶ Gal. ¶ Aad.

Labā tumūlum teſtis: & Iacob acerūum teſtimonij, uterq; iuxta proprietatem linguæ ſuæ.

¶ Non eſt de textu.

a ¶ Conuentus fidelium teſtis eſt inter gentilem credentem & Iudæum.

Dxitq; Laban: Tūmulus iſte teſtis erit inter me & te hodie, & idcirco appellatum eſt nomen eius Galaad, id eſt tumulus teſtis. Et adiecit Labā: Intueatur dominus, & iudicet inter nos:

a ¶ Si initum pactum uiolauerimus, etiam abſentes cōmore.

quando recēſſerimus à uobis, ſi afflixeris filias

¶ Deos alienos ſuadendo. a ¶ Sectas hęreticas.

meas, & ſi introduxeris uxōres alias ſuper eas,

a ¶ Extraneorum, aut propter teſtificationem dei quam ita habere debent, tanquam nemo cum eis eſſet qui teſtis eſſet. b ¶ Quaſi, ipſe erit iudex qui conſcius.

† Nūllus ſermonis noſtri teſtis eſt abſq; deō, qui præſens reſpicit. Dixitq; rurſus ad Iacob:

a ¶ Repetendo confirmat.

En tūmulus hic, & lapis quē erexi, inter me & te teſtis erit. Tumulus inquā iſte, & lapis ſint in teſtimonium, ſi aut ego tranſiero illum pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans.

a ¶ Non recens.

Deus Abrāham & deus Nachor iudicet inter nos deus patris eorū. Iurauit * Iacob

¶ Domini.

a ¶ Communicatis ſacramentis.

p timorē patris ſui Iſaac, īmōlatiſq; uictimis in

¶ Auditus ſpiritualis intelligentiæ.

monte uocauit fratres ſuos, ut ederent panem.

a ¶ Comeſtio panis, ſignificatio unitatis eſt. b ¶ Qui ſupra credentes, nunc apoſtatas ſignificat.

Qui cum cōmediſſent, manſerunt ibi. Lāban uerò de nocte conſurgens, oſculatus eſt filios, & filias ſuas, & benedixit illis, reuerſuſq; eſt in locum ſuum.

¶ In ca. xxxj. vbi dicitur in poſtilla, Conſiderandū quod vbi tranſlatio noſtra habet, idola in hebręo dicitur theraphim.

Teraphim

## *ADDITIO. I.*

Teraphim in hebræo imagines ſignificat ſemper vel ſimulacra, ꝓut Hiero. dicit ſuper Eſa. ij. Sed attendēdum quòd nō ſemper ſignificat ſimulacra facta ad quęrendum reſponſa dæmonū vel ad idolatrandum, quia. j. Reg. xix. vbi dicit quòd accepit Michol ſtatuam ſcilicet ad ponenduum in lecto loco dauid. In hebręo habetur: Accepit michol theraphim, quod non eſt dicendum, quòd in domo Dauid & vxoris eius eſſent ſimulacra vel ſtatua aliqua idolatrica, ſeu facta ad quærendas reſponſiones dæmonum, ſed erant ibi ſolum ad aliquas licitas repreſentationes. Iudicum vero. xvij. & xviij. repetitur ſæpe hæc dictio theraphim, vbi ſignificat aliquid idolatricè factum vt ibidem patet. Similiter vbi dicitur Oſee. iij. b. Et ſine ephot & theraphim, theraphim ibi eſt eiuſdem ſignificationis, & ſic in multis alijs.

† ō. 19. b.

Queſtio.

¶ In eo ca. xxxj. vbi dicitur in poſ. & timor iſaac id eſt deus quē timuit &c.

Pactū Inter Labā & Iacob.

## *ADDI. II.*

Quærendum videtur, quare nō fecit mentiōem de Abraham et Iſaac eodem modo dicendum deus patris mei abrahæ, & deus patris mei iſaac, vel timor patris mei abrahā, & timor patris mei iſaac, quia non minus poteſt dici de abrahā quòd timuerit deum: q; de iſaac, Ad hoc dicitur â quibuſdam hebræis qđ deus non nominatur deus alicuius ſingularis perſonæ, niſi poſtq; eſt extra fluxibilitatem huius vitæ, eò quod homines, dum in hac vita ſunt poſſunt mutari de ſtatu gratiæ, in quo ſunt filij dei ad lapſum in quo potius filij iræ ſecundum apoſtolum dicuntur. Et quia quādo hec verba dixit iacob, Abrahā iam diu antè deceſſerat, ſed iſaac adhuc viuebat, quia durauit vſq; ad decennium poſt venditionem ioſeph, vt habetur poſtea. Idcirco de Abrahā, qui iam erat in ſecuro dixit deus abraham, ſed de iſaac qui adhuc erat in vita dixit, Timor iſaac id eſt quem timet iſaac: quod poteſt dicit de quolibet iuſto timente deum ſecundum preſentem ſtatum. Quidam verò dicunt, quod timor iſaac hîc dictus intelligitur de timore quem paſſus eſt tempore immolationis, ad quod inducunt illud quod infrà ſequit̄ eo. ca. Iurauit iacob per timorem patris ſui iſaac &c. Solent enim homines iurare per aliqua terribilia: ſicut per horam mortis & huiuſmodi.

D

Receſſerim⁹ a nobis, Abſcō dei alter ab altero. i. qn̄ alter ab altero receſſerit.

† 22. q. 1. c. monet.

* Ergo

☞ CAP. XXXII.

E

IAcob aũt abiit. a ℂ Caſtra dei &c. Vbi caſtra poſita ſunt, in hebręo מחנים mahanaim: vt ſciamus, ſi quando interpretatũ in alio loco ponitur, quem locum ſignificet. Et pulchrè ad fratrem inimicum iturus, angelorum comitantium eum choris excipit̃. b ℂ Timuit iacob &c. Augu. Queri poteſt: quomodo fidē habuit promiſſis dei, quòd hoc dixit. Sed fieri potuit vt euerteret caſtra eius Eſau, et tunc poſt illā afflictionē adeſſet & quę promiſit, impleret. Et ad monemur hoc exemplo: vt q̃uis credamus in deum, faci:m⁹ tamē que faciēda ſunt in ſalutis preſidiũ. Verba quoq; Iacob conſideranda ſunt, dicētis. Deus patris mei Abrahã &c, qa in his verbis et humana infirmitas & fides pietatis apparet. c ℂ Tranſiui Ior. Per baptiſmũ coniũctus eſt paries de gentibus, ei qui ex iudęis, primitiuæ tamen eccleſiæ nō deeſt timor Iudæorum, quos ſignificat Eſau. d ℂ Erue me de ma. &c. Sic orat vt ſpem timore moderetur: & timorē ſpe conſoletur, ſignificans, vt vitæ noſtræ & domeſticorum ratione cōſulam⁹, et tñ dei auxiliũ inuocemus.

Queſtio.

Angelorũ viſione de⁹ cōfortat Iacob.

Miſtyce.

Moralit̃.

*Nicolaus de lyra.* ☞ Placabo

CAP. XXXII.

Diuiſio.

IAccb aũt abiit. Hic cōſeq̃nter deſcribit̃ qualr̃ paſſus ē ab Eſau. et p̄mò qualr̃ timuit eũ ex auditu. Scd̃ò ex aducn. ca. xxxiij. Circa primũ deſcribitur primò diuina conſolatio pręueniens: Secundò humana trepidatio ſuperuenieniens, ibi, Miſit autem nuntios Tertiò dei confortatio contra periculum imminens, ibi, Et ecce vir luctabat̃. Circa primum dicitur ſic. a ℂ Iacob autem abiit &c. expeditus á perſecutiōe Labã b ℂ Fueruntq́; ei ob. an. dei. Dicũt hebręi, q̃ angeli qui cuſtodiebant prouinciam ſyrię, conduxerunt eum vſq; ad locum illum qui erat in fine prouinciæ illius, & tunc alij angeli, qui pręerant prouinciæ alteri ſibi coniunctæ, obuiauerunt ſibi ad conducēdum eum. Doctores autem catholici dicunt, quod fuerunt angeli ad confortandum eum contra timorem fratris ſui. nec iſtę expoſitiones diſſonant multum. c ℂ Et appellauit &c. ad p̄tegendum eum: & cōſonat hoc vtriq; expoſitioni. d ℂ Miſit aũt & nuntios. Hic conſequenter deſcribitur humana trepidatio. Licet enim eſſet cōfortatus ab angelo in receſſu, vt prędictum eſt, & in proceſſu ab angelis ſibi occurrentibus: tamen ſicut homo timuit de fratre ſuo per cuius terram habebat tranſire: tum quia ſciebat ſe eum offendiſſe propter primogenita & propter benedictiones, tum quia habitauerat cũ Laban idolatra diu, ex cui⁹ cohabitatiōe poterat aliquã offenſam incurriſſe, & ideo timebat. quia tales diuinę promiſſiones comuniter intelligendæ ſunt ſub conditione, ſcilicet ſi ille cui fiunt, faciat debitum ſuum erga deum, de quo formidabat Iacob: & ideo quia non poterat tranſire terram ſine ſcitu fratris ſui, miſit nuntios ad placandũ eũ, et captandũ ei⁹ beniuo lentiã

F

Iacob diuidit ſua in turmas.

4. † ğ. 13. b.

† Orat deũ Iacob in anguſtijs, arripiens p̄miſſionem dei, & indignitatē ſuã cōfitens.

Iacob mittit munera ad Eſau fratrem ſuũ.

Cap. XXXII.

a ❡ Non aſpiciens retro.

a IACOB autem abiit a itinere quo cœperat, fuerunt q́; ei obuiam angeli dei. Quos cum uidiſſet, b

a ❡ Multitudo angelorum, quę militia cœli nominatur, quibus confortatus non metueret fratrem, ſecurus eorum auxilio. ❡ Superatis præteritis tentationibus tanquam hoſtibus & tergo ſequētibus, imminent futuræ tanquam hoſtes obuiam uenientes: quos oportet præuenire orando, & bene operando: ad quod perficiendum, proſunt aliquando perſuaſibilia humanæ ſapientiæ uerba.

ait. Caſtra dei ſunt hæc. Et appellauit nomē loci illius [1] Manaim, id eſt caſtra. Miſit autem & nuntios ante ſe ad Eſau fra- c d

a ❡ Alias in regione.

trem ſuũ in terram Seir regionis Edom, præcepitq́; eis, dicens: Sic loquimini do- †

a ❡ Conſors naturæ, non gratiæ.

mino meo Eſau: Hęc dicit frater tuus Ia-

a ❡ Oĩs, qui patriæ cœleſtis ciuis eſt: pegrin⁹ eſt mũdi toto tēpore uitæ p̄ſentis.

cob: Apud Laban peregrinat⁹ ſum, & fui

a ❡ Sapientes. b Fatuos.

uſq; in pręſentē diē. Habeo boues, & aſi-

a ❡ Simplies. b ❡ Qui timore ſeruiunt, non amore. c ❡ Quorum imbecilitati prouidendum, ne inducantur in tentationem.

nos, oues, & ſeruos, atq; ancillas, mittoq́; nunc legationem ad dominum meum, ut inueniam gratiam in conſpectu tuo. Reuerſi ✳ ſunt nuntij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Eſau fratrem tuum, & ecce pro- e perat in occurſum tibi cum quadringētis

a ❡ Imminente periculo quod humana ratio habet, faciamus: ne totum deo committentes, tentare uideamur.

b uiris. Timuit Iacob ualde, & perterritus diuiſit populum, qui ſecum erat, greges f quoq;, & oues, & boues, & camelos ĩ duas turmas, dicens: Si uenerit Eſau ad unam turmã, & pcuſſerit eam, alia turma quę re-

a ❡ Ne iterum totum humano conſilio tribuat, adiungit orationem, quia prędeſtinatio dei precibus adiuuatur.

liqua eſt, ſaluabit̃. Dixitq́; Iacob: † Deus g patris mei Abraham, & deus patris mei Iſaac, domine qui dixiſti mihi, Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis

a ❡ Indignus.

tuæ, & benefaciam tibi, minor ſum cun-

a Mihi impenſis.

ctis miſerationibus tuis, & ✳ ueritate

a ❡ Antequam diceretur, Baptizate omnes gentes, lege uerberante, non miſerante nutabatur populus dei.

quam expleſti ſeruo tuo: In baculo meo h
c trãſiui Iordanem iſtum, & nunc cum dua-
d bus turmis regredior: Erue me de manu fratris mei Eſau, quia ualde eum timeo, † ne fortè ueniens percutiat † matres cum filiis. Tu locut⁹ es, † q̃ bene mihi faceres, & dilatares ſemen meum, ſicut arenam maris, quę pręmultitudine numerari non poteſt. Cumq́; dormiſſet ibi nocte illa, ſe-

a ❡ Parat eum placare muneribus, cui diſplicebat in moribus.

parauit de his, quæ habebat, munera Eſau i

a ❡ Binarius princeps alteritatis placet Eſau. b ❡ Placet ei uiceſimus propter dualitatem denarij.

fratri ſuo, capras dũcentas, hircos uiginti, oues ducentas, arietes uiginti, camelos fœtas cum pullis ſuis triginta, uaccas quadraginta, & tauros uiginti, aſinas uiginti, & pullos earũ decem. Et miſit per ma-

a ❡ Vt placerent munera multitudine ſicut magnitudine.

nus ſeruorum ſuorum ſingulos ſeorſum, k

lentiã. Et patet litera vſq; ibi. e ℂ Properat in occurſum &c. Tot enim ſecum ducebat, vt fratrem ſuum captiuũ duceret, ſi ſibi expedire videretur, ſi aũt contrarium videretur, ſaltem oſtenderet potentiam ſuam. f ℂ Diuiſit po. duplici de cauſa. Vna, quia ſi Eſau percuteret turmam vnam, cum eſſet ſpolijs illis intentus, altera fugeret, vt ſaluaretur. Alia cauſa, quia de occiſione & & ſpoliatione primę ſatiatus: alteri forſitan parceret. g ℂ Dixitq́; Iacob &c. Sciebat enim, quòd q̃uis deus aliquid ordinauerit facere: tamen vult ſuper hoc rogari h ℂ In baculo &c. id eſt ſolus & pauper innitens baculo meo, non alijs temporalibus: vt ſupra dictum eſt. xxix. ca. Sed quomodo dicit Iordanem iſtum, cum adhuc eſſet longè à iordane? Dicũt aliqui quòd torrēs Iabeth iuxta quem erat eſt idem cum iordane, & debet dicit vadũ Iacob, ſed hoc patet falſum, quia poſtea venit Iacob in phanuel & ſochot, que non ſunt in terra Iſrael citra iordanem, ſed vltra: vt patet per Hierony. de diſtantiis locorum, & per deſcriptionem terræ promiſſionis. & ideo aliter dicendum, quod licet eſſet adhuc longè à Iordane, tamē inde poterat videri iordanis. Et quia torrens Iabeth cadit in iordanē fluuium. i ℂ Separauit &c. vt eum placaret, vt patet infrà. k ℂ Singulos ſeorſum greges &c. vt magis apparerent

Moraliter. a ℂ Iacob aũt abijt &c. Hic agitur de timore Iacob ab Eſau, per quem ſignificatur timor boni viri à malo, propter quod remedia quęrere debet prout poteſt, Et primò erga deum per emendationē vitæ. quod notatur cum dicitur. a ℂ Iacob autem abiit &c. proficiens de bono in melius in via morum. b ℂ Fueruntq́; ei ob. an. dei. ad ei⁹ cuſtodiã, ſicut ſcribitur. Pſal. xc. b. Angelis ſuis mandauit de te, vt cu. te in om. viis tuis, d ℂ Miſit autem & nũ. añ ſe ad. e. Sequitur. † ℂ Sic loquimini domino meo Eſau: ſcilicet verbis pacificis & humilibus vt patet in textu Scribitur enim Eccleſi. vj. a. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Et in hoc Iacob ſignificat quēlibet bonum hominem, qui quęrit quantum poteſt omnium pacem, ſecundum illud Ro. xij. d. Quantum ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacē habentes † ℂ Timuit Iacob &c. quia nequitia peruerſorũ ſemper eſt timenda, & cautela contra eam adhibenda. Ideo ſubdit̃. f ℂ Diuiſit populum qui ſecũ erat, &c. in duas turmas. Poſſunt autem per duas turmas intelligi bona ſpiritualia et temporalia: vt ſi perſecutor auferat temporalia, ſpiritualia per patientiam maneant ſalua, exemplo beati Iob. Et quoniam humana cautela non ſufficit ſine protectōe diuina ideo ſubditur oratio Iacob. g Deus patris mei &c. Sequitur. † ℂ Erue me de ma. fratris mei Eſau &c. quia pax cũ aduerſarijs ſalua veritate iuſtitiæ quęrenda eſt, non ſolum verbis dulcibus, ſed etiam muneribus, ideo ſequit̃. i ℂ Separauit de his &c. Et qm̃ oratio deuotè facta: exaudibilis eſt, Ideo ſequitur. Et ✳ ecce vir

G

1 Mahanaĩ.

Iabeth.

Iacob miſſis nuntiis petit fauorē fratris ſui Eſau quem dñz vocat.

✳ que.

Moralit̃.

Perterritus, anguſtis affect⁹.

H

✳ Omni.

In baculo meo, trop⁹ hebraic⁹, quo ĩtelligit̃ nudũ & tenuem eũ trãſiuiſſe.

al's † matrē.

al's † vt.

Fętas, lactantes.

a ℭ Placabo illũ &c. Hęc interpoſita ſunt a ſcriptore. Non eſt
A eñ prudētis artē ſuā detegere, & ſic eis cū quibus agit̃ ſuſpectum ſe
*Myſtice.* facere. b ℭ Et ecce vir &c. Grego.
Myſtice. Iacob cū ad parentes proprios redit, in via angelum inuenit: cum quo magnum certamen in luctamine habuit. Qui autē luctat̃ aliqñ ſe ſuperiorem aliquando inferiorem inuenit. Significat ergo angelus deū, & Iacob q̃ cū eo cōtendit cōtēplatiui viri animā exprimit, q̃ cū deū cōtēplari nitit̃: velut in certamine mō quaſi ſupat: quia intelligē do & ſentiē do de incircūſpecto lumine aliquid guſtat: mō verò ſuccūbit, quia deguſtādo iterū deficit. Quaſi ergo vincit̃ angelus, qñ humano intellectu intimo apprehendit̃ de⁹. Sed notandū, ꝙ idem victus neruum tetigit: & marceſcere fecit, & extunc Iacob vno pede claudicauit: quia omnipotens deus, cum per intellectū & deſideriū cognoſcit̃: voluptatē carnis arefacit: & qui prius quaſi duobus pedibus nitentes, eum videbamur quęrere & ſæculum tenere, poſt agnitionem ſuauitatis dei, vn⁹ in nobis pes ſanus permanet alter claudicat: qa debilitato amore ſæculi, ſolus amor dei cōualeſcit. Si ergo tenemus angelū, vno claudicam⁹ pede: quia dū creſcit fortitudo in nobis, amoris intimi infirmat̃ fortitudo carnis. Qui enim claudicat, tm̃ ſano pede innitit̃. Cui enim deſiderium terrenum arefactum eſt, in ſolo pede amoris dei tota virtute ſe ſuſtinet, & in ipſo ſtat quia pedē amoris ſęculi, quem in terra ponebat, iam ſuſpenſum portat. Nos ergo ſi ad ſpirituales patres redimus, angelum in
B via teneamus, vt ſuauitate intima deū apprehendamus. ℭ Iſidorus. Et ecce vir &c. In hoc principaliter ſacramenti dominici imago figurata eſt. Vir enim iſte Chriſtū ſignificat, cui volenti præualuit Iacob, vt myſterium ſignificaret paſſionis: in qua viſus eſt in corporis ſui ſobole præualuiſſe deo, & quaſi cum infirmo ita cum carne eius luctamen inire & inualeſcere cum diceret: Crucifige, crucifige. Et tamen Iacob ab angelo quem vicerat, benedictionem impetrauit. Nominis enim impoſitio, benedictio fuit. Interpretatur autem iſraël videns deum: quod erit in fine præmium omnium ſanctorum. tetigit angelus latitudinem femoris eius, & claudum fecit. Sicq̃ erat benedictus & claudus, in fidelibus benedictus, in infidelibus claudus. Femoris enim neruus vel latitudo, generis humani multitudo eſt. Plures quippe à fide patrum degenerantes: & a præceptis ſui authoris deuiantes: in erroris ſui ſemitis claudicant, vnde Pſalm. xvij. g. Et claudicauerunt à ſemitis ſuis. Qui tamen populus tactis viribus non ſolum claudicat, ſed torpeſcit, ne vltrà iam generare poſſit.
c ℭ Nequaq̃ inquit Iacob appellabitur nomen tuum ſed &cæ. Hiero. Ioſephus in libro primo antiquitatum, Iſraël ideo dictum putat: quod aduerſus angelum ſteterit. Ego autem hoc in hebræo inuenire non potui: ſed etymologiam nominis ipſe angelus poſuit: dicens: Quoniam ſi contra deum fortis ☞ fuiſti

*Forſitan propitiabitur mihi, Si forte ſuſcipiat faciem meā. heb.*

*Tropolo. Vſq̃ mane, vſq; ad exortū auroræ.*

*Neruum femoris, vox hebrę a ſignificat coxēdicem. i. concauū in quo voluitur femur.*

*Statim emarcuit mouit ſe loco ſuo coxendix femoris Iacob.*

*Hiſtorice Fortis fuiſti, præualuiſti.*

greges, dixitq̃ pueris ſuis: Antecedite me, & ſit ſpacium inter gregem & gregem. Et præcepit priori, dicens: Si obuiū habueris Eſau fratrem meum, & interrogauerit te, cuius es, & quo uadis [a] & cuius ſunt iſta quæ ſequeris? Reſpondebis: Serui tui Iacob. Munera miſit domino ſuo Eſau, ipſe quoq̃ poſt nos uenit. Similr̃ mādata dedit ſecundo ac tertio, & cūctis qui ſequebant̃ greges, dicēs: iiſdē uerbis loquimini ad Eſau, cum inueneritis eum, & addetis: Ipſe quoq̃ ſeru⁹ tuus Iacob, iter noſtrum in

a ❡ Vt ante eſſet muneribus reconciliatus, quam a fratre uiſus.

a ❡ Hæc interpoſita ſunt a ſcriptore. Ordo uerborum Iacob: Placabo eum, & poſt hoc uidebo faciem eius.

[a] ſequitur. Dixit enim: Placabo illū muneribus quæ p̄cedunt, & poſtea uidebo eum, forſitan propitiabitur mihi. Præceſſerunt itaq̃

❡ Hoc prudenter fecit, ut per nuntios uoluntatem fratris agnoſceret.

munera ante eum, ipſe uerò manſit nocte illa in caſtris. Cumq̃ [2] maturè ſurrexiſſet, tulit duas uxores ſuas, & totidem famulas cum undecim filiis, & tranſiuit uadum Iaboc. Traductiſq̃ omnibus quę ad [a]

a ❡ Poſt aquam ſalutis eceſiæ, ut deum contemplari ualeat aptus eſt locus ſolitudinis.

[b] ſe pertinebant, mãſit ſolus. † Et ecce uir luctabat̃ cum eo uſq̃ mane. [b]

a ❡ Quia in contemplatione quaſi in luctamine, modo dei ſuauitas utcumq̃ complectitur, modo ſuperat ut non ſentiatur.

Qui cùm uideret, quòd eū ſuperare nō poſſet, tetigit neruū femoris ei⁹ &, ſtatim emarcuit. Dixitq̃ [c] [d]

a ❡ Quia in contemplatione propagandæ mortalitatis uſus aboletur.

ad eum: Dimitte me: Iam enim

a ❡ Quaſi tempus eſt, ut ab inuiſibilibus ad temporalia tractanda deſcendas.

aſcendit aurora. Reſpondit: Nõ dimittã te, niſi benedixeris mihi. [e]

a ❡ Quia anima quæ internam dulcedinem deguſtat: in ea ſemper morari deſiderat.

Ait ergo: Quod nōmen eſt tibi? [f]

a ❡ Quaſi priorem ſtatum ignc et.

[c] Reſpondit: Iacob. At ille: † Nequāquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël. Quoniam ſi contra deum fortis fuiſti, [g] [h] [i]

a ❡ Luctator.

a ❡ Quaſi non luctator, ſed uictor uo… beris, quia pulſans perſeueraſti.

a ❡ Mutatio nominis, benedictio eſt.

a ❡ Perſeuerans in pulſando.

quantò magis contrà homines pręualebis? Interrogauit eū Iacob: Dic mihi quo appellaris nomine? [k]

a ❡ Contra Eſau quem times.

Reſpondit: † Cur quæris nomen meum? Et benedixit ei in eodem [l] [m]

a ❡ Quaſi incomprehenſibilis eſt deus.

a ❡ Priorem benedictionem confirmauit.

## NIC. DE LY.

☙ appareret. a ℭ Traductiſq̃ &c. Duplici de cauſa. Vna vt videret ne aliquid de rebus ſuis ex obliuione remanſiſſet. Secunda, vt ſolitarius melius orationi vacaret, vt eum dominus eriperet de periculo, quod timebat. b ℭ Et ecce vir. Hic conſequenter

Hic conſequenter ponitur diuina confortatio cōtra timorem periculi imminentis: Ecce vir luctabatur cum eo. Dicūt hebræi quòd fuit angelus Eſau, in ſpecie viri qui volebat eum impedire à tranſitu, ne obtineret benedictiones: & primogenita ipſius Eſau. ſed dominus dedit tantam fortitudinem ipſi Iacob, quòd angelus non potuit ei præualere, propter quod angelus videns quòd nō poterat eum ſuperare. c ℭ Tetigit ueruum femoris eius: & cæte. vt ſic euaderet de manu Iacob per talem læſionem. nō tamen ſic potuit euadere ideo ſubditur: d ℭ Dixitq̃ ad eum &c. quaſi dicat. tempus eſt, vt cantem dei laudes cum aliis angelis: ſecundum illud Iob. xxxviij. a. Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij dei? & ideo nō debes me ampl.⁹ tenere & impedire à laude dei. e ℭ Reſpondit &c. Id eſt niſi confitearis, quòd benedictiones, quas quærebas pro Eſau, meæ ſunt de iure. Et eſt ſimilis modus loquendi Eſa. xxxvj. d. Facite mecum benedictionem, id eſt ſubiicite vos mihi. f ℭ Ait ergo: neceſſitate compulſus. g ℭ Nequaq̃ inquit Iacob appellabitur & cæte. id eſt non dicetur quòd ex ſupplantatione & fraude obtineas benedictiones.
h ℭ Sed Iſraël, & cæte, quod interpretatur directus cum deo, vel princeps cum deo, quia iuſtè & ex dei ſententia obtinebis. i ℭ Si contra deum fortis fuiſti & cæte. id eſt contra angelum. Hoc nomen deus hic accipitur participatiuè vel repræſentatiuè. k ℭ Quantò magis cōtra homines præualebis, id eſt contra Eſau & filios eius. l ℭ Cur quęris nomen meum? & cætę. ac ſi di. fruſtra quęris. quia ego & alij angeli in miniſterium miſſi, non habemus nomina fixa & ſtabilia, ſed diuerſa ſortimur nomina ſecundum legationes ad quas mittimur. exēplum de angelo Eſa. vj. b. quod magis declaratur. infrà. eod. ca. m ℭ Et benedixit &c. id eſt confeſſus eſt ei benedictiões eſſe ſuas. & in hoc confeſſus eſt ſe ſuperatū.
☙ Vidi dominum
* b ℭ Et ecce vir luctabatur cū eo. Per hanc enim luctam ſignificabatur ad literam, quòd Iacob finaliter ipſi Eſau præualeret, quod fuit impletum tempore Dauid, qui terram idumeæ ſibi ſubiecit. & p hoc moraliter ſignificatur, quòd boni malis finaliter præualebūt. Sap. v. a. Stabūt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt & cæte. Et tunc mutabitur nomen Iacob in iſraël, ſicut ſubditur.
g ℭ Nequaq̃ inquit Iacob appella. nomen tuum, ſed Iſraël: quia tūc lucta vitæ præſentis contra vitia quę per Iacob ſignificatur, ceſſabit, & clara dei viſio quę ſignificatur per Iſraël ſuccedet. ℭ Aliter exponi poteſt de appetitu intellectiuo & ſenſitiuo, qui dicuntur fratres, eo qd̓ ſunt ab eadem eſſentia animę procedentes. Et q̃uis ex ordinatione diuina intellectiuus debeat dominari, tamen frequenter ſenſitiuus eſt potentior, & trahit ad ſe intellectiuum, vt patet in incontinentibus: ideo bonus homo ſemper debet timere, ne ratio p ſenſualitatē ſuperet̃ in ipſo, & ſup hoc deū deprecari, & munera mittere Eſau, cōcedēdo carni id qd̓ ſecundū deū conueniens eſt illi. & quando debita cōcordia eſt ibi, tunc Iacob vocatur iſraël, quia ſedatis paſſionibus ſenſitiuæ partis, homo per intellectum eſt cognitor. vij. Phyſicorum. ſedendo & quieſcendo fit anima ſciens & prudens.

*C Angelus Iacob colluctatus.*

*1. Illum.*

*2. Mane.*

*Angelorū nomina*

*D*

*† Oſee. 12. a Iacob luctatus cum angelo, confortatur a deo, ne tam fortis timeat fratrem.*

*Moralit̃.*

*† j. 35. b Iacob nominatur Iſraël.*

*Iudic. 13. b*

a loco. Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi dominum [b] facie ad faciem, [a] & ſalua [b] facta eſt anima mea. Ortuſq; eſt ei ſtatim ſol, poſtquàm trãnſgreſſus eſt Phanuel. Ipſe uerò claudicabat pede. Quam ob cauſam nõ comedũt filij Iſraël neruum, ⁎ qui emarcuit in femore Iacob, uſq; in præſentem diem, eo ꝙ tetigerit neruum femoris eius, & obſtupuerit.

a ¶Facies dei. b ¶Non ꝙ deus uideri poſſit, ſed formam uidit in qua deus locutus eſt. Quem ſuper dixit uirum, quia deus homo erat futurus.

a ¶Reuerſus eſt ſcilicet ad lucem corporeis oculis inuiſibilem.

a ¶Id eſt tranſiit lux inuiſibilis.

a ¶Debilitatus affectu ſuperni amoris.

E fuiſti &c. שר Sar, à quo Iſraël vocabulũ deriuatur, principem ſonat. Quaſi di. Non vocabit nomẽ tuũ ſupplantator. Id eſt Iacob ſed princeps cũ deo. i. Iſraël. Quomodo enim princeps ego ſum, ſic & tu qui mecum luctari potuiſti, princeps vocaberis. Si autem mecum, qui deus ſum vel angelus, quia pleriq; variè interpretãtur, pugnare potuiſti; quãtò magis cũ hominib⁹: id eſt cum Eſau, quẽ formidare nõ debes.

Hiſtorice

Interp̃tatio nõis Iſraël.

Qđ aũt in libro hebręorũ nõim interp̃tat̃ iſrl' vir videns deũ, vel mẽs vidẽs deũ, non tã verè ꝗ̃ violenter interp̃tatũ videt̃. Hic em̃ ישראל Iſrl' per has lrãs ſcribit̃: Ioth, ſchin, res aleph, lamech, qđ interp̃tat̃, princeps de⁹ vel direct⁹ de⁹. Vir verò videns deũ, his lrĩs ſcribitur, vt איש vir tribus literis ſcribatur. Aleph, ioth, ſchin: ראה Videns ex tribus. Res, aleph, he: אל verò ex duab⁹: aleph et lamech, & interpretat̃ de⁹ vel fortis. Quãuis igit̃ grandis authoritatis ſint, & eloquẽtiæ ipſorũ vmbra nos opprimat; q iſrl' virũ vel mẽtẽ vidẽtẽ deũ trãſtulerũt, nos magis ſcripturę & angeli, vel dei, q iſrl' ipſum vocauit: authoritate ducimur, ꝗ̃ cuiuſlibet eloquẽtię ſecularis.

Iudæi non comedunt neruos femoris.

a ¶Vocauitq; ia. &c. Illud ꝗ̃q; quod ſequitur, & bñdixit eũ ibi: Vocauitq; Iacob nomen loci illius pha. di. &c. In hebræo dicit̃ phanuel, vt ſciam⁹ ipſum eſſe locũ qui in cæteris ſcripturę voluminibus ſcđm hebræos phanuel legitur. Grego. Quęritur: Cum veritas dicat: Nemo videbit faciem meam. Et: Deum nemo vidit vnꝗ̃: quomodo teſtatur Iacob; Vidi dominum facie ad faciem. Humanæ enim mẽtes oculo interiori purgato, cum vitiorum erugo tribulatiõis igne fuerit cremata, lætitiam patrię cœleſtis aſpiciunt: vt purgemus lugendo prius quę fecimus: & poſt contemplemur gaudia quę quęrimus. Prius enim exurente triſtitia caligo detergitur: & ſic reſplendente raptim in circumſcripto lumine mẽs illuſtratur. Quo in gaudio cuiuſdam ſecuritatis abſorbetur, & quaſi poſt defectũ præſentis vitæ vltra ſe rapta in quadam nouitate recreatur. Ibi mens ex immenſo fonte viſionis, ſuperno rore aſpergitur. Ibi non ſe ſufficere ad id ad quod rapta eſt, contemplatur, & veritatem ſentiendo videt, quia quanta eſt veritas ipſa non videt: & cui tantò ſe longè æſtimat, quantò appropinquat: quia niſi illam vt cunq; conſpiceret, nõ eam cõſpicere ſe poſſe ſentiret. Viſus ergo animæ dum intenditur, immenſitate choruſcationis reuerberatur. Ipſa enim cuncta implens, cuncta circunſtat, & idcirco mens non ſe ad cõprehendendã incircunſcriptam ſubſtantiam dilatat, quam inopia ſuæ circunſcriptionis anguſtat. Vnde ad ſe citius relabitur: & proſpectis quibuſdam varietatis veſtigiis, ad ſua intima reuocatur. Hæc ipſa cum per contemplationem facta non ſolida & permanens viſio, ſed quaſi quędam viſionis imitatio dei facies dicitur. Quia enim per faciem quemlibet agnoſcimus, cognitionem dei faciem vocamus. Iacob ergo poſtq; cum angelo luctatus eſt, ait: Vidi dominum facie ad faciem. Quaſi: Cognoui deum, quia ipſe me cognoſcere dignatus eſt. Hæc cognitio in fine pleniſſimè fiet, Vnde. j. Corint. xiij. d. Tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum.

Videre dominum ad faciem.

F

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Vidi dominum facie &c. Id eſt angelum in corpore aſſumpto. b ¶Et ſalua facta eſt anima mea. Quia non pręualuit mihi, ſed econuerſo. Hæc eſt igitur expoſitio hebræorum, & ſecundum hoc exponitur illud quod ſcribitur Oſee. xij. a. de Iacob Inualuit ad angelum, & confortatus eſt: fleuit & rogauit eum: ita ꝙ li fleuit refertur ad angelum. eo quòd Eſau, cui⁹ erat angel⁹, perdebat benedictiões, ſecundũ illud Eſa. xxxiij. b. Angeli pacis amarè flebũt, & rogauit eũ. ſ. vt eũ dimitteret. Iſta expoſitio hebræorũ duo ſupponit. Primũ eſt, ꝙ de⁹ ad horã dedit tantã virtutẽ ipſi Iacob, ꝙ poſſet reſiſtere angelo & pręualere: vel virtutem angeli ad horã debilitauit, vel ſuſpẽdit, ſicut virtutẽ ignis ſuſpẽdit in camino ignis triũ puerorũ. Secundũ eſt, ꝙ angelus Eſau ſecundũ hebręos licet bonus fuerit, neſciuit tamẽ diuinam ſentẽtiã diffinitiuã: ꝙ ius primogenituræ & benedictiões eſſent ipſius Iacob de iure, vſq; quo vidit, per hoc. ſcilicet ꝙ deus tantã virtutẽ contulit ipſi Iacob, & tamẽ antè fuerat hoc reuelatũ ipſi rebeccæ, & Iſaac poſito in extaſi, vt ſuprà dictum eſt. xxvij. ca. Et ſic tertiũ quod hic ſupponit̃: eſt. ꝙ aliquæ reuelatiões factæ ſint hominibus, etiã aliquibus angelis ignorãtibus, quę tria quaſi ex hypotheſi vel ſuppoſitione, dicta ſunt ſatis dubia. Catholici verò doctores aliter exponũt hanc literã de angelo & de Iacob. ſed dicunt aliqui, ꝙ fuit tm̃ ſpiritualis lucta, quia Iacob per efficaciam

G efficaciã ſuæ orationis retinebat eũ, ne elongaret ſe ab eo. ſed eũ defenderet in via. & videt̃ ſententia Hiero. ſuper Eſa. xlix. Vbi dicit ſic: Cũ angelo Iacob oratione, nõ manibus luctabatur. Sed cõtrariũ videtur ex textu, vbi dicitur, ꝙ in illa lucta angel⁹ tetigit neruũ femoris Iacob, & qđ ex tactu emarcuit, intantum ꝙ Iacob poſtea claudicabat, & ideo dicunt alij, ꝙ fuit lucta ſpiritualis & corporalis. Ad cuius intellectum conſiderandum, ꝙ licet Iacob non fuerit diffiſus totaliter de dei adiutorio, tamẽ parum confidit, & nimi timuit Eſau: maximè cum prius dixiſſet ſibi angelus, ꝙ ſecurè reuerteretur ad terram ſuam, et ꝙ eſſet cum eo ad eum protegendum: vt ſuprà dictum eſt ca. xxxj. In via enim fuerunt ei obuiam angeli, quaſi caſtra ipſum defendẽtia, vt dictum eſt in principio hui⁹ capituli. Et ideo orãte Iacob ſolo in ripa fluminis, & nimis timente propter prædicta, & minus debito de deo confidente: apparuit ei angelus, qui fuerat ei protector in via: & finxit qđ vellet eum dimittere propter paruitatem ſuæ confidentiæ: ſicut dominus poſt reſurrectionem ſuam apparens duobus diſcipulis in via finxit ſe longius ire. vt habetur Luc. xxiiij. d. propter paruitatem & tarditatem fidei ipſorum: tamen nec ibi nec hic fuit mendacium vel falſitas, quia tales apparitiões fiunt cõmuniter ſecũdũ diſpoſitionem mentis illorum quibus fiunt vt ſuprà dictũ eſt. xviij. b. Iacob autem inſtantia orationis feruidè rogabat eum, ne ab eo recederet, ſed ad eius protectionẽ ſecundũ ſuũ promiſſum maneret: & in hoc fuit lucta ſpiritualis: & poſtea cum videret angelum quaſi volẽtem recedere, ex familiaritate accepit eum cũ manibus ad retinẽdũ: quia frequenter cum eo loquebatur, ſicut & maria magdalena poſt reſurrectionem Chriſtum ſibi apparentem voluit tangere: Ioh. xx. d. & ſic fuit lucta corporalis, quia Iacob volebat eum detinere in illa apparitiõe, ita quòd non diſpareret donec haberet benedictionem eius quam & habuit. In illa etiam lucta corporali figurabatur ei, quòd non debebat timere Eſau cum inualuiſſet ad angelum. Et ſecundum iſtam expoſitionem illud quòd ſuprà inductum eſt de Iacob Oſee. xij. a. Inualuit ad angelum & confortatus eſt, fleuit & rogauit eum, aliter eſt exponendum ꝗ̃ ſuprà, ſcilicet referendo fleuit & rogauit ad Iacob, qui fleuit quando vidit angelum quaſi volentem eum deſerere, & rogauit eum ne recederet donec dediſſet ei benedictionem. & licet hic non ſit ſcriptum quòd fleuerit, ſed tãtum quod rogauerit, tamen tenendum eſt de vtroq;, eo quòd exprimitur in Oſee, quod eſt hic omiſſum. Huic autem ſenſui poteſt de facili litera applicari ab illo loco: Et ecce vir. id eſt angelus ipſius Iacob apparens in ſpecie viri. Luctabatur cum eo ſpiritualiter & corporaliter, vt iam expoſitum eſt. Qui cum videret quòd eum ſuperare non poſſet, id eſt nollet eo modo loquendi quo dicitur de Chriſto Matth. xiij. g. Et non poterat ibi virtutem aliquam facere, id eſt nollebat propter incredulitatem illorum, & angelus hic nolebat ſuperare Iacob, quia per illam luctam volebat ei oſtendere ꝙ præualeret ipſi Eſau, vt ſequens litera oſtendit: Quoniam ſi fuiſti fortis contra deum &cæ. Tetigit neruum femoris eius, ad puniendum eum de ſua diffidentia irrationabili. & propter hoc ſequitur ꝙ Iacob claudicabat, vt per hoc oſtenderetur quomodo claudicauerat in mente confidendo parum de deo. Iam aſcendit aurora. i. dies incipit clareſcere, & alij non ſunt digni vt me videant in iſta effigie. Nequaꝗ̃ inquit Iacob vocabitur &cæ. tunc non fuit nomen eius mutatum, ſed angelus prædixit ſibi mutandum a dño. j. xxxv. b. Cur quęris nomen meum? ac ſi diceret: nomẽ meum & aliorũ angelorũ qui mittunt̃ in miniſteriũ mutantur ſecundum diuerſas legationes ad quas miſſi ſunt. Vnde Eſa. vj. b. Ille angelus qui miſſus fuit ad purgandum labia Eſaiæ per calculum ardentem, vocatus eſt ſeraph pro officio incendendi, licet non eſſet de ordine ſeraphico. Et benedixit ei. Hic propriè accipienda eſt benedictio prout maior bñdixit minori: vt habet̃ Heb. vij. b. Vocauitq; Iacob &ce. i. facies dei. Cui⁹ cã ſubdit̃: Vidi dñm facie ad faciẽ. i. angelũ i ſpecie corpali. Et ſalua facta eſt aĩa mea, qa cõſolat⁹ es me, & bñdixit mihi cõtra timorem de fratre meo Eſau. Non comedunt neruum, non vitant omnem neruum, ſed ſolum neruum femoris ad quod deſignandum ſubditur: Qui emarcuit.

Lucta angeli & Iacob.

Salua facta eſt, vel euaſit. i. animus meus liberatus eſt metu.

Pede, ſuper femur ſuũ.

⁎ Il ũ cõtractum.

Emarcuit in femore eſt in coxẽdice femoris.

Eius, & obſtupuerit, Iacob neruũ qui contractus ſint.

H

¶In ca. xxxij. vbi dicitur in poſtilla: Tetigit neruum.

## *ADDITIO.*

Quidã hebræorũ dicũt, ꝙ hoc ꝙ angel⁹ tetigit neruũ iacob ex quo tactu ipſe Iacob

A tactu ipſe Iacob claudicauit,nõ fuit ad puniẽdū Iacob de ſua diffidẽtia:qa i hoc actu nõ videt̃,ꝙ Iacob aliqd demeruiſſet:ſed poti⁹ ecõtra.Vñ in hoc Iacob fuit benedict⁹ ab angelo,vt ſtatim ſequit̃: Et bñdixi ei.Sed dicūt, ꝙ ratio hui⁹ tactus,& claudicatiõis eſt figuralis tm̃.In hoc em̃ figurabat̃,ꝙ licet Iacob haberet primogenituã & dominiū ſup Eſau ex ordinatiõe diuina:vt.ſ̃.xxvij.ca.tñ i poſterū aliqñ aliq deſcẽdẽtes de Iacob,qui dicunt̃ egredi de femore eius, eſſent leſi ab ipſo Eſau.Vñ p̃dicto ca.dicit̃:Tẽpuſq; veniet,cum excutias,ſolueſq; iugum eius de ceruicibus tuis &c.qđ impletum eſt, quãdo Idumæi rebellauerūt cõtra iudã.iiij.Reg.viij.d.& ſic videbatur dominiū Iacob ſup Eſau lædi in femore Iacob.ſ.in poſteritate,q̃ de femore ei⁹ egrederet̃:& ideo ſequit̃ ob hãc cauſam nõ comederūt filij iſraël neruum,qui emarcuit in femore iacob. Si em̃ hæc claudicatio ipſius iacob fuiſſet propter punitionẽ eius in pœnam diffidentiæ,prout alij dicunt,non habuiſſent filij Iſraël abſtinere à comeſtione huius nerui,cum illa pœna ſolum reſpiceret perſonam Iacob:quę quidem pœna iam tranſiuerat in præteritum.

☞ E ius ętatis erant,vt filios generarent,Vnde apparēt omnes animas, quę ingreſſę ſunt in AEgyptum de ſemoribus Iacob fuiſſe.lxx. quia.lxvj.poſt eum ingreſſæ ſunt, & repererunt in AEgypto tres, Ioſeph ſcilicet cum duobus filijs.Septuageſimus autem fuit Iacob ne videamur aduerſum autoritatem ſcripturæ loqui,Deutero.x. dictiam ſeptuaginta interpretes in Deuteronomio tranſtulerunt,quòd ingreſſus eſt Iſraël. In.lxx.animabus AEgyptum.Si quis igitur noſtrę ſcripturę refragatur,ſcripturam intra ſe cōtrariā faciet.Ipſi enim.lxx. interpretes, q lxxv.animas ꝑ prolepſim cū Iacob & poſteris eiꝰ ingreſſas eſſe dixerūt,in Deuteronomio.lxx.tantū introiſſe memorarūt.Quòd ſi opponit̃,quomodo in actibꝰ apoſtolorū dicat̃.lxxv.animas ingreſſas eſſe in AEgyptū, facilis excuſatio eſt. Non enim debuit Lucas ipſius ſcriptor hiſtoriæ in gentes actuū apoſtolorū volumē emittens contrarium ſcribere ei ſcripturę, quę iam fuerat diuulgata in gentibus,& maioris opinionis illo tempore erat,lxx.autoritas q̃ Lucas,qui,ignotꝰ & vilis.hoc autem generaliter obſeruandū,ꝙ vbicunq; apoſtoli aut apoſtolici viri loquuntur ad populos,his teſtimoniis abutuntur, quæ iam fuerāt in gentibus diuulgata,licet plerięq; tradant Lucam vt proſelitum Hebræas literas ignoraſſe. (Nota) a ℭ Miſit autem ia.&c. Hiero.Iudam verò miſit ante ſe ad Ioſeph, vt occurreret ei ad vrbem Heroum in terra Rameſſes.In Hebręo nec habetur vrbē Heroum,nec terram Rameſſes,ſed tātummodo Geſſen vel Goſen.Nonnulli Iudæorum aſſerunt Geſſen nunc Thebaiden vocari, & quod ſequit̃,dedit ei vt poſſiderēt in AEgypto terrā optimā in Rameſſe pagum Arſenoytē ſic olim vocatū autumant. (Hiſtorice) (Geſſen quę Thebaida) b ℭ Et ſunt viri pa.Augu.Commendatur in patriarchis,quòd pecorum nutritores erant a (Moralit̃. F) ☞ pueritia

qui nati ſunt ei in terra Ægypti,

a ℣Partem ponit pro toto.

animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob,quę ingreſſæ ſunt in Ægyptum,fuere ſeptuaginta.

℣Confeſſio præmittitur ad Ioſeph,id eſt Chriſtum, quia ore fit confeſſio ad ſalutem.Ro.x.d.

a Miſit autē ✱Iudam ante ſe ad Ioſeph,†ut nūtiaret ei,& ille occur a

a ℣Non in terram Rameſſes.

b ℣Poſt confeſſionem Ioſeph occurrit,quia Chriſti miſericordia ſubſequetur.

reret in Geſſen. Quō cū puenif ſet, iuncto Ioſeph curru ſuo, aſcendit obuiam patri ad eundem b locū. Videnſq; eum, irruit ſuper collum eius,& inter amplexus fleuit. Dixitq; pater ad Ioſeph, Iam lætus moriar:quia uidi faciem tuam,& ſuperſtitem te re† linquo. At†ille locutus eſt ad omnem domum patris ſui:Aſcendam & nuntiabo Pharaoni, dicamq; ei:Fratres mei & domus patris mei,qui erāt in terra Cha b naan,uenerunt ad me,& ſunt uiri paſtores ouiū,curamq; habent alendorum gregū. Pecora ſua, & armēta,& omnia quæ† habere potuerūt,adduxerunt ſecum. Cumq; uocauerit uos & dixerit, quod eſt opus ueſtrū? reſpondebitis:viri paſtores ſumꝰ ſerui tui, ab infantia noſtra uſque in præſēs,& nos & pr̃es noſtri. Hęc au c tem dicetis,ut habitare poſſitis

a ℣Merito AEgyptij in quibus eſt figura huius ſeculi, in quo abundat iniquitas abominantur.paſtores pecorum.Abominatio eſt enim in quo uir iuſtus

in terra Geſſen,quia dēteſtantur d Ægyptij omnes paſtores ouiū.

Cap. XLVII.

INgreſſus ergo e Ioſeph nuntiauit Pharaoni, dicēs: Pater meus et fra f tres,oues eorū& armēta, & cūcta q̃ poſſidēt,uenerūt de terra Chanaan,& ecce conſiſtunt in terra g Geſſen.Extremos quoque fra h trum ſuorū quinq; uiros ſtatuit coram rege. Quos ille interrogauit:Quid habetis operis? Reſponderunt:Paſtores ouium ſu† mus ſerui tui,& nos & patres noſtri:Ad pegrinandū in terrā tuā i uenimus, quoniā non eſt herba k gregibus ſeruorū tuorum ingra

## Nicolaus de Lyra.

☙dicit̃:Oēs animę q̃ egreſſę ſunt de femore Iacob,quia ipſe nō fuit egreſſus a ſeipſo,ſed dicit̃:Oēs animę domꝰ Iacob,q̃ ingreſſę ſunt in AEgyptū fuere.lxx.Et hîc modus dicendi videtur conueniētior,tamē ingreſſus ipſius Ioſeph fuit ante ingreſſum patris,& ſimiliter ingreſſus filiorū Ioſeph,q dicunt̃ hîc ingreſſi ratione patris ſui,& ſic in eo quodāmodo ingreſſi ſunt:Vnde & de perſonis hîc vltimò nominatis nō dicitur:Quę ingreſſę ſunt cum Iacob in AEgyptū,ſed quę ingreſſę ſunt abſolutè.Tranſlatio verò.lxx. hîc habet.lxxv. Sed ſcd'm Hiero.hîc cū prędictis numeraue runt quinq; filios filiorum Ioſeph,qui tamen nondū erant nati:& hoc factum eſt per anticipationem ꝓpter honorem Ioſeph,ꝓpter quē alij fuerunt recepti honorificè in AEgypto,& hanc trāſlationem ſecutus eſt Lucas, Act.vij.Quòd autē aliqui dicunt nullā mulierē hîc cōputari,patet falſum,q̃a Sara cōputatur inter filios Zelphę,aliter nō eſſent.xvj. ſed.xv.tm̄ qđ eſt cōtra textū vbi dicit̃:Sedecim animas &c.ℭ Conſiderādū etiā,ꝙ cùm dicit̃ hîc:Animę egreſſę de femore Iacob,nō eſt per hoc intelligendū,ꝙ anima intellectiua ſit ꝑ generationē,ſed accipit̃ hîc aīa pro homine,eo modo quo totū denominat̃ a parte principaliori,licet aūt homo generet̃,aīa tū̄ intellectiua nō generat̃,ſed creādo infunditur. (Paſtores abominant̃ AEgyptij.) a ℭ Miſit autē Iudā.Hîc deſcribit̃ ipſiꝰ Ioſeph occurſus,& ſecundum quod mandauerat patri ſtetit in terra Geſſen,quouſq; Ioſeph ei ibidem occurreret,ſignificās ei ſuum aduentū,& hoc eſt qđ dicit̃:Miſit autem Iacob &c.quia Iudas inter alios filios qui erāt cum Iacob,erat honorabilior & rationabilior. (Ioſeph nūtiat Pharaoni aduē tum patris, & fratres introducit) b ℭ Aſcendit ob.patri.tum vt debitam reue-

bitam reuerentiam patri exhiberet,tū vt patrē & fratres inſtrueret, quomodo cū rege loquerent̃,ideo ſequit̃:Cumq; vocauerit vos.ſ. rex,& dixerit:ꝙ eſt opus veſtrū? reſpōdebitis: Viri paſtores ſumus &c.Cuiꝰ cauſa ſubdit̃,cū dicit̃: c ℭ Hęc autē &c.quę fertilis eſt & apta animalibꝰ alēdis. d ℭ Quia deteſtant̃ &c.& ſic volūt, ꝙ habitēt ſeorſum ab eis.Cauſa autem quare deteſtant̃ eſt,quia percutiunt animalia aliqua,quę tanq; dij ab AEgyptijs coluntur. (G) ✱ † ℭ Iam lętus mo.quia vidi &cæ. Multū enim conſolatur bonus prælatus,qñ adhuc viuens ſcit ſe bonum ſucceſſorem habiturū:& ſic fuit de Moyſe & Ioſue ſibi ſuccedēte, & de beato Petro & Clemente,& de ſancto Martino & Briccio,& multis aliis ex ſpeciali diuina reuelatione. (Moraliter.) (✱ Iacob) († vt pręparaet ante ſe Geſſen .i. vt cōmonſtraret ei viā in Geſſen)

## NICO. DE LY.

### Cap. XLVII.

INgreſſus ergo Ioſeph.Poſtq; Moyſes deſcripſit deſcēſum Iacob in AEgyptū,hîc cōſequēter deſcribit ipſiꝰ morā & ſtatū ibidē.Et primò q̃tū ad eiꝰ inhabitationē.ſecundò q̃tum ad finem & cōſummationē,ibi:Factiq; ſunt oēs dies.Adhuc primò deſcribit̃ ipſiꝰ Iacob receptio gratioſa,ſecundò eiꝰ ſuſtētatio larga,ibi:Ioſeph verò. Adhuc primò deſcribit̃ ipſius receptio benigna in prole ſua:ſecundò in perſona propria,ibi:Poſt hoc introduxit. (Diuiſio) Circa primum dicitur: f ℭ Pater meus & fratres &cęt.Hæc nuntiauit Ioſeph Pharaoni,anteq; adduceret fratres ſuos ad præſentiam ipſius,ad probandum ſi affectio bona regis erga eos perſeueraret ſicut à principio. († Ioſeph) g ℭ Et ecce conſiſtunt in ter. Geſſen &cæte.Hoc addidit Ioſeph,quia deſiderabat,quòd illa terra eis aſſignaretur, vt patet in præcedenti ca.& ideo hoc dixit, ac ſi ei inſinuaret,ex quo vxores & familiæ & omnia bona eorum mobilia ſunt ibi,bonum eſſet quòd remanerent illic, quia labor eſſet eos aliò transferre. (H) († habēt vel ſunt eis) h ℭ Extremos quoq; fratrum ſuorum.Extremitas alicuius rei accipitur dupliciter.ſ. à parte ſuperiori,& a parte inferiori.& ſecundum hoc iſta litera dupliciter exponitur.vno modo ſic: Extremos fratrum.id eſt,minores & debiliores.& hanc expoſitionem ſequuntur Iudæi dicentes,ꝙ hoc fecit Ioſeph,ne ſi rex vidiſſet maiores & fortiores,poſuiſſet eos cum viris bellatoribꝰ.Alio modo ſic:Extremos fratrum,id eſt maiores & valentiores,vt ex hoc rex & conſiliarij ſui magis haberent acceptū dominium Ioſeph, videntes cognationem eius eſſe ita gratioſam. & iſtud magis concordat cum prædictis capi.præcedenti. (Extremus) i ℭ Ad peregrinandum &c.id eſt ad morādum ad tempus,cuius cauſa ſubditur: k ℭ Quoniam non eſt her.gre.&cę. ſed ſi nō erat in terra Chanaā herba,quomodo erat in AEgypto,vbi erat tanta ſterilitas, ſicut alibi.Et dicūt aliq hic,ꝙ tp̄e ſiccitatis ex qua cauſabat̃ illa ſterilitas,ſunt bona paſcua in AEgypto:q̃a magna inundatio Nili ex aq̃ remanēte ſuper terram plus impedit naſcen☙ tiam herbarum (Quæſtio.)

Moraliter. a ℭ Ingreſſus ergo Ioſeph &cętera.Per hoc autem, quòd Ioſeph exaltatus à rege fratres ſuos ſtuduit promouere,oſtenditur quòd quilibet exaltatus à deo maximè q̃tùm ad regimen eccleſiæ debet eſſe ſollicitus de promotione bonorum, qui dicūtur eius fratres,quia ſunt in virtute ſimiles.Frater em̄ dicit̃ quaſi ferè alter,ideo de talibus promotis ſubditur: † ℭ Paſtores ouium ſumus.& ſicut prælatus honoratur à ſubditis,ita debet prælatum ſuperiorem honorare, propter hoc ſubditur: (Moraliter.)

✱ Poſt hęc

A ☞ pueritia ſua,& à parentibus ſuis:quia hæc iuſta eſt ſeruitus,iuſta dñatio,cũ pecora homini ſeruiũt,& ipſe pecoribus dñatur. vñ Gen.j.c. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã,et habebit poteſtatẽ piſciũ maris,& volatiliũ cæli,& omniũ pecorũ,quæ ſunt ſuper terrã.vbi inſinuat̃ rationẽ debere dñari irrationabili vitę. Seruum autẽ hominẽ homini vel iniquitas vel aduerſitas fecit. Iniquitas ſicut dictum eſt. Maledictus Chanaan,ſeruus erit fratribus ſuis. Aduerſitas ſicut Ioſeph à fratrib⁹ venditus,alienigenæ factus eſt ſeruus. Primos ergo ſeruos,quibus hoc nomẽ lingua latina dedit,bella fecerunt. Qui enim ſuperatus iure belli poſſet occidi,quia ſeruatus eſt,ſeruus appellatus eſt. Inde & mancipia, quia & manu capta ſunt. Eſt etiam ordo naturalis in hominibus,vt ſeruiãt fœminę viris,filij parentibus, quia & illic hæc iuſtitia

† fortes

eſt,vt infirmior ratione ſeruiat fortiori. Hęc igitur in dominationibus & ſeruitutib⁹ clara iuſtitia eſt, vt qui excellũt rõne,excellant dñatione,qđ cũ in hoc ſeculo per iniquitatem hoĩm ꝑturbat̃,vel ꝑ naturarũ carnaliũ diuerſitatẽ,ferunt iuſti tꝑalem aduerſitatẽ,in fine habituri ordinatiſſimã & ſempiternam felicitatem. a ❡Dies peregrinationis &c. Aug. Quid eſt ꝙ dicit Iacob Pharaoni:Dies annorũ vitę meæ quos incolo &c. Sic eñ habẽt Græci,qđ Latini habent ago vel habeo. Vtrũ ergo ideo dixit quos incolo,quia in terra nat⁹ eſt,quã nõdũ populus diuina promiſſiõe hęreditatẽ acceperat,& ibi vitã ducens,vtiq; in aliena terra erat,nõ ſolùm qñ peregrinabat̃ ſicut in Meſopotamia,ſed etiã quãdo ibi erat vbi nat⁹ eſt. An poti⁹ ſecundũ illud Apoſtoli accipiẽdũ eſt ij. Cor.v.b. Quãdiu ſum⁹ in corꝑe peregrinamur à dño. Et illud:Inquilinus ſum ego in terra,& peregrinus,ſicut oẽs patres mei. Iterũ dicit de omnibus dieb⁹ vitę ſuæ,non peruenerunt in dies annorũ patrũ meorũ: quos dies incoluerũt. Nõ eñ hîc aliud voluit intelligi,q̃ ꝙ Latini codices habent,vixerũt. Et per hoc ſignificauit hanc vitã eſſe incolatũ.i. peregrinationis habitationem. Sed hoc ſanctis conuenit,quibus ęterna patria ꝓmittit̃. Videndũ eſt ergo quomodo de impijs dictũ eſt:Incolent & abſcondent, ipſi calcaneum meum obſeruabunt. De his eñ conuenĩẽti⁹ accipit̃,qui vt abſcondant, incolunt. Nõ manẽt in domo in æternum.

† Et bñdixit vel ſalutauit Iacob ipſum Pharaonem.

Quæſtio.

✳ annorum

Pſal.28.c.

B

†ac ſi eſſent adhuc paruuli vel iuxta familiã, id eſt iuxta numerũ familiarum

Pſal.55.b.

b ❡Ioſeph vero &c. Quęrẽdũ eſt,vtrũ terra Rameſſes ipſa ſit Geſſen.hãc enim petierent,& Pharao p̃ceperat dari. ❡Iſido. Alleg. Tradidit Ioſeph patri & fratribus optimam terram Geſſen,præbens eis cibaria,quia fames terrã oppreſſerat, ſic & dñs parentibus.i.patriarchis.& ꝓphetis,ex quibus eſt ſecundũ carnẽ,ſiue omnibus ſanctis de qb⁹ in euangelio dicit Matt.ij.d. Hi ſunt fratres mei,qui faciunt voluntatem patris mei,his dat terrã optimã,de qua dicit̃ Pſal. xxvj.d. Credo videre bona domini in terra viuẽtium. c ❡Præbens cibaria ſing.&c. Metiebatur triticũ patri ſuo Ioſeph; nec tamen eum pater quando vidit,nec quando triticũ accepit, adorauit. quomodo ergo ſomnium impletum putamus, niſi maioris rei contineat prophetiam? d Adducite pecora veſtra: & dabo vobis &c. Quæritur,cùm Ioſeph frumenta colligeret,vnde homines viuerent, peccora vnde viuebant, cũ tanta fames ☞ inualuiſſet:&

Allegorice

Hiſtorice

uefcente fame in terra Chanaan: petimuſq;,ut eſſe nos iubeas ſeruos tuos in terra Geſſẽ. Dixit itaque rex ad Ioſeph: Pr̃ tuus & fratres tui uenerũt ad te: Terra Ægypti in cõſpectu tuo eſt,in optimo loco fac habitare eos, & trade eis terrã Geſſen. Qđ ſi noſti in eis eſſe uiros †induſtrios,conſtitue illos magiſtros pecorũ meorũ. Poſt hęc introduxit Ioſeph patrem ſuũ ad regẽ,& ſtatuit eũ coram eo. †Qui bñdicens illi, & interrogatus ab eo, quot ſunt dies

a ❡Sancti aduenæ & peregrini ſuper terram.

annorum uitæ tuæ? Rñdit: Dies[a] peregrinationis uitæ meæ,centũ triginta annorũ ſunt parui & mali,& non peruenerũt uſq; ad dies ✳patrũ meorũ,quibus peregrinati ſunt. Et benedicto rege egreſſus † eſt foras. Ioſeph uerò patri & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Ægypto, in optimo terræ ſolò[a]

a ❡Vel loco

a ❡Pars eſt Thebaidis.

Râmeſſes,ut præceperat Pharao, & alebat eos,omnemq; domũ patris ſui, præbens cibaria †ſingulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppreſſerat fames terram, maximè Ægypti & Chanaan. E quibus omnem pecuniã congregauit pro uẽditione frumẽti,& intulit eã in ærariũ regis. Cũq; defeciſſet emptorib⁹ pretiũ,uenit cũcta Ægypt⁹ ad Ioſeph,dicẽs: Da nobis panes: Quare morimur corã te deficiẽte pecunia? Quibus il

a ❡Pecora pro frumento damus,cum beſtiales motus a nobis amputamus,vt verbo veritatis vberius vacemus.

le reſpondit: Adducite pecorâ ue-

*Nicolaus de Lyra.*

✤ tiam herbarum,q̃ ſiccitas. Vel aliter põt dici,ꝙ terra Geſſen, quam petebat,erat ſic diſpoſita,ꝙ non erat ibi tanta ſiccitas, quin eſſet ſufficienter paſcualis.ex quo habebãt colorẽ petẽdi eã,qa bona eorũ cõſiſtebãt principaliter in aĩalib⁹. a ❡Terra AEgypti in cõſpectu &c. Ac ſi diceret,vbicũq; placuerit tibi,fac eos habitare. b ❡Poſt hęc:Hîc cõſequẽter deſcribitur receptio Iacob in perſona ꝓpria, quia poſtq; Ioſeph expertus fuerat,ꝙ rex fratres ſuos gratioſè

os gratioſè recepat,certificat⁹ eſt de bona rec[e]ptione patris ſui. Ideo ſequit̃: c ❡Et ſtatuit eũ co.&c. Tum vt patrẽ ſuũ honoraret de acceſſu ad p̃ſentiã regis,tũ vt pater ſuus gratias redderet ipſi regi de bonis ab eo receptis pro ſe & familia ſua. d ❡Qui benedicens illi.ſ.regi,quẽ Iacob ſalutauit,& cui imprecatus fuit bona:& iſtud vocat̃ hîc bñdicere. e ❡Dies peregri.&c. Quia primò peregrinat⁹ fuerat in Meſopotamiã apud Laban:vt.ſ̃.dictũ eſt. Item peregrinatus erat in terra AEgypti,in terra etiã Chanaã habitauerat,vt peregrin⁹ ꝓ maiori ꝑte:quia nõ erat aſſecut⁹ dñium in illa niſi ĩ ꝑua portiõe. Aliter etiã exponit̃: qa tota vita humana in p̃nti,nõ eſt niſi q̃dã ꝑegrinatio reſpectu cęleſtis patrię,ſcđm qđ dicit apl̃s Heb.xiij c. Nõ habem⁹ hîc manẽ.ci.ſed fu.inq.&c. f ❡Sũt ꝑui & mali. Dicunt̃ aũt ꝑui eius dies reſpectiuè. Vnde ſubdit̃. g ❡Et nõ ꝑue &c. qa Abrahã auus ſuus vixit,clxxv.annis,vt hr̃.ſ̃.xxv.c.& Iſaac pater ſu⁹,clxxx.annis,vt hr̃.ſ̃.xxv.c.et alij patres eius priores adhuc diuti⁹ vixerũt,vt hr̃.ſ̃.xi.c. Dicũt̃ aũt dies ei⁹ mali,ꝓpter malũ pœnalitatis,ꝙ ſuſtinuit in vita ſua. priò ex ꝑſecutiõe fratris ſui Eſau.ſcđò ex longa ſeruitute apud Labã.tertiò ex violatiõe Dinę filię ſuæ.quartò ex trãſgreſſione Ruben primogeniti ſui,q fœdauit ſtratũ ei⁹.qntò ex vẽditiõe Ioſep,de qua fuit incõſolabiliter afflict⁹.ſextò ex ſterilitate terrę Chanaã vt patet ex prędictis. h ❡Ioſeph vero. Hîc deſcribit̃ ipſi⁹ Iacob ſuſtẽtatio ꝑ ipm Ioſeph reſpectu patris.& ſecundò reſpectu regis,ibi.E quibus. Circa primum dicitur. i ❡Dedit poſ.in AEgyp. prouidens patri & fratribus de loco habitationis. k ❡In op.t.&c. Eſt eñ Rameſſes in territorio Geſſen,qđ ſuprà petiuerãt. l ❡Et ale.eos: prouidens eis de victu. m ❡E qb⁹. Hîc oſtẽdit̃ ꝓuidẽtia Ioſeph reſpectu regis augẽdo ſibi fideliter theſaurũ.& ſcđò clemẽter ſe habẽs erga populũ,ibi: Dixit ergo Ioſeph. Circa primũ dicit̃ ſic. E quibus i.ex AEgypto & Chanaã & alijs terris circumadiacentibus. n ❡Oẽm pe.cõ. Nõ per exactiones,ſed ꝑ vẽditionẽ bladi iuſtã, qa tãtũ valet res q̃tũ põt vẽdi.& ideo illud qđ Ioſeph emerat ꝓ ꝑuo p̃tio tꝑe fertilitatis poterat reuẽdere eiſdẽ ꝑſonis:& multò fortius alijs pro minori pretio,maximè quia nullũ cõpulerat ad vendendũ ſibi bladum nomine regis. o ❡Addu.pe.ve.

Peregrinatio Iacob

Mali dies Iacob

Diuiſio

Diuiſio D

Nota circa venditionẽ

✤ licet enim

✳ b ❡Poſt hęc intro.&c. regẽ.ſ.cæleſtẽ q ꝑ terrenũ intelligit̃ ꝓpter regiã dignitatẽ. Dicit̃ aũt p̃lat⁹ viuẽs patrẽ ſuũ ad regẽ introducere,qñ ꝓ p̃deceſſore ſuo orat deũ deuotè,vt veniat ad cõſpectũ regis gloriæ. d ❡Qui bñ &c. Et bñdicto regę &c. Veniẽs igit̃ ad cõſpectũ dei clarũ bñdicit̃ ab eo dono glorię,qđ eſt ſumma bñdictio, & ecõuerſo ipſe bñdicit deũ bñdictiõe laudis æternæ. Pſal.lxxxiij.a. Beati q habitãt in domo tua &c. Per hoc aũt ꝙ ſubdit̃. † ❡Egreſſus eſt fo. Nõ eſt intelligẽdus receſſus à deo,ſed ſicut dicit ſaluator Ioh.x.b. Per me ſi quis introierit ſal.& ingre.& egre.& paſ.inue. Nam beati reficiunt̃ interius in aſpectu diuinitatis Chriſti,& exterius in aſpectu ſuæ humanitatis. Et hoc vocatur hîc ingredi & egredi,& nõ per aliquem receſſum à Chriſto. † Cũq; defeciſſet emp.pre.&c. Per hoc autem quòd AEgypcij bona mobilia & immobilia dederunt ꝓ alimentis,ꝑ quę ſapiẽtię documẽta ſignificant̃:vt ſuprà dictũ eſt,dat̃ intelligi,ꝙ oĩa bona tẽporalia, pro acquiſitione ſapiẽtię ſunt ꝑuipẽdẽda. Vnde de ipſa dicit̃ Sap.vij.a. Diuitias nihil eſſe dixi in cõparatione illius nec comparaui illi lapidẽ pretioſum:quoniã omne aurũ in cõparatiõe illi⁹ arena eſt exigua,& tãq; lutũ ęſtimabit̃ argentũ in conſpectu illius. Et Prouerb.xvij.c. dicitur: Quid prodeſt ſtulto habere diuitias cùm ſapientiam emere non poſſit? Et de Anaxagora legitur, quòd cùm de ſtudio ſapientię rediret ad terram ſuam,& videret ſuas poſſeſiones diſſipatas riſit. Ego non eſſem ſaluus,niſi iſtæ periſſent.

Moralit̃

Anaxagoras

E inualuiſſet,& fratres Ioſeph Pharaoni dixe=
rūt:Nō ſunt paſcua pecorib⁹ puerorū tuo
rum &c.Si ergo ea fame paſcua defecerāt ī
terra Chanaan,cur in AEgypto nō defece=
rāt,cū eadē fames eſſet vbiq;?An ſicut phi=
Paludes Nili betur ab eis,qui loca ſciunt:in multis AEgy
pti paludib⁹ poterāt paſcua non deeſſe,etiā
cū fames eſſet frumentorū,q̄ ſolent Nili inū
datiōe prouenire;dicunt illę paludes feraci⁹
paſcua gignere,qñ aqua Nilimin⁹ excreſcit.
a ¶ Emit igitur &cę.Non iniuſtitię vel
iniquitatis arguit Ioſeph,cū etiā fidelitas ei⁹
inde cōmendet,quia nulli⁹ pſonę gratiā ſuſ=
cepit,ſed iuxta emptoris pretium ęquo li=
bramine repenſauit. ¶Myſticè autem ſigni=
Myſtice. ficat omnes,qui in ſpiritali AEgypto ſunt:
& eius opes ambiunt ſeruos eſſe.Nullus eſt
enim liber AEgyptius,qui carnalis eſt & ve
nundatus ſub peccato. Pharao enim eos
ſubiecit.vnde fortaſſe dicitur Exo.xx a.Ego
ſum dñs de⁹ tu⁹,qui eduxi te de AEgypto,
de domo ſeruitutis.vnde Ro.vj.b.Non re
gnet peccatū ī veſtro mortali corpore &c.
Et ibidem.c.Serui eſtis eius cui obediſtis,ſi
ue peccati in mortē,ſiue obeditionis ad iu=
† 23.q.8.c. tributū.§. q̄uis.De īmu.eccle.c. nonminus. ſtitiam.AEgyptij autem violenter in ſerui=
tutem redacti ſunt,Hebræi verò violenter
in ſeruitiū.Vendiderūt aūt AEgyptij ſemet
ipſos,nec diſpenſatoris culpa eſt,vbi digna
repenſant pro meritis.i.Corint.v.b.Hoc&
Paulus fecit,cū illū q indignus numero ſan
ctorum vel conſortio fuit Sathanæ tradit.
Nemo ergo dicat Paulum durius egiſſe,q
hominem de eccleſia eiecit,vt expulſus,diſce
ret non blaſphemare.hominis enim volun=
tas eſt iniqua:cū amans terrena deſpicit cę=
leſtia,& propter auaritiam ſe ſubijcit diabo
F lo.Dei autem permiſſio eſt iuſta, cùm eum
Allegorice qui,ſpernens meliora,elegit peiora,dimittit
arbitrio ſuo,vt cadat. ¶Emit igitur &c.
Emptio Ioſeph, qui frugibus emit terram
AEgypti,ſignificat Chriſtum doctrina &
*a Pharaōe ſanguinis pretio redimere mūdum. Quòd
autem dicit,accipite ſemina & ſerite agros:
vt fruges habere poſſitis &c.Semen eſt ver
bum dei,agri corpora,quę vomere euāge=
lico exarata,& ſemine ſpirituali ſeminata fru
ctum virtutum germināt.Quinta pars quę
regi dabatur:quinq; ſenſuū cenſus,qui Chri
ſto regi ſoluendus. Quatuor reliquę in ſe=
mentem & cibos poſſeſſoribus permittun
tur,quia actualis vitę vſus vnicuiq; conce=
ditur,vt ſeminet virtutum opera,& fructus
iuſtitię metat in vitam ęternam,qui à Chri
ſto nobis tribuitur.Vnde Ioſeph dicitur:
Salus noſtra in manu tua eſt,quia ſalus mū=
di in poteſtate Chriſti. b ¶Pręter ter=
ram.Hoc ſignificat eccleſię terram,in qua
veri ſunt ſacerdotes,liberam eſſe à cēſu mū
dano,quę verbo diuino indeſinenter paſci
tur,nec damnū panis ſpiritualis ſuſtinebit.
Cumq; ap=

*Nicolaus de Lyra.*

licet enim eſſent in fame poſiti:non ta=
men tenebatur rex eis dare bladum gratis,
q̄diu haberent bona vnde poſſent emere.
a ¶ Venerunt quoq; anno ſecundo
& dixerunt &c.Dicūt Hebræi,quòd iſte
fuit ſecūdus annus famis,& q in aduētu Ia=
cob,qui venit in principio tertij anni famis
ſtatim Nilus irrigauit terrā AEgypti,ppter
merita eius,& facta eſt fertilitas,quę ſubtra=
*quasi cta fuerat per ſiccitatē,vt prędictum eſt ſe=
cūdū vnā opinionē.Sed hoc videt cōtra te
xtū.primò,quia Ioſeph p ſpiritū pphetię p̄=
dixerat famē durare p.vij.annos,ſecdò,quia
ſcđm iſtud dictū ſeqret,q Ioſeph ſuſtētaſſet
AEgyp

ſtra, & dabo uobis pro eis ci=
bos, ſi pretium non habetis.
Quæ cùm adduxiſſent, dedit
eis alimenta pro equis, & oui=
bus,& bobus,& aſinis:ſuſtēta=
uitq; eos illo anno pro commu
tatione pecorum. Venerunt a
quoque anno ſecundo, & dixe=
¶Vel domino noſtro.
runt ei: Non cælamus dominū
noſtrum,quòd deficiente pecu=
nia, pecora ſimul defecerunt.
Nec clam te eſt, quòd abſque
a ¶Aliàs corporibus.
pecoribus & terra nihil habea=
mus. Cur ergo morimur te ui=
dente?Et nos & terra noſtra tui
erimus.Eme nos † in ſeruitutem
regiā, & præbe ſemina, ne per=
eunte cultore redigatur terra in
¶Doctrina ſanguine. ¶Chriſtus.
a ſolitudinem. † Emit igitur Ioſeph
¶Corpore.
omnem terram Ægypti*, uen=
dentibus ſingulis poſſeſſiones
ſuas præ magnitudine famis,
† ſubiecitq; eam Pharaoni,& cun= b
ctos populos eius à nouiſſimis
terminis Ægypti uſque ad extre
a ¶Hinc habemus exemplum,quod poſſeſſiones eccleſiæ diſtrahi non debent,cum a regibus deo ſunt mancipatæ, & ideo in nullius bonis computandæ.
b mos fines eius, præter terrām c
ſacerdotum, † quæ à rege tradi=
ta fuerat eis: quibus & ſtatuta d
cibaria* ex horreis publicis præ=
bebantur:& idcirco nō ſunt com
pulſi uendere poſſeſſiones ſuas.
Dixit ergo Ioſeph ad populos: e
En,ut cernitis,& uos & terram
ueſtram Pharao poſſidet: Ac=
a ¶Serui facti, id eſt plene deo ſubditi frumenta ad ſemen accipimus: quia uerbum dei proximis prædicare libere poſſumus
cipite ſemina, & ſerite agros: ut
fruges habere poſſitis. Quin=
a ¶Quintam partem damus,cum pro moderatione quinque ſenſuum deo famulamur.
tām partem regi dabitis, qua=
a ¶Quatuor retinemus cum in hac vita ſecundum cuiuſque facultatem laudabiliter conuerſamur.
tuor reliquas permitto uobis
in ſementem, & in cibos fami=
lijs & liberis ueſtris. Qui reſpon
a ¶Salus mundi in poteſtate Chriſti.
derunt: † Salùs noſtra in manu
tua eſt: † Reſpiciat nos tantùm
dominus noſter,& læti ſeruie=
mus regi. Ex eo tempore uſque
in præſentem diem in uniuerſa
terra Ægypti, regibus quinta
pars ſoluitur, Et factum eſt qua=
ſi in legem abſque terra ſacer=
dotali,quæ libera ab hac condi=
tione fuit. Habitauit ergo Iſraël f
in Ægypto, id eſt in terra Geſ=

AEgyptios primo anno famis,p pecorib⁹, G
& p cōſequēs durāte adhuc fertilitate ſuſtē=
taſſet eos p pecunijs,quod videtur mani=
feſtè falſum,quia tunc emebat Ioſeph bladū
ab AEgyptijs,& non econuerſo.Et ideo di
cendum eſt,q ſecundus annus hîc intelligi
tur ab illo tempore,quo defecit eis pecunia
ad emendum,& ille fuit circa finem ſterilita
tis terrę,& maximè quia Ioſeph prędixerat
publicè,ita q erat notū p totā terrā AEgy
pti de ſeptem annis famis futurę poſt fertili
tatem.& ideo veriſimile eſt,q multi de ter=
ra AEgypti reſeruauerūt ſibi bladū,vñ po
terant ſuſtentari per aliqđ tēpus:ita q nō fu
erunt cōpulſi vēdere pro blado pecora ſua
& poſſeſſiones ſuas ita citò,ſed magis in vl
timis annis famis.Sequitur: b ¶ Subie=
citq; eam Phara.&c.In Hebręo dicit ſic:
Et fuit terra ipſius Pharaonis,& populum
trāſtulit ad ciuitates de fine terrę AEgypti
vſq; ad finē eius.Dicunt enim Hebręi ad o=
ſtēdēdū,q terra erat ipſius regis immediatè † et terram noſtram p pane & nos & terra noſtra erimus Pharaōi in ſeruos.
Ioſeph fecit tranſferre populum de vna par
te terræ AEgypti ad aliā,& ecōuerſo:vt per
talē trāſlationē quilibet oſtēderet,& pfitere
tur,quòd nihil iuris haberet in hæreditate
ſua priſtina.Cauſa aūt huius diuerſitatis in=
ter tranſlationem noſtram & literā Hebrai=
cam in hoc loco potuit eſſe ex hoc,qđ iſtæ *pro Pharaone.
duę dictiōes Hebraicę.ſ. העביר Hęebir,
& העביד Hęebid:q̄rū prima ſignificat,et
fecit trāſire,& ſecđa ſignificat,& ſubiecit ſer † Et trāſire fecit ad vrbes Heb.
uituti,nō differūt in Hebręo,niſi in vltima
lrā,q̄ in pria dictiōe eſt lrā Res,ī ſecđa lrā Da
leth.Iſtę aūt duę lrę Hebraicę,licet ī ſono ha
beant magnā diuerſitatē,tū in ſcriptura ha
bent cōueniētiā,& ideo ppter ſimilitudinē
hanc tranſlator noſter accepit vltimam di=
ctionē pro prima vel ecōuerſo. Scriptores H
Hebręorū q fuerūt poſt tempus trāſlatoris
ſcripſerūt primā p ſecunda,tū vtraq; litera †qa a Pharaone pars vel portio.
vadit ad eandē intentionem,Hebraica tamē
magis exprimit,vt patet ex prædictis.
c ¶Pręter ter.ſacerdotum.Erant em̄
deputati ad cultū deorū illius populi,& etiā Sacerdotes AEgyptij
ad ſtudiū ſciētiarū ſpeculatiuarū,ſecđm q di
cit Philoſ.j.Metaphi.quòd gens ſacerdotū
AEgypti ibi priò ſtudere cōceſſa eſt.Et Io=
ſephus in libro antiquitatū dicit,q Abrahā Ioſephus
quādo deſcendit in AEgyptū,vt habitū eſt
ſ.xij.ca.docuit ſacerdotes AEgypti Aſtro
nomiam,& ex tunc in talib⁹ ſciētijs ſtudere
cœperunt,& ideo à rege habebant victum,
vnde ſubditur: d ¶ Et ſtatuta cibaria
ex horreis publicis &cę.Et ex hoc loco
habetur,quòd illis qui ſunt deputati diuino
cultui & ſtudio, debet de victu ab his qui
habent curam regendę cōmunitatis proui= Nota
deri. e ¶Dixit ergo Ioſeph ad popu
lum.Hîc cōſequenter oſtendit clemētia Io
ſeph erga populum in hoc,q terrā AEgy=
pti quā iuſto titulo p rege acquiſierat, red
didit his,qui eam vendiderant pro quinta
parte fructuū,ex quo patet,qđ fecit eis ma=
gnā gratiā,quia alibi vbi terra nō eſt nota= † viuificaſti nos.i.autor vitę noſtrę es.
biliter fertilis,bene traditur colenda & ſemi
nāda pro media parte fructuū.terra autem
AEgypti nō ſolū eſt bene fertilis, vt referūt † Inueniamus gratiā in oculis dñi noſtri,&
illi qui eā viderunt,ſed etiā cū paruo labore
propter irrigationem Nili,qui fœcū dat ter
ram illam.Et patet litera ex prædictis.
f ¶Habitauit ergo Iſraël in AEgy
pto &c.Hîc deſcribit ſtat⁹ Iacob in AEgy
pto q̄tū ad finē ſeu cōſummationē.& priò
deſcribit ſuę ſepulturę ordinatio.ſecūdò di
ctę ordinatiōis executio.ca.l.Adhuc primò
deſcribit dicta ordinatio.ſecđò ſubdit filio=
rū bñdictio.xlviij.ca.In prima pte dicit ſic,
Actuſq;

a ❡Cumq́ appropinquare cerneret. Auguſ. Ea filium iu-
A ratione conſtringit, qua conſtrinxit abraham ſeruum: ille mandans
Moralit. vnde vxor ducat̃ filio ſuo, iſte cōmendās ſepulturā corporis ſui. In
vtraq; tñ cauſa nominata ſunt duo, q̃ magnipendēda ſunt in omni-
bus ſcripturis, miſericordia & iuſtitia, vel miſericordia & iudicium,
vel miſericordia & veritas, quia ſcriptū eſt
Ps.xxiiij.b. Vniuerſę vię dñi miſericordia
& ỽitas. Seruꝰ aūt abrahę dixit: Facite ī dñm
meū miſericordiā & iuſtitiā. Et iſte, vt facias
in me miſericordiā & veritatē. Quid aūt ſi-
bi velit tā ſollicita corpis cōmēdatio, vt nō
in AEgypto ſepeliat̃, ſed in terra Chanaā iu-
xta patres ſuos, mirū videt̃, nec cōueniēs tā-
tę excellētiæ pphetę, ſi ex hoīm cōſuetudine
metiamur: Si autē ſacra q̃ramꝰ, maioris ad-
miratiōis gaudiū inueniemꝰ. Cadaueribus
eñ mortuorū peccata ſignificant̃, cū iuben-
tur hoīes poſt eorū cōtactū tāq; ab īmun-
ditia purificari. vñ Eccſiaſtes. xxxiiij. d. Qui
baptizat̃ à mortuo & iterū tangit illū, quid
pfuit lauatio eiꝰ? Sepultura ergo mortuo-
rū, remiſſionē peccatorū ſignificat. vñ ps.
xxxj. a. Bti, quorū remiſſę ſunt iniq̃tates &c.
Vbi ergo ſepeliēda cadauera patriarcharū,
niſi in terra, q̃ ille crucifixꝰ eſt, cuiꝰ ſanguine
facta eſt remiſſio peccatorū? Mortibꝰ eñ eo-
Vel abraiſmum rū ſignificant̃ peccata hoīm. Dicit̃ aūt à loco
q Abrahamiū vocat̃, vbi cōdita ſunt eorū
corpora, abeſſe locū vbi crucifixꝰ eſt dñs, fe-
† s.25.d rè.xxx. milibꝰ paſſuū, vt ipſo numero ſigni-
ficet̃ Ieſus Chriſtꝰ, qui in baptiſmō appuit
ferè.xxx. anno. b ❡Quo iurāte. Aug.
Quod habēt latini codices adorauit ſup ca-
put virgę eiꝰ, nōnulli emēdatiꝰ habēt: Ado-
rauit ſup caput virgę ſuę vel ī capite virgę
ſuæ. vel in cacumine, vel ſup cacumē virgę
B ſuę. Et ideo meritò q̃rit̃, qd ſit qd̕ dictū eſt.
Nā facilè intelligeret̃ ſenē, q virgā ferebat ſi-
cut ſolet illa ętas, ad deū adorādū ſe īclinaſſe
ſup caput virgę ſuę, quā ſic ferebat, vt ſup
eā caput inclinādo adoraret deū. Quid eſt
ergo adorauit ſup caput vel cacumē virgę
eius, i. Ioſeph? An fortè tulerat ab eo virgā,
qñ ei iurabat, & dū eā tenet poſt verba iu-
rantis nōdū illa reddita adorauit deū? Non
eñ pudebat eum ferre tātiſper inſigne po-
† ipſi Iacob. teſtatis filij ſui, vbi figura rei futurę pręſigna-
batur. ❡Hiero. Et adorauit Iſraël cōtra
ſummitatē virgę eiꝰ. Hoc etiā in loco qdā fruſtra ſimulant adoraſſe
Iacob ſummitatē ſceptri Ioſeph: ꝙ. ſ. honorans filiū poteſtatē illius
adorauerit, cùm in Hebręo multò aliter legat̃: Et adorauit Iſraël ad
caput lectuli, quia poſtq; iurauit ei filiꝰ ſecurꝰ de petitiōe, adorauit
deū cōuerſus ad caput lectuli. Sanctꝰ enim vir & deo deditꝰ, ſenectu-
te oppreſſus, ſic habebat lectulū poſitū, vt ipſe iacentis habitꝰ abſq;
vlla difficultate adorationem eſſet paratus.

ſen, & poſſedit eam, auctuſq́ eſt a
& multiplicatus nimis, & uixit in
ea decem & ſeptē annis. Factiq́
ſunt omes dies uitæ illius centū
a quadragintaſeptē annorū. Cūm b
que appropinq̃re cerneret† mor-
tis diem, uocauit filium ſuum Io- c

a ❡Ad excitandam memoriam filiorum diligenter commendatur ſepultura patrum.

ſeph, & dixit ad eū: Si inuēni gra-
tiam in cōſpectu tuo, †pone* ma- d
nū tuā ſub femore meo, & facies
mihi miſericordiam & ueritatē,

❡In AEgypto ſepelietur, qui in profundum malorum demergitur.

ut non ſepelias me in Ægypto,
ſed dormiā cum patribus meis:
& auferas me de hac terra, cōdás- e
que in ſepulchro maiorum †meo-
rum. Cui rñdit Ioſeph: Ego fa-
ciam quod iuſſiſti. Et ille: † Iura
b ergo, inquit, mihi. Quo iurante f
†adorauit iſraël dominum, con- g
uerſus ad lectuli caput.

Cap. XLVIII.

H I Sitaq; trāſactis h
nuntiatum eſt Io- i
ſeph, ꝙ ægrota-
ret pater †eius.
Qui aſſumptis
duobꝰ filiis: Ma-
naſſe & Ephraim, ire prexit: Di- k
ctumq́ eſt† ſeni: Ecce filius tuus

❡In ca.xlvij. vbi dicitur in poſtil. Omnem pecuniam cōgregauit. C

## ADDITIO.

Moraliter. Quia in emptiōe & venditiōe ęqualitas iuſtitię obſeruāda eſt, vt in
ſcd̕a ſcd̕ę. q. lxxvij. ar. j. in cor. q. Idcirco nō videt̃ dicēdū ꝙtm̃ va-
let res, q̃tū poſſet vendi. pōt enim q̃nq; res
vendi in multo maiori p̃tio, ꝙ valeat ſecū-
dū verū ſuū valorē, & hoc propter magnā
indigentiā ementis, quam habet de illa re: &
in tali caſu non eſt ęſtimādus valor rei ſecū-
dū quantitatē qua ipſa res pōt vendi, quia
ſic ſi quis rem ſuā ſupuēdit in notabili quā-
titate vltra iuſtū p̃tiū ppter magnā neceſſi-
tatē ementis, tūc vēditor videt̃ quaſi vende-
re qd̕ nō eſt ſuū, quia id qd̕ accreſcit ſup iu- † diē mortis ſuæ
ſtū p̃tiū, nō eſt ex cōditiōe rei venditę, ſed ex
cōditione emētis, vt in p̃dicta q̃ſtiōe. Ad ex- † s.24.a
cuſationē aūt Ioſeph, q vendit blada p ma- * quæſo
iori pretio ꝙ emerat, ſufficit diuerſitas tem-
poris, q̃ ſicut & diuerſitas loci magnam fa-
ciunt differentiā in vero valore rerum, vt
in prędicta quæſtione.

## REPLICA

Correctorij cō-
tra Bur. In ca.
xlvij. vbi poſtillator dicit de cōtractibus Io-
ſeph quomodo fuerūt iuſti, inſtat Burg. au-
toritate ſancti Tho. ſcd̕a ſcd̕ę. q. lxxvij. art. non habet
j. in cor. q. & rñſione etiā ad vltimum arg. † meorum
aſſerēs, ꝙ in cōmutationibꝰ ęqualitas iuſti-
tię ſeruāda ſit. Sed ego cum poſtillatore ve-
rius puto: ꝙ in cōmutatiua iuſtitia ęquali-
tas ſecūdū naturā ſeruari nō poſſit, quicqd
dicat ſanctꝰ Tho. p Burg. allegatꝰ: quia to-
tū aurum mundi ſecundū naturā non valet
vnū equū, cū tñ ordine ad humanos vſus D
modicū aurū valet magnū equū. AEquali- †inclinauit ſe Iſraël
tas igit̃ in cōmutatiua iuſtitia, q̃ eſt in cōtra-
ctibꝰ nō ſeruat̃: ſed p ratione iuſtitię menſu-
ratur, vt dicit ſanctꝰ Diony. de diui. no. ca.
viij. Ratio aūt iuſtitię mēſurātis hāc ęquali-
tatē, & terminātis inęqualitatē deſcribitur à † ſuus
beato Aug. in li. lxxxiij. q̃ſtionū. q. xliij. dicē-
te: Iuſticia eſt habitꝰ animi cōi vtilitate ſer-
uata, ſuā cuiq; tribuens dignitatē. Nūc autē
tpe fertilitatis modicū aurū valet multū bla-
dum, ideo ſecundū menſurā iuſtitię tpe ſte-
rilitatis modicū bladū valet multū aurum:
ideo videtur dicendū, ꝙ tantū valet res ſe-
cūdū illā ęqualitatis menſurā, q̃tùm vendi pōt ſeruata vtilitate nō
priuata, maximè ceſſantibus dolo, metu & violenta compulſione:
ſic & in his factis Ioſeph prout poſtillator dicit. Fateor quidem ꝙ
reſpiciens ad ſolā neceſſitatem ementis: & ſic cariꝰ vendens, qa non
reſpicit ad cōmune cōferens, ſed priuatum, iuſtitię cultor nō eſt: ſed
hoc non eſt in factis Ioſeph, nec apparet ex dictis poſtillatoris.

## Nicolaus de Lyra.

a ❡Auctuſq; eſt & multiplicatꝰ, in bonis ſpiritualibus, et
tpalibꝰ, & prole filiorū ſuorum. b ❡Cumq; appropinquare
&c. Ex quo patet ꝙ habuit ſpiritū pphetię. c ❡Vocauit filiū
ſuum Ioſeph. Per nuntiū: quia diſtabat ab eo negotijs regni oc-
cupatus. d ❡Pone manum tuā ſub femore meo. ſ. ad iurā-
dum per Chriſtū naſciturū de Iacob, ſicut. s. expoſitum eſt. xxiiij. c.
e ❡Condaſq; in ſepulchro maiorum. ſ. in terra pmiſſionis:
in qua erant ſepulti Abrahā & Iſaac, & nō ſolū propter illos deſide-
rabat ibi ſepeliri, ſed principaliter ppter redēptionem generis hu-
mani fiendā p Chriſtū ibi q in illa terra natꝰ eſt: & cōuerſatꝰ eſt, mor-
tuus & ſepultꝰ: & ibidem reſurrexit, & inde ad cælū aſcendit: de qui-
bus Iacob habuit fidem & notitiā aliquā: & forſitā videbat in ſpiri-
tu, ꝙ cū Chriſto reſurgēte reſurgerēt multi ſancti iā defuncti: vt ha-
betur Matth. xxvij. f. Et ſperabat cū eo reſurgere. f ❡Adorauit
Iſraël dominum, pro beneficio ſibi conceſſo. g ❡Cōuerſus
ad lectuli caput, Caput enim lectuli erat verſus terrā promiſſio-
nis, & ad illā partē adorabant Iudęi deuoti, qñ ęrant extra terrā illā,
ſicut habetur. iij. Regū. viij. & Daniel. vj. ca.
* b ❡Cumq; appropinquare ęer. &c. Per hoc aūt ꝙ Iacob
de loco ſepulturę ſuę fuit ita ſollicitꝰ, inſtruunt̃ ſapientes eſſe ſolliciti
de ſepultura ſua in loco ſacro, & vbi copia ſuffragiorum habetur.
In ca.

## GLO. ORDI.

Cap. XLVIII.

H Is itaq; &c. c ❡Qui aſſumptis &c. Hiero. Et
tulit duos filios ſecum, Manaſſen & Ephraim. Ex hoc
apparet, qd̕. s. dximꝰ, quia Ioſeph ad id locorū duos
tm̃ filios habuit, Ephraim & Manaſſen. Si autem poſt
multos annos moriente Iacob duos tm̃ duxit ad benedictionem, il-
lo vtiq; tempore, cū filij eiꝰ generare nequiuerāt paruuli atq; lactā- Diuiſio
tes in ingreſſu patris & fratrum nepotes ex his habere non potuit.
Qui confor-

## NIC. DE LY.

Cap. XLVIII.

H Is itaq; &c. Hīc cōſequēter ponit̃ filiorū Iacob bñdi-
ctio: & priò ipiꝰ Ioſeph ī filijs ſuis. ſcd̕ò ipſiꝰ Ioſeph ī p-
pria pſona cū alijs filijs Iacob: xlix. ca. Adhuc primò de-
ſcribit̃ filiorū Ioſeph adoptio. Scd̕ò eorū bñdictio, ibi:
Vidēs aūt. Tertiò ipiꝰ Ioſeph ſpecialis pmiatiò, ibi: Et ait ad Ioſeph.
Adhuc priò deſcribit̃ dicta adoptio. ſcd̕ò ſubdit̃ ipiꝰ Iacob excuſa-
tio, ibi: Mihi eñ: ❡Circa primū dicit̃: i ❡Nuntiatū eſt Ioſeph
ꝙ ęgro. &c. Quia nuntij frequenter currebant de ipſo ad patrem
& econuerſo, ad ſciendum ſtatum mutuum. k ❡Ire perrexit.
Hoc non eſt in Hebræo, ſenſus tamen eſt. i. ad eundū ſe diſpoſuit.

E

a ¶ Qui cōfortatus ſe. Hiero. Et confortat⁹ Iſraël ſedit ſuper lectulū. Cur. Lxx. idē verbum aliter atq; aliter ediderint, neſcio, ſed audacter dico, ꝙ idē verbū מִטָּה mittha, qđ hic i lectulū trāſtulerūt, ſuprà vbi dixit adoraſſe Iacob virgam nominauerūt. b ¶ Duo igitur filij qui nati &c. Anteq; venirem ad te in AEgypto, mei erūt. Hier. patet ꝙ. lxx. aīę igreſſę ſunt i AEgyptū, & ꝙ Ioſeph eo tpe non nouē, ſed duos tm̄ filios habuit, ſicut ipſe Iacob teſtat̄. Qđ aūt dicit Ephraim & Manaſſen ſicut rubē et Symeō: duę tribus erūt, & ex ſuis vocabulis appellabunt̄, & duos populos ꝓcreabūt. & terram promiſſionis hęreditabunt. Cum aūt dicit reliquos filios quos poſt mortem meā genueris, oſtendit necdū eſſe ꝓcreatos. Qđ verò addit: Et noīe fratrū ſuorū, vocabunt̄ in poſſeſſiōib⁹ ſuis, hoc eſt nō accipiēt terrā ſepatim nec funiculos proprios, ſed in trib⁹ Ephraim & Manaſſe quaſi appendices miſcebūt̄. c ¶ Et ſepeliui eā. Ioſeph quaſi neſciēti indicat, vbi & quando matrē ſepelierit, fortè ꝓpheticè cōmemorās ibi ſepultā eſſe matrē ei⁹, vbi erat Chriſtus naſciturus. d ¶ Cūq; tuliſ. &c. Iſi. Sicut factū eſt in Eſau & Iacob dicēte dn̄o: Maior ſeruiet minori, ita & in filijs Ioſeph, maior em̄ Manaſſes .i. obliuio pplm ſignificat Iudęorū: minor verò Chriſtianorū. Hīc

Hiſtorice

✻ Ioſeph

ſ. 48. c.

Allegorice

a Ioſeph uenit ad te. Qui † confortatus ſedit in lectulo. Et ingreſſo ad ſe ✻ ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quę eſt in terra Chanaan, benedixitq; mihi, & ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam ✻ in turbas populorum: Daboq; tibi terram hanc. & ſemini tuo poſt te in poſſeſſionem ſempiternam. Duo igitur filij tui, qui nati ſunt tibi in terra Ægypti, anteq; huc uenirem ad te, mei erūt, Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Symeon reputabunt̄ mihi. Reliquos aūt quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrū ſuorū uocabūtur in poſſeſſionibus ſuis. Mihi enim, quando ueniebam de Meſopotamia: mortua eſt Rachel in terra Chanaan † in ipſo itinere. Eratq; uernum tempus: Et ingrediebar Ephratham, & ſepeliui eam † iuxta uiam Ephrathæ, quæ alio nomine appellatur Bethleem. Videns autē filios eius dixit ad eū: Qui ſunt iſti? Reſpōdit: Filij mei ſunt, quos dedit mihi deus in hoc loco. Adduc inquit eos ad me, ut benedicā illis. Oculi enim Iſraël † caligauerant præ nimia ſenectute, & clarè uidere non poterat. Applicatoſq; ad ſe oſculatus, & circūplexus ✻, dixit ad filiū: † Non ſum fraudatus aſpectu tuo, inſuper oſtēdit mihi deus ſemen tuū. Cumq; tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris, adorauit pronus in terram, & poſuit ✻ Ephraim ad dexterā ſuā, id eſt ad ſiniſtrā Iſraël: Manaſſen uerò in ſiniſtra ſua ad dexterā ſcilicet pr̄is, applicuitq; ambos ad eum. † Qui extendēs manum dexterā poſuit ſup caput

¶ vocabuntur filij Iſrael.

¶ Alias applicitoſq;

† ſumptis viribus vel collectis.

✻ te

† cū adhuc ſup eſſet aliquod terrę ſpatiū anteq; ꝑuenirē ad Ephratā

† in via

† graues erāt

† Et Iſraël

✻ eos

† Nō exiſtimabā vel ſperabā, futurū vt viderē faciem tuam:

✻ Ioſeph ipſum

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Qui cōfortat⁹: de aduētu filij ſui prędilecti. b ¶ De⁹ omnipotēs apparuit mihi in Luza. Iſta ciuitas vocat̄ Bethel, & Hieruſalē, & alijs nomib⁹, vt ſ. expoſitū eſt ca. xxviij. c ¶ Daboq; tibi terrā hanc, hoc dixit Iacob, vt oſtēderet, ꝙ poterat dare ꝑtem in terra illa ꝓmiſſiōis filijs Ioſeph ſicut & proprijs filijs. ideo ſubditur:

ſ. 35. c.

F

d ¶ Duo igitur filij tui .ſ. Manaſſes & Ephraim. e ¶ Mei erunt: ꝑ adoptionem. f ¶ Sicut Ruben & Symeō reputabunt̄ mihi .i. quilibet eorū ita accipiet portionē ſuā in terra ꝓmiſſiōis qn̄ diuidet̄, ſicut filij mei naturales, & ponit exēplū de Ruben & Symeō pl⁹ q; de alijs, qa erāt primogeniti. & ideo ęquipauit filios Ioſeph ipſis ꝑ cōſequens & alijs minorib⁹. g ¶ Reliquos aūt quos genueris &c. Id eſt, nō adopto eos tali modo. h ¶ Et nomine &cæ. .i. ab eis nō denominabit̄ aliqua tribus, ſed nominabunt̄ ſub tribubus Manaſſe & Ephraī, & cū eis accipiēt hęreditatē. i ¶ Mihi ē em̄ Hīc ſubdit̄ ipi⁹ Iacob excuſatio. ꝑpenderat enim per aliqua ſigna, ꝙ Ioſeph mirabat̄ de hoc, ꝙ Iacob cū tātis ſumptib⁹ volebat portare corp⁹ ſuū ad ſpelūcā duplicē in Hebrō, & maxiè qa Rachel mater ſua q̄ fuerat vxor Iacob p̄dilecta, non erat ibi ſepulta, & ideo Iacob volēs ſup hoc pacificare Ioſeph dixit: k ¶ Mortua eſt Rachel &c. q. d. neceſſitas me cōpulit ipſam ſepelire extra ſpelūcā duplicē, qa erā in itinere cū magna familia: quā nō poterā deſerere, & adhuc nimis diſtabam à loco ſepulturæ p̄dictę. l ¶ Eratq; vernum tp̄s. in quo pecora habent fœtus in vtero, propter qđ non poteram iter accelerare ne morerentur. m ¶ Et ſepeliui eam iuxta viam. vbi tranſeunt homines communiter, & ędificaui ſepulchrum, ita quòd tranſeuntes poterant videre ſepulturam eius, & memoriam eius ad alios deferre. ac ſi diceret ipſi Ioſeph: debes me excuſatum habere de hoc, quòd nō portaui eam ad ſepulchrum maiorum, quia habui legitimum impedimentum, ſed nihilominus conſtruxi ei nobile ſepulchrum. Sic exponunt doctores noſtri. Hebræi autem aliter exponunt licet ad eundem finem, videlicet ad excuſationem Iacob de hoc, quòd Rachel non erat ſepulta in Hebron, & ſecundū eos Iacob ſe non excuſat propter difficultatē portandi corpus Rachel ad locum prædictum, imò primò excludit cauſam iſtam dicens: Mortua eſt Rachel in terra Chanaan, in qua terra eſt Hebron, & ideo longitudo itineris non me impediuit, & maximè quia ſecundum deſcriptionem terræ ſanctæ Hebron non diſtat à Betbleem, iuxta quam ſepulta eſt Rachel, niſi per ſex leucas vel circiter. Eratq; vernum tp̄s, qđ eſt aptū ad itinerādum, & ideo malitia tp̄is ſimiliter me nō impediuit. Quid igitur? voluntas dei & eius ordinatio. Dicunt enim Hebræi, quòd Iacob ſciuit ex diuina reuelatione, ꝙ tempore Nabuchodonoſor deſtruēda erat Hieruſalē: vt habet̄. iiij. Reg. xv. c. & ꝙ Nabuzardā duceret pplm ei⁹ captiuū in Babylonem, & ꝙ trāſirent iuxta ſepulchrū Rachel, ꝙ eſt ſup viā illā, & tūc i trāſitu illorū ipſa Rachel de ſepulchro miraculoſè clamaret ad deum, quęrens miſericordiam eius ſup populū captiuatū, vt ſcribit̄ Hieremię. xxxi. c. Vox in excelſis audita eſt, lamētatiōis & flet⁹, & luct⁹ Rachelis plorantis filios ſuos. ideo ſubdit̄: Et ſepeliui eā iuxta viā ſecūdū diuinā ordinationē ꝓpter cauſam prędictā. n ¶ Videns aūt. Hīc ſubdit̄ ipius Ioſeph bn̄dictio ſpecialis ī filijs ſuis. o ¶ Qui ſunt iſti? Hoc quęſiuit Iacob, quia caligauerāt oculi ei⁹, vt poſtea ſubditur: & ideo licet videret eos aſtātes obſcurè, nō tamē clarè & diſtinctè. p ¶ Adduc inquit eos &c. quia ante benedictionē volebat eos amplexari & deoſculari. & ſubdit̄. q ¶ Applicatoſq; ad ſe oſculat⁹ &c. Cumq; tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris. vbi amplexat⁹ & deoſculat⁹ eos fuerat. r ¶ Adorauit pronus in terrā. .i. diſponens ſe ad bn̄dictionem. s ¶ Et poſuit Ephraim. &c. vult⁹ em̄ puerorū & ipſius Ioſeph erāt cōtra vultū ipſi⁹ Iacob, & ideo ille qui erat ad ſiniſtrā Ioſeph erat ad dexterā ipi⁹ Iacob. Sic em̄ poſuerat eos Ioſeph, volēs ꝙ Manaſſes q erat primogenit⁹, eſſet ſub manu dextera Iacob, tanq; principalis in illa bn̄dictiōe. ſed pater fecit cōtrariū ex cā q̄ exprimit̄ infrà ibi: Benedixitq; Ioſeph

G

H

Moralit̄. † ¶ Qui extēdēs manū &c. Ex hoc habetur duplex moralitas. Vna eſt ꝙ ꝓpter maiorē ętatē nō eſt aliquis ponendus in regimine ſeculari vel eccleſiaſtico, niſi cōditiōes alię ad regendū requiſitę cōcomitentur. Hoc etiā modo Dauid Salomonē regē inſtituit reprobata Adonię īſtitutiōe. iij. Regū. j. eò ꝙ Salomon ſapiētior erat. Et ſimiliter Petr⁹ apoſtol⁹ eccleſiā regendā tradidit beato clemēti, q̄uis haberet alios diſcipulos ſeniores. ¶ Alia moralitas eſt ſecundū interp̄tationē nominū. Manaſſes enim interp̄tat̄ obliuio, & ſignificat excellentem in cōtemplatione, qui diuina contēplando obliuiſcit̄ inferiorū. Ephraim aūt interpretatur fertilitas, & ſignificat bonum actiuū in operibus cōuenientib⁹ humanę vitę fertilem. Propter quod dicit̄. vj. Ethic. ꝙ Anaxagoras & cōſimiles, ſapientes dicebant̄, quia cōſiderabant altiſſima, nō tamen prudentes, quoniam nō conſiderabant conferentia humanę vitę, de quibus eſt prudentia, quę conſiderat humanæ vitæ cōferentia. & eadem ratione boni actiui propriè prudentes dicuntur non ſapientes. Regimen autem eccleſiaſticum primò eſt circa deum, qui eſt altiſſima & prima cauſa, ſecundariò verò & ex conſequenti eſt circa temporalia, & ideo ſapientes qui per Manaſſen ſignificantur, ſunt magis apti ad regimen eccleſiaſticum, & in hoc præponendi. prudentes verò per Ephraim ſignificati magis ſunt apti ad regimen ſeculare, quod per ſe reſpicit conferentia humanæ vitæ. Et hoc fecerunt apoſtoli Act. ſexto. a. qui ſeptem Dracones ordinauerunt circa adminiſtrationem temporalium, vt ipſi liberius intenderent orationi & prædicationi, vt ibidem dicitur. Epiſcopus tamen debet habere vtranq; perfectionem: ſecundum quod dicit Gregor. in paſtorali: Sit pręſul actione præcipuus, ſit præ cęteris contemplatione ſuſpenſus. Prima tamen perfectio magis eſt attendenda in promotione ad ſtatum epiſcopalem q; ſecunda, vt ſatis patet ex prædictis.

verò Chriſtianorũ. Hic eſt Ephraĩ q̃ fœcũditatẽ ſignificat quod cõ-
A uenit pplo iuniori, q̃ eſt corp⁹ Chriſti, q̃ fœcũdat⁹ eſt in latitudi-
dine mũdi. Ioſeph q̃dẽ Ephraim ad ſiniſtrã, Manaſſen ad dexterã cõ
ſtituit. At ille cãcellatis manibus crucis myſteriũ præfigurãs trans-
latam in maiorem dexteram, in minorẽ ſiniſtrã figuraliter ſuppo-
ſuit, vt crucis ſiſitudo ſup capita eorũ nota
ta. j. Cor. j. d. Iudęis ſcãdalũ, Chriſtianis fu-
turã gloriã pſignaret, & ſeniorem p crucis
myſteriũ ſiniſtrũ futurũ de dextro, & iuni-
orẽ de ſiniſtro dextrũ. a ℭ Do tibi par-
tem vnã &c. Hier. Ego dedi tibi Sichi-
mã pcipuã ſup fratres tuos, quã accepi de
manib⁹ Amorrhęorũ ĩ gladio medio & ſa
gitta. Sichima iuxta Gręcã & Latinã cõſue
dinem declinata eſt. Hebraicè em̃ Sichẽ di-
cit, Iohãnes euãgeliſta teſtat̃, licet vitioſè Si
char legat̃. Quia igit̃ Sichen transfert̃ in hu
merũ, pulchrè alluſit ad nomen di. Ego de
di tibi humerũ vnũ, p pcipuo em̃ vnũ ſcri
bit̃ in Hebręo. Quòd aũt ſe dicit in arcu &
gladio poſſediſſe, arcũ & gladiũ iuſtitia vo
cat, p quã meruit pegrin⁹ & aduena inter-
fecto Sichẽ & Emor de pìculo liberari. Ti
muit enim ne vicina oppida & caſtella ob
euerſionẽ fœderatę vrbis aduerſum ſe con
ſurgerent. Vel ſic: dabo tibi Sichimã, quã
emi in fortitudine mea. i. pecunia, quã mul
to labore acquiſiui ſup fratres tuos. i. abſq̃
ſorte dedi eam tribui Ioſeph. Ibi em̃ ſepul-
t⁹ eſt Ioſeph & Mauſoleũ ei⁹ ibivſq̃ hodie
cernit̃. Aug. Quòd Sichimã dicit Iacob
pcipuã ſe dare filio ſuo Ioſeph, & addidit
q̃ poſſederit eã in gladio & arcu, quęritur
quõ ad literã cõueniat Geñ. xxxiiij. d. Emit
em̃ cẽtum agnis poſſeſſionẽ illã nõ cepit iu
re belli. An quia Salẽ ciuitatem Sichimorũ
B filij eius expugnauerãt, & iure belli potuit
eius fieri, vt iuſtũ bellũ cũ eis videatur, qui
priores fecerũt iniuriã, contaminãdo eius
filiã? Cur ergo non dedit eã maiorib⁹ filijs
ſuis, q̃ hoc fecerunt: deinde ſi modo de vi-
ctoria glorians dat eã Ioſeph, cur ei tũc diſ-
plicuerũt filij q̃ hoc cõmiſerunt? Cur de-
niq̃ cùm eos benediceret, id exprobrando
memorauit? Latet ergo hĩc, pphetiçũ ſacra
mentũ, q̃a Ioſeph quadã pcipua ſignifica-
tiõe Chriſtũ ſignificauit, & ei dat̃ illa terra
vbi obruit Iacob deos alienos: Ge. xxxv. a.
Vt q̃ Chriſt⁹ intelligat̃ poſſeſſur⁹ gentes dijs
patrum ſuorum

† Intelligere fecit manus ſuas q̃ Manaſſes foret priogenitus: vel ſciẽs aut de industria ſic fecit manib⁹ ſuis, q̃a Manaſſe erat primogenitus.

Allegorice.

Quõ Sichima acq̃ſita Iacob

† creſcet magis q̃ ille.

† In te bñdicet Iſraël atq̃ dicet. i. dũ ppls Iſrl volet alicui bona imp̃cari, dicet &c.

✱ Iacob

## Nicolaus de Lyra.

a ℭ Benedixitq̃ Ioſeph & ait: Deus &c. Quia propter eũ benedicebat
pueris ei⁹. Sequit̃: b ℭ Et inuocet &c.
Quia vocati ſunt filij adoptiui Iacob, & fa
cti ſunt capita duarũ tribuũ: ſicut alij filij
Iacob. Sequit̃: c ℭ Nõ ita cõuenit pa
ter. Hoc dixit Ioſeph, quia euent⁹ puerorũ
nõ erat ſibi reuelat⁹: ſicut & patri. licet em̃
Ioſeph haberet ſpiritũ pphetię, vt habitũ
eſt. ſ. xl. ca. & xlj. tñ bñ reuelat̃ aliqñ aliqd
vni prophetę, qd̃ celat̃ alteri, ſicut patet i
multis locis veteris & noui teſtamenti.
d ℭ Scio fili mi, ſcio. ſ. q̃ eſt primoge
nit⁹. e ℭ Sed frater ei⁹ iunior. Alias
minor. maior ille erit. In numeroſitate et
dignitate, quia Ioſue q̃ fuit dux ppli poſt
Moyſen, & fecit tot mirabilia & Hierobo
am, qui fuit prim⁹ rex Iſraël: poſtq̃ diuiſum
fuit regnũ Iſraël à regno Iuda, fuerũt de tri
bu Ephraim. f ℭ Cõſtituitq̃ Ephraĩ
ante Manaſſen. In oblatiõe primitiarũ, & in ſituatiõe tabernacu
lorũ, & motiõe eorũ & dignitatib⁹ alijs. g ℭ Et ait. Hĩc deſcribit̃
pmiatio Ioſeph ſpecialis, cũ dicit̃: h ℭ Do tibi partẽ vnã &c. Ac
ſi diceret, tu me & fratrẽs tuo tẽpore famis ſaluaſti, et me deferendũ
ad ſepulchrũ patrũ meorũ miſiſti, & ideo terrã Sichẽ ſpeciali mu
nere do tibi. i ℭ Quã tuli &c. i. ipſi⁹ Emor, q̃ fuit de gñe Amor
rhęorum

Ephraim iunioris fratris: ſiniſtrã
autẽ ſuper caput Manaſſe ✱ qui
maior natu erat, commutãs ma
nus: Benedixitq̃ Ioſeph, & ait: a
Deus in cuius conſpectu ambu
lauerunt patres mei, Abrahã &
Iſaac, deus qui paſcit me ab ado-
leſcentia mea uſq̃ in præſentem
diem, angelus qui eruit me de cũ
ctis malis, benedicat pueris iſtis
& inuocetur ſuper eos nomen b
meum: nomina quoq̃ patrum
meorũ, Abrahã & Iſaac, & cre-
ſcant in multitudinẽ ſuper terrã.
Videns autem Ioſeph, quòd po
ſuiſſet pater ſuus dexterã manũ
ſuper caput Ephraim, grauiter
accepit. Et apprehenſam patris
manũ leuare conat⁹ eſt de capite
Ephraim, & trãsferre ſup caput
Manaſſe. Dixitq̃ ad patrẽ: Non c
ita cõuenit pater, quia hic eſt pri-
mogenitus: pone dexterã, tuam
ſuper caput eius. Qui renuẽs ait:
Scio fili mi, ſcio. Et iſte quidẽ erit d
in populos, & multiplicabitur:
ſed frater ei⁹ iunior, † maior illo e
erit, & ſemen illius creſcet in gen
tes. Benedixitq̃ eis in ipſo tẽpo-
re dicens: † in te benedicet Iſraël
atq̃ dicet, Faciat tibi deus ſicut
Ephraim, & ſicut Manaſſe. Con f
ſtituitq̃ Ephraim ante Manaſ-
ſen. Et ait ✱ ad Ioſeph filiũ ſuum:
En ego morior, & erit deus uo- g
biſcũ, reducetq̃ uos ad terrã pa-
trũ ueſtrorum. Do tibi partem h
unam extra fratres tuos, quam i
tuli de manu Amorrhæi in gla- k
dio & arcu meo.

Cap. XLIX.

Vocauit autem Ia
cob filios ſuos, et
ait eis: Congre-

☞ Beniamin lupatas quas cuſtodiebat. a ℭ Mordens vn. &c. Sicut eñ Ceraſtes mordens equi vngulam, facit cadere equitem abſq; eo qd̕ tangat eum, ſic Samſon amplexatus eſt columnas, & fecit cadere domum ſuper Philiſteos, & ſic plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat, ſicut ibidem dicitur. b ℭ Salutare tuum expectabo domine. Ac ſi dicat, quamuis futurus ſit talis ac tantus, non tñ erit Meſsias, ſed erit adhuc expectãdus. c ℭ Gad accinctus præliabitur &c. Hoc impletum fuit quãdo filij Gad accepta ſorte circa Iordanem tranſierunt armati ante filios Iſraël, qui adhuc terram nõ acceperant, quouſq; eſſet eis hȩreditas acquiſita, ſicut habet̃ in lib. Ioſue. d ℭ Et ipē accinget̃ retrorſum. Quia redierunt ad ſortem ſuã in eodem numero, quia nullus de eis cecidit in prælio. e ℭ Aſer pinguis panis eius. Per hoc deſignatur fertilitas ſortis Aſer in victualibus, quia nomine panis omnis cibus deſignatur, vt ſuprà dictum eſt .xlij. capi. f ℭ Et G præbebit delitias regi. &c. quia in ſorte ſua creſcebant aliqua rara & precioſa, & ideo pro delitijs regibus p̃bebãtur. g ℭ Nephthali ſeruus emiſſus. Per hoc deſignatur, quòd in ſorte ſua terrænſacentia priuscreſcebant & matureſcebant, quàm in alijs ſortibus, ſicut ſeruus velocior eſt ad currẽdum alijs aialibus. h ℭ Dans eloquia pul. &c. Propter hoc enim φ terrȩnaſcientia ibi prius matureſcebant, inde fiebãt oblationes primitiuorum. Vnde ſacerdotes & leuitæ pulchras laudes deo reddebant.

ℭ Aliter exponunt aliqui Hebræi, dicentes φ Iacob hîc ꝓphetauit de bello cõtra Siſaram, in quo Barach accepit ſecũ .x. milia de filijs Nephtali, qui iuerunt promptè & expeditè quaſi ceruus emiſſus, & inde habita victoria, Delbora & Barach cecinerũt canticum domino, vt habetur Iudic̃. v. b. Ideo ſubdit̃: Dans eloquia pulchritudinis, id eſt eloquia diuinȩ laudis. i ℭ Filius accreſcens Ioſeph. In prȩdicendo ſtatũ Ioſeph incipit Iacob ab interpretatione no ĩs eius, Ioſeph eñ interpretatur accreſcens, ſicut ſuprà fecit de Iuda. & duplicatur hîc accreſcens, qiua notabiliter prȩ cæteris fratribus creuit in bonis ſpiritualibus & temporalibus, vt ſatis patet ex dictis de eo. k ℭ Filiæ diſcurrerunt ſuper murum. In Hebræo habetur: Filiæ diſcurrerunt propter aſpectũ. & in eãdẽ redit ſniam, qa dñe

† turma militũ circũdabit ipm ipſe verò oppugnabit calcaneũ (.i. vertet eos in fugam) cȩdet calcaneum ipſorum.

☞ AEgypti qñ au-

* cornutus. p qd̕ deſignatur φ bonus iudex cornu ſuæ poteſtatis debet malos impetere, vt à mal̕ reprimãtur, & alij terreant̃.

Moralit̃. a ℭ Mordẽs vn. equi. &c. p aſcenſorẽ equi vir potens intelligit̃ & ſuperb⁹, cõtra quẽ bon⁹ iudex debet cõſtãter & cautè ꝓcedere, vt deijciatur ſupbia eius, & qm̃ debet in hoc de diuino auxilio cõfidere: Ideo H ſubditur: b ℭ Salutare tuum expectabo domine. c ℭ Gad accinctus. Per Gad qui dicitur accinctus, intelligitur homo caſtus, cingulo caſtitatis præcinctus: Luc̃. xij. e. Sint lũbi veſtri præcincti. Quod exponens Grego. dicit: Lumbos enim prȩcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam coerceamus. d ℭ Prȩliabit̃ ante eũ. Per hoc deſignat̃, φ bellũ cõtra vitium luxuriȩ occurrit in iuuẽtute. e ℭ Et ipſe accinget̃ retrorſum. Nam deuicta cõcupiſcentia carnis per caſtitatem, debet armari contra elationem, ne ex tali victoria ſurgat, quod aliquando peius eſt. Vnde dicit Berñ. ſuper miſſus eſt, Expedit magis virginem non eſſe, quàm de virginitate inſoleſcere. e ℭ Aſer. Per Aſer qui interp̃tatur beatus, poteſt ſignificari dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui non ſolùm eſt beatus, ſed etiam beatitudo ſanctorum aliorum obiectiuè. f ℭ Pinguis panis eius. id eſt ſacramentum euchariſtiȩ, in quo datur nobis Chriſtus in nutrimentum ſpiritualis vitæ. Ioh. vj. e. Ego ſum panis viuus &c̃. g ℭ Et præbebit delitias regibus. Per reges intelliguntur cæli ciues cũ Chriſto regnantes, qui delitiantur in aſpectu Chriſti. nam interius reficiuntur in aſpectu diuinitatis, & exterius in aſpectu humanitatis. g ℭ Nephtali ceruus emiſſus. per Nephthali qui dilatatio interpretatur, cõuenienter prȩdicator diligens intelligit̃, qui per ſpirituales filios dilatat̃, q dicitur ceruus ꝓpter promptitudinem ad diſcurrendũ ꝓ p̃dicatione verbi diuini, & emiſſus: nã ab illo debet mitti. Ro. x. c. Quomodo prȩdicabunt niſi mittantur? h ℭ Et dans eloquia pul. &c. Nam p̃dicare non debet de fabul̕ & fictitijs, ſed de ſacris ſcripturis, de qb⁹ dicit̃ Pſal. xj. b. Eloqa dñi eloquia &c̃. i ℭ Fili⁹ accreſcẽs Ioſeph: fi. &c. Per Ioſeph q à iuuẽtute tm̃ zelũ habuit caſtitatis, φ ꝓpter eã ſuſtinuit pœnã carceris, cõueniẽter intelligitur iuuenis religioſus vel ſecularis habẽs zelũ caſtitatis. & dicitur bis accreſcens propter caſtitatem mentis & corporis.
† ℭ Et decorus aſpectu. Per honeſtatem conuerſationis & etiam pulchritudinem corporis. k ℭ Filiæ diſcurrerunt ſuper murũ. Ad videndum eum. Dominus eñ aliquando permittit mulieres talem iuuenem allicere aſpectibus & verbis impudicis ad probationem ſuæ caſtitatis, ſicut factum fuit de Ioſeph:

† ſup oculum, i. pulcher aſpectu, vel ſup fontem creſcens ac ꝓfluẽs pluſq̃ fons.

* Sed exaſperauerunt

A AEgpyti, quando audiebant aduentũ Ioſeph, currebãt ad feneſtras, & ſuper muros, vnde poſſent eum videre trãſeuntem propter eius gratioſitatem. a ℭSed exaſperauerũt eũ. In Hebræo habetur: Amaricauerunt eum ſcilicet fratres ſui, ac ſi di. quamuis eſſet ita gratioſus etiam alienis gentibus: tamen fratres ſui durè tractauerunt eum. b ℭEt iurgati ſunt. quia ſicut ſupradictum eſt trigeſimoſept. cap. non poterant ei quicquam pacificè loqui. c ℭInuideruntq́ illi. Hoc enim proceſſit ex inuidia fratrum contra ipſum, vt ibi dictum eſt. d ℭHabentes iacula. id eſt verba pungitiua, dicentes. Ecce ſomniator venit &c. vel ad literã. Habentes iacula, quia Simeon & Leui habuerunt iacula præparata ad iugulandum eum. Vnde dicebat: Venite occidamus eũ vt habetur ibidẽ. e ℭSedit in forti: id eſt in deo omnipotenti. f ℭArcus eius. id eſt defenſio ſua: quia à deo protectus eſt contra inſidias fratrum ſuorum

† paſcens lapides

g ℭEt diſſoluta ſunt &c. quando eductus fuit de fouea, & iterum quando eductus fuit de carcere. h ℭPer manus &c. id per virtutem illius, qui eſt potentia & virtus ipſius Iacob, id eſt per deũ non per hominem. Hebræi dicunt hîc: Et deaurata ſunt brachia manuum eius, quod exponunt Hebræi de ornamentis, quæ erant in brachijs & digitis Ioſeph, ſcilicet de armillis & anullis, quę habuit quando conſtitutus fuit ꝓpoſitus terrę AEgypti. & iſta conſecutus eſt per virtutem dei. i ℭInde paſtor egreſſus eſt. id eſt Hieroboam, qui aſcendit ad dignitatem regiam, quæ per paſtoris officium deſi-

B gnatur, quoniam habet regere populum ſibi ſubditum. k ℭLapis Iſraël. qa fuit primus rex in regno Iſraël, prout diuiditur contra regnum Iuda, vt habetur ij. Regum. xij. l ℭDeus patris tui erit & cætera. quaſi dicat: non ſolùm propter meritum tuum, ſed etiam propter meritum meum, deus adiuuit te de præterito, & adiuuabit te de futuro. m ℭEt omnipotens benedicet tibi & cæte. Hoc dupliciter exponitur. Vno modo referendo ad perſonam Ioſeph. Solet aũt aliqua pſona notabilis propter excellentiam ſuæ bonitatis benedici ab hominibus dicendo de deo: Primò ſic: Benedicta ſit dies in qua natus eſt. Secundò: Benedicta ſit terra in qua natus eſt. Tertiò: Sint benedicta vbera quæ ipſum lactauerunt. Quartò: Sit benedictus venter, qui eum portauit. Et ſecundum hoc exponitur iſta litera de perſona Ioſeph. Omnipotens benedicet tibi, id eſt propter bonitatem quam dedit & dabit tibi, faciet tibi benedici ab hominibus quatuor modis prædictis, ideo ſubditur. n ℭBenedictionibus cæli deſuper. Per quod intelligit̃ primus modus qui eſt ex benedictionibus diei, quia dies eſt latio ſolis ſuper terrã, & habet principalitatem in luminaribus cæli deſuper. o ℭBenedictionibus Abyſſi &c. id eſt terræ, quæ eſt infimũ elemẽtum, & in hoc eſt ſecundus modus. p ℭBenedictionibus vberum. quantùm ad tertium modum. q ℭEt vuluę. quantũ ad quartum. Alio modo exponitur quantùm ad bona exteriora collata ipſi Ioſeph à deo ſic: Benedicet tibi omnipotens, conferendo tibi terrę naſcẽtia in abundantia, & hoc deſignatur cûm dicitur: Benedictionibus cæli déſuper, & benedictionibus Abyſſi iacentis déorſum, quia ex bona influentia cæli & bona diſpoſitione terræ talia multiplicantur. Similiter benedicet tibi conferendo bona animata, in multiplicãdo tibi filios & pecora, & hoc deſignat̃ cùm dicitur: Benedictionibus vberum & vuluæ, qa vulua deſeruit talium generationi, & vbera nutritioni. r ℭBenedictiones patris tui &c. Iſta litera multipliciter exponitur. ponam tamẽ ſolùm duos modos, qui videntur mihi magis concordare literę. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd vbi trãslatio noſtra ſic habet: Donec veniret deſiderium collium æternorum. In Hebræo nõ eſt, veniret. Item vbi habet̃ deſideriũ, in Hebręo habet̃ תאות taęuath, & eſt dictio Hebraica habẽs duplicẽ ſignificationẽ, vno em̃ modo ſignificat deſideriũ, & hãc ſignificationẽ ſequit̃ trãslatio noſtra. ſignificat etiam terminum vel finem, & hanc ſignificationem ſequitur Rab. Sa. & alij

† fortiores fuerunt benedictionibus genitorũ meorũ vſq; ad terminũ colliũ ꝑpetuorũ erũt vel vt Chal. habet bñdictiones pr̃is tui addant̃ ſup bñdictiões qbus bñdixerunt me patres mei quas optauerũt principes q à ſeculo fuerũt erũt omnes iſtæ bñdictionesi

Sa. & alij Hebræi ſaltem moderni dicentes, quòd hæc eſt litera Hebraica vſq; ad terminum colliũ ſeculi, ita ꝙ habemus donec, dicunt vſq; ad: Et vbi habemus æternorum, dicunt ſeculi: quia dictio Hebraica quæ eſt ibi ſcilicet עולם olam, ſignificat ſeculũ, & frequenter accipitur pro æterno in ſcriptura. Item notandum, quòd deus apparens ipſi Iacob iuxta Luzam inter bona quæ ei ꝓmiſit benedicens ei, dixit: Dilataberis ad orientem & occidentem, ſeptẽtrionem & meridiem & cætera. vt habetur ſuprà vigeſimo octauo capitulo. Et in hoc (vt dicunt Hebræi) promiſit ei dominium totius mundi, quod expectant implendum in Meſſia: & nos dicimus qđ impletum eſt in Chriſto. hanc autem promiſſionem nõ fecit Abrahæ nec Iſaac: ſed ſolùm de terra Chanaan. Vnde ſuprà decimotertio. d. dixit dominus Abrahæ: Leua oculos tuos & vide à loco in quo nunc es ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidẽtẽ, ſtatim ſubdidit reſtrinẽgdo & determinando. Omnem terra, quam conſpicis, tibi dabo: per hoc deſignans, quòd ſolùm ſibi promittebat terram Chanaan quam conſpiciebat, & non aliam. Similiter capitulo vigeſimoſexto dixit Iſaac: Dabo poſteris tuis vniuerſas regiones has ſcilicet terræ Chanaan. His dictis exponunt literam ſic: Benedictiões patris tui ſcilicet Iacob. s ℭCõfortatæ ſunt benedictionib9 patrum eius, id eſt meliores & ad ſe plus extendentes, quàm benedictiones patrum ſuorum ſcilicet Abraham, & Iſaac, & ſubditur cauſa: Vſq; ad terminum collium ſeculi, quia benedictio Iacob ſiue promiſſio ſe extendit vſq; ad fines terræ habitabilis, vt prædictum eſt, & hoc deſignatur per terminum collium ſeculi, non ſic autem benedictiones patrum ſuorum. Aliter põt exponi & melius, vt videt̃ ſequendo translationem noſtram

C

Nota

† Attamẽ arc9 ei9 mãſit validus & euaſit victor: & roborata ſunt brachia manũ illius

D

a ℣Falſis teſtimonijs.

a b rum, ſed exaſperauerunt eum, & a
a ℣Nunquid rex noſter eris &c. b ℣Propter ſomnia. c Sauciati inuidia.

c d iurgati ſunt, inuideruntq́ illi hã- b c
a ℣inuidie. b ℣Firmiter. c ℣Patre cuius virtute omnis nequitia occiditur. ℣In Chriſto. d ℣Spes pugnandi & vincendi

e bẽtes Iacula: †Sedit in forti arcus d
℣Quibis vinctum duxerunt ad Pilatum: vel ſuſpenſum crucifixerunt.

f g eius, & diſſoluta ſunt uincula bra e
a ℣Potentiam.

h chiorum & manuũ illius per mã-
a ℣Dei patris in quem credidit Iacob. b ℣Ex progenie Iacob. ℣A patre egreſſus.

i nus põtentis Iacob. Inde †paſtor f
a ℣Natus. b ℣Firmitas videntium deum. ℣Lapis angularis. a ℣Pater.

k l egreſſus eſt lapis Iſraël. Deus pa g
℣Iacob cui dixit. Iacob puer meus ſuſcipiet eum anima mea.

m tris tui erit adiutor tuus, & omni h
a ℣In omnibus, b ℣Subiiciens omnia cæleſtia & terrena, vt angelis & hominibus domineris.

n potens benedicet tibi bñdictio- i
a ℣Temperie & prouentu aeris. b ℣Fertilitate terræ.

o p nibus cæli déſuper, benedictio- k l
nibus abyſſi iacentis déorſum,
a ℣Multiplicatione ſtirpis maxime propter Ephraim hoc dictũ eſt, cuius magnitudo magna nimis. b ℣Duorũ teſtamentorum: qa in altero nuntiatus, in altero demonſtratus. vel vbera Mariæ benedicta, potũ lactis dño miniſtrantia: vnde Luc. xj. d. Beatus uenter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.
c ℣Virginalis quæ dominum ædidit nobis. de qua dicitur Hiere. j. b. Anteq̃ exires de uulua ſanctificaui te.

q benedictionib9 uberũ & uuluæ. m
℣Cæleſtis.

r Benedictiones patris tui †cõfor- n o
a ℣Omnibus meritis patriarcharum & prophetarum, vt nullus comparetur tibi.

tatę ſunt, benedictionibus patrũ

Moralit̃

* a ℭSed exaſperauerunt eum & iurgati ſunt. Iſtud in ſenſu literali refertur ad fratres Ioſeph, propter qđ in ſenſu myſtico referri debet ad alios iuuenes inſolentes, qui talem iuuenem eis diſſimilem verbis exaſperant, dicentes eum mollem & nullius valoris. b ℭInuideruntq́ illi propter famam ſuæ bonitatis. c ℭHabentes iacula. id eſt verba pungitiua, vocantes eum hypocritam falſum. d ℭSedit in forti arcus eius: id eſt in Chriſto, propter quod talis nõ mouetur à ſancto propoſito. e ℭEt diſſoluta ſunt vincula brachi & cætera. id eſt pronitates ad vina ſuperflua: & venerea q̃ vocant̃ Cyprigena corrigia doloſa. vij. Ethi. f ℭPer manus potentis Iacob: id eſt per virtutes dei quæ requiruntur ad obſeruantiam perfectæ caſtitatis. Sapien. octauo. d. Et cognoui quòd non poſſum eſſe continens, niſi deus det. g ℭInde paſtor egreſſus eſt. Talis enim iuuenis aptus eſt vt ſuo tempore promoueatur ad officiũ paſtorale. h ℭLapis Iſraël. id eſt firmus & ſtabilis in ſancto propoſito. i ℭDeus patris tui erit adiutor tuus. Deus enim pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui Chriſtus eſt pater talis iuuenis ſeu prælati eſt eius adiutor in operibus ſuis, & per conſequens tota trinitas, cuius opera ſunt indiuiſa. k ℭEt omnipotens benedicet tibi: multiplicando in ſpiritualibus bonis. l ℭBenedictionibus cæli deſuper & cæ. Abyſſi ia. deorſum. Per Abyſſum intelligitur inferni pœna, & per cælum deſuper gloria ſuperna. Per hoc ergo quod dicitur: † ℭBenedictionibus &c. intelligitur euaſio gehennæ & adeptio gloriæ, quæ ſunt benedictiones magnæ. m ℭBenedictionibus vberum & vulue. Per hoc intelligitur generatio filiorũ ſpiritualiũ & nutritio eorũ in morib9 & in fide, quæ ſunt in prælato benedictiões magnę. Prouer. x. a. Gloria patris eſt filius ſapiens. n ℭBenedictiones patris tui, id eſt quas Chriſtus pater tuus dedit tibi. o ℭConfortatę ſunt benedictionibus &c. id eſt maiores ſunt & efficaciores, quàm benedictiones datę patribus antiquis ex quibus deſcendit Chriſtus ſecundũ carnem. nam illi quantũcũq; iuſti non admittebantur ad regnũ, ſed deſcendebat ad limbũ: filij verò Chriſti ꝑ baptiſmum

Cyprigena corrigia

* admittũtur

a ℭ Beniamin lupus &c. Hiero. Mane comedet prædã, E & ad veſperam diuidet eſcam. Quanquam de Paulo manifeſtiſsimè prophetia ſit, ꝙ in adoleſcentia ſua perſecutus eccleſiam, in ſenectute p̄dicator euangelij fuerit, tñ in Hebræo ſic legit: Beniamin lupus rapax ſiue capiens, in matutino comedet p̄dã, & ad veſperã diuidet ſpolia. Quod ita Hebręi exponũt: Altare in quo immolabantur hoſtiæ, & victimarum ſanguis ad baſim illius fundebatur, in parte tribus Beniamin fuit. Hoc ergo, inquiunt, ſignificat ꝙ ſacerdotes mane immolabant hoſtias, & ad veſperã diuidebãt ea, q̃ ſibi à populo ex lege collata ſunt. lupũ voracẽ ſuper altaris interp̄tatione ponẽtes, & ſpoliarũ diuiſionẽ ſup ſacerdotibus q ſeruiẽtes altari, viuãt de altari. j. cor. ix. b. ℭ Iſid. Bẽiamin lup⁹ rapax &c. Quidã doctorũ hoc ad Hieruſalẽ retulit. Bẽiamin, inqt, fili⁹ doloris interpretať. Hic ſorte hęreditatis eũ locũ accepit, in quo eſt terrena Hieruſalẽ, quę propter incredulitatem eſt repulſa. Hęc in filijs ſuis p Beniamin deſignať, q vltim⁹ benedictionẽ cõſequiť, & ille populus vltim⁹ ſaluãdus, cũ plenitudo gentiũ intrauerit. Dicitur em̃ Beniamin lup⁹, qa ille popul⁹ ſanguinẽ pphetarũ & iuſtorum fudit. Rapax, quia ex multa fame & auiditate, ad verbum dei cucurrit, & violenter diripuit regnũ dei. Hic mane comedit prædam, quando ſolus accepit legem. Tunc enim mũdo prima lux ſciẽtię illuxit. Comedit autẽ mane, qa legẽ quã mane accepit, comedit adhuc & meditatur. Sed ſequens legem inſcitiæ, in legẽ fidei non peruenit. Ad veſperam diuidet ſpolia, hoc eſt tempus nouiſſimum quo conuertetur. Tunc diuidet eſcam, intelligens à ſpiritu literã eſſe diuidendã, qa litera occidit, ſpiritus aũt viuificat. ij. Cor. iij. b. F b ℭ Oẽs hi in tribubus &c. Quęriť cur Iacob oẽs quos de liberis & ancillis genuit, ęquali honore filios & hęredes cõſtituerit, qa ſicut Chriſtus omnium, qui per fidem corpori eius conciliantur, pari honore & gloria cæleſtia præmia largitur. Roman. x. c. Non eſt enim ibi diſcretio, an Iudęus ſit an Græcus, Barbarus an Scytha, ſeruus an liber: quia per omnia & in omnibus Chriſtus qui formam ſerui induit & p libero & p ſeruo ſeruiuit, vt oib⁹ ęq̃le donũ largiať. Quicũq; em̃ fidem dñi pmereť, nu'lis maculis carnalis natiuitatis offuſcatur. Vñ Iohelis. ij. g. Effundã de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem.

Beniamin dicitur

† 13. q. 2. c. Hebrõ. De ſepul. c. 1.

Quæſtio

a ℭ Multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uos uideris &c. Luc. x. d.

eius, dõnec uenıret deſiderium a

a ℭ Sanctorum qui magno deſiderio incarnationem Chriſti expectauerũt: qui colles dicti ſunt pro excellentia ſanctitatis, & æterni qui uitam conſequẽtur æternam. b ℭ Omnes hæ beatitudines.

collıũm æternorum. Fıãnt ın capite b

a ℭ Chriſti. b ℭ Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam barbã Aaron. Pſal. cxxxij. a. c ℭ Quia ipſe eſt caput omnium ſanctorum, quos fratres uocat, quoniam Nazaręus vocabitur.

Iõſeph & uẽrtice Nazãręi in c

a ℭ Paulus ſignificať qui de Beniamin, qui in primordio fideles perſecutus, ueſpere diuidit ſpolia, quia fidelis factus ſacra eloquia diſpenſauit.
ℭ Altare vbi hoſtiæ immolabantur.

a ter fratres ſuos. Bẽniamin lupus d

a ℭ Ignis altaris hoſtiam deuorabat.

rapax, mãne comedet prædam, e

c ℭ Quia ſacerdotes partem ſuam diuidebant veſpere.

b & uẽſpere diuidet ſpolia. Omnes f †hi in tribubus Iſraẽl duodecim. Hæc locutus eſt eis pater ſuus, be g nedixitq; ſingulis benedictioni h bus proprijs, & præcepit eis di i cens: Ego congregor ad populũ † meum: †Sepelite me cum patribus meis in ſpelunca† duplici, quæ eſt in agro Ephron Hethæi contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri. Ibi ſepe-

ignis: poſtea veſpere p̃tes hoſtiarũ & oblationũ remanentes p ſacerdotibus diuidebanť, & ſic exponiť hęc litera: Beniamin lupus rapax &c. quia in ſorte ſua fuit altare holocauſti, qd' deuorabat hoſtias, vt prædictum eſt. e ℭ Mane &c. & veſpere diuidet ſpolia, eò ꝙ remanentia diuidebantur ſacerdotibus, vt dictũ eſt. Sed iſta expoſitio videť multùm extranea, maximè quia rapacitas lupi vbiq; in ſcriptura alibi accipiť in malo, quod non poteſt dici hîc, quia hoſtiæ incẽdebanť in altari ad honorẽ diuinũ. ideo aliter exponiť de tribu Beniamin, quę fuit valde bellicoſa. Vnde & accepit guerrã cõtra vndecim tribus alias, & bis debellauit eas in cãpo, vt habeť Iudic. xx. Et multos ex eis occiderunt filij Beniamin: quorũ ſpolia rapiebant, & poſtea cùm rediſſent de bello inter ſe diuidebant. & ſic patet quõ Beniamin dicitur lup⁹ rapax. Item alio modo exponit Aug. de Paulo apoſtolo, q fuit de tribu Beniamin, vt habeť Phil. iij. a. Qui ante conuerſionem ſuam grauiter perſecutus eſt Chriſtianos, tanquam lupus rapax, vt habetur Act. ix. a ſed poſt conuerſionẽ ſuã fidem Chriſti publicauit verbo & ſcripto per orbem vniuerſum, qd' notať cũ dicitur. Et veſpere duidet ſpolia. i. ſententias legis & prophetarũ: quas à Iudæis acceperat, exponendo de Chriſto ad inſtructionem fidelium. f ℭ Omnes hi in tribub⁹ Iſraẽl duodecim. Iſta eſt cõcluſio reſpectu pręcedẽtium. Vnde ſubditur. g ℭ Hęc locutus eſt eis. Quę prędicta ſunt prędicẽdo ſpiritu prophetico quæ circa eos futura erant. h ℭ Benedixitq; ſingulis. Hîc conſequẽter Iacob erigit animos filiorũ ſuorum ad ſpem vitæ immortalis, primò imprecando eis bona ſpiritualia & æterna: qd' notať cũ dicitur: Benedixitq; ſingulis &cæ. Dicunt tamẽ hîc aliqui, ꝙ illud refertur ad ea quæ dicta ſunt. ita ꝙ Iacob aliter non bñdixit filios ſuos, niſi prędicendo eis futura, vt prædictũ eſt. Sed hoc non videtur verũ, quia in prędecentibus aliquibus eorũ non bñdixit, ſed magis maledixit, ſicut patet de Simeon & Leui & Ruben & tamẽ dicitur hîc ꝙ benedixit ſingulis. & ideo melius videtur dicendũ, ꝙ poſtq; prędixerat eis futura, imprecatus eſt eis bona. & ſic bñdixit eis. Sed forma benedictionis nõ exprimiť hîc, qa nõ omnia ſcripta ſunt. nõ em̃ veriſimile eſt, quin Iacob moriens imprecat⁹ ſit bona ſpiritualia & æterna ſingulis filiorũ ſuorũ, ad q̃ debet dirigi finalis intẽtio oĩm actuũ humanorũ. Scd'ò inducit eos ad fidem reſurrectionis, cũ ſubdiť. i ℭ Et p̄cepit eis. Cuius p̄ceptũ ſubdit: cũ diciť. Sepelite me &c. ſciebat enim ꝙ hoc nõ poterat ſine magnis ſumptib⁹ & labore fieri: & nihilomin⁹ hoc p̄cepit, oſtendẽs, ꝙ corpus ſuũ erat reſurrecturũ ad vitã immortalẽ per Ieſum Chriſtum, vt ſuprà dictũ eſt. xlvij. cap. Cętera patent vſq; ibi: Collegit pedes ſu-

G

† hæ trib⁹

H

†. quę eſt in agro duplici

☞ Appoſituſq;

*Nicolaus de Lyra.*

tionem noſtram: ℭ Ad cuius intellectũ cõſiderandum, quòd ſicut natura pcedit de minus pfecto ad magis perfectum, ita reuelationes factę patribus veteris teſtamẽti de myſterio Chriſti & futura beatitudine clariores factæ ſunt poſterioribus q̃ primis. Vnde dicit propheta Dauid pſalm̃. cxviij. n. Super ſenes intellexi. & ideo Iacob qui fuit poſterior quàm Abraham & Iſaac, clariorem notitiam habuit de prędictis quàm ipſi: quia ſibi reuelatum eſt myſterium Chriſti futurum, quantùm ad eius generationem & paſsionem per quàm aperta aſt ianua cæleſtis: vt plenius ſuprà dictum eſt. xxviij. capitul. Et ſecundum hoc exponitur litera. Benedictiones patris tui, id eſt Iacob. Confortatę ſunt benedictionibus patrum ſuorum, quoniam fortiores & clariores reuelationes de myſterio Chriſti & futura beatitudine ei factæ ſunt. Ideo ſubdiť. a ℭ Donec veniret deſiderĩũ collium æternorum. q. d. ad hoc deuenit reuelatio ſibi facta, ꝙ declarauit ei apertionem ianuę cęleſtis fiendam per Chriſtum, ad qd' deberet tendere omne deſiderĩũ noſtrũ. b ℭ Fiant in capite Ioſeph, Id eſt veniant ſuper eum omnes benedictiões prędictæ. c ℭ Et in vertice Nazarẽi &cætera. Replicatio eſt eiuſdem ad maiorem confirmationem, & eſt ſenſus: In vertice Nazarẽi, id eſt ipſius Ioſeph, qui eſt Nazarẽus, id eſt ſanctus inter fratres ſuos. d ℭ Beniamin lupus rapax. Hîc prædixit Iacob ſtatum Beniamin futurum, & exponitur vno modo ſic ab aliquibus Hebræis & aliquibus catholicis dicentibus, quòd quia templum fuit in ſorte Beniamin, & ibi erat altare holocauſti, in quo erat ignis perpetuus, in quo quolibet mane ponebant ſacerdotes ligna ad continuandum ignem, & poſtea deſuper hoſtias: quę erant concremandæ, quas deuorabat ignis; poſtea

Mora lif.

admittũtur ad regnum. Chriſtus verò veniens in mundũ p mortem ſuã ſanctos p̃res de limbo eduxit: & ad cęlũ empyreũ tranſtulit. Ideo ſubditur. a ℭ Donec veniret deſiderĩũ collium æternorum. id eſt donec veniret Chriſtus: de quo diciť Aggęi. ij. b. Et veniet deſideratus cũctis gẽtibus. Et ideo diciť deſiderĩũ colliũ ęternorum. i. ſanctorũ patrũ, q deſiderabãt Chriſti aduentũ. & dicũtur colles æterni ppter eminẽtiã ſanctitatis & durationẽ ppetuitatis à p̃te pòſt. b ℭ Fiant in capite Ioſeph & in vertice Nazarẽi inter fratres ſuos. i. in capite iuuenis dicto modo deſcripti, q eſt Nazarẽus i. ſanctus inter fratres ſuos, veniant benedictiones prędictæ. d ℭ Beniamin lup. rap. Scd'm qd' dicit Aug. per Beniamin figurat⁹ fuit Paul⁹ apoſtol⁹ q fuit de tribu Beniamin, ſicut ipſe dicit Phil iij. & ideo de ipſo ſubditur: e ℭ Mane comedet prędã. Nam in ſua iuuẽtute valde grauiter pſecutus fuit eccleſiam, vt habeť Act viij. & ix. Sed qa conuerſus fuit ad fidẽ, & ædificauit valde eccleſiam ope & doctrina, & ſic factus fuit de lupo paſtor & de prędone cuſtos. Ideo ſubdiť. f ℭ Et veſpere diuidet ſpolia &c. Quia poſt ſuã cõuerſionẽ multos valde Gentiliũ conuertit ad Chriſti fidem, qui dicunť ipſius ſpolia: nã eos de manu diaboli eripuit, & eccleſiæ Chriſti aggregauit. † ℭ Ego cõgregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis &cę. Per hoc oſtenditur ꝙ bonus homo debet eſſe valde ſollicitus, vt in ſacro loco ſepeliatur: vbi ſuffragiorum copia habeatur.

a ¶Appoſitusq̃ &c. Stra. Quærendū de quo populo dicat: A Nā de patribus nulla q̃ſtio eſt. Notū eſt em̄ ꝙ ad Abrahā & Iſaac appoſit⁹ eſt, ſed popul⁹, multitudo eſt. Illi aūt tā pauci nō poterant populus dici. Intelligēdū ergo hoc etiam de angelis dici, ad q̃rū ſocietatē de mūdo trāſeūtes, apponunt ſancti. Vñ Hebr. xij. f. Acceſſiſtis ad mōtē Sion, & ad Hieruſalē cęleſtē & ad frequētiam angelorum &c̄.

lierunt eum & Saram uxorem eius. Ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge † ſua. Ibi & † Lia condita iacet. Finitisq̃ mandatis, quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper [a] lectulum, & obiit, appoſitusq̃ eſt ad [b] populum ſuum.

a ¶Frequentiam angelorum.

*Nicolaus de Lyra.*

† ſepeliui Liam.

a ¶Collegit pe. ſuos. &c. Ex q̃ patet ꝙ obiit paſcificē & qetē. b ¶Appoſitusq̃ eſt ad po. ſuū. i. ad limbū ſanctorum patrum, ſicut ſuprà dictū eſt de Abrahā & Iſaac, tñ magiſter in ſcho. hiſt. exponit ad populū ſuum. i. ad angelos, allegās ꝓ rōne, qa Abrahā & Iſaac tā pauci erāt, ꝙ nō poſſent dici popul⁹, ſed hoc nō videtur bene dictum, quia angeli ſancti ſunt in beatitudine, & ideo nullus poteſt dici appoſitus ad eos, niſi quando transfertur ad gloriam: quod non fuit de Iacob nec aliquo alio homine ante aper- C tionem ianuæ cæleſtis per paſſionem Chriſti. Motiuum etiam ſuum non valet, quia in limbo ante mortē Iacob non ſolum recepti erant Abraham & Iſaac, ſed omnes iuſti qui mortui fuerunt ab Adam, qui pœnituit, vt habet Sap. x. vſq; ad Iacob, q fuerunt multi. ſ. Abel, Seth, & multi alij de filijs eius, qui fuerunt religioſi & iuſti: & Noē, & Melchiſedech, & multi de poſteris eorum, & mulieres ſanctę. ita quòd bene poterant dici populus, maximè cū ſecundum leges. x. homines faciāt populum: propter quod non valet dictū ſuū: & ideo exponendum eſt vt prędictū eſt: Ad populum ſuū, ideſt ad iuſtos exiſtentes in limbo.

† non habet ſua.

Iacob moritur.

## ADDITIO.

¶In ca. xlix. vbi dicitur in poſtil. Dicit em̄ in nouiſſimis diebus.

### ADDITIO I.

¶Sup illud verbū, In nouiſſimis diebus. Ra. Moy. gerūdeñ. in ſua gl. dicit. Nouiſſimi dies ſunt dies Meſſię, qm̄ Iacob ſignificabat illa tpa in ṽbis ſuis, cū dixit: Donec veniat Silo, & ipi cōgregabunt populi &c̄. Scd'm em̄ cōem opinionē nouiſſimi dies, dies Meſſiæ ſunt: hæc ille. Et ſunt verba notanda, licet frequenter à Iudæis malitioſè negentur. ¶In eod. ca. xlix. vbi dicit in poſtilla. Quia tu es principium doloris mei &c̄.

### ADDITIO II.

¶In Hebręo in hoc loco ponit: Tu eſt principiū אוֹנִי oni & eſt dictio, q̃ qñq; ſignificat dolorē, qñq; verò fortitudinē ſeu robur & vtroq; modo pōt exponi ad cōmēdationē ipſi⁹ Ruben anteq̃ peccaſſet: cū em̄ dicit: Principiū doloris mei. i. ſollicitudinis meæ circa filios meos. & ſic exponit magiſter in hiſto. Si aūt dicat principium fortitudinis meę pōt ſic intelligi, qa in eo priò appuit virilitas ipſi⁹ Iacob in actu generādi: & redit in idē qd' pri⁹. Vel ſcd'm Ra. Moy. in hoc cōmēdat caſtitas Iacob, quia vt tradūt Hebręi, tūc nō emiſit de ſe ſemē ante cōceptionē Ruben, & ſic fuit principiū fortitudinis ſuę quo ad hoc: & eſt ſnīa planior. Dicit enim primò, oīa q̃ faciebāt ad commendationem Ruben ſcilicet, tu es fortitudo mea, vſq; ibi: Maior imperio. Et poſtea ſubdit illa, quę faciunt ad eius decremen- B tum: & hoc cum dicit: Effuſus es ſicut aqua &c̄.

¶In eo. ca. xlix. vbi dicitur in poſtilla. Nō auferet ſceptrū de Iuda.

### ADDITIO III.

¶Hęc autoritas Patriarchę. ſ. nō auferet ſceptrū de Iuda, donec veniat Silo, eſt valde efficax ad vincēdū Iudęos, de hoc ꝙ Chriſt⁹ ꝓmiſſus iam venit à tpe q̃ ablatū eſt ſceptrū de Iuda &c̄. Et ideo cōtra hoc multipliciter cauillant, q̃rū cauillationib⁹ ibi bene videt reſpōderi in poſtilla. excepto vno. ſ. cū dicit, ꝙ Machabęi, q ſacerdotes fuerūt & gubernauerūt populū, erāt de tribu Iuda, qd' ipi negāt nec planè cōtra eos hoc ꝓbat. vñ inter alios, quos de hac materia vidi loquētes ſeu ſcribētes ſup Rab. Mar. in pugione ſua ſcd'a pte ca. iiij. & . v. de hoc elegāter tractat, priò exponēs hęc ṽba: Nō auferet ſceptrū, nec dux de fœmore, de collegio ſeu cōſiſtorio Iudęorū, qui dicebant Canhedrin, ad quos oēs difficultates ſeu dubia legis & fidei puenıebāt, & oīa ſumma iudicia & cōtrouerſię, q quidē reſidebant principaliter ſub regibus & ducib⁹ Iudę in Hieruſalē, & poſtea in Babylonica captiuitate dū eſſent reges vel duces de Iuda, cōſequenter aūt in reditu captiuitatis apud Hieruſalē durabat etiā poteſtas illorū, ꝓut poteſtas alicuius capituli vacāte ſede durat, q̃rū autoritas & poteſtas durauit etiam tpe Machabęorū, & vſq; ad certū tps añ deſtructionē tēpli ſecundi, qd' qdē tps concurrit cū tpe paſſionis Chriſti, & tunc ceſſauit oīno eorū poteſtas, q̃ oīa ſufficienter ꝓbat pdictus autor, & deducit per autoritates ſumptas à doctoribus autēticis Hebręorū antiqs, qbus nullo modo poſſunt Iudæi rationabiliter diſſentire, quas quidem ad euitandū prolixitatē omitto remitendo eas prædicto libro vbi plane tractantur.

¶In eodem ca. xlix. vbi dicitur in poſtilla. Ligās ad vineam. &c̄.

### ADDITIO IIII.

¶Expoſitio catholicorum in hoc loco nō debet cēſeri myſtica, ſed potius literal. Iacob em̄ ꝓphetādo de filijs in hoc loco, ſępe loquit methaphoricè, ſecundū quā locutionē accipiēda eſt ſnīa literalis, ex hoc ꝙ res ſignificatę p voces vlteri⁹ aliud ſignificāt, ꝓut oſtenſum fuit in ꝓlogo hui⁹ libri. Qd' aūt hîc circa Iudā metaphoricè loquit ſatis videtur ſatis videt ex hoc qd' dixerat: Catul⁹ leonis &c̄. qd' exponit de Dauid, vt in poſtilla. q non fuit catulus leonis niſi metaphoricè. Et ſimiliter in hoc loco, cū dicit: Ligās ad vineā &c̄. Locutio metaphorica debet cenſeri, pſertim cū ſimilitudines quas in hoc loco ponit, ſint oīno cōformes ſimilitudinib⁹ in alijs locis ſacrę ſcripturę cōtentis, vbi de ſimili materia tractat. Pro q̃ attēdēdū, ꝙ vinea in ſacra ſcri- Vinea. ptura accipit ad literā ꝓ cōgregatione eorum, q ſunt ſub fide. Vñ Eſai. v. b. Vinea dñi &c̄. Similiter Chriſtus ſe vocat vitē. Ioh. xv. a. Ego ſum vitis vera &c̄. ſimiliter diſcipulos vocat palmites, vt ibidē. Per alinā verò ſignificat Criſtus populū Iudęorū, & p pullū populum Gētiliū, vt Mat. xxj. a. & Zach. ix. b. ꝓphetice hoc idē ſignatur. Per hoc aūt ꝙ dicit: Lauabit in vino ſtolā ſuā &c̄. etiā metaphoricè ſignificat ad literam paſſio Chriſti, de qua Eſai. lxiij. a. cū à Chriſto quęrit: Quare ergo rubrū eſt indumentū tuū, & veſtimēta tua &c̄. q̃ oīa ad literā intelligunt de Chriſto, & eius paſſiōe. Vñ tenenda eſt expoſitio noſtrorū doctorū in hoc loco tāquā literalis, & cōtinuat cum pcedentibus conuenienter: cū enim dixerat: Donec veniat qui mittendus eſt. ſ. Chriſtus cui erat cōgregatio ſeu expectatio gentiū: conſequenter declarat cōiunctionem harū gentiū dicēs. Ligans ad vineam &c̄. ſimiliter & paſſionem per quam ſpectabatur redēptio omnium gentiū, & hoc cū dicit. Lauabit in vino &c̄. & exponan- D tur ad literam: prout in Glo. ordi. &c̄.

¶In eo. ca. xlix. vbi dicitur in poſtil. Sed hæc expoſitio &c̄.

### ADDITIO V.

¶Hęc expoſitio nō videt tāq; extranea repellēda, nō obſtātib⁹ obiectionib⁹ poſtillatoris cōtra eā. Pria em̄ obiectio nō videt valere: nā ille q nimis dat ad ſpeculationē, ſępe negligit curā tēporaliū negotiorū, intātū ꝙ iudicio cōi hoīm rudis ſeu fatu⁹ reputat ſicut Philoſoph⁹. vj. Ethi. dicit de Anaxagora & ſimilib⁹ Philoſophis, ꝙ videbant ignorātes cōferētia ſibi ipis. Secūdā ṽò obiectionē manifeſtū eſt nō valere, reperit enim in ſacra ſcriptura expſſum, ꝙ de filijs Iſſachar erāt hoies excellētes in ſciētia ſup alios. Vñ. j. Paral. xij. c. De filijs quoq; Iſſachar viri eruditi, qui nouerāt ſingula tpa ad pcipiendū qd facere deberet Iſraël &c̄. Sup qd' verbū gloſſ. doctores legis in tribu Iſſachar fuiſſe tradūtur, q ſingula tpa cerimoniarū obſeruāda docebāt, & qd facere deberet Iſraël, pſcribebāt. Hęc in Glo. Qd' etiā ipemet poſtillator in hoc loco teſtat, vbi de filijs Iſſachar ſic dicit. Erāt em̄ iſti ſtudioſi in lege, & ſciebāt optimè cōſulere qd & qūo eſſet agendū, & cęterę trib⁹ eorū cōſilijs acqeſcebāt: hęc poſtillator. Qd' aūt de tribu Leui etiā eſſent cōiter iudices & doctores populi, verū eſt, & habet Deut. peñ. a. vbi de Leui dicit: Perfectio tua & doctrina tua à viro ſancto tuo &c̄. Sed cū hoc ſtat, ꝙ Iſſachar etiā habebat excellētiā in ſciētia, vt dictū eſt, reſpectu aliorū pter Leui. Cōtinuat etiā litera ſcd'm hāc expoſitionē ſic: nā cū Iſſachar eſſet auid⁹ ad ſpeculationē ſciētię, & haberet terrā fructiferā. erat accubās inter terminos, abhorēs. ſ. labores corpales. Vñ vidēs requiē. ſ. ſpeculationē, ꝙ eſſet bona, & terrā ꝙ eſſet optima. ſ. fructifera cū modico labore, ꝓut in poſtilla, ex amore ſtudij excuſabat ſe, vt plurimū ne iret in exercitū, qa diligebat qetē & dulcorē ſapiētię, & ideo pelligebat ſoluere tributū regib⁹, poti⁹ q̃ dimittere requiē ſpeculatiōis. & hoc eſt qd' ſequit: & ſuppoſuit humerū ſuū ad portādū. ſ. qa volebat magis eſſe tributarius, quā bellicoſ⁹ ſeu militaris rōne pdicta.

¶In eo. ca. xlix. vbi dicit in apoſtilla. Dan iudicabit populū ſuū &c̄.

### ADDITIO VI.

¶Dictio Hebraica i hoc loco poſita ſignificat vno mō iudicare, et alio mō vindicare, et vtrūq; poſſet itelligi de Sāſone ꝓut i poſtilla.

In eo. cap.

E ¶In eo.c.xlix.vbi dicitur in poſtil.Salutare tuũ expectabo dñe.

## ADDITIO, VII.

¶Licet Samſon fuiſſet fortiſſimus in corporali robore,non tñ ab aliquo poſſet dubitari an eſſet Meſſias.fuit enim Samſon modicæ prudẽtię & diſcretiõis,nec fuit etiã propheta,nec de eo legunẽ tales ꝟtutes,quibus de hoc poſſet ſuſpicari.Vñ ꝙ pt̃riarcha dixit in hoc loco:Salutare tuũ &c̃.Meliꝰ videẽ referẽdũ ad tp̃s Antichriſti,ꝓut Grego.iij.moral.dic̃,q qdẽ Antichriſtꝰ,ꝓut cõiter ferẽ,deſcẽſurus eſt de tribu Dan,q circa tabernaculũ ad aqlonẽ caſtrametatꝰ eſt.& qa ip̃e Grego.ibidẽ ait:Iudęa erroris ſui laqueis capta,pro Chriſto Antichriſtũ ſpectat.Vñ Iacob in electorũ voce in eodẽ loco repẽte cõuerſus eſt ad deũ dicẽs:Salutare tuũ expectabo &c̃.i.non ſicut infideles Antichriſtum , qui.ſ.vẽturus eſt de tribu Dan:ſed eũ q in redẽptionẽ nr̃am vẽturꝰ eſt,fideliter expecto verũ Chriſtũ.de Chriſto em̃ vero ſuprà dixerat,Donec veniat,q mittendꝰ eſt,& hanc ſententiam expreſſè tenet tranſlatio Chaldaica.

¶In eo.cap.xlix.vbi dicitur in poſtil.Sedit in forti,&c̃.

## ADDITIO VIII.

¶Nõ videẽ rõni cõſonũ,ꝙ in hoc loco inter tot bona,q̃ Iacob de ipſo Ioſeph ꝓphetauit,interponaẽ tãꝗ bonũ deſcenſus Ieroboam ex ipſo Ioſeph,cũ ipſe Ieroboam fuerit peſſimꝰ idolatra,qui nõ ſolũ peccauit,ſed etiã peccare fecit Iſrl̃.ꝓpter qđ diuina ſn̄ia fuit abſciſus à regno cũ poſteritate ſua,excepto vno filio tm̃.vt in.iij.Reg.xiiij.&.xv.c.& etiã regnũ eiꝰ licet ꝓ tp̃e à deo fuerit pmiſſum,nõ tñ gratũ.de eo em̃ legiẽ Oſee.viij.a.Ip̃i regnauerũt,ſed nõ ex me & ſimliter.xiij.c.de eodẽ:Dabo eis regẽ in furore meo.non ergo de ipſo rectè diceret,Per manũ potentis Iacob.Vñ aliter circa hoc videtur dicendũ.Ad qđ ſciẽdũ eſt,ꝙ Ioſeph duas habuit principales pſecutiões.vnã.ſ.à fratribꝰ,de q̃ intelligiẽ illud:Exaſpauerũt eum & iurgati ſunt &c̃.ꝓut diciẽ in poſtil.Aliã verò ab vxore dñi ſui.ſ.Pharaonis,vt ſuprà.xxxix.à q̃ qdẽ pſecutiõe fuit à deo ꝓtectꝰ intãtũ,ꝙ nõ fuit inclinatꝰ ad peccãdũ,licet vehemẽter incitatus ad hoc fuiſſet,vt ibidẽ patet:& de hoc exponũt qdã Hebręorũ,qđ ſeqtur ſ.Sedit in forti arcꝰ eiꝰ.ſ.appetitꝰ eiꝰ carnalis,q ſępe in hoibus modicę virtutis tẽdit ad extra ad ſuũ cõcupiſcibile,tãꝗ arcꝰ ꝓijciẽs ſagittam ad ſignũ:qđ nõ ſic fecit Ioſeph,ſed ſedit in forti.i.in fortitudine virtutis cõtinẽtię,& qa qũqꝫ aliq,q ex ductu rõnis refrenãt ſuum carnalẽ appetitũ,cũ hoc tñ moleſtanẽ à prauis cõcupiſcẽtijs,ꝓut cõtingit cõtinẽtibꝰ,Ioſeph aũt nõ ſic,ſed tanꝗ verè tẽperatꝰ vires ꝓprias carnales ſubiectas habebat rõni,ſic vt nullũ motũ ad hoc ſentiret moleſtię ſenſualitatis : ideo dicit.Et diſſoluta &c̃.ſic ꝙ ly eius referaẽ ad hoc ꝙ dicit.Arcũ ſuũ &c̃.Arcꝰ em̃ habet duo brachia,q̃

F cũ corda fortiter ſunt ligata,ad hoc vt poſsit ſagittare,quorũ qdẽ brachiorũ arcꝰ ſi vincula diſſoluanẽ,tũc arcꝰ penitꝰ eſt indiſpoſitus ad ſagittandũ:& iſto modo vires ſenſuales Ioſeph,cũ qbꝰ arcꝰ appetitꝰ carnalis ſolet ſagittare,erant diſſolutę à vinculis carnalibꝰ:idcirco in hoc cõmẽdabaẽ nõ ſolũ vt cõtinẽs,ſed tãꝗ tẽperatꝰ,& qa vitare pctm̃ p̃ſertim hoc modo in ſtatu naturę corruptę nõ poſſumus,niſi gr̃a dei auxiliãte ſcđm Aug.in lib.de pfectiõe iuſtitię,ideo ſubdiẽ:Per manũ potẽtis Iacob,qa p virtutẽ gr̃ę dei illud pctm̃ ſic vitauit.Poteſt etiã hoc,qđ diciẽ.Et diſſoluta ſunt vincula eiꝰ,aliter exponi.ſ.vt intelligaẽ de diſſolutiõe vinculorũ Ioſeph in carcere de mãdato regis,& ꝓuidẽtia diuina.Vñ de eo legiẽ in Pſal.ciiij.b.Humiliauerũt in cõpedibꝰ pedes eius.& ſequiẽ ibidẽ:Miſit rex & ſoluit eũ,qđ aũt ſequiẽ.Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſraël,videẽ aliter exponẽdũ.¶Ad cuiꝰ intellectũ attẽdẽdũ eſt,ꝙ qa poſteritas Ioſeph p Ephraim deſcẽdẽs reſceſſerat à diuino cultu:à tp̃e ipſiꝰ peſſimi Ieroboã,vt dctũ eſt,intãtũ ꝙ nõ reputabanẽ iã de filijs Iſraël ſcđm fidẽ,ſed quaſi Gentiles & alienigenę.Vñ de eis legitur Oſee.v.b.In dñm pditioſè egerũt,qa filios alienos genuerũt &c̃.Idcirco Iacob vidẽs in ſpũ,ꝙ filij Ioſeph nũꝗ eſſent deo recõciliãdi:niſi p xp̃m,q oẽs tã Hebręos ꝗ Gẽtiles vocauit ad gr̃am; ideo dicit:Inde egreſſꝰ eſt paſtor&c̃.q.d.ab ip̃o potẽte Iacob.ſ.à deo,q p̃ſeruauit Ioſeph à pctõ,vt dictũ eſt:egreſſurus eſt paſtor.ſ.Criſtus,qui tanꝗ paſtor bonus dixit:Alias oues habeo q̃ non ſunt ex hoc ouili,& illas oportet me adducere.Similiter & lapis Iſraël,ſupple inde egreſſurꝰ eſt,q qdẽ lapis Iſraël eſt ille.ſ.quẽ reprobauerũt ędificãtes,q fecit vtraqꝫ vnum.Vñ ad conſolationẽ poſteritatis Ioſeph,hoc introductũ eſt,ne per hoc,ꝙ apoſtatauerũt à lege diuina:intelligerenẽ excluſi à finali ſalute per Chriſtũ fienda.Vñ & hîc notabiliter noĩat Chriſtũ per nomen paſtoris & lapidis,quorũ vtrũqꝫ nomẽ implicat reductionẽ Gentiliũ ſeu apoſtatãtiũ ad vnũ deũ & vnam fidẽ:nec obſtat huic expoſitioni qđ dicit.Egreſſus eſt,quaſi de p̃terito,qa hoc eſt ꝓpter certitudinẽ ꝓphetię,& etiã ſecundũ expoſitionẽ poſtillatoris de futuro habet intelligi:vt patet in poſtilla.Quidam aũt exponũt hoc qđ diciẽ.Inde egreſſꝰ eſt paſtor lapis Iſraël &c̃.de Ioſue filio Nun,qui fuit de tribu Ephraim,& per conſequens de Ioſeph,& licet rationabilius poſſet de illo exponi qui fuit iuſtus rector Iſraël poſt G Moyſen;proprius tamẽ adaptanẽ hæc verba Chriſto,p̃ſertim cùm dicitur lapis Iſraël;nã etiã Ra.Moy.gerundeñ.in hoc loco dicit expreſſè:ꝙ lapis hic dictus intelligitur ille,de quo in Pſal.cxvij.Lapidem,quem reprobauerũt &c̃.In quo loquitur quaſi prophetãdo neſciens,ſicut legitur de Caypha.

Perſecutiones Ioſeph

¶In eo.ca.xlix.vbi dicitur in poſtil.Benedictiões patris tui &c̃.

## ADDITIO IX.

¶Iſtę duę expoſitiões videntur inſufficiẽtes,vtraqꝫ em̃ earũ prẹſupponit falſum vel inconueniẽs:nam prima expſitio prẹſupponit,ꝙ dñs ꝓmiſerat ip̃i Iacob dñium totius mũdi,cũ ei apparuerat iuxta Luzam.de quo ſuprà.xxviij.ca.ſed hoc videtur falſum:nã in ſecũda apparitione in qua deus apparuit ipſi Iacob,in eodẽ loco.ſ.Luza:vbi iterũ benedixit eũ,& mutauit nomẽ eiꝰ in Iſraëlem,ibi legitur:Terram,quã dedi Abrahã & Iſaac, dabo tibi & ſemini tuo poſt te &c̃.Ex quo patet manifeſtè,ꝙ nõ ampliauit ſibi terminos plus ꝗ patribus ſuis.Cõſequẽter etiã Iacob ſuprà.xlviij.ca.repetẽs p̃dictã ꝓmiſsionẽ factã in Luza ſibi,ad Ioſeph ſic dicit:Deus oĩpotẽs apparuit mihi in Luza,quæ eſt in terra Chanaan,benedixitqꝫ mihi,& ait;Ego te augebo & multiplicabo,& faciã te in turbas populorũ,daboqꝫ tibi terram hanc,& ſemini tuo poſt te in poſſeſsionẽ ſempiternã.Ex quo patet manifeſtè,ꝙ promiſsio facta Iacob in Luza nõ ſe extendebat niſi ad terrã Chanaan.Quòd aũt in ca.xxviij.ſupradicto dicitur.Dilataberis ad oriẽtem & occidentẽ &c̃.intelligiẽ de orientali & occidẽtali plaga ipſiꝰ terrę ſibi promiſſę.ſ.Chanaã,quę etiã põt diuidi in quatuor plagas,ſicut tota terra habitabilis.Secũda ꝟò expoſitio prẹſupponit,ꝙ Iacob habuerit clariorẽ reuelationem de myſterio Chriſti & futura beatitudine,quã ip̃e Abrahã,qđ eſt valde incõueniẽs.Tum qa Abraham dicitur eſſe pater fidei:in cuius ſinu (ꝓut habeẽ Lu.xvi.c.) iuſti ab angelis portabãẽ.Tum quia de eo legitur,ſuprà.xviij.c.Dixitqꝫ dominꝰ:Num cẹlare potero Abrahę,quę geſturꝰ ſum &c̃.Et eadẽ ratione & fortiori incõueniens videẽ,ꝙ deus cẹlaret Abrahã de his quę ptinent ad ſalutẽ,maximè illa quę reuelaturus erat ip̃i Iacob.Tũ quia futura beatitudo reuelata fuit ipſi Abrahę,cũ lux ſancta ſemini ſuo fuerit ꝓmiſſa,vt expoſitũ fuit ca.xv.quę quidẽ beatitudo apertionẽ ianuę cẹleſtis,& cætera,quę ad hoc requirũtur,prẹſupponit.Per illud aũt,quod dicit ꝓpheta;Super ſenes intellexi,nõ eſt intelligẽdum,ꝙ ſemper poſteriores ſancti habebant clariores reuelationes,ꝗ primi,alioquin ſequitur ꝙ ſancti modernorũ tẽporũ eſſent magis illuminati de his quę pertinent ad fidem,quã apoſtoli,qui ſunt antiquiores & ſeniores,qđ eſt falſum.Vltima etiam ratio ad hoc inducta per poſtillatorem nõ ſufficit:nam licet natura(vt in pluribus)procedat de minus perfecto ad magis perfectum:Natura tamẽ ſcđm Boetiũ ſemper ſumit initiũ à perfectis,& ideo Abrahę fuit dictũ ſuprà.xvij.c.Ambula corã me,& eſto perfectꝰ &c̃.ꝓut fuit declaratũ.Aſſumit etiã hęc expoſitio benedictionem & reuelatioẽ ꝓ eodẽ,quę tñ ſunt diuerſa.nõ em̃ oẽs bñdictiões ſunt reuelationes:nec ecõuerſo;vt eſt manifeſtũ.Vñ hęc litera videẽ aliter exponẽda & planius.¶Ad qđ ſciendum,ꝙ cum Iacob benediceretur à patre ſuo ſuprà.xxvij.ca.eidem dixit ſic ; Det tibi deus de rore cæli & de pinguedine terræ &c̃ . in quo fuit benedictus ad literam de bona influentia cæleſti & de bona diſpoſitiõe terreſtri;ex qbꝰ immediatè multiplicanẽ terrę naſcẽtia.nõ tñ legiẽ ꝙ Iacob fuiſſet benedictꝰ exp̃ſſè à patre ſuo de multiplicatione ꝓpagationis hoĩm & aĩmaliũ,qđ intelligitur de benedictionibus vuluę;nec etiã de bona gubernatiõe,ſeu nutritione taliũ,qđ intelligiẽ in bñdictionibus vberũ;iſta aũt benedictio quę pertinet ad propagationem animaliũ,cõſueuit in ſcriptura ab alijs diſtingui.Vñ Deute.vij.b.dicitur:Bñdictus eris inter oẽs populos,& non erit apud te ſterilis vtriuſqꝫ ſexus,tam in hoĩbus ꝗ in gregibus tuis &c̃.Iacob ergo in hoc loco amplius benedixit ipſum Ioſeph,ꝗ ipſe Iacob fuit benedictus à patre ſuo,ꝗtum ad prędicta.& hoc eſt qđ dicit:Benedictiones patris tui.ſ.quibus te benedico:confortatę ſunt benedictionibus patrũ meorum &c̃.ſ.benedictionibus,quibus patres mei benedixerunt,vt dictum eſt. Et ſequitur in litera ſecundum Hebraicám veritatẽ:Vſqꝫ ad deſiderium collium æternorum,ſeu colliũ ſeculi &c̃ .In quo intelligitur Chriſtus deſideratus à cunctis gentibus,vt Aggei.ij.b.de quo Luc.x.d.Multi reges & prophetæ voluerunt videre,quæ vos videtis,& nõ viderunt &c̃.Et continuantur hæc verba cum præcedentibus & ſequentibus ſic:Benedictiones partis tui,quæ confortatæ ſunt benedictoinibus patrum meorum &c̃.Et ſenſus eſt,ꝙ benedictiones temporales,quibus Iacob ipſum Ioſeph benedixerat,fortiores ſeu ampliores ſunt quàm benedictiões patrum meorum,ſcilicet ipſius Iacob,vt dictum eſt vnà cum ſumma benedictione ſpirituali deſiderata à collibus æternis,ſcilicet à ſanctis & iuſtis,omnia iſta fiant in capite Ioſeph.

An Iacob clariorẽ reuelationẽ habuit quã Abraham.

H

Boetius.

In eodem ca.

A ¶In eo.ca.xlix.vbi dicit̃ in poſtil. Tñ magiſter in hiſtoria ſchol,&c.

## ADDITIO VLTIMA.

Hæc expoſitio magiſtri hiſtoriarũ eſt in gloſ.interl.vbi ſuper hoc verbum ad populum ſuũ, ſuprapoſuit frequentiam angelorũ. Similiter & expoſitio Strabi q̃ in gl.ponit̃ in margine,& nõ ponitur ibi quantũ ad hoc aliqua opinio oppoſita: vñ nõ videt̃ ꝙ ſit hæc expoſitio repellẽda, ꝓſertim cũ Aug.ſup Gen.illã ponit licet nõ totaliter aſſertiuè. dixit enim ſic: Videndũ quõ dicãt ſcripturæ, q̃ aſſiduè dicunt de mortuis. Et appoſitus eſt ad patres ſuos, vel appoſitus eſt ad populũ ſuũ &c. Ecce enim de Iacob dicitur: Iam quidẽ mortuo, ſed nondũ ſepulto: & ad quẽ populũ apponat̃, non in prõptu habetur: ex illo eñ populus prior naſcit̃, q dictus eſt populus Iſrael: qui verò eum ꝓceſſerũt, tã pauci iuſti nominant̃, vt eos populũ nominare certemus. Nã ſi dictũ eſſet: Appoſit⁹ eſt ad pr̃es ſuos, nulla quæſtio fieret: an fortè eſt non ſolũ hoĩm ſanctorũ, ſed etiã angelorũ populus ciuitatis illius, de q̃ dicit̃ ad Heb.xiij.f. Acceſſiſtis ad montem & ad ciuitatẽ dei Hieruſalẽ, & ad milia angelorũ exultãtiũ. Huic populo apponunt̃, q poſt hãc vitã placẽtes deo fiũt. Tũc eñ dicunt̃ apponi qñ iã nõ remanet ſollicitudo tẽtationũ, & ꝑiculũ pc̃õrũ: qd̃ intuens ſcriptura ait: Ante mortẽ ne laudes hoĩem quẽq̃. Hæc Aug. ex qua autoritate ſoluit̃ obiectio facta ꝑ poſtillatorẽ: Nam ad hoc qd̃ dicit, ꝙ nullus põt dici appoſit⁹ ad angelos: niſi qñ transfert̃ ad gloriã. Rñdetur ſecundũ Aug. ꝙ q poſt hãc vitã placẽtes deo fiũt, dicuntur angelis apponi, inquãtũ iã in eis ceſſat ſollicitudo tẽtationũ, & periculũ pc̃õrum: ſed ſunt impeccabiles ſicut angeli, licet adhuc ſtatum gloriæ nõ attingãt. Nec etiã videt̃ incõueniẽs dicere, ꝙ cũm ſancti in hac vita exiſtẽtes ſæpe habeãt angelorũ cõſortia, ꝙ tales cũ ſint in libo ad eorũ cõſolationẽ ab angelo freqũẽter viſitent̃, & hoc videt̃ ſonare glo.interl.prædicta, cũ dicit: Frequentiã angelorũ. non enim dicit ad ſocietatẽ angelorũ, qd̃ ſonat cõtinuũ cõſortiũ, ſed dicit freqñtiã angelorũ, qd̃ magis ſonat frequẽtiã viſitatiõis. Quod autem poſtillator arguit cõtra motiuũ hui⁹ expoſitiõis, dicens: ꝙ ante mortem Iacob fuerũt recepti in limbo Adã & Abel. ¶Dicendum, ꝙ de nullo ſancto q ante Abrahã deceſſit, legit̃ ꝙ fuiſſet appoſitus ad populũ ſuũ. Cuius rõ põt eſſe, qa illi licet deceſſiſſent in gratia, tñ fortè habebãt aliqua venialia, ꝑ q̃bus oportebat eos eſſe in purgatorio ad tp̃s, & ſic ꝓpter tales nõ diceret̃ Iacob eſſe appoſit⁹ ad populũ ſuũ, cũ nõ eſſent adhuc in limbo.

Apponi ad populum

B ¶Et notandũ, ꝙ ſcriptura loquens de morte quorundã iuſtorũ, q añ paſſionem Chriſti deceſſerũt frequenter dicit̃: Appoſit⁹ eſt ad patres ſuos, ſeu ad populũ ſuũ, vt in ſupradictis patet & in alijs, vel obdormiuit cũ patrib⁹ ſuis, vt de Dauid.iij.Regũ.ij.& de alijs qd̃ idem ſonat, ſed poſt paſſionem Chriſti aliter dicit̃.ſ.obdormiuit in dño: vt Act.vij.de Stephano, & in alijs ſacris hiſtorijs & legendis ſanctorũ qd̃ multũ cõſonat catholicę veritati. Nã primi quantũcũq̃ ſancti nõ obdormiebant in dño cũ nondũ in deo requieſcerent ꝑ beatã fruitionẽ, ſed cũ patrib⁹ hęc ſpectantib⁹ apponebant̃, ſed poſtremi ſancti qui ianua cęleſti iã aperta ſtatim poſt mortem deo cõiungebant̃, dicũtur obdormire in domino, de quibus Apoc.xiiij.c. Beati mortui qui in domino moriũtur: ad quã mortem (q̃ potius vita dicenda eſt) nos perducat dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum.

Obdormire in domino

## REPLICA

correctorij contra Burg. In ca.xlix.vbi poſtillator clarè expoſuiſſet teſtñ Iacob reſpectu Ruben. Burgen. neſcio quid cõfuſum murmurãs dicit, ꝙ nihil valet ad propoſitũ. Nã.ſ.ca.iiij.in additiõe prima ponit regulam, ꝙ ille ſenſus eſt literæ propinquior, qui extra literam pauciora ſupponit, quam regulã hĩc nõ obſeruat cum ſuo Gerundẽ. qui ſuppoñũt hĩc primò, ꝙ dolor & fortitudo de Rubẽ dicant̃ cõmendatoriè, qd̃ tamen non probant ꝑ aliquẽ textũ, nec expoſitiones ſanctorũ. Secũdò, ꝙ fortitudinis cõmendatio fundet̃ ſup turpitudinẽ videlicet actũ generãdi, qui et ſi infra limites matrimonij ſit licitus, habet tamẽ turpitudinẽ annexã, ꝑ conſequens ſpiritusſanctus hunc ſenſum nõ efflagitat. igit̃ ſecundũ beatũ Hiero. erroneus eſt. Tertiò ſuppoñũt, ꝙ act⁹ generatiõis ſit actus fortitudinis vel roboris, qd̃ eſt cõtra oẽm ꝓphetiã naturalem & moralem, nã cũ⁹ ſit actus naturaliſſimus viuentiũ pro cõſeruatiõe ſpeciei, ex ſecũdo de anima: nihil tamẽ ibi apparet fortitudinis: quia nõ eſt ꝓ conſeruatiõe ſpeciei, ſed potius de cõſtitutiõe indiuidui. Etiã minuta & debilia animalia actũ generatiõis diligẽter exercẽt, imò & homines ęgrotantes: non eſt igitur actus fortitudinis naturalis, multò minus moralis.

¶Item in eo.ca.vbi poſtillator exponit illum paſſum: Non auferet̃ ſceptrum de Iuda &c. Burgen. voluit aliquid addere, quod niſi diſtraheret à veritate literę & fidei, meritò diſſimularem. Fingit enim cum ſuo pugione quoddam conſiſtoriũ habens ſimilem vim ſicut habet capitulum, ſede vacante, per qd̃ conſiſtorium putat Burgen. concludere Iudęis male hunc paſſum exponentibus pro tempore Machabęorum, quando de tribu Iuda nec erat ſceptrum, nec principatus. Sed quia illud conſiſtorium fictũ manſit apud Iudęos vſq̃ ad deſtructionem ciuitatis, & tẽpli ſecũdi ꝑ Titũ factã anno octogeſimotertio poſt natiuitatem Chriſti. Dominus eñ Ieſus, trigintatribus annis vixit, & quinquageſimo anno poſt paſſionem deſolatio facta eſt, qui ſimul iuncti octogintatres annos faciunt. & ſic ſecũdũ Burgen. & ſuos ſenſus illius loci: Non auferetur ſceptrum de Iuda &c. Eſt ꝙ Chriſtus nõ venit ante ablationem illi⁹ conſiſtorij, qd̃ dicit habere autoritatem regalẽ, ſicut capitulũ põtificalẽ ſede vacãte. Modicũ igit̃ probare poteſt additio ſua cõtra Iudęos, nec multũ certare pro fide videtur, quia eis admittit erroris plus q̃ octoginta annos. Tum etiam quia nõ ꝓbat illud cõſiſtorium fuiſſe de tribu Iuda ſemper, imò ſecundũ opinionẽ cõmunẽ Scribę & cęteri Phariſęi q hoc cõſiſtoriũ cõſtituebãt, fuerũt de tribu Simeon & Leui, vt dicit hic gloſa interlinearis, vt habet̃ Deut.xvij. Suppletionem quoq̃ & probationẽ ſuorũ dictorũ Burge. remittit ad forũ Iulij, quia ad libros Iudęorũ, q cõiter apud nos nõ habent̃.

C

POſt hæc. Poſtquam deſcripta eſt prouiſio ducis populum Iſraël de AEgypto educentis, hîc conſequenter deſcribitur flagellatio regis populũ detinentis: & quia illa punitio iudiciaria eſt, ideo pręmittit̃ monitio ex verbis. ſecundò monitio cum ſignis additis in principio. vij. ca. & tertiò ſubditur punitio in decem plagis, circa medium eiuſdem cap. ibi: Dixit autem dominus ad Moyſen: ingrauatum eſt &c. Circa primũ. primò ponitur monitio, & regis dura reſponſio, & ſecundò populi aggrauatio. ibi: Dixitq; Pharao. Circa primũ dicitur ſic: a ¶Poſt hęc. id eſt poſtq; populus Iſraël crediderat Moyſi de eius liberatione, vt dictum eſt in fine pręcedentis cap. Diuiſio

b ¶Ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron &c. Sed quęrit̃ hîc, vbi erant ſenes populi Iſraël, de quibus dixerat dominus ꝙ ingrederentur cum Moyſe ad regem AEgypti, vt dictum eſt. ſ. iij. cap. Dicunt Hebręi, ꝙ remanſerunt ducti timore regis, & propter hoc impediti ſunt accedere ad dominũ cum Moyſe, vt habetur infrà. xxiiij. cap. Sed hoc videtur falſum, quia Aaron qui hîc ingreſſus eſt cum Moyſe, eodem modo tũc impeditus fuit: qa ſol⁹ Moyſes accedere iuſſus eſt, vt ibidẽ dicit̃: & ideo meli⁹ dicitur ab alijs, ꝙ ſenes ingreſſi ſunt ad regem ſicut dixerat dominus, ſed ſolùm ſcriptura facit mentiõem de Moyſe & Aaron, quia erant principales, & quia eis erat commiſſum negotium. Quęſtio D

c ¶Hęc dicit do. in ſua munitione autoritatem domini pmittunt, vt ſit efficacior ad regem inclinandũ: ſed rex ecõtrario rñdit cõtẽptibiliter dicẽs: d ¶Quis eſt dominus vt &c. acſi diceret: non eſt tantę autoritatis, ꝙ debeã ei obedire. Reſpondit etiam infideliter dicens: e ¶Neſcio dñm. licet em̃ deum eſſe (ſecundum Anſelmum) ſit ꝑ ſe notũ, & ꝑ cõſequẽs eius notitia inſerta eſt naturaliter mẽti humanę, hoc tñ eſt inquantũ mens humana deũ eſſe cogitat, id qđ ęſtimat maximũ in entibus, ſed ſub iſta determinatione, ꝙ ſit deus populi Iſraël ꝑ fidẽ & cultũ ſpecialẽ, ꝑut ſonabãt verba Moyſi, deũ eſſe nõ eſt naturaliter notũ, & ſic reſpondet rex: Neſcio dñm, qa AEgyptij infideles & idolatrę exiſtẽtes, colebãt aĩalia tãq; deos. Reſpõdit etiã inobediẽter dicẽs: Et Iſraël nõ dimittã. f ¶Dixerunt exponẽtes cauſam pdictę monitionis. g ¶Deus Hebræorũ voca. nos: cui tenemur obedire. h ¶Vt eamus viam triũ. Iſtud eſt. ſ. expoſitum. iij. ca. Addũt tñ aliq, ꝙ ꝑ tres dies intelligũtur tres mẽſes. qa in tertio mẽſe ab exitu de AEgypto venerũt ad mõtẽ Sinai, vt habet̃. ĩ. xix. ca. et ibi ſacrificauerũt dño. in ſacra enim ſcriptura aliqñ accipit̃ dies ꝑ anno: vt Ezech. iiij. & eodẽ modo dicũt, ꝙ accipit̃ hîc ꝑ mẽſe. i ¶Ne fortè accidat no. &c. q ꝑuenit ex corruptiõe aeris. k ¶Aut gladius. q ꝑuenit ex inuaſiõe hoſtis. l ¶Ait ad eos rex. ſicut durè reſpõderat loquẽdo cõtra dñm, ita durè rñdet loquẽdo cõtra Moyſen & Aarõ dicens:

Quare Moyſes

Moralit. Moraliter a ¶Poſt hæc ingreſſi ſunt Moyſes & Aarõ. & dixerunt Pharaoni. Per Moyſen qui interpretatur extractus de aquis, conuenienter poteſt intelligi ſtatus religionis extractus de delitijs mũdanis. Per Aaron Pontificem intelligitur ſtatus clericalis. exiſtentes autem in hoc duplici ſtatu à domino deſtinãtur vt ꝑ eorũ vitã, doctrinã, & orationẽ populus à ſeruitute diaboli liberet̃. h ¶Vt eamus viã triũ dierũ in ſolitudinem: & ſacrificemus domino. Per hoc autẽ intelligũtur contritio, cõfeſſio & ſatiſfactio, & ſic offert̃ deo ſacrificiũ acceptum: ſeruitus autẽ diaboli conſiſtit in luto, per quod intelligit̃ concupiſcentia carnis, & fornace laterum: per quã intelligitur concupiſcentia oculorũ. Vñ dicit Boetius li. de cõſo. Sęuior ignib⁹ Ethnę, ardet amor habendi. & palea, per quam intelligitur ſuperbia vitę, eò ꝙ rapiatur à vẽto.

Nequaq; vltrâ

b ¶Propheticus & ſacerdotalis ſermo.
a Ægypti: Quare Moyſes & Aaron †ſol a
¶Mundanis.
licitatis populum ab operibus ſuis? Ite ad b
a ¶Terreni laboris.
b ¶Inuidet diabolus, quia creſcit dei populus.
onera ueſtra. Dixitq́ Pharao: * Multus eſt c d
populus terræ: † Videtis quòd turba ſuc- e
creuerit, quantò magis ſi † dederimus eis re
a ¶Vt non exerceatis eos in operibus terrenis.
quiē ab operibus? Præcepit ergo in die f
a ¶Dęmonibus qui præſunt diuerſis vitiis. Quia vi ſæpe mala facere compellunt ſi blanditiis nequeunt.
illo prefectis operum, & exactoribus po-
a ¶Paleæ dabantur, vt admiſtione earum tenacius fieret opus, vel vt ex eis lateres coquerentur, ideo autem maxime in AEgypto lateres fiebāt vt inde ciuitates fierent, quia ibi lapides non abundant.
¶Vilem & paruum victum
puli dicens: Nequaquam ultrà dabitis pa- g
a ¶Fidelium.
b ¶Opera luti & carnis.
leas populo ad conficiendos lateres ſicut
¶Vt undecunq́ acquirant uictum. ¶Quali opera mala non minus faciant.
prius, ſed ipſi uadant & colligant † ſtipu-
lam, & menſurā laterum, quam prius fa-
¶Vt operibus ſuis opprimantur
ciebant, imponetis ſuper eos, nec minue- h
a ¶Gratis habentes victualia.
tis quicquam. Vacant enim, & idcirco uo-
a ¶Recedendo a diabolo. Non enim poſſunt deo ſeruire & mammonæ. Matt. vj. d.
ciferantur dicentes: Eamus ſacrificemus
¶Vt obliuiſcantur deum ſuum.
b deo noſtro. Opprimantur operibus & ex-
a ¶Princeps AEgypti quicquid contra ſe dicitur mendacium dicit.
pleant ea, ut non acquieſcāt uerbis mendā
a ¶Ad tentandum.
c ¶Audítis præceptis magiſtri.
cibus. Igitur egreſſi prefecti operum & ex-
a ¶Dæmones vel iniqui homines.
b ¶Latenter ſuggerendo.
actores ad populum, dixerunt: Sic dicit
a ¶Ipſo nomine terrent.
b ¶Non ingratis amplius benefaciam.
Pharaō: Non dō uobis paleas: Ite & colli-
gite, ſicubi inuenire poteritis, nec minuetur
¶Etiam inuiti de more ſeruietis mihi.
quicquam de opere ueſtro. Diſperſusq́ eſt
populus per omnem terram Ægypti, ad
colligendas † paleas. Præfecti quoque ope-
¶Quaſi ex debito vrgent pro conſuetudine.
rum inſtabant dicentes: Complete opus ue
¶Difficile eſt a conſuetudine recedere.
ſtrum quotidie, ut prius facere ſolebatis,
a ¶Diuerſis perſecutionibus & olim & nunc præpoſiti populi dei afflicti ſunt.
c quando dabantur uobis paleæ. Flagella- i
tiq́ ſunt, qui præerant operibus filiorum
a ¶Dæmonibus vel iniquis hominibus.
Iſrael † ab exactoribus Pharaonis dicenti-
bus: Quare non impletis menſuram la-
terum ſicut prius, nec heri, nec hodie? Ve-
neruntq́ præpoſiti filiorū Iſrael, & uocife- k

E menſiū, qa tertio menſe poſtq́ de AEgypto exierunt puenerunt Sina vbi ſacrificauerunt & legē acceperunt, vbi erectū ē & tabernaculū. ¶Orige. Nūc quoq́ Moyſes, quē habemus nobiſcū: habemus em̄ Moyſen & pphetas .i. lex dei vult te educere de AEgypto, ſi audias eū, vult te longè facere à Pharaone, eruere de ope luti & palearum; ſi tamen audias & ſpiritaliter intelligas. non vult te in carnis & tenebrarum actibus pmanere, ſed exire ad Heremum, ad locū ſ. perturbationibus & fluctibus ſeculi vacuum, & ad quietē ſilentij. Verba enim ſapientię in ſilentio & quiete diſcuntur. In hoc loco poteris domino immolare legem dei & virtutē diuinę vocis agnoſcere. Ideo cupit Moyſes te ejcere de fluctibus negotiorum & ſtrepitu populorum, & de AEgypto .i. de tenebris ignorantię, vt legem dei audias, & lucem ſcientię capias. (Moralit.) a ¶Quare Moyſes & Aaron ſollici. &c. Orige. Dū ſecum eſt populus & lutū aut laterē operat, dū in paleis occupat, nō putat eſſe puerſum, ſed rectè incedere. Si verò dicat, volo ire dierū triū viam & ſeruire domino, puerti populum dicit per Moyſen & Aaron. Hodie quoq́ ſi Moyſes et Aaron .i. propheticus & ſacerdotalis ſermo animam ſollicitet ad ſeruitutem dei, exire de ſeculo: renuntiare omnibus quę poſſidet, attendere legi & verbo dei: continuò audies vnanimes & amicos Pharaonis dicentes: Videte quomodo ſeducuntur homines, & F peruertuntur adoleſcentes, ne laborent, ne militent, ne agant aliquid q́ proſit, relictis rebus neceſſarijs ineptias ſectani et otium. Quid eſt ſeruire deo? laborare nolunt, & otij occaſiones quęrunt: hęc erant tunc verba Pharaonis, hęc & nunc amici ei9 loquuntur, nec ſolùm verbis: ſed & verberibus perſequuntur: flagellari iubet ſcribas Hebręorum, paleas non dari, opus exigi, hęc paſſi ſunt patres & nunc dei populus patitur. Qui ſe ex integro principi huius mūdi tradiderūt, proſperè agūt, omnia, vt putant feliciter eueniunt. Serui autem dei, etiam victus paruus & humilis non ſuccedit. Hę ſunt enim paleę, quę dabantur à Pharaone. vñ quidam fatigati dicunt ad Pharaonem, quid tu affligis populum tuū? Superati enim verberibus à fide cadunt & confitentur ſe eſſe Pharaonis populum. non enim omnis qui ex Iſraël, hi ſunt Iſraëlitę. (Myſtice.) b ¶Opprimantur operibus & expleāt ea etc. Ex quo loqui cœpit Moyſes ad Pharaonem, magis affligitur populus dei, ex quo in animam ſermo dei peruenit. Diabolus acrius inſurgit, & maiora vitia immittit. Prius enim quàm ſermo dei veniret qui argueret vitia, in pace durabant. At vbi venit, turbatio magna conſurgit. c ¶Flagellatiq́ ſunt q etc. Filij Iſraël grauius attriti ſunt, poſtquam de AEgypto egredi ſtatuerunt, quia qui mundo & prauis operibus renuntiare volunt, ſęuioribus tentationibus à diabolo impugnantur. ⁓ videat dominus &c.

*Nicolaus de lyra.*

⁓ a ¶Quare Moyſes & Aaron ſollicitatis populum? Imponēs eis q

Imponens eis q velint mouere ſeditionē, & ſic agere contra regiā maieſtatem. G b ¶Ite ad onera veſtra. Ex quo patet q erat eius intentio, vt affligerentur oneribus, ſicut & alij: ſed populus eis & alijs ſenibus parcebat de labore manuali. Numerus enim determinatus laterum imponebatur populo per ſingulos dies vt patet ex ſequentibus, & communis populus maiori labori ſe ſupponebat, ad reddendum numerum prędictum, vt Moyſes & alij prędicti eſſent à tali labore liberi. († ceſſare facitis) c ¶Dixitq́ Pharao. Hîc deſcribitur aggrauatio regis: (Diuiſio) & primò ſuper populum in generali. ſecundò ex hoc conſequenter oſtenditur afflictio Moyſi, ibi: Occurreruntq́. (* Ecce iam) Circa primum tangitur cauſa aggrauationis, cùm dicitur. d ¶Multus eſt populus terræ .ſ. filiorum Iſraël. (Queſtio) e ¶Videtis q turba ſuccreuerit. Sed quęritur quomodo hoc poteſt eſſe, quia edictum fuit à rege de maſculis ſubmergendis: († & adhuc ceſſare facitis ab oneribus ſuis) vt prędictum eſt .j. cap. Dicendum, q illud edictum tanquam nimis crudele fuerat reuocatum. († dederitis) e ¶Quanto magis ſi dederitis eis requiem ab operibus. Acſi dicerent: ex hoc lucidè patet, quòd ſunt magis operibus affligendi, vt ſic minus poſſint vacare generationi. f ¶Pręcepit ergo in die illo præfectis operum et exactoribus populi dicens. († ſtipulas) Hîc dicit Andreas, quòd exactores & pfecti erāt idē homines & idem officium habentes: H ſed hoc patet falſum ex hoc quod ſequitur poſtea: Flagellatiq́ ſuntqui præerant operibus filiorum Iſraël ab exactoribus Pharaonis. Non eſt veriſimile, quòd flagellarentur ab AEgyptijs, ſi eſſent AEgyptij. & ideo dicendum, quòd pręfecti erant de filijs Iſraël, & erant conſtituti vt populum ad laborem inducerent, vt numerum laterum exactoribus redderent qui erant AEgyptij. (Moralit.) g ¶Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres. De ſumptu regis ſicut prius ad conficiendos lateres. Paleę enim dicuntur quicquid remanet de meſſe excuſſo grano, & talia commiſcebātur cum luto, vt lateres fortiores eſſent. ex talibus autem fiebant ędificia in AEgypto, quia rari lapides ſunt ibi. († quiſquilias pro palea) h ¶Nec minuetis quicq́. De magnitudine laterum nec multitudine, prius impoſita. i ¶Flagellatiq́ ſunt qui præerāt operib9. qa non poterant reddere nūerū conſuetum exactorib9. k ¶Vociferati ſūt. Cū clamore magno & miſerabili, vt regē flecterūt ad pietatē. Et iniuſtè ⁓

* g ¶Nequaquam vltrà dabitis paleas etc. (Moralit.) Diabolus enim exaſperatus contra volentes exire de ſeruitute eius, aliquando ſubtrahit paleam .i. vanam gloriā, vt per hoc aggrauet ſuam ſeruitutem .ſ. inquantū hęc gloria impedit aliquando grauius peccatum, ſicut gloria de fama († quos conſtituerāt ſuper eos exactores Pharaonis dicētes) honeſtatis impedit vitiū fornicationis, vt habetur in collationibus patrū collatiōe Serapionis abbatis. & ideo ſubtracta dicta glia, per hoc q hō nō curat de fama honeſtatis vel eā parū reputat, labit̄ in peccatū fornicatiōis vel adulterij qđ p infamiā facit odorē fœtidū. ideo poſt ſubtractionē palearū ſubdit̄: Fœtere feciſtis odorem nr̄m.

A Moralit. ☞ ¶ a Videat do.&c. Greg. Mo. Cū lux diuina cor humanum illuſtrat, mox à diabolo ſuccreſcunt tentamenta, vt plus tentatiōibus ſe vrgeri ſentiat, q̄ cùm lucis internę radios neſciebat, vnde Iſraëlitę poſtquam vocati ſunt contra Moyſen decreſcente labore conqueruntur dicentes: Videat dn̄s &c. Volentibus em̄ ex AEgypto diſcedere paleas Pharao ſubtraxerat, & eiuſdem menſurę opera requirebat. Quaſi ergo contra legem mēs ſubmurmurat, poſt cuius cognitionem tentationum ſtimulos acriores portat. & in eo q̄ aduerſario diſplicet, videns ſibi creſcere labores, quaſi fœtere ſe in oculis Pharaonis dolet.

Allegorice. b ¶ Quoniam fœtere &c. Orig. Verum dicunt, q̄uis neſciant; Sicut Cayphas qui ait: Expedit vt vnus moriatur pro populo, quid diceret, neſciebat. (Ioh. xi. f.) Sicut em̄ apoſtolus ait: Chriſti bonus odor ſumus, alijs in vitam alijs in mortem. (2. Co. 2. d) Ita propheticus ſermo ſuauis odor eſt credentibus, dubijs verò & incredulis, et qui fatentur ſe populum Pharaonis, odor execrabilis efficitur. Ipſe quoq̄ Moyſes dicit domino. Ex quo locutus ſum cum Pharaone, afflixiſti populum tuum, quia anteq̄ ſermo dei audiat, non eſt tribulatio vel tētatio, ſed vbi ſignum belli tuba p̄dicationis oſtēderit, tribulationum pugna conſurgit. Ex quo ergo loqui cœpit Moyſes & Aaron ad Pharaonē, affligit ppl̄s dei. Ex quo in animam tuā ſermo dei p̄latus eſt: certamē intra te virtutibus cōtra vitia ſuſcitat, quę prius intra te in pace durabāt. Sed vbi facere cœpit ſermo dei cuiuſq̄ diſcrimen, turbatio magna conſurgit, & ſine fœdere naſcitur bellum: quia iniuſtitia iuſtitię non conuenit, nec ſobrietati ebrietas, vel veritati mēdacium. Ideo non turbemur, ſi videmur odor execrabilis Pharaoni. Execratio enim vitij dicitur virtus.

B Sed ſicut ſtetit Moyſes ante Pharaonē, ſtemus & nos nō flectamur: (Eph. 6. c.) ſuccincti lumbos in varietate, & calciati pedes in pręparatione euangelij pacis. Stamus autem confidenter ſi dominum deprecamur, vt ſtatuat pedes noſtros ſuprà firmā petram, ne moueantur pedes noſtri. Stemus autem .i. obſiſtamus, ſecundum illud .j. Petr. v. c. Cui reſiſtite fortes in fide: vt citò conteratur Sathanas ſub pedibus noſtris. Quantò enim nos conſtanter & fortiter ſtamus, tantò Pharao infirmius. Si autem infirmi vel dubij eſſe cœperimus validior fiet. Cùm enim eleuaret Moyſes manus, vincebatur Amalech, cùm quaſi laſſas dejceret, inualeſcebat. (Exo. 17. c.) Nos ergo in virtute crucis Chriſti extollamus brachia, & leuemus in oratione ſanctas manus, vt dei auxilium mereamur. Hinc Iacobus ait. Iacob. iiij. Reſiſtite diabolo & fugiet à vobis. Agamus ergo vt non ſolùm fugiat, ſed conteratur ſub pedibus noſtris extinctus in profundo abyſſi. Nos autem ſi recedamus de AEgypto vitiorum, fluctus ſeculi, tanq̄ iter ſolidum euadimus per Ieſum Chriſtum. c ¶ Domine cur afflixiſti populum iſtum? Auguſt. Non ſunt hęc verba contumacię vel indignationis, ſed inquiſitionis & orationis, ſicut ex his apparet, quę dominus reſpondit. Non enim arguit infidelitatē eius, ſed quid ſit facturus, aperuit.

Margin: † peccātum populi tui .i. vt Chal. peccat ſup eos populus tuus, vel punitur populus tuus. — † q̄ affligerentur, vel q̄ nō melius ageret cum eis. — * ſuper nos

rati ſunt ad Pharaonem dicentes:
a ¶ Victi verberibus dicunt ſe eſſe populum Pharaonis qui ad tempus credunt & in tempore recedunt tentationis.
Cur itā[a] agis contra ſeruos tuos?
Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperantur.
a ¶ Famulos ſe fatentur, ne torqueantur.
En fā[a]muli tui flagellis cędimur, ēt † in[a]iuſtè [a] agitur cōtra populum tuū.
a ¶ Quaſi parce populis tuis.
a ¶ Ab exactoribus.
Tanq̄ dicat beneficiū ſubtraho: quia non agnoſcitis.
Qui ait: Vacatis otio *: idcirco dicitis: Eamus & ſacrificemus domino. Ite ergo & operamini. Paleæ non dabuntur uobis, & reddetis conſuetum numerum laterum. Videbántque ſe præpoſiti filiorum Iſraël in malo: † eò quòd diceretur eis: Non mi[a]nuetur q̄uicquā de lateribus per ſingulos dies. Occurrerūtq̄ Moy[b]ſi & Aaron, qui ſtā[a]bāt ex ad[b]uerſo, egredientes à Pharaone. & dixerunt ad eos. Videat dominus* [d] & iudicet, quoniam fœtere feci[e]ſtis odorem noſtrum corā Pharaone & ſeruis eius, & prębuiſtis [f] ei gladium, ut occideret nos. Re[g]uerſusq̄ Moyſes ad dominū, ait: [c] Domine, cur afflixiſti populum [h] [i] † iſtum? Quare miſiſti me? Ex eō [k] enim, quo ingreſſus ſum ad Pharaonem, ut loquerer ex nomine tuo, afflixit populum tuum: & non liberaſti eos.

a ¶ Continue vult diabolus & miniſtri eius opera mala fieri, vt vſu & cōſuetudine trahatur q̄ſq̄.
a ¶ Immobiles in tentatione. ¶ Quaſi contrarij puſillanimitati eorum. b ¶ Quia nolunt eſſe cum Pharaone viri Iſraelitæ.
¶ Sermo propheticus & ſacerdotalis incredulis, & qui ſunt populus Pharaonis odor execrabilis efficitur. ¶ Odioſos nos feciſtis.
¶ Cauſam occaſionis.
a ¶ Ex quo in animam tuam ſermo dei prolatus eſt certamen intra te virtutibus contra vitia ſuſcitatur.

*Nicolaus de Lyra.*

te a ¶ Et iniuſtè agitur contra populum tuum. Non dixerunt iniuſtè agis, ne regem offenderent, vel honori regio detraherent, ſed dicunt: Iniuſtè agitur: ſcilicet ab actoribus tuis, & contra intentionem tuam, ſed per hoc non inuenerunt aliquam gratiam, & patet litera. b ¶ Occurreruntq̄ Moyſi. Hic conſequenter oſtenditur afflictio Moyſi & Aaron in ſpeciali. & primò ponitur dicta afflictio. Secundò diuina conſolatio, in principio. vj. ca. Afflictio aūt Moyſi oſtēditur conſequēter ex afflictiōe populi, cùm dicitur: Occurrerūtq̄ Moyſi. ſcilicet prępoſiti filiorum Iſraël. (Diuiſio) c ¶ Qui ſtabant ex aduerſo &cæ. Dicunt aliqui, q̄ poſtq̄ Moyſes & Aaron fecerūt monitionē pręd ictam egrediebantur à Pharaone, & Pharaone, et præpoſiti tūc ingrediebantur. & ſic ex aduerſo veniebant iſti obuiam illis & ſic ly egredientes à Pharaone, refertur ad Moyſen & Aaron, ſed hoc videtur falſum: quia poſt monitionem factam à Moyſe Pharao aggrauauit iugū populi: et flagellati fuerūt præpoſiti p̄dicti eò q̄ nō reddebāt numerū impoſitū, p̄pter quod iuerunt ad clamandum cum Pharaone, vbi durum reſponſum habuerunt, ex quibus patet, q̄ inter monitionem factā p Moyſen & Aaron, & acceſſum prępoſitorū ad clamandum corā Pharaone fluxerunt plures dies. & ideo li egredientes à Pharaone, non refertur ad Moyſen & Aaron, ſed ad prępoſitos pręd ictos, quorū egreſſum à Pharaone Moyſes & Aaron expectabant, ſtantes extra domum regis, vt ſcirent quale reſponſum habuiſſent, tanq̄ curam habentes de bono populi. & ideo quando ſciuerunt, q̄ prępoſiti filiorum Iſraël iuerunt ad Pharaonem, ipſi ſecuti ſunt eos expectantes extra domum regis exitum illorum, vt ſcirent regis reſponſum. (C) (* et) d ¶ Videat dominus & iudicet. id eſt puniat malum, qđ feciſtis nobis. e ¶ Quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrū. & cæt. id eſt nos abominabiles & odioſos reddidiſtis. f ¶ Et prębuiſtis ei gladium, id eſt occaſionē affligendi nos laboribus vſq̄ ad mortem. g ¶ Reuerſusq̄ Moy. &c. Vbi apparet patientia Moyſi, qui q̄uis eſſet ſuperior dictis prępoſitis, tamen verba eorum dura & pungitiua patienter ſuſtinuit, quia videbat eos in paſſione poſitos, ex quo habent ſuperiores exemplum ceſſandi à correctione ſubditorum in paſſione poſitorum, donec tranſeat paſſio, niſi periculum in mora probabiliter timeatur. (Nota, dum furor incurſu eſt currē ti cede furori.) h ¶ Domine cur afflixiſti, id eſt, affligere permiſiſti. i ¶ Populum iſtum. Ex quo apparet charitas Moyſi, quia non ſolum pungentibus eum non reſpondit, ſed etiam pro eis orauit: (D) k ¶ Quare miſiſti me? Quaſi diceret, ad liberandum eos me miſiſti, & ipſi econtrario magis q̄ prius, ſunt afflicti.

*ADDITIO*

¶ In ca. v. vbi dicitur in poſtilla: Hęc dicit dominus, in ſua monitione autoritatem domini pręmittunt.

*ADDITIO*

Verba Pharaōis dicētis: Quis eſt dominus? Ab expoſitoribus Hebręorum non intelliguntur contemptibiliter, ſed ſolùm interrogatiuè dicta, & eſt ratio. Nam ipſi propoſuerunt Pharaoni nomen domini. Tetragrammaton, vbi em̄ dicitur: Hęc dicit dn̄s, ponitur illud nomē. Pharaoni verò pręd ictū nomen erat penitus ignotū: cū etiam ipſi Moyſi fuerat nouiter reuelatū, vt dictū eſt: vnde dicit: Neſcio dn̄m nec Iſraël dimittā, quaſi diceret: Loquimini mihi ex parte cuiuſdam ignoti: vnde & nō faciā quę petitis. Ipſi verò reſponderunt proponentes, non primum nomē, ſibi ignotū, ſed aliud nomē qđ ſibi innoteſcebat: & hoc cùm dicit: Deus Hebręorū vocauit nos. genus enim Hebręorū notū erat apud AEgyptios. Dicebat enim filia Pharaonis de pueris Hebręorū: De infantibus Hebręorū eſt hic, ſuprâ. ij. ca. & ſic ſciebat etiam eos habere ritum circunciſionis, & per conſequens habere deum ſeparatum à dijs AEgyptiorum, qui colebāt animalia tanq̄ deos: & ideo cum Pharao rationabiliter quęſiuiſſet: Quis eſt dominus? ignorans penitus hoc nomen: ipſi congruè ſatiſfaciebant ei dicentes: Deus Hebręorum vocauit nos, quaſi dicerent, licet non cognoſcas deum ſub primo nomine, ſaltem cognoſcas ſub ſecundo ſcilicet deus Hebręorum: ſed doctores noſtri communiter exponunt pręd icta verba Pharaonis contemptibiliter dici & inobedienter, quod magis conſonat literę. Nam poſt ſecundam propoſitionem, in qua nomen ſibi quodammodo notum propoſuerunt, magis & magis induratus eſt aggrauans populo onera: vt infrâ continetur. († tuum)

Caput. VI.

E Dixit dñs ad Moyſen: a ¶ Nō indicaui eis. Sicut tibi. p ſucceſſiones em̄ ętatū creuit diuinę cognitiōis augmētū. Apparuit dñs Abrahæ, locut⁹ eſt facie ad faciē cū Moyſe. Dauid verò ait, Pſalm. cxviij. n. Super ſenes intellexi & cæte. Apoſtoli dei filium præſentem cernebant, & quicquid volebant interrogabant, quibus etiam dicitur Lucæ. x. d. Multi reges & prophetæ & cætera.

De ergaſtulo

Cap. VI.

Dixit dominus ad [a] Moyſen: Nunc [b] uidebis quæ facturus ſum Pha- [c] raoni. Per manum enim fortem [d] dimittet eos, & in manu robuſta [e] eiiciet illos de terra ſua. Locutúſque eſt dominus ad Moyſen di- † cens: Ego dominus, qui apparui [f] Abraham, Iſaac, & Iacob in deo omnipotente: & nomen meum † Adonai non indicaui eis. Pepigique cum eis fœdus: ut darem illis terram Chanaan, terram peregrinatiōis eorū: in qua fuerūt aduenę. Ego* audiui gemitū filiorū [g] Iſraël, q̄ Ægyptij ōppſſerūt eos, [h] & recordat⁹ ſum pacti mei. Ideo

¶ Mirabilia.

a ¶ Potentiam diuinam. ſ. filiū q eſt virtus & ſapientia patris.

a ¶ Quia nulla conuentio iuſtitiæ cum iniquitate. ¶ Perſequendo de ciuitate in ciuitatem.

a ¶ Antiquæ promiſſionis facit mentionem tanquam in proximo completurus.

a ¶ Quod interpretatur generaliter dominus: & eſt ſeptimum in decem dei nominibus. b ¶ Sicut tibi.

a ¶ Terram viuentium, ſcilicet quam ſignificat terra Chanaan.

¶ Exaudiui.

a ¶ Id eſt dæmones. ¶ Rectores tenebrarum harum vel iniqui homines.

¶ Promiſſionis.

NICO. DE LY.

Caput. VI.

Dixit dñs ad Moyſen. Hic cōſequēter deſcribit ipi⁹ Moyſi cōſolatio. Et primò circa eū oſtēdit dei cōſolatio benigna. Scd'ò deſcribitur ipſius Moyſi genealogia, ibi: Iſti ſunt principes domorum. Adhuc circa primū primò p̄mittit diuina conſolatio. Secūdò eiuſdē cōſolationis relatio, ibi: Narrauit ergo Moyſes. Circa primum conſiderandū q̄ dñs videns Moyſen afflictum, tum ex grauamine populi; tum ex eo qd' imponebat ſibi, conſolatur eum dicens: b ¶ Nunc videbis. i. citò. c ¶ Quę factur⁹ ſum Phar. ſ. mirabilia aliàs inaudita. d ¶ Per manum enim fortem, id eſt per potentiam meam eum fortiter flagellantē. e ¶ Dimittet eos. ſ. filios Iſraël, quos nunc fortiter retinet, & violenter, & nō ſolùm dimittet, ſed etiā eijciet eos de terra ſua. qa AEgyptij de morte primogeniti territi cogebant filios Iſraël exire, vt habet. j. xij. ca. f ¶ Ego dñs qui apparui Abra. &c. nō indicaui eis, quia dñs volebat conſolari Moyſen, vt dictū eſt, inſinuat ei q̄ ſit ei datur⁹ clariorē ſui cognitionē, q̄ patribus p̄teritis. Iſtud F tū variè exponit à doctoribus catholicis & Hebręis. Dicunt igit aliqui doctores catholici, q̄ hoc nomē Adonai, ſignificat generale dominium: licet aūt patribus p̄cedentibus Moyſen oſtenderit ſe dominū totius creaturę, nō tū ita pfectè ſicut Moyſi p trāſmutationē creaturarū, vt virgę in ſerpentem & econuerſo, & fluminis in ſanguinem, & alijs ſignis mirabilib⁹, in quibus oſtenditur dñium dei ſuper creaturas obediētes ei ad nutū contra naturę curſum: ſed hoc non videt ſufficienter dictum, quia ipſi Abrahę oſtendit ſimilia conuertēdo vxorem Lot in ſtatuam ſalis, & in deſcenſione ignis contra naturā ſuper Sodomam & Gomorrā: vt habetur Gen. xix. f. & in multiplicatiōe aquarum. xv. cubitis vltra cacumina montium tēpore diluuij, & in creatione mūdi de nihilo; quę omnia notificata fuerunt Abrahæ ab ipo deo. Item hoc nomē Adonai, qd' ſignificat generale dñium, nō ponitur hic in Hebræo, cū dicitur: Nomē meum magnū &c. ſed ibi eſt nomen dñi tetragrammaton. Veruntamen, quia iſtud nomē apud Hebręos tantę ſanctitatis reputat, q̄ nō debeat nominari niſi à ſummo ſacerdote, & ſolū in benedictiōibus fiendis in templo, ideo loco illi⁹ nois pronuntiat hoc nomē Adonai, ſicut ſi apud nos hoc nomē de⁹, ppter ſui ſanctitatē nō eſſet licitū nominare: & loco illius vbicūq; inueniret ſcriptū, pnūtiaret hoc nomē dñs. & hoc modo trāſlatio noſtra hic habet hoc nomen Adonai, loco nominis domini tetragrāmaton. nomē autē domini tetragrāmaton nō ſignificat dominium, vt videbitur: & ideo p̄dictus modus dicendi pcedit ex ignorātia idiomatis Hebręi, quia accipit nomen, qd' pronuntiatur loco illius quod ſcribitur. Sciendum igitur, quòd ad videndum quid dicendum ſit de ſignificatione nominum Hebraicorum: videtur recurrendum ad doctores Hebræos antiquos. Dicit enim Ra. Moyſes loquēs de diuinis noib⁹, q̄ in veteri teſtamēto cōtinent, q̄ aliq̄ noīa de deo dicunt p reſpectū ad creaturas: vt creator dominus & ſimilia. Alia aūt dicunt de deo per modū qualitatum circa diuinā eſſentiā, vt ſapiens, bonus, omnipotens, & ſitia, & alia p modum quātitatū, vt immēſus, incircūſcript⁹, & per modū aliarū proprietatū, licet tranſeant in diuinā ſubſtantiā, quantū ad rem ſignificatam, ſed nomē dñi tetragrāmaton ſignificat diuinā eſſentiam purā & nudam, prout in ſe exiſtit, circumſcripto omni alio, & ideo eſt nomen incōmunicabile appropriatum ſoli deo, quia ſignificat veritatem diuinę eſſentię in ſe. Hoc igitur ſuppoſito dicit Ra. Sa. Hebrę⁹, quòd hoc nomen ſignificat veritatem diuinę naturę, ad veritatem autem pertinet

Diuiſio

Adonai

Rabi Moyſes loquens de diuinis nominibus

autē pertinet impletio dicti ſui vel pmiſſi, ideo dicitur hic: Nomen meum magnū, ſcilicet tetragrāmaton, qd' veritatē importat, non indicaui eis: quia in diebus eorū nō impleui pmiſſum, qd' eis feci de terra Chanaan ab eis poſſidēda, quia nō habitauerunt in ea, niſi tanq̄ peregrini: ſed nunc ad hoc te miſi, vt impleā illud promiſſum, et G ſic oſtendam me eſſe veracem in promiſſis implendis. & litera ſequēs huic expoſitioni cōcordat, quę facit mentionē de dicto promiſſo & de eductiōe populi Iſraël de AEgypto: & introductione ipſius in terram patribus promiſſam: vt patet literam intuenti. Sed iſta expoſitio adhuc non videtur ſufficiēs, quia veritas prout importat impletionem diuini promiſſi non ſignificat diuinā naturā in ſe: ſed magis ſecundū reſpectū ad creaturā. vnde ſic accipit pro fidelitate ad aliū, inquātū implet promiſſum ei factum: & iſta expoſitio non accipit ſignificationē nominis dei tetragrammaton, prout Ra. Moyſes eā exponit. Itē dictum promiſſum patribus factū de terra Chanaan poſſidenda à filijs Iſraël, non fuit impletum tempore Moyſi, quia illā non intrauit morte præuētus, vt patet Deut. vlti. b. & ideo aliter dicūt alij, q̄ dominus apparēs patribus pręcedētibus Moyſen, nō nominauit ſe eis ſub noīe dñi tetragrāmatō, ſed hoc patet falſum Ge. xv. b. vbi dominus apparens Abrahę dixit ei: Ego ſum dñs qui eduxi te de Hur Chaldęorū. In Hebręo loco huius nominis dñs, habetur nomē dñi tetragrāmatō. Propter qd' aliter dicendū. Suppoſita ergo ſignificatione nominis dñi tetragrāmaton p̄dicta, dicēdū q̄ deus indicauit hoc nomē Moyſi, non ſolū quantùm ad vocē, ſed etiā quantū ad ſignificatū, qd' eſt pprię īdicare nomē aliqd': & hoc primò indicauit Moyſi, quādo dixit ei: Ego ſum, q ſum, vt dictū eſt ſuprà. iij. ca. qa p hoc nomē ſignificat neceſſitas & ſtabilitas eſſendi & plenitudo ipſius eſſe, qa per hoc importat quoddā pelagus ſubſtantię infinitū, vt dicit Damaſcen⁹. & hoc eſt ppriū diuinę eſſentię, & cōpetit ei circūſcripto oī alio: nec ſignificatur per modum cuiuſdam diſpoſitionis diuinę eſſentię, ſicut ſapientia & potentia & ſimilia. Secundo oſtendit ei clari⁹, quando in raptu ei conceſſum eſt videre diuinā eſſentiā nudè & clarè, ſcd'm qd' dicit Aug. xij. ſup Ge. & ad Paulinā in li. de vidēdo deū. Hoc etiā videt p hoc qd' dicit Num. xij. b. de Moyſe, palam & nō per ęnigmata & figuras deū videt. Neutro autē prędictorū modorū legit de⁹ loquēs patrib⁹ pręcedentib⁹ Moyſen, ſignificatū nominis dñi tetragrāmaton ſic indicaſſe, ſed vſus eſt nomine vel potius ſignificato nois importāte reſpectū ad creaturam, ſicut Gene. xlvj. a. dixit Iacob: Ego ſum fortiſſimus deus patris tui. & Gene. xv. a. dixit Abrahæ: Ego dominus omnipotens: ambula corā me. &c. vnde & Gen. xv. b. qn̄ loquendo Abrahæ vſus eſt nomine dñi tetragrāmaton, vt prędictū eſt, nō tū ſignificatū propriū expſſit, ſed magis p nomē importās reſpectū ad creaturā determinauit dicēs: Ego dominus q eduxi te de Hur Chaldęorum. Similiter nulli eorū oſtendit eſſentiā ſuā clarè ſicut Moyſi. & ideo bene dicit hic: Apparui eis in deo omnipotente. i. indicaui me eis ſub nomine importāte reſpectū ad creaturā. Et nomē meū Adonai. i. tetragrāmatō, non indicaui eis ſicut Moyſi, modis prędictis. g ¶ Ego audiui ge. &c. oppreſſerunt eos. id eſt cōſideraui afflictionem, qua AEgyptij fecerunt eos gemere. h ¶ Et recor. ſum pacti mei: id eſt ad modum recordantis me habui: quia obliuio non cadit in deo nec recordatio, ſed modus obliuiſcentis fuit in eo, anteq̄ iuuaret eos: & modus recordantis, quando cœpit eos adiuuare.

Adonai יהוה magnū eſt dei nomen ineffabile.

* etiam H

Educam vos de

Moraliter. Dixit dñs ad Moyſen. † ¶ Locutuſq; eſt dominus &c. per quem figuratur prædicator euangelij. Nam ſicut lex vetus fuit figura no. teſt. j. Corin. x. c. Omnia in figura contingebant illis. Ita Moyſes legiſlator prædicatorem euangelij figurauit. f ¶ Ego do. qui appar. &c. Sequitur: † ¶ Et nomen meū &c. Per qd' deſignatur q̄ deus clariorē ſui cognitionē dedit apoſtolis, qui fuerunt prędicatores euāgelij, q̄ patrib⁹ ve. teſta. Lucę. x. d. Multi reges & prophetę voluerunt videre quę vos &c. Nā myſterium incarnationis & redemptionis ab antiquis patribus fuit multùm deſideratum, ſed apoſtolorū tempore fuit impletū. Sequit

Moraliter.

† Ego dñs qui

A ¶a De ergaſtulo. Ergaſtulũ & ergaſteriũ idẽ eſt opatoriũ.i.vbi rei ad opera faciẽda religabant. b ¶Nõ acquieuerũt &c. Nota dei clemẽtiã, nõ creditur à filijs Iſraël, & tñ mouere nõ ceſſat. Cõtẽnit à Pharaõe, & lõganimiter expectat. c ¶Ecce filij &c. Aug.lxx. Ecce ego grarili voce ſum: & quomodo exaudiet me Pharao. Nõ videt tñ ꝓpter multitudinẽ populi excuſare ſe de vocis gracilitate, ſed etiã ꝓpter vnũ hominẽ. Miri ſi tam gracilis vocis fuit, vt nec ab imo poſſet audiri. An forte regi⁹ faſtus nõ ꝯmittebat eos de proximo loq. d ¶Iſti ſunt principes. &c. Aug. Volens ſcriptura originẽ Moyſi demõſtrare, quod eius actio expetebat, à primogenito Iacob.i. Ruben cœpit, inde ad Simeon, inde ad Leui vltrà progreſſum non eſt, quia ex Leui Moyſes. Hi autem commemorantur, qui iam memorati fuerant in illis.lxxv.in quibus Iſraël intrauerit in AEgyptum. Nõ enim primam vel ſecundam, ſed tertiam tribũ.i. Leuiticam voluit de⁹ eſſe ſacerdotalem. ¶Gilbert⁹. Nõ primã tribũ vel ſecũdam, ſed tertiam elegit deus in ſacerdotium: quia in nomine ſanctę trinitatis cõſecrati ſunt ſacerdotes: vt fidẽ trinitatis in ſe ſeruare & alios student docere: & quia numero deus impari gaudet. e ¶Amram. Stra. Amram interpretatur pater excelſus, qui ſignificat Chriſtum. Iochabet dei gratia, quę ſignificat eccleſiam. Ex Chriſto & eccleſia naſcitur Moyſes.i. lex ſpiritualis, & Aaron ſcilicet verum ſacerdotiũ. ☞ Accepit autem

Margin: Ergaſtulũ. Nota. † oneribus & infrà. Virgili⁹ in bucco. B † ſeruitutẽ duram.

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Educam vos de ergaſtulo. Ergaſtulum locus eſt, vbi coguntur captiui operari & laborare: & dicitur ab ἐργάζομαι, quod eſt operor, & ad ſimilitudinẽ huius, locus vbi filij Iſraël cogebantur laborare in luto & in latere vocabatur ergaſtulum. b ¶Ac redimam in brachio excelſo. Ac ſi diceret, non in pecunia pro redemptione veſtra dãda, ſed per ſigna virtutis meę oſtenſiua. c ¶Et iudicijs magnis: id eſt plagis iuſto iudicio meo AEgyptijs infligẽdis. d ¶Et aſſumam vos mihi in populum, & ero veſter deus. Quod factum fuit, quando dedit eis legem & ipſi receperunt eam. e ¶Et ſcietis. Per experientiam beneficiorum meorum. f ¶Qui eduxerim vos de ergaſtulo AEg. & cæte. Et induxerim vos in terram ſuper quam leuaui manum meam, id eſt iuraui. g ¶Vt darem eam Abraham. De quo iuramento habetur Gene.xxij.c. vbi dicitur Abrahæ, Per memetipſum iuraui dicit dominus & cætera. h ¶Narrauit. Hîc ponitur dictę conſolationis diuinę relatio, cũ dicitur: Narrauit ergo Moyſes omnia prædicta domini verba. i ¶Filijs Iſrael. Ad eorum conſolationem. k ¶Qui non acquieuerunt ei. Hoc non eſt intelligendum de ſenſibus populi, ſed de populo communi, qui magis attendebat afflictionem laboris præſentis ꝙ verba Moyſi conſolãtis. l ¶Ecce filij Iſraël non me audiunt & cætera. Locus eſt à maiore negando. m ¶Præſertim cũm

a ¶Spiritualiter vel ad literam.

dic filijs Iſraël: Ego dominus, qui edu- a

a ¶A tentationibus mundi, in quibus tribulantur ſancti. b ¶Mundo vel corpore humano, quod cuiuſq; animæ ergaſtulum eſt.

a cam uos de † ergaſtulo Ægyptio-

a ¶Corporali vel ſpirituali. b ¶Pretioſo ſanguine filij.

rum, & eruam de ſeruitute*: ac redi- b

a ¶Potentia manifeſta incarnato filio. b Alias extento.

mam in brachio excelſo, & iudicijs c

¶Dato pretio.

magnis, & aſſumam uos mihi in po- d

a ¶Fidelem obedientem. b ¶Iuſtus miſericors. c ¶Experimento cognoſcetis.

pulum, & ero ueſter deus. Et ſcie- e

tis, quòd ego ſum dominus deus ueſter, qui eduxerim uos de ergaſtulo f

¶Viuentium.

Ægyptiorum: & induxerim * in ter- †

a ¶Leuatam oſtendi. Exaltaui in cruce filium. b ¶Potentiam.

ram, ſuper quam leuaui manũ meam:

a ¶Iurando patribus. b ¶Fidelibus Abrahæ imitatoribus. c ¶Rectam ſpem tenentibus: quam ſignificat Iſaac. d ¶Charitatem amplectentibus, quæ in Iacob ſignificatur.

ut darem eam Abraham, Iſaac, & Ia- g

a ¶Gratis b ¶In æternum.

cob: daboq; illam uobis poſſidendam

a ¶Quaſi facere poſſum, quod promitto. b ¶Medius inter deum & populum.

ego dominus. Narrauit ergo Moyſes h

a ¶Nihil de mandatis dei prætermittendum eſt.

b omnia filijs Iſraël, qui non acquieue- i k

a ¶Bellum vitiorum ſignificat.

runt ei propter anguſtiam ſpiritus, &

a Nihil durius ꝙ dæmonibus in operibus carnis ſeruire.

† opus duriſſimum. Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen, dicens: Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægy

a ¶Deum videntes b ¶Carne vitiis dedita, vel conuerſatione mundana.

pti: ut dimittat filios Iſraël de terra

¶Sancti coram domino loquuntur, alij retro, quia non audiuntur.

ſua. Reſpondit Moyſes corã domi-

a ¶Qui debent tanq; filij dei. b ¶Auribus cordis.

no: Ecce filij Iſraël non me audiunt: l

a ¶Qui ſemper aduerſatur.

& quomodo audiet Pharao, præſer- m

a ¶Circunciſio ſpiritualis omnium membrorum vitia abſcindit.

tim cùm ſim incircuncíſus labijs? Locu n

a ¶Per eos. Lex enim & prophetæ docent populum quæ facienda vel fugienda ſunt & increpant diabolum.

tuſq; eſt dominus ad Moyſen & Aarõ: & dedit mandatum ad filios Iſraël, & o ad Pharaonem regem Ægypti, ut p educerent filios Iſraël de terra Ægy-

d pti. Iſti ſunt principes domorum per q familias ſuas. † Filij Ruben primoge- r niti Iſraël: Henoch & Phallu, Heſron & Charmi. Hæ cognationes Ruben. Filij Simeõ, Iamuel, & Iamin, et † Ahod

¶Alis Saber ¶id eſt Chananæi.

& Iachĩ, & Sohar, & Saul fili⁹ Chananitidis. Hæ progenies Simeõ. Et hæc noĩa filiorũ Leui per cognatiões ſuas, Gerſon, & Caath, & Merari. Anni aũt uitę Leui fuerũt cẽtũ trigintaſeptẽ. Filij Gerſõ: Lobni, & Semei ꝑ cognatiões

e ſuas. † Filij Caath: Amrã, & Iſaar, & Hebrõ, & Oziel. Anni quoq; uitę Caath cẽtũ trigintatres. Filij Merari: Mooli,

Margin: †Abod

cũm ſim incircuncíſus labijs &c. Incircuncíſus labijs propriè dicitur q verbis ſuperfluis vtitur, quod non eſt credendum de Moyſe, ſed largè accipiẽdo trahitur ad deſignandum quenlibet defectum eloquentiæ, & ſic dicitur de Moyſe ex vocis gracilitate, vt ſuprà dictum eſt iiij.capitulo. n ¶Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen & Aaron & cætera. Vt non deſiſterent à negotio incepto ex hoc quòd populus Iſraël non acquieſcebat eis. o ¶Et dedit mandatum ad filios Iſraël & cætera. de monendo & conſolando eos, quia bonus prælatus non debet talia omittere circa ſubditos, ſi in principio non audiunt eum. Vnde dicit Paulus.ij. ad Titum.iiij.a. Prædica verbum, inſta oportunè, importunè. p ¶Et ad Pharaonem regem AEgypti & cætera. Comminando pœnas & infligendo, ſi ſtaret in rebellione. q ¶Iſti ſunt principes &c. Hîc deſcribitur Moyſi & Aaron genealogia, vt ſciretur in poſterum, qui & quales fuerunt, & ne per identitatem nominis facta ſequentia alijs attribuerentur: r ¶Filij Ruben primogeniti Iſraël: Henoch & cætera. Incipit autem genealogiam iſtam deſcribere à Ruben, tum quia erat primogenitus reſpectu Leui, de cuius tribu fuerũt Moyſes & Aaron, tum quia Iacob qui eum genuit Gene.xlix.ca. dixerat mala de Ruben, Simeon, & Leui, vt patet ibidẽ literam intuenti, ideo hîc deſcripſit genealogiam eorum breuiter repetendo, ne viderentur à deo reprobati, nec proceſſit in genealogia vltra tribum Leui, tum quia de alijs tribubus ſequentibus mala non dixerat, ſaltem talia vel tanta ſicut de iſtis tum quia iſta genealogiæ narratio fit hîc propter Moyſen & Aaron, qui erant de tribu Leui, & ideo ibi ſtetit: non vltrà ꝓgreſſurus ☙ Accepit autem

* a ¶Ego dominus qui educam vos de ergaſtulo AEgyptorum & cætera. Per quod deſignatur infernus. Nam ergaſtulum dicitur ab erge, quod eſt labor: & ſtolon, quod eſt miſſio: & ſignificat locum ad quem mittebantur damnati ad laborandum. b ¶Ac redimam in brachio extento & cætera. id eſt in brachijs extentis accipiendo ſingulare pro plurali, quod frequenter fit in ſcriptura. Exo. viij.f. Venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum. Chriſtus enim per extenſionem brachiorum ſuorum in cruce redemit nos a diaboli ſeruitute. d ¶Et aſſumam vos mihi in populum & cætera. Per ſacramentum baptiſmi, quod virtutem habet à paſſione Chriſti: & induxerim in terram ſcilicet viuẽtium. h ¶Narrauit ergo Moyſes omnia filijs Iſraël. Nam iſta per prædicatorem euãgelij ſunt fidelibus prædicanda. k ¶Qui non acquieuerunt &c. Nam pauci fidelium comparatiuè recipiunt prędicationem verbi dei cum effectu meliorationis vitę. l ¶Ecce filij Iſraël nõ me audiunt &c. Per quem intelligit infidelis. hoc em̃ poſſet dicere ille, qui mittitur ad prędicandum infidelibus: eò ꝙ pauci fideles per prædicationem emendantur.

Margin: C. Incircũciſus. * eorum. † Promittit deus liberationẽ, & terrã Chanaã. * vos. D. Moraliter. † Gẽ.1.a. & Gene.46.b & Nu.26.a. & 1. Par.5.a.1. Pa.4. † 1. Par.23.a Numer.3.c & Nu.26.g

E ¶a Accepit aũt &c. Hęc de tribu Iuda fuit ſoror Naaſon, qui fuit prĩceps trib⁹ Iudę in deſerto. nõdũ em̃ p̃ceptũ erat, vt quiſq; de tribu ſua vxorẽ acciperet. Ideo aũt hę trib⁹. i. leuitica & regalis iam tũc cõiungebant̃, vt intelligeret̃ xp̃s rex & ſacerdos futurus ex eis.

Quæſtio. † 8. 2. a. & Nu. 26. g.

b ¶ Filij quoq; &c. Quęrit̃ cur Core quẽ ꝑ iniq̃tate terra viuũ abſorbuit, in genealogia iuſtorũ ſcript⁹ ſit? Sed hęreticos cum catholicis in eccleſia ſignificat futuros. c ¶ Iſte eſt Moyſes. Stra. Hoc ex ſuo addit Eſdras qui omnem Bibliothecam poſt captiuitatem Babylonicam, cunctis libris à Nabuchodonoſor ſuccenſis, reparauit, vel ipſe Moyſes de ſe tanq̃ de alio loquit̃.

Nota de reparatione Bibliæ.

& Muſi. Hæc cognationes Leui per fa-
a milias ſuas. † Accepit autem Amram a
uxorem Iochabed † patruelẽ ſuã, quæ
peperit ei Aaron & Moyſen & Ma-
riam. Fueruntq; anni uitę Amram cen
tum triginta ſeptem. Filij quoq; Iſaar
Core, & Nepheg, & Zechri. Filij q̃q;
Oziel: Miſael, & Eliſaphan, & Sethri.
Accepit autem Aaron uxorem Eliſa- b
beth filiam Aminadab ſororem Naa-
ſon, quæ peperit ei Nadab, & Abiu,
b & Eleazar, & Ithamar. Filij quoq; Co
re, Aſer, & Elcana, & Abiaſaph. Hæ
¶ A Core.
ſunt cognationes Coritarum. At uerò c
Eleazar filius Aarõ, accepit uxorẽ de
filiabus Phutiel, quæ peperit ei Phi-
nees. Hi ſunt principes familiarum Le
¶ Vel cognationes.
uiticarum per generationes ſuas. Iſte d
eſt Aaron & Moyſes, quibus præce-
pit dominus, ut educerent filios Iſraël
de terra Ægypti per turmas ſuas. Hi
a ¶ Diabolum. b ¶ Principem tenebrarum harum.
ſunt qui loquũtur ad Pharaonẽ regẽm
¶ Deum videntes.
Ægypti, ut educat filios Iſraël de Æ-
a ¶ Tenebris mundi.
b ¶ Sermo propheticus. c ¶ Sacerdotalis.
¶ In die loquitur deus ad ſuos, non in nocte; quia in eo tenebræ non ſunt vllæ.
c gypto. Iſte * Moyſes & Aarõn, in die
qua locutus eſt dominus ad Moyſen
in terra Ægypti. Et locutus eſt domi-
¶ Cuius dicere facere eſt, cui nemo reſiſtere poteſt.
nus ad Moyſen dicens: Ego dominus:
Loquere ad Pharaonem regem Ægy
pti, omnia quæ ego loquor tibi. Et ait
Moyſes coram domino. En incircun- c
¶ Alij gracili voce.
ciſus labijs ſum, quomodo audiet me
Pharao?

† ſororẽ patris ſui.
– & Mariã

a ¶ Accepit autem Am. &c. id eſt filiam patrui ſui: vt ſuprà dictum eſt. ij. c. b ¶ Accepit autem Aaron vxorem Elizabeth filiam Aminadab ſororem Naaſon. quę erat de tribu regia, quia propter dignitatem ſacerdotalem tribus regia & ſacerdotalis fuerunt commixtę. c ¶ At verò Eleazar filius Aaron &c. iſte fuit Iethro vt dicũt Hebræi. d ¶ Iſte eſt Aaron & Moyſes &c. quãdo cõbinantur, aliquãdo Aaron prępoñit̃, vt hîc: tum ratione primogeniture, tum quia deus prę ui derat & elegerat eum in ſummum ſacerdotem. Aliquando econuerſo Moyſes prępon itur: tum quia ſibi commiſſum eſt principaliter educere filios Iſraël de AEgypto: Tum quia verba domini immediatè recipiebat ab eo, & per Aaron tanq̃ per interpretem tradebat populo. e ¶ Et ait Moyſes &c. Poſtq; genealogiam Moyſi & Aarõ interpoſuerat, hîc redit ſcriptura ad id quod ſuprà dixerat ante dictam genealogiam. G

## ADDITIO

¶ In ca. vj. vbi dicitur in poſtilla: Apparui Abraham Iſaac & Iacob.

## ADDITIO I.

Expoſitio poſtillatoris de hoc qđ dicit̃: Nomen meum Adonai nõ indicaui eis, nõ videt̃ cõſona ratiõi, nã ad ſuam rationem confirmandam aſſignat duas rationes minus ſufficientes. Quarum prima eſt, q̄ nomẽ tetragrammaton fuit patribus oſtenſum, quantũm ad vocem tantùm; non autem quãtùm ad ſignificatũ. Moyſi verò non fuit ſolùm oſtenſum quantum ad vocem, ſed etiam quantùm ad ſignificatũ, quod videtur incõuenienter dictũ: nam indicare nomen ſcđm vocem tm̃ & nõ ſignificatũ modicę ſeu nullius vtilitatis eſt, cũ nomina ad ſignificãdum ordinantur, & ſic ſecundũ eos patres inutiliter cognouiſſent hoc nomen. Ratio autem ſecunda quam aſſignat ad hoc dicens, quòd hoc nomen tetragrãmaton fuit oſtenſum Moyſi & nõ patribus, ex hoc q̄ fuit ei conceſſum videre diuinam eſſentiam nudè & clarè, non autẽ patribus, nõ videtur facere ad propoſitum: Tum quia aliud eſt cognoſcere nomen proprium dei, & aliud videre diuinam eſſentiam. poteſt enim quodlibet illorum ſine alio haberi, vt patet: tũ quia Moyſes quando fuit ſibi dictum: Apparui Abraham &c. nõdum fuerat ſibi conceſſa viſio diuinę eſſentię. nam infrà. xxxiij. ca. hoc petebat à deo dicẽs: Oſtende mihi gloriam tuam. Vnde circa hoc videtur aliter dicendum. Ad cuius declarationem ſunt quędam pręmittenda: Primum ſcilicet quòd ſecundum Thomam tertia parte. queſtio. xliij. articulo. j. in cor. q. diuinitus conceditur homini miracula facere, principaliter ad confirmandam veritatem quam aliquis docet: vt dum aliquis facit opera, quę ſolus deus poſſet facere, credatur ei quòd ea quę facit vel docet ſint à deo, vt ſuprà. iiij. ca. Si nõ crediderint, inquit, tibi, neq; audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequentis: & Iohan. x. g. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Secundum, quia licet ante tempus Moyſi deus fecerit aliqua ſupernaturalia, ſcilicet non ſecundum curſum communem naturę, vt de conuerſione vxoris Lot in ſtatuam ſalis, & in ſubuerſione Sodomorum, & huiuſmodi, nunq̃ fuit tamen conceſſum alicui antiquorum, qđ poſſet miracula facere in noîe diuino, vt crederet̃ ei in dicendis, ſicut Moyſes cui hoc fuit conceſſum à deo, vt in hoc ca. & in cæ pluribus ſequentibus. vnde licet ſancti patriarchę cognouiſſent omnipotentiam diuinam, eò quòd multa à deo facta ſupra curſum naturę viderant viſibiliter, vel ſaltem per fidem cognouerant, de quo dixit, Apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in deo omnipotẽte. id eſt nota fuit ſibi omnipotentia mea, non tamen deus eis notificauit hoc nomen Adonai, ſcilicet concedendo eis poteſtatem mirabilia facere in hoc nomine ſicut Moyſi. Ratio autem huius differẽtię talis eſt; Nã per Moyſen ex diuina ordinatione lex dei erat dãda; vnde Iohan. j. b. Lex per Moyſen data eſt. Ad cuius confirmationem oſtendit miracula facienda, vt crederetur legiſlatori; vnde infrà Exod. xiiij. g. Viſo miraculo facto in mari rubro legitur. Vidit

F

Facere miracula

## ADDITIO

dit Iſraël manum magnam, & ſequit̃: Et crediderunt domino, ſed conſtat q̄ deo ſecundũ ſignificationẽ huius nominis. ſ. tetragrãmatõ principaliter pertinet miracula facere, vt patet ex dictis in additione ſuprà ca. iij. in arti. vij. Similiter ſub eodem nomine pertinet populum ſub lege à deo data applicari cultui diuino: vt patet in eadem additione articu. ix. & ideo Moyſi fuit conceſſum facere miracula modo prędicto, nõ autem patrib⁹. & ſic intelligendum eſt qđ dicitur: Nomen meum Adonai non indicaui eis, ſcilicet concedendo eis miracula facere, q̄ ad deum pertinet ſecundum ſignificationem huius nominis, ſicut & tibi conceſſi: nec etiam inconuenienter diceretur, q̄ nomen tetragrammaton etiam ſecundum vocem non fuit patribus reuelatũ. H * eſt Quod autem obijcit̃ à poſtillatore de hoc qđ habetur Gen. xv. b. vbi dicitur: Ego ſum dñs qui eduxi te de Hur Chaldęorum: vbi in Hebręo loco huius nominis dominus ponitur tetragrãmatõ, non valet. Nam illa ſunt verba Moyſi ſcribentis ea que tranſierunt inter deũ & Abrahã, quẽ deũ Moyſes cognoſcebat ſub nomine tetragrãmaton, & ideo ſic eũ nominabat, nõ aũt Abraham ſub nomine dei qui eũ eduxerat de Hur Chaldęorũ, Cõtinuant̃ aũt hęc verba. ſ. Apparui Abrahã &c. & nomẽ meũ Adonai nõ indicaui eis, cũ p̃cedentibus & ſequẽtibus ſcđm hãc expoſitionẽ ſic: Conquerebat̃ em̃ Moyſes deo de hoc q̄ Pharao peius ſe habebat circa populum poſt eius miſſionem q̃; antea. & hoc cum dicitur in fine prędentis ca. Ex eo em̃ quo ingreſſus ſum ad Pharonem, vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum &c. ad qđ deus reſpõdit: Nũc videbis quę facturus ſum Pharaoni. Per manum enim fortem dimittet eos, q. d. Obduratio Pharaonis & eius rebellio, de quatu moleſtaris erit occaſio, q̄ ego non ſimpliciter per viam quaſi naturalẽ, ſed potius per potentiam meam potentem, miraculoſèq; operantẽ eos educam: intantum q̄ ipſemet eijciet eos de terra ſua, quapropter indicaui tibi nomen meum, ſub quo pertinet ad me miracula facere, quod non feci patribus, quę quidem eductio miraculoſè erat à deo intenta: vt ſic populum informaret de potentia & prouidentia diuina, vt eſſent apti ad hoc, vt aſſumerentur in populum dei, & hoc eſt qđ dicit paucis interpoſitis in eodem contextu, ideo dic de filijs Iſraël: Ego dñs qui educã vos de ergaſtulo AEgyptiorum in brachio extento & iudicijs magnis, & aſſumã vos mihi in populum, & ero veſter deus, ſcietiſq; q̄ ego ſum dñs de⁹ veſter. Ex quibus patet q̄ de⁹ q ſcđm Aug. eſt adeo bon⁹ q̄ etiã ex malis eliciat bona. ex ꝑteruia em̃ & obſtinatiõe Pharaonis hoc bonũ elicuit: ſcilicet vt ex hoc eliceret̃ q̄ de⁹ magna miracula faciẽs oſtẽderet̃ in liberatiõe populi. & ex hoc popul⁹ cognoſceret deũ, & aſſumeret̃ i ei⁹ ꝑplm; & ꝑ hũc modũ de⁹ ſatiſfecit quęſtionib⁹ ipſi⁹ Moyſi. Quòd autem obduratio

A aūt obduratio Pharaonis eſſet rō, vt magna ſigna diuīa fierēt cōtra AEgyptios: ita vt ex hoc ſeqret̄ ꝙ ppl's Iſraelitic⁹ ápli⁹ cognoſceret deū, patet ī multis locis, ſpeal'r. j. x. c. vbi dr̄: Ingredere ad Pharaonē, ego eīm induraui cor eius & ſeruorū illi⁹: vt faciā ſigna magna: hec narres in auribus filij tui, & nepotū tuorū q̄ties cōtriuerim AEgyptios, & ſigna fecerim in eis, & ſciatis qa ego dn̄s, ex qb⁹ verbis expreſſe hr̄ intētū. Qual'r aūt dicat̄ de⁹ induraſſe cor Pharaonis, pōt dupl'r intelligi, vel ꝑ ſubtractiōem gr̄ę in pœnā pctōrū p̄cedētiū: vel ſecūdū glo. or. obſtinatior fiebat mal⁹ anim⁹ ꝓ eo ꝙ de⁹ patiēter eū ſuſtinebat. ¶ In. e. c. vj. vbi dicit̄ ī poſ. Et recordat⁹ ſū pacti mei &c.

## ADDITIO II.

Sicut obliuio & recordatio nō cadūt in deo, ſic eadē rōne nō videt̄ dicēdū ꝙ iſta ſilitudo referat̄ ad effect⁹ à deo ꝓcedētes tm̄. ſ. ꝙ de⁹ ꝓduxit erga filios Iſrl' effect⁹ ſil'es effectib⁹ recordātis, et hoc qn̄ cœpit eos adiuuare poſtq̄ lōgo tp̄e eos nō adiuuerat. & de hoc vī. s̄. Gen. vj. in add. iiij. ¶ In. e. c. vj. vbi dr̄ in poſ. Et īcircūciſus ſum labiis &c.

## ADDITIO III.

Incircunciſus labiis magis ꝓpriè videt̄ dicēdus, q habet in labijs aliquod impedimētum corporale vtputa aliquā carnis ſuperfluitatem & huiuſmodi; quia prolatio verborū, q̄ labijs ꝓferūtur impedit̄. vn̄ ſicut. s̄. c. iiij. cōquerebat̄ Moyſes de impedimēto locutionis ex ꝑte oris & linguę: nūc etiā addit ex parte labiorū: vt ſic oñderet, ꝙ organa corpea, qb⁹ verba ꝓferunt̄ erāt in eo inepta ad loquēdū: & ex hoc nō erat vir eloquēs. vt. s̄. dixit. De vocis aūt gracilitate ſeu tenuitate nulla fit mētio in litera, nec oportet fingere p̄ſertim cùm in vltima ſenectute ſua legatur: ꝙ loquebatur omnib⁹ filijs Iſraēl ſimul, vt patet Deut. j. &. xxxj. quod non poſſit eſſe cum tenuitate vocis.

## REPLICA

Sin. b ❡Sin. Hic ſpecialiter Sin vna mãſio accipit ex his quę q̃ fuerunt à mari rubro vſq; ad montẽ Sina, quas Ioſephus noĩatim deſcribit. Gñaliter enĩ omne deſertũ illud Sin vocatur ſicut & Raphidim.

Raphidim. c ❡Raphidim. Hier. Et locus in deſerto iuxta montem Oreb. Sciendũ eſt autẽ ꝙ oĩs Eremus vſque ad montem Sinai Sin vocatur, & ex tota prouincia etiã locus vnius mãſionis nomẽ accepit, ſicut & Moab tam orbis q̃ prouinciæ nomẽ eſt. In hac ſolitudine quinq; ſunt mãſiones Zuph & Eremus, Sin, Al⁹, Dephe ca, Raphidim. Vnde bene dicitur: quia profecta eſt omnis multitudo filiorum Iſraël de Eremo Sin per mãſiones ſuas iuxta os dñi, & venerũt in Raphidim. Vnde patet plures mãſiones vnius regionis vocabulo demõſtrari.

Sitis varia. d ❡Sitiuit erg. &c. Orig. Alia litera: Sitiuit, inquit, populus aquã: & murmurabat aduerſus Moyſen. Sufficit dicere: quia ſitiuit: quid opus fuit addere aquam. Non eſt ſuperflua adiectio. Sunt ergo diuerſę ſites: & quiſq; habet propriam. Qui boni ſunt eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Mat. v. a. Alij quoque dicunt: Sitiuit anima mea ad te deus, Pſal. xlj. a. Qui verò ſunt peccatores, patiuntur non ſitim aquæ: non famen panis, ſed audiendi verbum dei. Sitiit ergo populus aquã, qui debuit ſitire iuſtitiam. Sed deus eruditor infantiũ, magiſter inſipientiũ, corrigit culpas, & emẽdat errores dicẽs ad Moyſen, vt ſumat virgam, & percutiat petrã, & educat aquas: Vult enim eos iã de petra bibere & ꝓficere, &

Myſtice ad interiora myſteria venire. Murmurauerũt enim aduerſus Moyſen, ideo iubet dominus, vt oſtẽdat eis petrã de qua bibãt. Si quis enim eſt qui legens Moyſen murmurat aduerſus eũ, & diſplicet ei lex ſecũdũ literã: quia in multis nõ videtur habere cõſequẽtiã: oſtẽdit ei Moyſes petrã quę eſt Chriſt⁹, vt inde bibat & ſitim reficiat. Sed hęc petra non dat aquas niſi percuſſa: percuſſa verò fontes producit. Percuſſus enim Chriſtus & in cruce mactatus, no. teſta. fontes produxit. Vnde Zach. xiij. c. Percutiã paſtorem & diſpergent oues gregis. niſi enim fuiſſet ꝑcuſſus, & exiſſet ſanguis & aqua de latere eius, oẽs ſitim verbi dei pateremur. vnde: Bibebãt autẽ de ſpiritali, conſeq̃nẽte eos petra: petra aũt erat Chriſtus. ❡Iſido. Sitiens popul⁹ pro aqua murmurauit cõtra Moyſen, ideo iubet de⁹ vt oſtẽdat eis petrã ex q̃ bibãt. Si qs aũt legẽs Moyſẽ murmurat aduerſus eũ, & diſplicet ei lr̃a legis: oñdit ei Moyſes petram 1. Cor. 10.

## Cap. XVII.

a Igitur profecta omnis multitudo filiorum Iſraël de deſerto
❡Quod interpretat tẽtatio.
b Sin, per manſiones ſuas iuxta ſermonẽ domini
❡Sanitas iudicij.
c caſtrametati ſunt in Raphidim, ubi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra
a ❡Legem.
Moyſen ait: Da nobis aquam
a ❡Aľs vt bibamus. b ❡Aľs quibus reſpõdit Moyſes.
ad bibendum. Quibus iratus Moyſes ait: Quid iurgamini cõtra me? cur tentatis dominum?
a ❡In deſerto. b ❡Qui debet eſurire & ſitire iuſtitiam.
d Sitiuit ergo ibi populus prę aquę penuria, & murmurauit contra Moyſen, dicẽs: † Cur feciſti nos exire de Ægypto, ut occideres nos & liberos noſtros, ac iumenta ſiti? Clamauit autẽ Moyſes ad dominũ dicẽs: Quid faciã popu
❡Aľs paululum.
lo huic? Adhuc pauxillũ & lapidabit me. Ait domin⁹ ad Moyſen:

## NI. DE LYRA.

Cap. XVII.

Igitur profecta omnis. Poſt quã deſcripta eſt ꝓuiſio alimẽti ſicci qd' eſt cibus, hic cõſequentes deſcribit ꝓuiſio alimẽti humidi, qd' eſt potus, & primò oñdit aq̃ penuria. ſcd'ò circa hoc dei prouidẽtia, ibi: Et ait dominus. Circa primũ dicitur: a ❡Igitur profecta omnis multitudo filiorum. Notandum ꝙ in hoc itinere vſq; ad montẽ Sinai & etiã poſtea filij Iſraël fecerunt aliq̃s manſiones, quę magis ſerioſè exprimuntur, Nume. xxxiij. hic autem ſolũ nominantur illæ in q̃bus factũ eſt aliq̃d notabile. b ❡Iuxta. ſ. d. non eſt intelligendũ ꝙ aliqua vox ſenſibilis à deo emiſſa oſtẽderet locũ in quo deberẽt manere, ſed colũna nubis pręcedẽs hoc indicabat, faciens in hoc officiũ vocis vel ſermonis. c ❡Vbi non &c. Sed quęrit hic, quare dñs eduxit eos per talẽ viã, vbi paterentur tot defect⁹ cibi & pot⁹? Dicendũ ꝙ hoc fuit, vt ex frequẽti neceſſitate oporteret eos recurrere ad dñm, & ſic ſub timore dñi retinerent. ꝑ hoc etiã bonorũ patiẽtia & malorũ impatiẽtia declarabat. d ❡Qui iurga. &c. hoc intelligit de impatiẽtib⁹ tantũ. e ❡Quid iurga. cũ. quaſi obliti bñficiorũ dei, q vobis ꝓuidit in maiori neceſſitate. f ❡Et cur tẽ. do. Videt tñ ꝙ non fuerit ibi tẽtatio dei, qa non habebant quid agerent humano conſilio. Dicendũ, ꝙ tentabãt deum in hoc ꝙ experiri volebant: vtrum deus poſſet eos potare in deſerto, vel quia volebant experiri: vtrum ex ſuis meritis deus deberet eis dare potum miraculoſè. vnde dicebãt: Eſt ne deus in nobis an non? vt poſtea ſubditur: g ❡Clamauit autem Moyſes ad dominum: in nullo retardatus de bono procurando eis propter iniuriam eorum contra ipſum. h ❡Adhuc pauxillũ &c. hoc nõ dicebat Moyſes ductus timore naturali ſui, q bene cadit in perfectũ virũ, ſed magis hoc dicebat timore populi, ne eo interfecto à dño recederet per idolatriã. i ❡Ait dñs ad Mo. Hic conſequenter deſcribitur dei ꝓuidentia cũm dicitur: Antecede populum

H Diuiſio
† Nume. 20. b.
Quæſtio

Moraliter a ❡Igitur profecta omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto & cæte. Hic agitur primò de eductione aquæ de petra ad refocillãdum populum ſitibundũ, ſicut ſcribitur: ✻ Percutieſq; petram

Moraliter

A ☞ Moyſes petrã q̃ eſt Chriſtus,& ducit ad ipſam,vñ bibat,& ſitim reficiat. a ℭ Antece.non ſolũ Moyſes ducit pp̃l'm ad aquas, ſed & ſeniores pp̃li. Non enĩ ſola lex Chriſtũ annũtiat,ſed & prophetæ & p̃riarchæ & oẽs maiores natu. b ℭ Et vir &c. Augu. Aarõ non Moyſes legitur flumen virga pcuſſiſſe. Moyſes enim eadem virga mare diuiſit, non flumen. Quid ergo ſibi vult: Accipe virgã in qua percuſſiſti flumen: an fortè mare appellauit flumẽ? & quęrẽdum eſt exemplum hui⁹ locutionis: an qđ Aarõ fecit Moyſi poti⁹ attributũ eſt, quia p Moyſen iubebat deus quæ faceret Aarõ: & in hoc autoritas, in illo miſterium. Vñ, erit tibi ad populũ, tu aũt illi in his q̃ ad deũ. c ℭ Percutieſq; petram. Chriſtum q in cruce à Iudæis percuſſus eſt: cui acceſſit virga. i. lignum paſſionis vt fidelibus manaret aqua. d ℭ Venit &c. Stra. Amalec fuit filius Iſmael à quo Amalecitæ: qui & Iſmaelitę ſunt: ipſi ſunt Saraceni. Interpretatur autem bibens vel lambẽs ſanguinem, & ſignificat diabolum qui ſanctos de AEgypto exeuntes, & ad terram promiſsionis tendentes, ſemper impugnat, & aĩarũ ſanguinem bibere deſiderat. ℭ Orige. Deſcribitur bellum cũ Amalecitis factum: populus dicitur pugnaſſe & viciſſe, antequã mãducaret panem de cælo & biberet de petra. Non dicitur pugnaſſe populus: ſed dicit̃ ad eũ: Dñs pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Eſt ergo qñ domin⁹ pugnat p nobis, nec pmittit tẽtari ſupra id qđ poſſum⁹, nec impares virib⁹ ſinit ad fontẽ venire cõgreſſum. Iob quoq; certamen tẽtationis ſuę iã pfectus impleuit, & tu ergo cũ cœperis manducare manna, panem cęleſtem verbi dei, & bibere aquam de petra. Cũq; ad interiora doctrinę ſpiritualis acceſſeris, expecta pugnam, præpara te ad bellum. e ℭ Dixitq; Moyſes &c. Orige. Alia litera dixit Moyſes ad Ieſum: elige tibi viros &c. Hucuſq; beati nominis Ieſu nunquam facta eſt mentio. Hîc primùm vocauit Moyſes Ieſum & dixit ei, elige viros tibi ipſi. Moyſes vocat Ieſum, lex inuocat Chriſtum, vt eligat ſibi viros potentes de plebe: non poterat Moyſes eligere, ſed ſolus Ieſus qui ait Ioh. xv. c. Non vos me elegiſtis, ſed ego vos ele. Ipſe eſt electorum dux & potentium princeps. Ipſe confligit cum Amalec. Ipſe enim intrat in domum fortis, & alligat fortem & vaſa eius diripit. f ℭ Ego ſto. Origeñ. Aſcendit, inquit, Moyſes non in verticem montis, ſed in verticem collis. Seruabatur enim ei tunc aſcendere in verticem montis, cùm aſcenſurus erat Ieſus, & cum ipſo Moyſes & Helias. & ibi transformandus in gloria. Nunc ergo velut nondum glorificatus de transformatione Ieſu non aſcendit in verticem montis, ſed in verticem collis: & cùm eleuaret Moyſes manus ſuperabat Iſraël. Moyſes eleuat manus, non extendit, Ieſus qui totum mundum exaltatus in cruce conplexus eſt, dicit: Exendi manus ad populum non cre. Eleuare manus, hoc eſt actus leuare ad deum vt non habeat actus deiectos & humi iacentes, ſed deo placitos & ad cęlum erectos. Eleuat ergo manus qui theſauriſat in cælo. Vbi enim theſaurus, ibi oculus, ibi manus. Eleuat manus qui dicit: Eleuatio manuũ me. ſa. ve. Si ergo eleuentur actus noſtri vincitur Amalec. Vñ Eſa. xxxv. b. Remiſſas manus & genua debilia erigite. Si ſeruat populus legem, eleuat Moyſes man⁹ & aduerſari⁹ vincit̃. Si nõ ſeruat legẽ, inualeſcit Amalec. Qđ igitur nobis pugna eſt aduerſus principes & ptãtes & mundi huius rectores tenebrarũ, ſi vis vincere, eleua man⁹. i. act⁹, cõuerſatio tua nõ ſit in terris ſed in cęlis. Eleua & tu man⁹ in cęlũ ad deũ, imple mãdatũ apli: Sine intermiſſione orate, & tũc fiet qđ ſcriptũ eſt, qa ſicut ablingit vitul⁹ in cãpis herbã virẽtẽ, ita ablinget ppl's hic pplm, q ſup terrã eſt, vbi inducit̃: qa ppl's dei nõ tã manu & armis q̃ voce & lingua pugnabat, & oratiõe inimicos pſternebat. eleua ergo act⁹: inſta orõni, hęc Chriſtiani pugna eſt, † qua ſuperat inimicũ. Puto autem p hãc figurã duos populos ſignificari, quorũ vnus ex gẽtibus eleuat manus Moyſi, & in ſublime tollit ea q̃ ſcripſit, & intelligentiam eorũ, vt ſic vincat. Alius verò. i. Iudaic⁹ popul⁹ nõ eleuat manus Moyſi a terra, nec altum aliquid nec ſublime in eo intelligit: & ſic ab aduerſarijs vincit̃. g ℭ Habens &c. Aug. Nunc virga dei dicitur, quæ

Margin: ẽ.4.d. — Allegorice — † Maſſa & Meriba .i. tentatio & iurgium — ẽ.14.d. — B Ieſus vocat̃ — Matt.12.c. — Matt.27.a. — Eſa.65.a. — Pſal.140.a — 1.Teſſa.5.d. — Myſtice — † quæ

dicitur, quę primùm dicta eſt Aaron, poſtea dicitur Moyſi. Sicut C ☞ enĩ ſpiritus

a Antecede populum, & ſume te- a
b cum de ſenioribus Iſraël, & uir- b
a ¶ Lxx. in qua, pro de qua, celeberrima locutio in ſcripturis.
gam q̃ua percuſſiſti fluuium, tol- d
le in manu tua, & uade. † En ego e
ſtabo coram te ibi ſupra petram f
a ¶ Mons qui & Sina.
c Oreb, percutieſq; petram, & ex-
a ¶ Aperto latere Chriſti exiuit ſanguis & aqua. Iohan. xix. f.
b ¶ Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. j. Cor. x. a.
ibit ex ea aqua, ut bibat populus.
Fecit Moyſes ita coram ſeniori-
bus Iſraël. Et uocauit nomen lo g
ci illius † tẽtatio, ppter iurgiũ filio-
rum Iſraël, & quia tẽtauerũt do- h
minũ dicẽtes: Eſt ne † dñs in nobis
a ¶ Diabolus intercludens viam patriæ cęleſtis.
d an nõ? Venit aũt Amalec, & pu- i
gnabat cõtra Iſraël in Raphidim.
e Dixitq; Moyſes ad Ioſue: Elige k l
uiros, & egreſſus pugna contra m
a ¶ Firmus, immobilis. ſecundũ illud Pſal. cxxxiiij. a. Qui ſtatis in do. dñi &c. b ¶ Tanq̃ vicinus cælo, & non in valle. vnde: Leuaui oculos meos ad eum, qui habitat in cælis. &c. Pſal. cxxij. a.
f Amalec cras. Ego ſtabo in uerti- n
a ¶ Quam dedit deus vt verberentur hoſtes.
g ce collis, habens uirgam dei in o
a ¶ Poteſtate vel opere.
manu mea. Fecit Ioſue, ut locu-
tus erat Moyſes: & pugnauit p
a Diabolum. b ¶ Lex quam dedit deus.
contra Amalec. Moyſes au
a ¶ Mõs fortitudinis ¶ Chriſtus. b ¶ Ignis ſpũſancti.
tem & Aarõn & Hur aſcenderũt

*Nicolaus de Lyra.*

❧ a ℭ Antecede. &c. ac ſi diceret dñs: tu times ne populus lapidet te, egredere ante eos, & videbis ſi potero te protegere. b ℭ Et ſu. te. &c. vt ſint teſtes q ibi antea non fuerũt fontes, vel aquę, & p hoc appareat euidens miraculũ. c ℭ Et virgã. Dicit Ra. Sa. q aliqui de populo Iſraël erant ita maligni q dicebãt, q miniſterium illius virgæ ſolũmõ ſe extendebat ad mala infligenda, ſicut patuit in plagis AEgyptiorum, ſed nõ ſe extẽdebat ad conferendũ bona, & ideo dñs pręcepit Moyſi vti virga illa in eductiõe aq̃ de petra, vt manifeſtè videret̃, q nõ ſolũ erat inſtrumẽtũ diuinæ iuſtitię, in malis pœnæ inferendis: ſed etiã diuinę miſericordię in bonis cõferẽdis. d ℭ Qua pcuſsiſti fluuiũ. Suprà. vij. ca. videtur dici cõtrarũ. ſ. q Aaron pcuſſit & nõ Moyſes. Dicendũ q Aaron percuſſit autoritate & mãdato Moyſi, vt dicitur ibi, & qa ille dicitur rem facere cuius autoritate fit, ideo dicit̃ hîc q ipſe Moyſes pcuſſit. e ℭ En ego ſta. corã te. parat⁹ ad implẽdũ petitionem tuam. f ℭ Supra pe. Oreb. nõ eſt intelligẽdũ, q illa petra eſſet in monte, Oreb, qui eſt idẽ qđ mons Sinai, quia adhuc diſtabant ab illo loco, ſed eſt alius locus eiuſdê nominis. Sequitur. g ℭ Et vocauit &c. uius cauſa ſubditur. h ℭ Et quia tentauerunt &c. qualiter aũt tentauerunt dominũ, iã dictum eſt. i ℭ Venit autem Amalec. Deſcripta prouiſione alimenti, hîc deſcribit̃ repreſſio aduerſarij, & primò deſcribitir pugna, ſecundò gratiarũ actio pro victoria ibi: AEdificauitq;. Circa primum dicitur: Venit autem Amalec & pugnauit contra Iſraël. Cauſa huius dicta eſt. xv. cap. quantùm eſt ex parte ipſius Amalec. Alia cauſa aſſignatur ex parte populi Iſraël. Ad hoc enim pmiſit dñs bellũ iſtud cõtra eũ inſurgere, vt ex victoria ſequenti eſſent audaciores de cętero cõtra aduerſarios inſurgentes, & de ſpolijs Amalec eſſent muniti armis, & alijs neceſſarijs quæ fugientes dimiſerunt. k ℭ Dixitq; Mo. &c. vidit enĩ in ſpũ pphetico ipm fore ducẽ Iſraël, & ideo fecit eũ capitaneũ exercitus. l ℭ Elige vi. i. ſtrenuos bellatores. m ℭ Et egreſſus &c. nõ enĩ voluit, q expectaret̃ exercitus Amalec, ſed q iret̃ ſibi obuiã, ne pueri & mulieres & timidi qui remanſerunt in caſtris, nimis terrerent̃ & fugerent, & ſic daretur maior audacia aduerſarijs. n ℭ Ego ſta. ad pugnandum precibus contra aduerſarios. o ℭ Habẽs vir. &c. vt victoria deo aſcribatur. p ℭ Moyſes autẽ &c. Dicunt Hebræi & aliqui doctores catholici, q iſte Hur fuit filius Mariæ & Caleb, ❧ cõfirmãtes p illud

✳ f ℭ Percutieſq; petram &c. Per hanc petram ſignificatur Chriſtus qui in cruce fuit lancea percuſſus, & inde exiuit ſanguis & aqua, Ioh. xix. f. ex q̃bus virtutẽ hñt eccleſię ſacramẽta, in q̃bus cõfert̃ aq̃ grę ſalutaris q̃ refocillat̃ ppl's Chriſtian⁹. j. Cor. x. a. Bibebãt aũt de ſpũali conſequẽte eos petra, petra. aũt erat Chriſt⁹. Scđò agit̃ de pugna Ioſue cõtra Amalec, de q̃ dicit̃. k ℭ Dixitq; Moyſes &c. Elige viros & egreſſus pu &c. Per Amalec qui interpretat̃ gens bruta ſignificat̃ caro, qa p eã hõ cõuenit cũ animalibus brutis, ppter qđ. j. Eth. vita voluptuoſa dicitur vita pecudum. Ipſa verò pugnat cõtra ſpm̃, q per Iſraël ſignificatur, eò q ſpũs natus eſt videre deũ, hîc per fidẽ, & in patria facie ad faciẽ. De hac autem pugna dicitur Gal. v. c. Caro concupiſcit aduerſus ſpm̃, & ſpũs aduerſus carnẽ. Caro verò debellat̃ p Ioſue gladiũ, q gladius eſt ſacræ ſcripturæ ſtudiũ, ſecundũ qđ dicit Eph. vj. c. Et gladiũ ſpũs qđ eſt verbũ dei, & de hac debellatione dicit Hiero. ad Ruſticum monachum: Ama ſanctarum ſcripturarum ſtudia, & carnis vitia non amabis. Sed vt de carne habeatur plena victoria, requirit̃ cum hoc oratio deuota, quæ ſignificatur per orationem Moyſi Ioſue pugnante, & virga dei in manu, per quã ſignificat̃ caſtigatio carnis q̃ ſi remittat̃, caro contra ſpm̃ roborat̃, & hoc ſignificatur cũ dicitur.
z v ✳ Sin aũt paululũ

Margin: 1.Cor.10.a — † De cõſe. diſ. 2. c. reuera. & c. in calice. — Pſal.77.b. — † deus — D — Diuiſio Quare dñs permiſit Amalec pugnare — Hur — Moralit̃

E [ ]em ſpūs Helię,q eſt ſpūs dei, cuius ꝑticeps Helias dicit̃,& dei iuſtitia q̄ noſtra eſt. Vnde ignorātes dei iuſtitiā,volētes ſuā ſtatuere,id eſt tanq̄ à ſe ſibi ꝑparatam. a Cumq́ leuaret &c. Stra. 
Myſtice Quia cū lex myſticè intelligit̃,paſſio Chriſti ſpūaliter pēſatur,diabolus vincit̃ & fugat̃.Cū autem remittuntur manus,i.ꝑcepta legis,minus ſtudioſè exercent̃,hoſtis victor inſequitur. 
Allegorice b ❡ Sumētes igit̃ la &c.Greg. 
36.di.c.ſi. Moyſes ſedit in lapide ,cū lex requieuit in eccleſia:ſed hęc manus graues habuit,q̄a peccātes nō miſericorditer pertulit,ſed ſeuera diſtrictione ꝑcuſſit.Aaron mōs fortitudinis,Hur interpretat̃ ignis.Mōs fortitudinis Chriſt⁹ eſt,de quo dicit̃ Eſa.ij.c.Erit in nouiſsimis dieb⁹ ꝑparatus mōs domus dñi in vertice mōtis.Ignis verò ſpūſſanctus,quem Chriſtus venit mittere in terrā.Aarō ergo & Hur graues man⁹ Moyſi ſuſtinendo leuiores reddūt,q̄a mediator dei & hoīm cū igne ſpūſſancti aduenięs mādata legis grauia(q̄ dū carnaliter tenerētur portari non poterāt)tolerabiliora nobis ꝑ ſpūalē intelligentiā oſtēdit,quaſi em̄ man⁹ Moyſi leues reddidit,q pōd⁹ mādatorū legis ad veritatem cōfeſſionis retorſit, ſcd'm illud Ezech.xxxiij.c.Nolo mortē pctōris,ſed vt ma.cō.& vi.Hinc peccatrici aīæ dicit̃ .Hieræ.iij.a.Si reliquerit vir vxorē ſuā,& illa recedēs duxerit alterū,nūq̄d reuertet̃ ad eū vltrà? 
†Iudic.4.c. b.ap.11.a. Nūquid nō polluta erit & cōtaminata mulier illa?Tu aūt fornicata cū amatorib⁹ multis,tñ reuertere ad me dicit dñs. Ecce paradigma turpis mulieris dedit,oſtendēs q̄ poſt turpitudinem recipi nō poſsit:ſed ipm paradigma ꝑ miſericordiā vincit,cū dicit fornicātē mulierē recipi nō poſſe,& tñ fornicātē animā,vt recipiat,expectat.Penſem⁹ pōdus tantæ pietatis;dicit qd' fieri nō pōt, & demōſtrat q̄ hoc ipm cōtra morem facere 
F pōt.Ecce vocat etiā quos inquinatos denūtiat,hos etiā amplecti q̄rit,à q̄bus ſe eſſe deſertū q̄rit̃.Inflexit ergo ad miſericordiā duritiā legis,quos etiā iuſtè illa dānat ,ipſe miſericorditer liberat. c ❡ Delebo em̄ &c. Ra.In hoc ſignificat̃ q̄ oīpotēs de⁹ ꝑ legē (quā ſignificat Moyſes & de Chriſto ꝓnūtiat) deleat memoriā ſpūalium hoſtiū. vnde Pſal.ix.b. Perijt memoria eorū cū ſonitu. d ❡ AEdificauit Moyſes altare: & vo.&c.Oēs diaboli victores in cordibus ſuis debent aras fidei ædificare,in qua ſpirituales hoſtias offerant. † dñi

a ſuper uerticem collis†. Cumq́ a leuaret Moyſes b manus,uincebat Iſraël:ſin autem paululum† remi† ſiſſet,ſuperabat Amalec. Manus b autem Moyſi erant graues . Sumentes igitur a lapidem poſuerūt ſubter eum in quo a ſedit. Aaron † autem & Hur a ſuſtentabant manus eius ex utraq; parte. Et factum eſt,ut manus ipſius non laſſarentur uſq; ad occaſum ſolis. † Fugauitq; Ioſue a Amalec,b & pō c pulum eius in a ōre b gladij. Dixit c autem a dominus ad Moyſen:Scri d be hoc ad monimentum in libro, & trade auribus Ioſue. Delebo e f enim memoriam a Amalec ſub d cælo. Ædificauitq; Moyſes alta g re;& uocauit nomen eius Domi h nus a exaltatio mea,dicens: Quia i manus a † ſolij b domini & bellum k dei erit contra a Amalec,à b genera tione in generationem.

a ❡In ſpeciem crucis in qua triumphantur inimici. b ❡Cum operatione debemus orare ſi volumus hoſtes vincere & pro cæleſti premio, non pro terreno lucro.
a ❡Quia remiſſis operibus bonis.i.ad terrena conuerſis hoſtis victor inſequitur.
a ❡Eccleſiam vel Chriſtum. ❡In quo ſunt ſeptem oculi qui etiam lapis adiutorij.
a ❡Requieuit
a ❡Quia lex in Chriſto & ſpiritusſancto ſpiritualiter impleta eſt.
❡Finem mundi.
a ❡Chriſtus. b ❡Diabolum. c ❡Dæmones,vitia vel quoſlibet perſecutores.
a ❡Locutio eſt. b ❡verbi dei.
a ❡Vel ergo.
a ❡Hic per ſanctos & omnino in iudicio perit memoria eorum cum ſonitu.
a ❡Populus brutus vel lingens ſanguinem.
a ❡Non homo.
a ❡Fortitudo.❡Quia exaltatus a terra omnia trahit ad ſeipſum. Iohā.xij.e.
a ❡Potentia b ❡Vnde omnia opera noſtra operatus eſt in nobis.
a ❡Malignos ſpiritus. b ❡Iudæorum.
❡Gentium. ❡vſq; in finem:tunc enim vere implebitur . vnde Oſee.xiij.d.Ero mors tua o mors &c.

*Nicolaus de Lyra.*

[ ] cōfirmantes per illud qd' ſcribitur.j.Paral.ij.c.q̄ mortua Azuba vxore Caleb,ipſe accepit vxorē quę vocabat̃ Ephrata,q̄ peperit ei Hur.Dicunt autem q̄ iſta Ephrata fuit Maria ſoror Moyſi,q̄ erat binomia:ſed iſtud videtur falſum, quia Maria ſenior erat ipſo Moyſe,q̄ patet ex hoc quod ſuprà dictum eſt.ij.ca.ſcilicet q̄ Moyſe expoſito in flumine ipſa iuit ad videndum quod accideret de puero,& dixit filiæ Pharaonis: Vis vt vocem tibi mulierem Hebręam,quę nutrire poſſit infantulum? Ex quo patet,q̄ in natiuitate Moyſi iam erat puella.xij.annorum vel amplius:Moyſes autem añ exitum de AEgypto iam erat.lxxx.annorum,vt dictum eſt ſuprà.vij.ca.& per conſequens tunc erat Maria.xcij.annorum vel circiter.De Caleb autem ſcribitur Ioſue xiiij.b.q̄ erat.xl.annorum tantū quando iuit ad explorandum terram,qd' fuit poſt exitum de AEgypto.ſi igitur Maria fuit vxor eius ſecunda,non videtur,q̄ acceperit eam anteq̄ iret ad explorandum:tum quia non ita citò accipiebant vxores illo tempore,ſed expectabant ætatem perfectam ad generandum:tum quia oportet dicere,q̄ per aliquod tempus fuerit cū prima , maxime quia ex ea habuit prolem,vt habetur.i.Paralipo.ij.b.Ex quo videtur,q̄ non potuit accipere Mariam,cū iam eſſet.xl.annorum vel parum min⁹ & tunc ipſa Maria erat xcij.annorum vel parum minus. Ex quo ſequitur inconueniens , vt videtur , ſcilicet quòd domina ſic antiqua & tantæ ſanctitatis , quia erat prophetiſſa : vt ſuprà dictum eſt,cōtraxiſſet matrimonium & maximè cum homine tam iuuene. Item dato

G Item dato q̄ cōtraxiſſet in tali ætate,nō tñ potuiſſet cōcipere.Item dato q̄ cōcepiſſet de Caleb:tñ ille puer in exitu de AEgypto non poſſet eſſe ita magn⁹,q̄ aſcēdiſſet cū Moyſe in mōtē & ſuſtentaſſet manus eius,vt hîc dicitur de ipſo Hur.Ex quo manifeſtè patet , q̄ nō fuit filius Caleb & Marię.Item de ipſo dicit̃ infrà.xxiiij.ca. Habetis Aaron & Hur vobiſcū,ſi q̄d natū fuerit q̄ſtionis, referetis ad eos. Ex quo patet q̄ in exitu filiorū Iſraël de AEgypto,Hur iā erat magnę prudētię & magni cōſilij,& reputatus inter ſeniores:& ideo ille Hur de q̄ eſt hîc ſermo nō potuit eſſe filius Caleb,q̄ adhuc erat ſatis iuuenis,vt prædictū eſt,& ideo ſi dicat̃ q̄ fuerit fili⁹ Mariæ,oportet dicere q̄ ſit de alio viro,nec illa Ephrata de q̄ dictū eſt,potuit eſſe eadem cū Maria,vt ſatis patet ex dictis:& ille Hur filius Caleb † remittebat eſt alius ab iſto de q̄ hîc loquit̃ ſcriptura.Et ideo mihi videt̃ melius dicere cū antiq̄s doctorib⁹,q̄ iſte Hur fuit marit⁹ Marię:& idē dicit Ioſeph⁹.iij.li.antiq̄tatū, & iō cū Moyſe aſcēdit in mōtē& ſibi cū Aarō cōmiſſum Ioſephus eſt regimē ppl'i in abſentia Moyſi,q̄a erat vir antiqu⁹,ſapiēs & exꝑtus. a ❡ Cūq; le.&c.Per hoc oſtēdit̃ ſuæ orōnis efficacia,& vt deo aſcriberet̃ victoria.Manus aūt Moyſi erāt graues:ꝑ qd' deſignat̃ q̄ in ppl'o ſibi ſubdito erant aliq̄ pctīs aggrauati,q̄a ſecundum qd' dicit Greg.ſecūdum qualitatē ſubditorū diſponunt̃ acta regētiū. b ❡ Fugauitq; Ioſue ama. In Hebręo habetur. Debilitauitq;,qd' exponunt Hebręi dicētes † cōtriuitq; q̄ omnes fortes de Amalec, fuerunt interfecti in bello illo & nō effugerunt niſi timidi & parū valētes. c ❡ In ore gla.id eſt acie vel acumine gladij. d ❡ Scribe hoc &c.i.ad memoriā ꝑpetuā. e ❡ Et trade auribus Io. Per hoc deſignauit dominus, q̄ erat Ioſue introducturus filios H Iſraël in terram promiſſionis,& non Moyſes. f ❡ Delebo em̄ memoriam Amalec. Hoc enim factum eſt tēpore Saulis,vt habet̃.j.Reg.xv.a.Sciendū q̄ gloſa quędā ſuper locum iſtum quæ dicit̃ eſſe Strabi,dicit q̄ Amalec fuit filius Iſmaelis, à quo dicti ſunt Amalecitæ & popul⁹ Amalec.Qd' Amalec autē.j.Paral'.j.dicitur q̄ Eliphaz primogenitus Eſau genuit Amalec , dicunt ſequentes dictam gloſ.quòd fuit alius,& ſunt duo eiuſdē nominis:hoc dictū de ſacra ſcriptura nō habet autoritatē,ſed magis cōtrarietatē, vt videt̃;q̄a Geñ.xxxvj.b.&.j.Paralipo.j.c. dicitur expſſè q̄ Amalec fuit filius Eliphaz primogeniti Eſau,nec ali⁹ Amalec legitur. Item Ioſephus.ij.li.an.dicit, q̄ ab Amalec filio Eliphaz dicti ſunt Amalecitę,hoc etiā habetur ex.ij.Regum.j.b.vbi dicit̃ q̄ filius Doech Idumęi venit ad Dauid nūtians illi mortem Saulis,licet enim non exprimat̃ ibi q̄ fuerit fili⁹ Doech,tamen omnes expoſitores cōcorditer hoc dicūt,cū interrogaretur à Dauid quis eſſet,reſpondit:Filius hominis aduenæ Amalecitę ego ſum.Ex quo videtur q̄ Amalecitæ ſunt Idumæi,&c.non deſcenderunt ab Iſmaele,ſed ab Eſau.De gloſ.autem Strabi vel alterius niſi ſit doctor autenticus,vt Auguſt. & Hieroni.& huiuſmo.non eſt multùm curandum , maximè quando videtur à textu diſcrepare. g ❡ AEdificauitq;:Mo.&c. Hîc deſcribitur gratiarū actio pro victoria,cū dicitur:AEdificauitq; Moyſes altare,ad offerendū deo hoſtias pro gratiarum actione. h ❡ Et vo. &c. non quia nomē dñi conueniat ipſi altari,ſed denominatū eſt ab effectu ipſius domini exaltātis populū Iſraël,& Amalec deprimētis: propter qd' ſubdit̃: i ❡ Quia ma. ſo.&c.i.poteſtas throni eius. k ❡ Et bellum dei erat contra Amalec &c.

† ſup thronū dñi, Hebræi exponūt iurauit dñs ꝑ thronū ſuū ſic etiā Cald. interpre

Moraliter. * † ❡ Sin aūt paululum remiſiſſet,ſuperabat Amalec. Sed q̄m iſtorum continuatio difficilis eſt,ideo dicit̃ q̄ man⁹ Moyſi erant graues: propter qd' ſubdit̃. † ❡ Aaron aūt & Hur &c. Per Aaron q montanus interꝑtat̃ & meditatio cęleſtiū ſignificat̃. Per Hur qui interpretat̃ ignis,intelligit̃ feruor charitatis.igitur iſta duo manus graues ſuſtentant ,q̄a nō eſt aliq̄d adeò graue,qd' non faciunt illa leuę,& ſic de carne habet̃ plenitudo victoriæ.

## CAP. XVIII.

A Moralit̃ Cumq; audiſſet Ie. &c. Qđ Moyſes liberatur⁹ filios Iſraël dimiſit vxorẽ & filios quos poſtea in deſerto recepit, ſignificat q̄a p̄dicatores cõmittunt̃ ad opus p̄dicatiõis, debent ſe à ſolicitudine t̄pali exonuſtare, cū verò poſtea ad ep̄atū vel ad aliā dignitatẽ aſſumunt̃, tūc ꝓ ſibi ſubiectis ſollicitudinẽ tā in ſp̄ūalib⁹ q̄ꝫ t̄palib⁹ gerere debẽt. b ℂVenite. &c. Orige. Alia litera: Poſt hæc venit ad mõtẽ dei Moyſes, & Iethro ſibi occurrẽti exijt obuiā de caſtris, nec ducit eū ad mõtẽ dei, ſed ad tabernaculū ſuū. Nõ em̄ poterat ſacerdos Madiā aſcendere in mõtẽ dei ſed nec in AEgyptū deſcẽdere, nec vxor Moyſi, ſed nũc ad eū venit cū filijs. Nõ em̄ poterat deſcẽdere in AEgyptū, & ſubire agones AEgyptiorū, niſi athleta ꝓbabilis, & q̄ in agone cõtẽdens ab oib⁹ ſe abſtinet. Moyſes q̄a magnus & potens athleta deſcendit in AEgyptū ad agones & exercitia virtutū & Abrahā. Iacob quoq; qui ip̄o nomine athleta eſt, cū deſcẽdiſſet in AEgyptū, fact⁹ eſt ſicut ſtellæ cęli in multitudine: alijs in cõtrarū cedit deſcẽdiſſe in AEgyptū. Scio Hieroboā fugientẽ à Salomone deſcẽdiſſe in AEgyptū & ſcidiſſe & corrupiſſe populū dei, q̄a deſcendẽs in AEgyptū accepit à Suſachim rege vxorẽ Tethimenẽ vxoris eius ſororem. c ℂObtulit er. &c. Aug. Et ſumpſit Iethro ſocer Moyſi holocauſta &c. Sumpſit ꝓ obtulit poſuit: an fortè ſenſus eſt nõ locutio, vt ea ſumpſiſſe intelligat̃ obtuliſſe, q̄ꝫuis Moyſes nõ legatur ſacrificaſſe nec Aaron,
B nec q̄ſq; Hebræorū qui educti ſunt de terra AEgypti: ſed tamẽ ſuperi⁹ dictū eſt, ꝙ altare cõſtituit Moyſes. Iethro aūt legimus ſacerdotẽ fuiſſe Madiā. i. gentis Madiā. Mirū eſt aūt ſi ad ei⁹ aduẽtū cepit ſacrificare Moyſes, & non potius ipſe qui ſacerdos erat.

Veneruntq;

(Margin: † ſocer, vbiq; in hoc capite lege ſocer, non cognatus. — Deſcendere ī AEgyptū — † & Moyſes)

## NICO. DE LY.

### CAP. XVIII.

Diuiſio Cumq; audiſſet Iet. Poſtquā deſcripta eſt prouiſio alimenti, & repreſſio aduerſarij, hîc conſequẽter deſcribit̃ gubernatio populi: & primò deſcribitur aduent⁹ cõſulentis, ſcđ'ò aſſenſus pręſidẽtis, ibi: altera aūt die. Prima in tres, q̄a priō deſcribit̃ aduentus Iethro amicabilis, q̄a ex bonis q̄ dominus fecerat Iſraëli, motus fuit ad veniendum & cõgaudẽdū, & hoc eſt qđ dicit̃. a ℂCūq; audiſſet Ie. iſte habuit plura nomina, vt dictum eſt ſuprà. ij. ca. b Sacerdos Madiā. id eſt maior, vt dictū fuit ibidem. c ℂCognatus Moyſi. id eſt affinis. vnde in Hebræo habetur חותן hoten, Socer Moyſi & ſimiliter in ſequentib⁹, vbi cognoīatur cognatus. d ℂOmnia quę fecerat dominus Moyſi &c. ſcilicet in AEgyptiorū flagellatione, & in maris diuiſiõe & in Amalec debellatiõe &c. e ℂTulit Sephorā vxo. &c. Dictum fuit ſuprà iiij. ca. ꝙ ipſa dereliquit eū. dicendum ꝙ fuit de voluntate Moyſi, quia aduertit ꝙ vxor ſua & filij nõ eſſent ſibi niſi oneri in negotio, pro quo ibat in AEgyptum: & ideo hîc dicitur ꝙ remiſit eam. f Venit ergo Iethro cognatus Moyſi. Dicunt aliqui Hebræi, quòd non venit ante legem datam, nec primò anno egreſsionis de AEgypto, ſed anno ſecundo poſt legem datam, & ꝙ dicitur hîc veniſſe, hoc eſt per anticipationem. Alij autem dicunt, ꝙ venit ante legem datam & primo anno, & hoc videtur probabile, quia terra ſua non longè erat à monte Sinai, vt patet per illud qđ dictum eſt ſuprà. iij. ca. ꝙ Moyſes paſcens oues Iethro, minauit gregem ad interiora deſerti & venit ad mõtem dei Horeb, qui eſt mõs Sinai, & ideo audita magnificentia Moyſi generi ſui, nõ eſt veriſimile ꝙ tardaſſet per annum venire ad ipſum. g ℂEt mandauit Moyſi. ſ. aduentum ſuum, non em̄ voluit ſubitò intrare caſtra Iſraël, vt ip̄e & filia ſua & nepotes honeſtius reciperentur, maximè, quia honor iſte in Moyſen reuerrebatur. Secundò deſcribitur eius honorabilis receptio, cùm dicitur. h ℂQui egreſſus in occurſum cognati ſui &c. & non eſt dubium qđ maiores de populo ierunt cum eo ad honorandum ſocerū ſuū & vxorem. i ℂSalutauerūtq; ſe mutuo pacificis verbis. id eſt amicabilibus quia inter eos non erat antè diſcordia. k Cumq; intraſſet in tabernaculum &c. honeſtius enim & magis ſerioſè dixit ſibi in domo q̄ꝫ dixiſſet in via. l ℂVniuerſum laborem. pro defectu victualium & inſultu Amalec. Tertiò deſcribitur ipſius Iethro deuotio laudabilis, cū dicit̃. m ℂLętatuſq; eſt Iethro ſuper omnibus. Ex quo patet, ꝙ habebat fidem vnius dei veri. Vnde ait. n ℂBenedictus dominus qui liberauit vos de manu AEgyptiorum &c. Nunc cognoui quia magnus domin⁹ ſuper omnes deos. per mirabilia em̄ audita totius naturæ creatæ virtutem tranſcendentia cognouit, qđ ipſe eſt ſolus deus verus: & non ſolùm confeſſus eſt fidẽ ſuam ore, ſed etiam opere, vñ ſubditur. o ℂObtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocau. victimę ſunt quæ totaliter incenduntur ad honorem diuinum. p ℂEt hoſtias deo ſcilicet pacificas, quarum vna pars incendebatur, altera erat ſacerdotis, altera ab offerentibus comedebatur. vnde ſubditur.

Veneruntq; Aaron

(Margin: ✻ q; — C — † deus — † ẽ. 2. d. — D)

Myſtice Myſtice. a Cumq; audiſſet Iethro ſacerdos Madian cognatus Moyſi & cætera. Per Iethro qui erat Gentilis & honorabilis interpretatur, ſecularis virtuoſus intelligitur, talis enim eſt honorabilis: nam honor eſt præmium virtutis. iiij. Ethicorum. Talis autem audiens bona, quæ facit dominus exeuntibus de ſeculo per religionis ingreſſum, qui ſignificatur hîc per egreſſum de AEgypto, & ingreſſum deſerti, concipit aliquando ꝓpoſitū ſimiliter faciendi, ꝓpter qđ venit ad Moyſen. i. ad illi⁹ religiõis ſup̄iorẽ, volẽs accipere ſtatū illū, ſicut Iethro de Gẽtilitate cõuerſus fuit ad Iudaiſmū. Et quoniam talis eſt charitatiuè recipiendus, ideo ſubditur, quòd Moyſes, id eſt religionis prælatus occurrit ei & oſculatus fuit eum, & ꝙ narrauit ei vniuerſum laborem, qui accidiſſet eis in itinere. Prælatus enim accipiens aliquem ad religionem, omnia grauia religionis ſibi debet exprimere, & ſi fuerit promptus ad ſuſtinendum recipitur eius ſacrificium quod facit de ſeipſo per religionis ingreſſum, ſecūdum illud Roma. xij. a. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiā &c. Et hoc ſignificatur cùm dicit̃. o ℂObtulit ergo Iethro cognatus &c. id eſt ſibi fraternitate religionis coniunctus. p ℂHolocauſta & hoſtias deo. Per hoc autem quod ſequitur poſtea.

✻ Moraliter aūt

(Margin: † & quòd)

## Cap. XVIII.

a Cumq; audiſſet Iethro ſacerdos Madian † cognatus Moyſi omnia quę fecerat † dominus Moyſi & Iſraël populo ſuo, quòd eduxiſſet dominus Iſ- a b c d
a ℂVicto Amalec. b ℂEccleſiam.
raël de Ægypto, tulit Sephoram e
a ℂChriſti vel prædicatorum. b ℂvt expeditior eſſet in opere domini.
uxorem Moyſi, quam remiſerat,
ℂvtrunq; populum.
& duos filios eius, quorum unus uocabatur Gerſan, dicente pa-
a ℂQuia ſignificat eos qui dicunt: Aduena ego ſum apud te & peregrinus ſicut omnes patres mei. Pſal. xxxviij.
tre: † Aduena fui in terra aliena. alter uerò Eliezer. Deus enim
a ℂQuia ſignificat eos qui dicunt: Adiutor meus & liberator meus es tu domine ne mo. Pſal. lxix.
ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis.
b Venit ergo Iethro cognat⁹ Moyſi, & filij eius & uxor eius ad Moyſen in deſertum, ubi erat caſtrametatus iuxta montem dei, & mandauit Moyſi dicens: Ego cognatus tuus Iethro uenio ad te, & uxor tua, & duo filij tui cū ea. Qui † egreſſus in occurſum cogna- f g h
a ℂVeneratus eſt.
ti ſui, adorauit, & oſculatus eſt eum, ſalutauerūtq; ſe mutuò uerbis pacificis. Cumq; intraſſet ta- i k
a ℂPrimi prædicatores. ℂGentili populo, vel prædicatoribus de gentibus.
bernaculum, narrauit Moyſes cognato ſuo cuncta quæ fecerat
a ℂDiabolo. b ℂvel miniſtris diaboli.
deus Pharaoni & Ægyptijs pro-
a ℂSanctos deum videntes. b ℂQuem refert Paulus ſibi accidiſſe, cum in infirmitatibus ſuis gloriatur. ij. Cor. xj. g.
pter Iſraël, uniuerſum ✻ laborem, l
a ℂQuo tranſitur de mundo ad cælum.
qui accidiſſet eis in itinere † quo
a ℂQuia fidelium cor vnum & anima vna. Act. iiij. f.
liberauerat eos dominus. Lætatuſq; eſt Iethro ſuper omnib⁹ bonis quæ fecerat dominus Iſraëli, eò ꝙ eruiſſet eū de manu Ægy- m
ℂCui omnia aſcribuntur non nobis.
ptiorū, & ait: Benedictus dñs qui liberauit uos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populū ſuum de manu n
ℂIn hoc miraculo,
Ægypti. Nūc cognoui quia ma-
a ℂGentiliū quos colebāt; vel ſuper ſanctos qui participatione beatitudinis bene dicuntur dij.
gn⁹ dominus ſup̄ oẽs deos, eò ꝙ
ℂPanem manducauit.
ſuperbè egerit contra illos. Ob-
c tulit ergo Iethro cognatus Mo- o
a ℂSacrificiū deo ſpiritus contri. &c. Pſal. l. d.
b ℂQuando licite vtuntur mandatis. ℂQuando ex toto mundum relinquunt.
yſi holocauſta & hoſtias deo: p

a ❡Sacerdotalis ordo. b ❡Primitiui populi.
a †Veneruntq́; Aãron & omnẽs ❡Verbi. seniores Iſraël,ut comederent pa ❡Ad honorem domini.
b nem cũ eo coram †domino. Al- b c
a ❡Quaſi magiſter. ❡Doctores legis qui ſeden tes.i.quieſcentes mẽte iudicãt tumultũ populi.
tera autem die ſedit Mõyſes, ut
a ❡Quaſi iudicandi,docendi.
iudicaret populum,qui aſſiſtẽbat d e
a ❡A principio mundi vſq; ad finem. nunquam enim defuit lex naturalis vel deſcripta.
Moyſi de mãne uſque ad ueſpe-ram. Quòd cùm uidiſſet cogna-tus eius omnia ſcilicet,quæ age-bat in populo,ait: Quid eſt hoc f
a ❡Alias agis in populo.
quod facis in plebe? Cur ſolus ſe des,& omnis populus præſtola-tur,mane uſq; ad ueſperam? Cui reſpondit Moyſes: Vẽnit ad me populus, quærens † ſententiam dei. Cumq́; acciderit eis aliqua di ſceptatio,ueniũt ad me ut iudicẽ
e inter eos & oſtendam præcepta dei & leges eius. At ille: Non bo g nam,inquit,rem facis: †Stulto la-bore conſumeris, & tu & popu-lus iſte qui tecum eſt: ultra uires tuas eſt negotium: ſolus illud nõ
d poteris ſuſtinere. Sed audi uerba h mea atq; cõſilia, & erit dominus
e tecum. Eſto tu populo †in his q̃ i ad deum pertinẽt: ut referas quæ k dicuntur ad eum, oſtendasq́; po l pulo ceremonias & †ritum colen m di, uiamq́; per quam ingredi de- n beant, & opus quod facere de- o
f beant. Prouide autem de omni p q
❡Alias ſapientes.
plebe uiros †potentes & timen- r s tes deum, in quibus ſit ueri- t v
a ❡Formam boni iudicis præſcribit.
tas: & qui ŏderint auaritiam:

E ☞ a ❡Veneruntq́; &c. Orig. Alia litera: Venerũt,inquit,pre
Moraliť ſbyteri Aaron, & omnis Iſraël mãducare panẽ cũ ſocero Moyſi in conſpectu dei.nõ oẽs mãducãt panẽ in cõſpectu dei,ſed qui preſby teri ſunt,qui ſeniores.i.qui perfecti ſunt in meritis,pbati,qui ſiue mã ducant,ſiue bibũt,ad gloriã dei faciũt. Omne ergo quod faciũt ſan-cti,in cõſpectu dei faciũt. pctõr à cõſpectu dei fugit. Adã poſtq; peccauit,fugit à con-
† de peni. diſ.1.c. ve-nit. ſpectu dñi,& interrogat⁹ rñdit. Gen.iij.b. Audiui dñe vocẽ tuã,& abſcõdi me,qa erã nudus. Cain exiuit à facie dñi,qa indignus
† deo erat cõſpectu dei,pterea q pleniorẽ ſcientiã dei accipiũt,ſi malũ faciũt, corã deo faciũt. Vñ Pſal.l.a. Tibi ſoli pecca.&c. Qui malũ coram deo facit,cõtinuò pœnitet,& dicit peccaui. Qui deſcendit à cõſpectu dei,neſcit cõuerti:& pctm̃ pœnitẽdo purgare. hoc er go intereſt inter malũ corã deo facere, & à cõſpectu dei diſcedere. ❡Orig. Nõ fruſtra venit Iethro ad Moyſen,nec fruſtra mãdu cauit panẽ cũ ſenioribus ppl'i in conſpectu dei,dat Moyſi cõſiliũ,pbabile & vtile,vt e-ligat viros,& cõſtituat principes ppl'i deũ colẽtes,potẽtes,& odiẽtes ſupbiã. Tales em̃ oportet eſſe q ſupbi nõ ſint & ſupbiã ode-rint.i.vt non ſolũ ipi abſq; vitio ſint,ſed in malis oderint vitia:nõ hoies dico,ſed vitia. b ❡Corã d. &c. Aug. Quęriť vbi,qñ-
Quęſtio q dẽ nec tabernaculũ fuit, nec arca teſtamẽ ti,q̃ poſtea ſunt inſtituta: neq; hoc de futu-ro dictũ accipere poſſumus, ſicut dictũ eſt de mãna qđ poſitũ eſt in vaſe.ſ.aureo. Er-go id ante deũ debem⁹ accipere factũ,qđ in honorẽ dñi factũ eſt. c ❡Oſtẽdã pcepta
Quęſtio &c. Quęri põt quõ hîc Moyſes dixit. Cùm lex dei adhuc nulla eſſet ſcripra,niſi quia lex
F dei ſempiterna eſt,quã cõſulũt oẽs piè viuẽ tes: vt qđ in ea inuenerint vel faciãt vel iu-beãt vl' vetẽt,ſcđm qđ illa icõmutabilis, ve ritas pcepit. Nũqd em̃ Moyſes,q̃uis cũ illo loquereť de⁹,p ſingula credẽdũ eſt,q cõſule re ſoleret dominũ.ſi qd eſſet in diſceptatio nibus tantę multitudinis,q̃ illũ in iudicandi negotio à mane vſq; ad veſperã detinebat, & tñ niſi pſidẽtẽ mẽti ſuę dñm cõſuleret, & legẽ æternã attẽderet,iuſtè iudicare nõ poſ-ſet. d ❡Sed au.&c. Aug. Pria q̃ſtio eſt,
Quęſtio cur de⁹ famulũ ſuũ,cũ quo tãta & talia lo-quebať,ab alienigena paſſus eſt admoneri. in quo ſcriptura nos admonet,p quẽlibet deť cõſiliũ veritatis nõ debere cõtẽni. Vidẽ dũ etiã,ne fortè ibi voluerit de⁹ ab alienige na moneri,ſ. Moyſen,vbi poſſet tẽtari ſup bia. Sedebat in iudiciaria ſublimitate. hunc em̃ ſenſum indicat ipſe Iethro,cũ iuſſit eos eligi ad iudicãdũ,q odiſſent ſupbiã: deinde q̃ ſit obſeruandũ qđ alibi ſcriptura dicit: Eccle.xj.b. Fili ne in multis ſint act⁹ tui,ſa-tis hîc apparet. Verba quoq; Iethro cõſide randa ſunt. dicit enim: Nũc ergo itaq; audi me,cõſiliũ dabo tibi,& erit deus tecũ. Vbi mihi videtur ſignificari,nimis intentum humanis actionibus ani-mum deo quodammodo euacuari: quò ſit tantò plenior quan-tò in ſuperna & æterna liberius extenditur. e ❡Eſto tu popu
Hiſtorice lo &c. Idem. Qđ verò adiungit: Eſto tu populo in his quę ad deũ pertinent,& referes verba eorum ad deum,& teſtaberis eis pręce-pta dei & legem eius, & demonſtrabis eis vias in quibus ambula-bunt in eis,& opera quæ faciunt cum populo vniuerſo. Hæc agen da eſſe demonſtrat. non enim ait: Vniuſcuiuſq; verba refer ad deũ, ſed verba eorum,cùm ſuprà dixiſſet: Eſto tu populo in his quæ ad deum ſunt. Poſt hæc admonet,vt ſingulorum negotia quę inter ſe habebant deferantur electis ſcilicet potentibus viris deum colen-tibus,iuſtis qui oderũt ſuperbiam,quos conſtituerat ſuper milenos, alios ſuper centenos,alios ſuper quinquagenos, alios ſuper denos, ſic à Moyſe remouit periculoſas occupationes. Nec iſtos grauauit cũ mille haberent; vnum ſuper ſe,& ſub illis alios .x.& ſub eis.xx.& ſub eis alios .c. vt vix aliquid ad ſingulos præpoſitos perueniret, qđ iudicari neceſſe eſſet. Inſinuatur etiam humilitatis exemplum, quòd Moyſes,cùm quo deus loquebatur, non faſtidiuit,neq; con-tempſit alienigenę conſilium,q̃uis & ipſe Iethro, cũ Iſraëlita non ☙ fuiſſet,vtrũ inter viros vnum deum colentes religioſéq; ſapientes habendus ſit,ſicut Iob,meritò quæritur, imò credibilius habetur. Ambiguè enim poſita fiunt verba,vtrum ſacrificauerit deo, vero in populo eius,quãdo vidit generũ ſuum,vel vtrũ eum adorauerit ipſe Moyſes,q̃uis de adoratione ſi expreſ-ſè poſitũ eſſet,honor videreť ſocero reddi-tus,ſicut ſolet hominib⁹ honorificẽtię cauſa exhiberi. Quos aũt dicit grãmatoyſagogas, q̃s decuriões,nõ facilè ſcire põt,qñ hoc no-mẽ in nullo vſu habem⁹, vl' officiorũ vel ma giſtrorũ. Nã qdã doctores interptati ſunt literarũ q ſcilicet introducãt in literas ſicut Græcũ vocabulũ ſonat. Hîc ſanè ſignificať ante legẽ datã Hebręos literas habuiſſe,quę quãdo cœperit neſcio vtrũ valeat indaga-ri. Quidã putant eas à primis hoĩbus cœpiſ ſe,& perductas eſſe ad Noë,atq; inde ad pa rẽtes Abrahę,deinde ad populũ Iſraël: ſed vnde hoc pbari poſſit,ignoro. f ❡Pro-uide aũt &c. Ad cuſtodiã humilitatis ab alienigena inſtruitur, ne qui tot arcana dei ab ipſo deo diſcebat extolleretur,& putaret ſe humano cõſilio non egere. Præfiguraba tur etiã q doctrina gentium Iudęorũ ſcien tiã & ſuperbiã ſuparet,& q̃ in lege deerãt fideles ex gẽtib⁹ cõplẽda ſuggererent, & ſpi ritualem intellectum ad legem dei afferrẽt. Sciebat quoq; Moyſes,quia hunc populũ lex audiret,& faceret quęcũq; diceret, legis quoq; diminutio ſuggerẽte euãgelio fieret. † deum

Qñ literæ inceperint

*Nicolaus de Lyra.* ☞ Et cõſtitui

☙ a ❡Veneruntq́; Aaron &c. Vt ho norarent eũ,maximè qa erat de nouo con-uerſus ad fidẽ & ritũ Hebręorũ,vt in fide magis ſolidareť.p panẽ aũt hîc intelligiť oĩs cib⁹ vt frequẽter dictũ eſt. b ❡Coram dño.i. corã illo puo tabernaculo,de q̃ di-ctũ eſt,ſuprà.xvj.c. vel corã altari vbi obtu lerat holocauſta. c ❡Altera aũt die. de-ſcripto aduentu cõſulẽtis,hîc cõſequẽter de ſcribiť aſſenſus pſidẽtis,vbi pmittiť cõſulta tiõis occaſio,cũ dr: Altera aũt die.ſ. poſt o-blationẽ Iethro. d ❡Sedit mo.&c. De bet em̃ iudiciũ fieri in trãqllitate rõnis,nõ in motu paſſionis,& hoc deſignatur p ſeſſionẽ ppter qđ iudices debẽt dare ſñiam ſedẽdo. e ❡Qui aſ.&c. ppter negotiorũ multi-tudinẽ. f ❡Quid eſt &c. Ac ſi diceret nõ eſt bon⁹ pcedẽdi modus. Vñ ſequitur. g ❡Nõ bo.&c. Nõ eſt intelligẽdũ,q res eſſet de ſe mala, imò bona: ſed melius fieri poterat,vt oſtẽdiť infrà,min⁹ aũt bonũ,cõ-patũ ad mai⁹ bonũ,habet rõnẽ defect⁹ & p cõſeqns mali aliq̃liter,ſicut min⁹ malũ cõpa tũ ad mai⁹ habet rõnẽ eligibilis,& p cõſeqns rõnẽ bõi,aliq̃ mõ. Scđò ppõť ipa cõſultatio cũ diciť. h ❡Sed au.ver.&c.i. meli⁹ gu bernabis populum à deo tibi cõmiſſum. i ❡Eſto tu &c. accedendo ſcilicet ad deum pro populo & vo luntatem ipſius audiendo pro ppl'i directiõe. Ideo ſubdiť. k ❡Vt referas ſcilicet pplo. l ❡Oſtendaſq; &c. quãtũ ad celebratio nem dierũ ſolennium. m ❡Et ritum colendi. quantũ ad actũ offerendi & ſacrificandi. n ❡Viãq; per quam ingre.de. quã tũ ad credenda. o ❡Et opus qđ fa.de. quãtũ ad mores & agẽ da. p ❡Prouide aũt. Cum magna diligentia & deliberatione. q ❡De omni ple. abſq; pſonarũ acceptiõe. r ❡Viros. qa mulieres non debent dominari nec regere ppter defectum diſcre-tionis & cõſtãtię. s ❡Potẽtes.ſ. iudicare p ſuã ſapiẽtiam & expe rientiã. Vñ & alia trãſlatio habet ſapiẽtes vbi nos habem⁹ potẽtes. t ❡Et timentes deũ,magis q̃ hoĩes. v ❡In quibus ſit ve-ritas.ſ. vitę, iuſtitię,& doctrinę. x ❡Et qui oderint,auari. qa homines cupidi propter munera de facili deflectuntur à iuſtitia.

† cadẽ do cades.i.huic graui one-ri ſuccum bes
H
† corã deo vt referas li tes eius ad deum, c.ſi.de re.iu di.lib.6.
† leges indi ciaq; eis viã
† fortes
Cõtra mu-lierũ regi-men

☙ Et cõſtitue ex eis Moraliť

Mora. aũt p verbũ Iethro. d. p ❡Prouide &c. Inſtruũtur prin cipes & plati pmouere ſine pſonarũ acceptiõe viros aptos,p regimi ne ſcđm cõditiões hîc poſitas i ſeſu lřali q ẽt moral' eſt,vt patet itu:ti

✱ Quibus auditis

A Moraliť. a ¶ Et cōſtitue &c. Origeň. Ordinabis, inqt, eos tri. &c. Et iudicabunt populum omni hora, verūtamē qď graui⁹ fuerit, referent ad te, audiant principes ppľi, & pſbyteri plebis, q debent omi hora ppľm iudicare, ſemp & ſine intermiſsiōe ſedere in iudicio, dirimere lites, & recōciliare diſſidentes, in gratia reuocare diſcordes. Diſcat vnuſquiſq ex ſcripturis ſctis officiū ſuū. Moyſes, inqt, vt ſit in his q ad deū ſunt & verbum deiediſſerat ppľis. Cęteri verò principes quos appellauit tribunos, qa tribui pſunt. Vel cēturiōes vel quinqgenarij q pſunt minorib⁹ iudicijs, q ad ſingulos ptinent dirimētes. Quā figurā etiā in futuro ſeculo ſeruādā puto. Vñ Mat. xix. d. Cū ſederit ſi. ho. ſup thronū maieſ. ſuę, ſede. & vos ſup. ſedes. xij. &c. Vides ergo quia nō ſolū dñs iudicat, cui oē iudiciū dedit pr̄. Ioh. v. d. Sed cōſtituit principes q iudicēt de minorib⁹ cauſis. verbū aūt qď graui⁹ fuerit, referāt ad ipm. Ideo dicit dñs de quodā Matt. v. c. qa re⁹ erit cōci. de alio aūt ibidē. xij. c. Re⁹ e. ge. ig. Sed & de oī ỽbo otioſo dicīť reddere rōnē. Et iō nō dixit eſt, qa deo pſtabim⁹ rōnē, ſicut de piurio. Reddes aūt dño iuramēta tua, Mat. xij. d. Regina quoq auſtri ſurget in iu. cū vi. gene. hui⁹ & cōdē. c. Ecce aliud genus iudicij. Matth. xiij. f. Qui habet au. audi. hęc em̄ oīa vmbra ſunt cęleſtiū & imago futurorum. ¶ Orige. Sicut ſcriptū eſt. Eccl. j. b. Nō ſatiabiť oculus viſu, nec au. au. nec nos ſatiari poſſum⁹ conſiderando q ſcripta ſunt qb⁹ nos ędificēt, q̄ntis nos modis iſtruāt. Cū em̄ cōſpicio, ꝙ Moyſes, ppheta deo plenus, cui deus facie ad faciē loqbať, cōſiliū accepit à Iethro ſocero ſacerdote Madiā, admiratione nimia obſtupeſco. Audiuit em̄ Moyſes vocē ſoceri ſui, & fecit q̄cūq dixit ei. Non dixit, qa de⁹ mihi loquiť qd agere debeā: quō ab hoie cōſiliū accipiā, & ab hoie Gētili alieno à populo dei, & nō qs dicat, ſed qd dicať auſcultat. Nos ergo ſi inuenimus aliqd ſapiēter à Gentilibus dictū, nō cū autoris noīe ſpnamus & dicta, nec qa legem dei tenem⁹ cōuenit nobis tumere ſupbia & ſpernere prudentiū verba, ſed oīa, pbantes qď bonū eſt, teneamus. Qui aūt hodie ppľis pſunt, non dico ſi iā eis aliqua à deo reuelata ſunt: ſed ſi in ſcia legis aliqd meriti habent, cōſilium dedignanť inferioris, etiā ſacerdotis, nedum laici, nedum Gētilis: ſed Moyſes qui erat manſuetus ſuper omnes homines accepit cōſilium inferioris, vt principibus daret formā humilitatis, & ſignaret imaginē futuri ſacramēti. Sciebat qīq futurū, vt Gētiles bonū cōſiliū pferrēt, apud Moyſen bonū & ſpūalē intellectū afferentes ad legem, & audiret eos lex faciens oīa q diceret. Nō enim pōt facere lex ſicut Iudęi dicūt, qa infirmať lex in carne, i. in litera, & nihil pōt ſcďm literam. Nihil enim ad pfectū adduxit lex. Hebr. vij. c. ſcďm hoc aūt cōſilium qď nos afferim⁹ ad legē, poſſunt oīa ſpūaliter fieri, & ſacrificia offerri, q mō carnaliter nō pñt, pōt lex leprę ſpūaliter ſeruari. Sicut ergo intelligim⁹, ſentim⁹ & cōſiliū dam⁹, oīa facit lex: ſcďm literā ỽo nō oīa, ſed pauca. b ¶ Moy. ſe. &c. Vir deo familiaris ſapiētiſsim⁹, nō erubeſcēs à minori & Gentili doceri, formā doctoribus pbuit ne à qbuſlibet erubeſcāt erudiri. c ¶ Quicqd &c. Alij verbū, aut graue referebāt ſup Moyſen. ſic em̄ habet Gręcus ſermo. qď Latini interptati ſunt, ad Moyſen. Illa ſanè locutiōe ipſa etiā cura figuratur, qua dictū eſt ſup Moyſen, velut onus ſignificať ei impoſitū. Verbum aūt graue dictum eſt pro quæſtione graui.

Matth. 5. c.

præcepta eius poteris ſuſtētare

Moraliť.

Exod. 33. c.

B ✱ dñi

† ergo

Nūe. 12. a.

Nota

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Et cōſti. ex &c. Tribun⁹ eſt qui pēſt mille hominibus. b ¶ Et centu. Cēturio pēſt cētum. c ¶ Et qn &c. qnqgenarius eſt q pēſt. l. & decanus. x. in populo aūt Iſraël erāt ſexcenta milia peditū, vt ſuprà dictū eſt. xij. ca. Ex quo cōcludiť, ꝙ ibi fuerūt ſexcēti tribuni, & centuriōes ſex milia, & qnquagenarij. xij. milia, & decani lx. milia. d ¶ Si hoc fe. &c. ordinatè gubernādo populū tibi cōmiſſum à deo. e ¶ Et oīs &c. reuer. hora debita negotijs expeditis. f ¶ Cū pace ad loc. ſ. per hoc em̄ ꝙ honores à pſidente cōmunicanť alijs ſcďm grad⁹ ſuos eſt maior pax in pplo. g ¶ Quibus au. &c. Hīc tertiò poniť cōſultatiōis adimpletio, cū dicitur. Fecit omnia

a ¶ Qui ſibi ſubiectis bona tribuunt: qui Græce ✱ chiliarchi, Latine dicuntur millenarij.

a Et conſtitue ex eis tribunos & b centuriones, & quinquagenari- c os, & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referāt ad te, & ipſi minora tantūmodo iudicent, leuiusq tibi ſit, partito in alios onere. Si hoc feceris, d implebis imperiū † dei, & pcepta ei⁹ poteris † ſuſtinere, & oīs hic populus re- e uertetur cū pace ad loca ſua. Qui- f bus auditis Moyſes fecit omnia g quæ ille ſuggerat. Et electis uiris h ſtrenuis de cūcto Iſraël, cōſtituit i eos principes populi, tribunos, centuriones, & quinquagenarios & decanos, qui iudicabant ple- c bem ✱ omni tēpore. Quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantūmodo iudicātes. Dimiſit † ꝙ ✱ cognatū ſuū, k qui reuerſus abijt in terrā ſuam.

a ¶ Qui Græce ✱ hecatōtarchi. b ¶ Qui & ✱ pētecōtarchi.

a ¶ Qui ſuper denos. ¶ Qui Græce ✱ decarchæ. b ¶ Priuatas cauſas populi.

a ¶ Beati qui cuſtodiunt iudicium & faciunt iuſtitiam in omni tempore. Pſal. cv.

¶ Graues quæſtiones & communes.

¶ Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.

Cap. XIX.

d ¶ Iunio.

Menſe tertio egreſ- l ſionis Iſraël de terra Ægypti,

h ¶ Fecit omnia quæ ille ſug. Ex quo datur exemplum ꝙ bonum cōſilium inferioris nō eſt cōtemnendum. Moyſes enim qui erat dux populi, & ita deo propinquus ꝙ loquebať ei ſicut homo ad amicum ſuum, tamen fecit ipſius Iethro cōſilium. i ¶ Et electis viris &c. Deut. j. dicitur, ꝙ populus elegit iſtos. dicendum, ꝙ Moyſes hanc electionem populo commiſit, quia p experientiam cohabitationis cognoſcebāt melius conditiones vicinorum ſuorum, illā etiam electionem Moyſes approbauit, & ideo dicitur hīc elegiſſe, qa autoritate eius electio illa facta fuit & approbata; & patet litera vſq ibi. k ¶ Dimiſitq co. ſu. id eſt ſocerū ſuum: qui reuerſus abijt in terrā ſuā. Illi qui dicunt ꝙ Iethro venit ad Moyſen primo anno egreſſiōis de AEgypto, qď eſt probabili⁹ vt dictum eſt, dicunt ꝙ non redijt ad terrā ſuam vſq ad annum ſequentē: ita ꝙ fuit cū populo Iſraël per annum, & ideo ei⁹ redit⁹ poniť hīc per anticipationē, & hoc eſt magis pbabile: tum quia erat nouiter ad fidē conuerſus, vt prædictum eſt: & ideo debebat plenius inſtrui, & maximè quia illo anno erat lex danda à deo: tum quia videns generum ſuum in tanta gloria, & per conſequēs filiā ſuā & nepotes ſuos, non eſt veriſimile, quòd ita citò recederet ab eis. g ¶ Quibus audi. &c. oſtendiť ꝙ qn prudētes & literati homines veniunt ad religionem, conſilium eorum, ppter nouitatē nō eſt cōtēnendū, ſed grauiter accipiēdū. ¶ In. cap. xviij. vbi dicitur in poſtilla: Tulit Sephorā vxorem Moyſi.

C

Nota

✱ χιλιάρχοι

✱ ἑκατοντάρχοι

✱ πεντηκοντάρχοι

✱ δεκάρχοι

† dñi

† ſuſtētare

## ADDITIO.

¶ Qualiter ſit intelligēdū qď diciť hīc: Tulit Sephorā vx. Mo. quam remiſerat, dictum fuit ſuprà. iij. ca. in additione. iij.

† Moyſes ſocerum

## GLO. ORDI.

### CAP. XIX.

D Hiſtoriçe.

E ne dei:& hoc nõ in forma p̄cepti, ſed q̄ſi imponendo modũ p̄ceptis Dicit em̄ in fine primi p̄cepti ꝓmittẽs p̄mia obſeruantibus. Et faciẽs miſericordiã in millia his q diligũt me. in q̄ oñdit manifeſtè ꝙ p̄mia q̄ à deo dant̃ ꝓpter eius p̄cepta obſeruãda, dant̃ pricipaliter ꝓpter dilectionẽ dei. & ſic ſatis oſtẽdit, ꝙ in dilectione dei principaliter cõſiſtit meritũ aliorũ p̄ceptorũ. Siſi mõ dicendũ eſt de p̄cepto dilectionis ꝓximi. ſ. ꝙ fuit reſeruata eiꝰ explicatio ad alium locũ, vbi de difficilioribꝰ actibꝰ virtutũ circa ꝓximos exercẽdos ageret. ſ. Leuit. xix. vt ibidẽ eſt dicẽdũ. Itẽ circa hoc vlterius attendẽdũ eſt, ꝙ licet primũ p̄ceptũ decalogi ſit principaliter negatiuũ, cũ dicit: Nõ habebis deos alienos: tñ includit quodãmõ affirmatiuũ, in hoc em̄ qđ ſequit̃: Corã me, ſcđm gl. interlineare intelligit̃ p̄ter me. Idẽ oĩno habet̃ in tranſlatione Chaldaica. vñ in hoc qđ dicit̃: Nõ habebis deos alienos p̄ter me. manifeſtè includit̃, me habeas in deũ & nullũ alium. Ex quo vt credo, inſurgit apud ſimplices cõis enũeratio p̄ceptorũ decalogi, in qua primũ ponitur: Deũ cole, affirmatiuè. Notãdũ etiã ꝙ cũ dicitur: His qui diligunt me, ſtatim ſubiungitur: Et cuſtodiũt p̄cepta mea, † conformiter ad euangelium Ioha. xiiij. c. Qui diligit me, ſermonem meũ ſeruabit &c.

† cõformat̃

¶ In eo. c. xx. vbi dicit̃ in poſt. Ita ꝙ fieri ſculp. &c. videt̃ addẽdũ.

## ADDITIO II.

Quòd ſm Hebręos facere imaginẽ ſeu ſilitudinẽ cuiuſcũq; creaturæ ſpecialiter aiatę, vel cuiuſcũq; cæleſtis corpis, q̄ cõiter opinãtur eſſe aiata, etiã nõ intẽtione colẽdi eas nec adorãdi, eſt ꝓhibitũ: patet ꝑ hoc qđ dicit̃: Nõ facies tibi ſculptile, nec oẽm ſilitudinem &c. qđ ſatis videt̃ cõſonare literæ: ſed ex hoc credũt nos eſſe trãſgreſſores huiꝰ p̄cepti, inq̄tũ ꝑmittimꝰ fieri imagines & ſimilitudines hoim & angelorũ. Sic etiã ſilr̃ nos credũt eſſe trãſgreſſores illiꝰ p̄cepti: Nõ adorabis ea neq; coles. in hoc ꝙ imagines Chriſti & ſanctorũ adoramus. Sed bñ aduertẽti primũ eſt manifeſtè falſum: nõ em̄ ꝓhibent̃ imagines creaturarũ fieri, niſi adhibeat̃ eis cultꝰ deo debitꝰ. Qđ ex hoc patet: nam hoc p̄ceptũ: Nõ habebis deos alienos, apud oẽs eſt vnũ p̄ceptũ tm̄: licet in eo diuerſi actꝰ ꝓhibeant̃, eò ꝙ oẽs illi actus ꝓhibent̃ ad eũdem finẽ. ſ. ad remotionẽ idolatriæ: Si igit̃ ſculptile facere eſſet ꝓhibitũ, etiã ſine intẽtione colẽdi ſeu adorãdi, talis ꝓhibitio non ꝑtineret ad iſtud p̄ceptũ, niſi fortè ceremonialiter. ſ. ad remouendũ occaſionẽ idolatrandi, & ſic talis ꝓhibitio eſſet ceremonialis, & nõ obligaret tp̄e gratiæ. Secunda etiã credulitas eſſet falſa & erronea: nã imagines ſctõrũ nõ adorant̃ à fidelibꝰ adoratione latriæ ſed duliæ. Imago aũt Chriſti adorat̃ adoratiõe latriæ rõne rei ſignificatę, q̄ eſt ipſe Chriſtꝰ verus deꝰ. Eadẽ em̄ adoratione adorat̃ imago repſentãs inq̄tũ talis, & res per eã repſentata. ꝓut. in. ij. ij. q. Et circa hoc eſt attẽdendũ vlteriꝰ, ꝙ in veteri lege licet imagies creaturarũ fieri ꝓhiberent̃, tñ ĩtra ſancta ſanctorũ duo Cherubĩ qui erãt imagines iuuenũ ſupra ꝓpitiatoriũ ponebant̃, vt patet. ſ. xxv. c. Ex quo patet ꝙ imagines fieri nõ erat ꝑ ſe malũ, ſed ꝓpter ꝓnitatem ppl̃i inducti ad idolatriã. Cuiꝰ ſignũ manifeſtũ eſt, ꝙ intra ſctã ſctõrũ, vbi ſoli ſũmi ſacerdotes miniſtrabãt, de qbꝰ nõ erat talis ꝓnitas p̄ſumenda, nõ ſolũ ꝑmittebant̃, ſed etiã p̄cipiebant̃ fieri tales imagines. ſ. Cherubin, q angelos repſentabãt, vt taliũ intuitu ĩ cõtẽplatiõe cæleſtiũ mẽs ſummi ſacerdotis eleuaret̃. Cùm autẽ venit plenitudo tp̄is ſcilicet tp̄e gratiæ, qñ ppl̃s cõiter idola reſpuit, nec ad ea habet ꝓnitatẽ, nõ immeritò fiũt imagines ſctõrũ, qbus repſentant̃ eorum opa meritoria, & etiã miracula ꝑ eos diuinitꝰ facta: vt in eis ſimplices, ſicut in libro, hiſtorias eorũ legãt: ex quibꝰ diſcãt bonorum operũ imitationẽ, q ꝑ libros hoc facere nequeunt: quibꝰ imaginibꝰ. ſ. ſanctorũ honor debet̃ ex rõne perſonæ repſentatæ, cui hoc debet̃ tanq̃ p̄miũ virtutis, vt habet̃. j. Ethi. & à fortiori vinculo imagies Chriſti de virgine nati, & in cruce pendẽtis, & de ſepulchro reſurgẽtis & aſcẽdẽtis in cælũ, & hmõi tã in eccleſijs q̃ ĩ altaribꝰ meritò depingunt̃ vel ſculpunt̃, vt fideliũ mẽtibꝰ geſtorũ Chriſti in quibꝰ noſtra ſalus conſiſtit, memoria tenaciꝰ infigat̃, quibꝰ. ſ. imaginibus † adoratio latriæ debetur rõne rei ſignificatæ, vt dictum eſt.

Imagines an permiſſę

F

Philoſophꝰ

† adorationis latria.

¶ In eo. ca. xx. vbi dicit̃ in poſtil. Cauſa aũt huiꝰ ꝓhibitionis &c.

## ADDITIO III.

Quòd cauſa huiꝰ ꝓhibitiõis. ſ. cũ dicit̃: Nõ aſſumes nomẽ dei tui in uanũ, eſt ꝓpter † reuerẽtiã dei, ꝓut etiã poſtillator dicit manifeſtũ eſt. Sed hoc qđ ſequit̃: Nec em̄ inſontẽ habebit, ĩportat cõminationẽ pœnæ huiꝰ p̄cepti trãſgreſſoribus. Coactio em̄ legis eſt ꝑ metũ pœnę, vt ĩ. x. Ethicorũ. vñ incõueniẽter videt̃ dici, ꝙ hęc cã ſit huiꝰ ꝓhibitiõis, ſed potiꝰ pœnę trãſgreſſoribꝰ debita ſeu cõminata &c.

† irreuerentiam.

Philoſophꝰ

¶ In. c. c. xx. vbi dicit̃ ĩ poſtilla: Dicit igit̃: Memẽto, dicũt Hebręi. &c.

## ADDITIO IIII.

Quòd qa p̄ceptũ de ſabbathi obſeruatiõe fuerat datũ eis. ſ. xvj. c. ĩ prio deſcẽſu mãnę, idcirco p̄ponit̃ nũc huic p̄cepto. Memẽto. q. d. hoc p̄ceptũ nõ datur tibi de nouo, quia iam habuiſti, ſed habeto memoriã de eo: vñ nõ debuit poſtillator recurrere ad expoſitiões Hebræorũ in talibꝰ, p̄ſertim cũ habeãt in hoc falſum fundamentũ. Credũt em̄ ꝙ p̄cipua ſanctificatio ſabbathi cõſiſtat ĩ corꝑalibꝰ delectatiõibꝰ. & ideo introducũt in ſabbathi obſeruatione iſta q̄ nihil valẽt. Silr̃ter etiã tradũt, ꝙ tenet̃ quilibet in die ſabbathi ter mãducare. ſ. vnũ prandiũ, & duas cœnas, aſſerẽtes ꝙ oẽs hoc obſeruãtes ſunt ſecuri à iudicio gehẽnæ. vt in libro de ſabbatho exp̄ſſè habet̃ qđ eſt valde ridiculoſum. artior enim via eſt q̄ ducit ad vitam ſeu paradiſũ, ſcđm catholicã veritatẽ, q̃ comedere ter in die feſto. &c.

G

¶ In eo. c. xx. vbi dicit̃ in poſtilla: Et ſm docto. nr̃os noĩe parẽtũ &c.

## ADDITIO V.

Hæc autoritas Aug. ſecundũ quã ille q nõ pauit eſurientẽ dicit̃ eũ occidere, verius & planiꝰ corrñdet q̄nto p̄cepto, vbi dicit̃: Nõ occides: ꝑ qđ ꝓhibet̃ occiſio cuiuſcũq; ꝓximi. & ꝑ cõſeq̄s ille qui poſſet aliquẽ fame morientẽ paſcere & nõ paſcit, occidit. & ſic eſt manifeſtè tranſgreſſor iſtius quinti p̄cepti.

¶ In eo. c. xx. vbi dicit̃ in poſtilla: Dicit Ra. Sa. ꝙ per hoc p̄ceptum prohibetur &c.

## ADDITIO VI.

Quòd licet ex plano ſenſu literæ ꝑ hoc p̄ceptum: Non occides: tm̄ homicidiũ videt̃ ꝓhiberi, tñ ex cõſeq̄nti intelligunt̃ cętera nocumẽta in pſona hoĩs facta eſſe ꝓhibita pari rõne: nã rõ q̄ homo peccat in occiſiõe ꝓximi eſt, qa facit cõtra charitatẽ vel etiã contra iuſtitiã, cõtra q̄s etiã facit q alias lęſiões infert, licet nõ ita grauiter peccet: qa pœna mortis nõ infligit̃ ꝓpter al̃s lęſiões, ſicut ꝓpter homcidiũ: tñ in alijs p̄ceptis iudicialibꝰ talia ꝓhibent̃, vbi pœnæ eorum taxant̃.

¶ In eo. ca. xx. vbi dicit̃ in poſtilla: Sed variat̃ multùm in hoc ſiue ſit vnum p̄ceptum ſiue duo intellectꝰ Hebræorum.

## ADDITIO VII.

Quòd multi Hebręorũ expoſitores dicũt, ꝙ ĩ hoc p̄cepto ꝓhibet̃ concupiſcẽtia vxoris alienæ & hmõi, etiã ſi nõ prorũpat in actꝰ exteriores, vt patet ꝑ Ra. Abẽhazra ĩ ſua gl. et in hoc loco. Quòd aũt dicit̃ à qbuſdã doctoribꝰ noſtris, ꝙ lex vetꝰ ꝓhibebat manũ & nõ animũ, nõ eſt ſic intelligẽdũ, vt ꝑ legẽ veterẽ nunq; ſint ꝓhibiti aliq actus interiores, qui in aĩo conſiſtunt: hoc em̄ eſſet manifeſtè contra textũ. Legitur em̄ infrâ, Leuit. xix. d. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, in quo manifeſtè prohibet̃ odium cordis, qđ eſt in animo. Similiter Deut̃. ix. a. Ne dicas in corde tuo, cùm deleuerit eos dñs deus tuus in cõſpectu tuo, propter iuſtitiam meã. in quo manifeſtè ꝓhibet̃ ſuperbia ſeu p̄ſumptio etiã in corde tm̄ exiſtẽs. vñ dicta doctorũ noſtrorũ in hoc, ſeu gl. in poſtilla allegatę aliter ſunt intelligẽda, ſ. ꝙ in lege veteri cũ aliquis actus exterior expreſſè prohibet: nõ intelligit̃ ꝑ hoc ꝓhiberi ex vi illius præcepti actus interior, huic exteriori correſpondens. vnde ex vi huius p̄cepti: Non occides: nõ iudicatur reus ille qui vult etiam ex ꝓpoſito deliberato occidere hoiem, licet fortè ſit reus trãſgrediendo aliud p̄ceptũ, ſcilicet Non oderis fratrẽ tuum. Lex verè noua ꝓhibẽdo peccata, nõ ſolũ ꝓhibet manũ, ſed etiam animum. vnde ſaluator Matth. v. a. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis: ego autem dico vobis, ꝙ omnis qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdũ eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

H

## REPLICA

Correctorij cõtra Bur. In ca. xx. Bur. notat poſtillatorẽ q̄ſi diminutũ, dicẽs eum expoſitionem decalogi breuiter tranſiſſe, cùm tamen propoſitum poſtillatoris non fuerit ſummas neq; tractatus ſcribere, ſed planè literalem ſenſum inquirere, quod & facit, vt patet cuilibet intuenti. Reliqua per Burgen. in hoc capitulo mota modicum imò nihil faciunt contra poſtillatorem. Multa autem per Burgen. per modum digreſſionis poſita bene pertractatione indigerẽt, ſed non eſt p̄ſentis ꝓpoſiti cõtra Burgeñ. facere, niſi vbi videtur poſtillatori irrationabiliter obuiare. Notat tñ in hoc capitulo incidentaliter poſtillatorem, dicens comminationẽ pœnæ fore cauſam obſeruantiæ p̄ceptorum &c. volens Burgeñ. ꝙ reuerentia dei ſit cauſa. Sed ex hoc nõ ſequit̃, ergo cõminatio nõ eſt cauſa: ſtat̃ em̄ eiuſdẽ rei plures eſſe cauſas in eodem genere cauſæ, quãuis non totales. Vñ quẽ amor & dei reuerentia nõ mouet ad præceptorũ obſeruantiã, ſaltẽ mouet timor & metus pœnæ. Eſt igitur ſicut promiſſio, ita eſt & cõminatio cauſa motiua obſeruantiæ mandatorum & maximè in veteri lege, quæ fuit lex timoris, vt patet in epiſtola ad Gala. per totum. Cæterùm poſtillator non exponit li memento vt ſabbathũ &c. approbãdo errores Iudæorum, ſed magis reprobãdo, vt patet per ea quæ de expoſitione Hebræorũ traxit, cętera reijciendo: Ita & Burgeñ. ſępe nũero facit. & ſic in quo poſtillatorem in hac parte iudicat, ſeipſum condemnat: Quõ accipi debeat, legem cohibere manum nõ animũ, quod hîc à Burge. tractat̃: vide ſupr à Geñ. iij. correctorio. j.

Cap. XXI.

a HÆc ſunt iudicia,[a] quæ propones
a ¶Seruitio dei mancipaueris.
b eis. †Si ẽmeris ſer[b]
a ¶Qui mente ab hoc ſeculo tranſit, b ¶Perfectione actiuæ vitæ.
c uum Hebræũ, ſex annis ſer[c]
a ¶In contemplatione.
b ¶A ſeruitute mundi.
uiet tibi, in ſeptimo egredietur[d]
a ¶Quia & hoc gratiæ dei tribuitur.
b ¶Non in deterius mutata.
¶Intentione bene operandi.
liber gratis. †Cũ quali ueſte intra[e]
a ¶Perdurans vſq; ad finem.
uerit, cum tali exeat. Si habens[f]
a ¶Bonam operationem
b ¶In contemplatiua non deſeratur.
uxorẽ, & uxor egredietur ſimul.[g]

A HAEc ſunt iu. Diſtinctiꝰ amodo explicanẽ Ca. XXI. ea quæ ad ꝓximũ ptinẽt. Notanda locutio cũ dictũ ſit Moyſi: Hæc ſunt iudicia quæ ꝓpones eis. cætera ad populũ dicunẽ. b ¶Si eme. ſer. he. &c. Auguſt. Ne Chriſtiani hĩc flagitarẽt à dñis ſuis, apoſtolus iubet dñis ſeruos eſſe ſubditos, ne nomẽ dñi & doctrĩa blaſphemetur.

1.Pet.2.c. Illud em̃ inde cõſtat in myſterio eſſe pręceptũ, qa pertundi ſubula eius aurem ad poſtem præcepit deus, qui libertatẽ recuſaſſet.

Allego. ¶Greg. Alle. Sciendũ, quia cùm actiua & contẽplatiua vita ex dei gratia ſint, vna nobis in neceſſitate eſt, altera in voluntate. Nemo enim cognoſcẽs deũ ad eius regnum ingreditur, niſi prius bñ opereẽ. Sine contẽplatiua verò ingredi pñt, q bona q̃ pñt operari, nõ negligunt. Inde per Moyſen dicẽ: Si emeris ſeruũ Hebræũ &c. Hebræus tranſiens interpretaẽ, & ſeruus Hebræꝰ emiẽ, quãdo qui iã ab hoc ſclõ mẽte trãſit, ſeruitio dei ſubdiẽ: ſic Moyſes trãſiuit, vt videret viſum. Et Dauid inquit Pſ. xxxvj. d. Tranſiui & ecce non erat. Hic ſeruus emptus ſex annis ſeruire pręcipiẽ, ita vt in ſeptimo liber exeat gratis. Senarius enim perfectionem actiuæ vitę ſignificat, ſeptenarius cõtemplationem. Sex ergo annis ſeruit, in ſeptimo liber egreditur, quia ꝑ actiuã quã ꝑfectè exhibuit, ad cõtemplatiuæ vitæ libertatẽ trãſit.

†ſi cũ corpore ſuo ingreſſus fuerit cum corpore ſuo egredieẽ, Hebraiſmus eſt, quẽ ſic vertit Chal. interpres ſi ſolus intrauit, ſolus egredietur.

Nota ¶Et notandũ ꝙ gratis liberi egrediunẽ, q poſtq̃ oĩa fecerint, dicũt ſe ĩutiles ſeruos, ergo eis ſicut actiua fuit ex munere, ita ex grã erit cõtẽplatiua. Cũ q̃li veſte ĩtrauerit cũ tali exeat, qa neceſſe eſt, vt qſq; in hoc qđ cœpit ꝑſeueret vſq; ad finẽ opis, in ea intẽtione q̃ ichoauit. Ille em̃ ad cõtẽplatiuã bñ trãſit, q ĩ actiua ĩtẽtionis ſuæ veſtẽ ad deteriora nõ mutauit. Et ſunt nõnulli q priuſq; dei ſeruitio ſocienẽ opari diligũt. Aliꝫ poſt q̃ ad ſeruitiũ dei venerit, bñ opari diſcũt. Qui priꝰ bona opera ſtuduit hr̃e, Hebręꝰ ſeruꝰ cũ vxore emptꝰ eſt, & plerũq; põt ad cõtẽplatiuã vitã trãſire, actiuã tñ vitã nõ deſerere. vñ ſubditur: Si habẽs vxorẽ, & vxor egrediaẽ ſimul. Cũ eo em̃ ad libertatẽ egrediẽ vxor, qñ actionẽ bonã q̃ ꝓſit aliis nõ relinqt. Si autẽ dederit illi vxorem dñs, & peperit filios & filias, mulier & liberi eius erunt dñi ſui. Ipſe verò

B exibit cũ veſte ſua. Seruo empto dñs dat vxorem, cùm prædicator

4.Reg.2.a. eum quẽ deo mãcipauerit bonę actioni cõiungit, ꝑ̃dicatores autem dñi vocanẽ. Sicut Heliſæo de prędicatore ſuo dicẽ: Scis ꝙ dñs tuus tollatur à te. Vxor ſerui emptitꝫ filios & filias parit, quãdo ei bona actio fortes & teneros fructus generat. Sed mulier cum filiꝫs dño remanet, & ſeruus erit cũ veſtitu ſuo, qa bona actio & fructus eius ꝑ̃dicatori in mercedẽ reputaẽ. Ipſe verò in deſiderꝫ intentione ꝑdurans, ꝑ dei grãm ad cõtemplationẽ egrediẽ. Quòd ſi dixerit ſeruus: diligo dñm meũ &c. Seruꝰ dñm ſuũ diligit, qñ prædicatoris verba ſollicita mẽte cuſtodit. Vxorẽ quoq; amans, & liberos, liber egredi recuſat, qñ actiuam vitã eiuſq; fructus diligens, trãſire ad contemplatiuã non vult: qa bona ſui miniſterꝫ opa ſe habere ſeruitute cõſiderãs, ad libertatis quietem tranſire renuit: ſed offerat eum dñs diis, & appliceẽ ad oſtiũ & poſtes, & perforet aurẽ eius ſubula, vt ſit ſeruus in ſecula. Qui em̃ in actiua diſpoſuit vita perdurare, à dño diis offertur qñ à prędicatore ſuo antiquorũ patrũ dictis imbuiẽ, q nobis in via dei ſacerdotes fuerunt. Ad oſtium quoq; & poſtes tabernaculi duciẽ, vt de ingreſſu tabernaculi æterni aliqd audiat, & tremẽdi iudicꝫ diẽ ſubtiliẽ agnoſcat, ne ꝑ bõa opa q̃ facit placeẽ hoĩbꝰ appetat. Sicq; auris eius ſubula ꝑforaẽ. i. mẽs timoris dei ſubtilitate vt verbi acumine tranſfixa, per oẽ qđ agit, nouerit ingreſſum regni attendere, & q̃ſi ab oſtio & poſte tabernaculi ꝑforatã aurẽ portare. Et erit ſeruus in ſecula, vt eſſe poſt ſeculũ liber poſſit: qa & ipſa creatura liberabiẽ à ſeruitute corruptionis in libertatẽ glorię filiorum dei. tunc em̃ nobis vera libertas erit, cùm ad gloriam filiorum dei adoptio noſtra ꝑuenerit. nũc verò nõ ſolũ actiua vita eſt in ſeruitute, ſed ipſa cõtẽplatio q̃ ſuꝑ nos rapimus, libertatẽ mẽtis ꝑfectę non obtinet, ſed imitaẽ: qa illa qes intima ĩ ęnigmate videẽ.

Allego c ¶Sex annis. Iſid. Alle. In ſex ætatibus huiꝰ ſeculi ſeruientes, ſeptimo die i. æterno ſabbatho liberabimur, ſi tamen voluerimꝰ eſſe liberi dum in hoc ſeculo ſeruimus pctõ. Si autem noluerimus, ꝑforabitur auricula in teſtimoniũ inobedientię, & cũ vxore & filiis nr̃is quos ꝑ̃tulimus libertati. i. cũ carne & operibꝰ eius pctõ ſeruiemus in æternũ.

☞ Si quis &c.

## NI. DE LYRA.

Cap. XXI.

Diuiſio HAEc ſunt iudicia. Hĩc conſequẽter ponũtur iudicialia præcepta. & primò lex q̃tũ ad iudicialia ponitur. ſecũdò ꝓplus ad obſeruãtiã legis induciẽ in medio. xxiꝫ. cap. ibi: Ecce ego mittam. Circa primum ſciendũ ꝙ præcepta moralia decẽ de qbus dictũ eſt ca. pcedẽti ſunt quædã cõcluſiones immediatè elicitæ à dictamĩe iuris naturalis, ſiue ex eius principiis: & ideo manẽt in noua lege, qa ius naturale eſt immutabile. Pręcepta verò iudicialia & ceremonialia euacuata ſunt ꝑ nouã legẽ, aliter tamen & aliter. quia ceremonialia ſic euacuata ſunt, ꝙ ea obſeruare poſt ꝓmulgationẽ euangeliꝫ eſt mortiferũ, vnde dicit Apoſtolus ad Gal. v. a. Si circũdamini, Chriſtꝰ nihil vobis proderit. Et hoc eſt etiã intelligẽdum de aliis ceremonialibꝰ. Cuius ratio eſt, quia ceremoniæ erãt quædã figuræ & ꝓteſtationes Chriſti venturi & no. teſta. & ideo eas obſeruare poſt euangeliũ ꝓmulgatũ, eſt dicere ꝙ tẽpus aduẽtus Chriſti ac no. te. nondũ eſt impletũ, nec veritas figurarũ impleta eſt per Chriſtũ, qđ eſt hæreticũ. Thurificatio tamẽ quę erat de ceremonialibꝰ ve. teſta. remanet in no. lege, qa nõ figurabat directè aliqd futurũ, ſed deuotionẽ populi deũ colẽtis q̃ maior eſt in no. te. q̃ in veteri. Præcepta verò iudicialia ſic ſunt euacuata, ꝙ nõ obligãt in lege noua, ea tamẽ obſeruare nõ eſt mortiferũ, vtpote ſi aliqs princeps Chriſtianꝰ ea inſtitueret in terra ſua. Cuius ratio eſt, quia iudicialia erãt inſtituta ad conſeruandũ ſtatũ illius populi in pace ꝑ opa iuſtitię, ita ꝙ nõ erãt de ſe vel ꝑ ſe figurę alicuius futuri in no. le. ſed tm̃ per accidẽs inq̃tũ ſtatꝰ illiꝰ ppl̃i erat figuralis reſpectu ſtatꝰ no. te. & iõ pñt obſeruari tpe no. te. inq̃tũ de nouo teſtamẽto inſtituta, vt dictũ eſt, ſi tñ ſeruarenẽ tãq̃ ex lege veteri obligatoria, eſſet mortiferũ, qa hoc eſſet aſſerere ꝙ adhuc maneret ſtatꝰ ppl̃i ve. te. His p̃miſſis circa iudicialia p̃cepta ſic ꝓcediẽ, qa primò ꝑ ea ordinaẽ hõ q̃tũ ad ptẽ iraſcibilẽ. ſcđò q̃tũ ad partẽ cõcupiſcibilẽ. xxiꝫ. ca. tertiò q̃tũ ad rõnalẽ circa mediũ eiuſdẽ ca. ibi: Qui immolat diis, occideẽ. Iraſcibilis autẽ tẽdit in bonũ ſub rõne ardui, & in malum ſub rõne vindicatiui, qa ira eſt appetitus vindictę, & ideo primò regulaẽ iraſcibilis in dñatiõe q̃ eſt qd arduũ. ſcđò in alterius læſiõe, q̃ eſt qd vindicatiuũ, ibi: Qui ꝑcuſſerit hoĩem. Circa primũ diciẽ ſic: Hæc ſunt iudicia q̃ ꝓpões eis. nõ dicit impones, qa ĩpoſita ſunt à deo, & autoritate eiꝰ ꝑ Moyſen ꝓpoſita pplõ. b ¶Si emer. ſer. He. Dicit Andreas ꝙ hoc ĩtelligiẽ de Hebræo, q iã erat ſeruꝰ hoĩs Gẽtilis, à q̃ Hebræus emiẽ eũ. Ra. Sa. dicit & melius vt videẽ, ꝙ intelligiẽ etiã de ſeruo empto ab Hebræo, qđ põt fieri tripliciter. Vno mõ à iudicibꝰ, qa ſi Hebræus cõuincaẽ de furto, & non habeat vnde reſtituat, de mãdato iudicũ debet vendi ad reſtitutionem faciendã, vt habetur ca. ſe. Alio mõ qa pauꝑtate cõſtrictus Hebręꝰ põt vẽdere ſemetipm ſecundũ qđ diciẽ Leu. xxv. Si pauꝑtate cõpulſus vẽdiderit ſe tibi frater tuus &c. Tertio mõ ſi dñs Hebræus, nõ indigeat ſeruo illo quẽ emerat propter mutationẽ fortunæ, põt vẽdere alteri Hebræo ſeruũ ſuũ Hebræũ ꝓ annis, qui reſtãt vſq; ad ſeptimũ annum remiſſionis. c ¶Sex an. ſer. ti. i. vſq; ad ſeptimum annum remiſſionis, qa ſi tẽpus emptionis minus diſtet à ſeptimo anno, q eſt annꝰ remiſſionis, non ſeruiet ſex annis, quia illo anno debet egredi liber. Ratio autẽ huius fuit, qa deus redemit filios Iſrael de ſeruitute AEgypti, vt eſſent eius ſerui, & ideo noluit ꝙ vẽderenẽ ſimpl̃r, ſed ſolũ ad tps. & ideo nõ erãt ſerui ꝓpriè: ſed q̃ſi mercenariꝫ locati ad tps. e ¶Cũ quali ve. intra. cum. i. inæquè bona vel meliori. in Hebræo habetur: In pãno ſuo venit, in panno ſuo exeat. qđ exponunt Hebræi. i. ſi venit ſolus. ſ. ſine vxore, ſolus exibit: & eſt ſimilis modꝰ loquẽdi, ſicut habeẽ Gen. xxxiꝫ. c. In baculo meo trãſiui Iordanẽ iſtũ. i. ſolus, ſicut fuit ibi expoſitũ. & hoc conſonat literæ immediatè ſequẽti, vbi capiẽ aliud mẽbrũ, cũ diciẽ. f ¶Si habens vxorem & vxor egredietur ſi. & eadem rõne liberi: quia partus ſequitur ventrem.

Sin autem

Moraliter. b ¶Si eme. ſer. He. &c. Prædicator verbi diuini ſeruũ emit, quando ad dei ſeruitutẽ peccatorem adducit. Sed tunc dicitur Hebræꝰ q interp̃taẽ trãſiens, quãdo ꝑ vitæ p̃ſentis viam bñ viuẽdo tranſit ad patriam. c ¶Sex an. ſer. i. in perfectione vitæ actiuæ q̃ ꝑfectio ꝑ ſenariũ numerũ deſignaẽ, eò ꝙ deus in ſex diebus mundi machinã ꝑfecit, Gen. j. Exercitiũ verò vitæ actiuæ diſponit ad contemplatiuã. Gregor. vj. Moral. Qui contemplationis arcẽ tenere deſiderant, prius neceſſe eſt, vt in campo actionis ſe per exercitium ꝓbẽt, & ideo exercitatus in vitę actiuæ operibus, diſpoſitus eſt vt tranſeat ad contemplationem. propter quod ſubditur. d ¶In ſep. egre. i. trãſibit ad cõtẽplationis quietẽ, q̃ ſignificaẽ ꝑ libertatẽ f ¶Si ha. i. habens ſapiam, de q̃ diciẽ Sap. viꝫ. a. Hãc q̃ſiui mihi ſponſam aſſumere. g ¶Et vx. e. ſi. i. tm̃ vel plus, ſapientia q̃ diciẽ eius vxor erit ſibi neceſſaria ĩ cõtẽplatiõe, ſicut fuerat in actiõe.

Sin autem

Thurificatio

†Deut. 15. c. Hier. 34. c. diſt. in ſum.

Diuiſio

D

Moraliter

E Hiſtorice

a ¶ Si quis vē. &c. Aug. Non abibit ita, vt recedūt ancillę. Quòd ſi nō placuerit dño ſuo, qa nō annominauit eā, remunerabit eā; genti aūt exteræ nō debet dñs vēdere illā, qm̄ ſpreuit eā. Qđ ſi filius annominauerit eā ſecd'm iuſtificationē filiarū faciet illi. Qđ ſi aliā accipiet, ei q̄ opus ſunt, vt veſtē & cōuerſationē ei⁹ nō fraudabit. Si autem hęc tria nō fecerit ei, exibit gratis ſine pretio. Obſcuriſſimū locū inuſitatę locutiões fecerunt. Sed aperiā vt potero. Si quis vendiderit filiā ſuā in famulā, i. vt ſit famula (quam οἰκέτιν vocant Græci, non abibit ita vt recedunt ancillæ. Intelligēdum eſt, non ſic recedet, quomodo recedūt ancillæ Hebrææ poſt ſex annos. Eam enī oportet etiam in fœminam Hebræā legem datā intelligi quæ ſeruatur in marib⁹. Cur ergo iſta non ita recedet, niſi quia in famulatu ita intelligitur humiliata, quia ei dominus ſe miſcuit? Vnde ſequitur: Quòd ſi nō placuerit domino ſuo, quia iam nō annominauit eam, id eſt non eam fecit vxorem, remunerabit eam, hoc eſt quod ſuprà dixit: Non abibit ita, vt recedūt ancillæ. Iuſſa eſt enim aliquid accipere, quia humiliata eſt: quia non ei ita ſe miſcuit, vt faceret eam vxorem, id eſt vt agnominaret eam ſibi. Genti autem exteræ non poteſt dominus vendere illam, quoniam ſpreuit eam: id eſt quia ſpreuit, non tantū dominatur, vt exteræ genti licitè vendat. Idem eſt autem ſpreuit in ea, & ſpreuit eam. Spreuit autē, id eſt humiliauit concumbendo nec vxorem faciēdo. Quòd ſi filius annominauerit eam iuxta iu. f. f. il. Id eſt, ſi filio cōiunxerit eam vxorem, ſicut filiæ dotem apponet. Quòd ſi aliam accipiet ei, id eſt nō iſtā deputauit vxorem filio, quæ opus ſunt, & veſtē & cōuerſationem eius nō fraudabit: qm̄ nō māſit vxor filio eius, queādmodū daret ſi eā ſibi non agminaſſet. Quòd autē nos dixim⁹ cōuerſationē ei⁹ nō fraudabit, Græc⁹ habet ὁμιλίαν homeliā. i. locutionē, ſic honeſtius cōcubitū appellās, hoc eſt, p cōcubitu mercedem dabit. Sicut & Daniel concubitū ſignificans ait: Dañ. xiij. f. Sub qua arbore vidiſtis eos loquētes. Et ibidē g. Ille timentes loquebātur vobis. Si autē tria hæc non fecerit ei: exibit gratis, id eſt ſi eā ipſe cōcubitu nō humiliauerit, neq; filio ſuo coniunxerit, neq; alia à filio ducta, iſtā eiecerit, abibit gratis, i. ſufficiet ei nō teneri in ſeruitute, abibit nihil accipiēs, vt ſeruus Hebræus, non enim licebit domino copulare illā viro non Hebræo, quam non licet exteræ genti tradi. Si autem ſeruo Hebræo eam copulauerit, intelligitur quòd cum eo gratis exibit: non à marito ſeparata.

* quando quidem F

Moraliter

b ¶ Vendiderit filiam. Strab. Filia eſt ſubiectio deuota à bona voluntate genita, quæ ſe cōmittit alicuius doctoris magiſterio, quam doctor debet aut per ſe docere: aut charo diſcipulo multis p̄ceptis ornatā, quaſi dotatā tradere docendā. Si neutrum facere voluerit, dimittat eā liberā, nec vēdat genti alienę. i. hęreticis.

Qui autem non eſt

¶ Prædicator.
Sin autem dominus dederit illi u- a b
a ¶ Bonam operationem. b ¶ Fortes & teneros fructus.
c ¶ Bona operatio & fructus eius imputabuntur p̄dicatori.
xōrē, & peperit filios & filias, mu- c
¶ Vel liberi.
lier & filij eius erūt domini ſui, ipſe d
a ¶ Ad contemplationem. b ¶ Cum intentione deſiderij.
uerò exibit cū † ueſtitu ſuo. Quòd e
a ¶ Verba prædicatoris. ſ. ſollicita mente cuſtodio.
ſi dixerit ſeruus: Diligō dominum
a ¶ Actionem. b ¶ Fructus.
meum, uxōrem, ac liberos: nō egre- f
a ¶ Id eſt ad contemplationem non tranſibo. b ¶ Antiquorum patrum, qui ſacerdotes dei fuerunt, dictis imbuat.
c ¶ Prædicator.
diār liber, offerat eum dōmin⁹ † diis, g
a ¶ Vt de ingreſſu æterni tabernaculi aliquid audiat.
& applicabitur ad oſtiū & poſtes: h
a ¶ Mentem. ſ. ſubtilitate diuini ſermonis: ne in his quæ agit placere hominibus, quærat.
perforabitq; aurem eius ſubula, & i k l
a ¶ In actiua ſeruiendo hominibus. b ¶ Vt poſt ſeculum liber ſit.
a b erit ei ſeruus in ſeculum. Si quis uē- m
a ¶ Alia lex eſt ancillæ, alia filiæ, quia maiori neceſſitate venditur filia quam ancilla.
diderit filiam ſuam in famulam,
a ¶ Hebrææ poſt ſex annos. ſ. quia humiliata eſt.
non egredietur ſicut † ancillæ exi- n
¶ Humiliata.
re conſueuerūt. Si diſplicuerit ocu o
lis domini ſui, † cui tradita fuerit, di- p
a ¶ Liberam. b ¶ Gentilibus vel hæreticis.
mittet eam: populo autem alie- q
¶ Vel poteſtatem.
no uendendi non habebit licentia,
† ſi ſpreuerit eam. Sin autē filio ſuo r s
a ¶ Firmo matrimonio. b ¶ Dotando eam.
deſponderit eam, iuxta morem fi
¶ Iſta repudiata.
liarum faciet illi. Quòd ſi alterā ei t
a ¶ Humiliatæ a filio.
acceperit, prouidebit puellę † nupti v x
¶ Ablatæ.
as & ueſtimēta, & † p̄tium pudicitię

## NICO. DE LYRA.

a ¶ Sin autem do. ſ. ſuus. b ¶ Dederit illi vxo. ſ. vnā de ancillis ſuis, alterius gentis; quæ eſt ſerua ſimplr, non ad tempus. c ¶ Mulier & filij &c. Quia partus ſequitur ventrem, & ideo qa vxor erat ſerua ſimpliciter, ipſa cū filiis debet remanere apud dñm. Si autē ipſa ſit Hebræa, cū habeat libertatē exeundi ſeptimo anno, & liberi cum ea egrediēt. d ¶ Ipſe vero exi. cū &c. ſ. ſeruus exibit cū quali veſte intrauit ſecd'm trāslationē noſtrā ſecd'm Hebræos ſic intelligit in veſtitu ſuo. i. ſolus, vt patet ex prædictis. e ¶ Quod ſi dixerit ſer. &c. Amore vxoris & liberorū inductus ad remanēdum. f ¶ Non egrediar liber. Quaſi renuntians iuri ſuo. g ¶ Offerat eum dñs diis. id eſt iudicibus. h ¶ Et applicabitur ad oſtiū: de mandato iudicum. i ¶ Perforabitq;: ſcilicet dominus. k ¶ Aurē eius ſubula. Hæc pœna & verecūdia fit ei, eò q non vult vti libertate à deo ſibi data: & perforat auris magis q̄ aliæ p̄tes, qa p illā p̄tē intellexit vel intelligere debuit legem de libertate. l ¶ Et erit ei ſeruus in ſeculū. i. vſq; ad annum iubileum ſiue parum diſtet ſiue multū. m ¶ Si quis vendi. fi. ſu. Dicit Ra. Sa. quòd lex iſta loquit̄ de filia Hebræi parua, quę nō attigit adhuc. xij. annos, & diē. n ¶ Non egre. ſicut ancillæ. ſ. de gente aliena, quæ erāt ſeruę ſimplr. nō ſic aūt ancillę Hebrææ, qa in hoc eadē libertate gaudebāt q̄ & viri, & adhuc maiori, vt videbit̄. Ancillæ autē q̄ erāt de aliena gēte, nō exibāt liberæ niſi per fractionem dētis vel erutionē oculi, vt habet̄. j. e. c. qđ nō habebat lòcum in ancilla Hebræa. imò dñs in tali caſu reddet oculū p oculo, dentē p dente. Ad hoc enim vendebat̄, vt dñs experiretur eius mores, & ſic acciperet eā in vxorē vel filio ſuo daret, niſi contrarios mores inueniret, ſecd'm qđ dicit Ra. Sa. Ideo ſubditur: o ¶ Si diſpl. &c. qa non vult eā habere vxorē. p ¶ Dimittet &c. ante annum vij. In Hebræo habet̄: Redimet eā. i. dabit ei locū ad redimendū ſe. Mod⁹ aūt talis eſt, vt dicit Ra. Sa. qa ſi emerat eā p ſex annis ſex libris, & vellet aliqs eā redimer̄, cōputabant annos, verbi gratia: ſi ſeruiuit tribus annis, dabātur ſibi tres libræ tantū, nec poterat renuere: & in hoc ponebat de ſuo, qa ſeruitiū puellæ triū annorū primorū non tantū valebat quantū aliorū triū ſequētiū, quia tunc erat maior & fortior. q ¶ Populo &c. id eſt aliquis q nō eſſet de gente Iudęorū, nō poterat facere talē ēptionē & redēptionē. r ¶ Si ſpr. eā: nolēdo eā accipere vxorē. Aliq expoſi. nr̄i ſic exponunt: Si ſpre. eā. ſ. nolēdo eā hr̄e cōcubinam, qa ad hoc vendebat̄ vt ſeruiret ſibi in lecto, vt dicūt: & ſic ex conſequēti de cōcubina faceret vxorem: ſed hoc improbatur. j. s ¶ Sin autē fi. &c. fa. il. ſ. dando ei dotē & alia pertinētia ad nuptias, hoc excepto q parētib⁹ puellæ nihil dabit pro munere ſicut erat conſuetū apud Heb. vt hr̄ Gen. xxiiij. f. de parētibus Rebeccę, qa pecunia quā dederat parētib⁹ eius p ſeruitio puellæ, cōputat̄ hîc p tali munere. t ¶ Quod ſi al. &c. iſta priore abiecta. v ¶ Prouide. puel. i. iſti ſic abiectæ ppter aliā ductā. x ¶ Nuptias & ve. &c. ſecd'm arbitriū iudicū dabit ei pecuniā de hoc q humiliata eſt à filio ſuo, i. deflorata, & cū hoc prouidebit de nuptiis cū alio & de veſtimētis. Ita expo. doc nr̄i ſecd'm trāsl. noſtrā, q̄ multū diſcrepat hîc ab Heb. lr̄a, qa ī Heb. hr̄. ſic: Quòd ſi alterā ei acceperit, expenſas & coperturā ſuā, & horā ſuā nō diminuet, qđ exponit Ra. Sa. ſic: Si alterā ei acceperit. i. filio ſuo aliā acceperit cum ancilla prius accepta in vxorē. Expēſas. i. victū ſufficientē & coopert uram ſuā. i. veſtitū conuenientē, & horā ſuam, id eſt tempus reddēdi debitum non diminuet ſubtrahendo vel defalcando ab ipſa propter aliā vxorē ſuperinductā. poterant enī habere plures vxores ſiſ.

Si tria iſta

† corpore ſuo. Heb. i. ſolus

† ad iudices

H † ſeruæ

† quia non deſpōſauit eam

† alimentū † tempus nō diminuet ei, vel cōcubitū eius nō prohibebit lxx. coniugio ſiue congreſſu non priuabit,

Moraliter

* a ¶ Sin autē &c. id eſt ſi prædicator q emit eū modo p̄dicto docuerit eū ſapientiā: mulier & liberi eius erunt dñi ſui. i. meritū illius ſapiētiæ & fructus ſequēs q per liberos deſignat̄ ad meritū doctoris cedēt: qa tn̄ p hoc diſcipulus non priuat̄ merito pprio: ideo ſubdit̄: d ¶ Ipſe vero. p veſtitū enī meritū ſignificat̄: eò q p p̄ctm̄ glīæ veſtis acqrit̄. e ¶ Quod ſi dix. i. nolo trāſire ad libertatē cōtēplatiōis: ſed volo māere in ſeruitute actiōis, ſicut aliqn̄ cōtingit: eò q talis actiu⁹ magis credit pficere in actiua vita q̄ in cōtēplatiua. g ¶ Offerat. i. p̄dicator licet doctor q emerat eū mō p̄dicto recōmēdet eū angelis ſctis q dicunt̄ dij pticipatiōe. h ¶ Et ap. i. ad xp̄m: q debet Io. x. b. Ego ſum oſt. h ¶ Et poſ. i. apl̄os q ſunt poſtes eccleſiæ. p hāc applicationē intelligit̄ recōmēdatio q̄ p̄dicator ſuū diſcipulū ī actiua vita remanet̄ volētē recōmēdat xp̄o angelis & apl̄is, orādo deuotè ne ex hūana laude, q̄ ſurgere ſolet ex opib⁹ actiuę vitæ inſoleſcat: ideo ſubdit̄: i ¶ Perfo. tūc ei auris boni actiui pforat̄: qn̄ nō ppter laudē hūanā, ſed ppter deū bn̄ opat̄. m ¶ Si qs. p filia hois opatio ei⁹ bona de gn̄e ītelligit̄: q̄ bn̄ fieri pt & malè: ſicut dare eleemoſynā ppter xp̄m licet ppter laudē hoīm: ſed tūc in famulā vēdit̄ qn̄ ſpe mercedis æternæ in deū ordinat̄: iō ſubdit̄: n ¶ Non egre. qa finis ei⁹ nō eſt malus: ſicut eleemoſynę datę ppter laudē hūanā: ſed eſt valde bonus ppter qđ egrediet̄ libera: qđ notat̄ cū dicitur p ¶ Dimittet eā. ſcilicet liberā.

* nā p talē operationē

a ℭ Qui aũt non eſt inſi.&c.Ra.Homicidis nõ ſpontaneis,ſex ciuitates refugij decernunt;Cades in Galilea mõtis Neptalim,& Sichem in mõte Ephraim,& Cariatharbe,ipſa eſt Hebrõ in mõte Iuda,& trãs Iordanẽ cõtra orietalẽ plagã Hiericho. Boſor q̃ eſt in cãpeſtri ſolitudie de tribu Rubẽ;& Ramoth in Galaad de tribu Gad: & Gaulõ in Baſan de tribu Manaſſe.Hę cõſtitutę ſunt filijs Iſrael & aduenis,ne moriatur in manu proximi effuſum ſanguinem vindicare cupienti, donec ante populum exponat cauſam ſuam. Myſtice.Si quis ꝑ inſidias aut odium mucrone malitiæ aliquem percuſſerit,& in mortem animæ ſeduxerit,æternæ morti obnoxius erit. vnde Matt.xviij.a.Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei vt &c.& qui odit fratrem ſuum,homicida eſt. & ſcimus quoniam omnis homicida non habet vitam æternam:hîc ab altari dei auelli iubetur, qa indignus ſacramentis dñicis à cõione meritò remouet̃. Qui autẽ per incuriã aut ignorantiã aliquem læſerit, habet vrbem refugij eccleſiam.ſ.catholicã, vbi pœnitẽs per omne tp̃s p̃ſentis vitæ bonis ſtudeat opibus,& ſi ſpem ſuã in morte ſummi pontificis.i.xp̃i poſuerit: ſaluꝰ erit. ℭ Aug.Si autẽ nolens,ſed deus tradiderit in manꝰ eius &c.Ita hoc dicit̃ quaſi & ſi nolens occiderit, poſſet occidere vbi deus traderet in manꝰ eius.Intelligit̃ ergo tm̃mõ deũ feciſſe,& ꝑ hoc tm̃modo, qa deus id fecit,dictũ eſt,ſed deus illũ tradidit in manũ eius.Cũ verò volẽs occidit,& ipſe occidit, & qa deus tradidit in manũ eius. hoc ergo intereſt ꝙ illic tantũmõ deus fecit, hîc autẽ & deꝰ et homo ꝑpter volũtatẽ faciẽtis.Sed nõ ſicut deꝰ ſic hõ. Deꝰ eñ iuſtè, homo aũt pœna dignus;nõ quia illum occidit,quem deus nollet occidi, ſed qa ꝑ iniquitatẽ.Nõ enim miſterium præbuit deo iubenti,ſed ſuæ malitiæ cupiditate ſeruiuit. In eodem igitur facto deus de occulta æquitate laudat̃,& hõ de ꝑpria iniqtate punit̃.non eñ qa deꝰ ꝑprio filio ſuo nõ pepcit,ſed ꝑ nobis oibꝰ tradidit illũ,& Iudas iõ iuſtè tradidit.

Si rixati fuerint

A Hiſtoricè

Myſticè

†15.q.1.c. nec his

†tradidit vł fuit cauſa vt veniret

B

†& inuentus fuerit in manu eius

a ¶Nec ipẽ.ſ.humiliauerit nec filio vxorem affixerit, nec alia ſuperducta a filio eam abiecerit.

non negabit. Si triaᵃ iſta non fece- a

a ¶Sufficiet in ſeruitute non teneri. b ¶Sicut ſeruus

rit, egrẽdietur gratis abſqꝫ pecu- b

Hebræus. a ¶Materiali gladio vel ſpirituali. b ¶Iniqua

nia† Qui percuſſerit hoiem† uo- c

voluntate. a ¶In anima vel in corpore. b ¶Corpali vel ſpirituali.

lens occidere, mõrte moriatur. d

a Qui autem non eſt inſidiatus, e

¶Occulta æquitate.

†ſed deꝰ †tradiderit illũ in manus f

eius, cõſtituã tibi locũ, †quò fuge g

¶volens ſcilicet

re debeat†. Si quis ꝑ induſtriam h

a ¶Scandalizando vel in hęreſim inducendo.

b ¶Sicut de Ioab legitur.

occiderit proximũ ſuum, & per i k

a ¶A communione corporis Chriſti ſeparabis.

inſidias, ab altari meo auelles eũ,

a ¶Corporaliter vel ſpiritualiter affligendo.

b ¶Carnalem vel ſpiritualem.

ut moriat̃. Qui percuſſerit patrẽ m

a ¶Æterna vel pœnitens tali peccato.

ſuum aut matrẽ, mõrte moriatur. n

a ¶Contradicendo verbo vel facto vel malum imprecando. ¶Blaſphemando. b ¶Deo.

Qui maledixerit patri ſuo, aut o

a ¶Eccleſiæ vnitatem ſciendo.

b ¶Seducendo a veritate.

matri, morte moriatur. Qui †fu- p

a ¶Diabolo obnoxium fecerit.

ratꝰ fuerit hoiem, & uẽdiderit eũ, q

¶Æterna.

†cõuictus noxę, morte moriat̃. † r

## *Nicolaus de Lyra*

a ℭ Si tria iſta non fe.qđ exponunt docto.noſtri ſic;Si nullum prædictorum fecerit.i.nõ acceperit ſibi vxorem, nec filio ſuo & ſpreuit eã,nolens eã retinere pro concubina. b ℭ Egrediet̃ gratis;libera ab eo.Dicunt enim ꝙ non erat ei vendita, vt ſeruiret vt ancilla,ſed ſicut concubina,vt ſic poſtea de concubina faceret eam vxorem. & ſic emere ad concubitum & vendere fuit Iudæis permiſſum propter eorum libidinem, ſicut dare ad vſuras extraneis propter eorum cupiditatem.Sed quia talis permiſſio nullo loco in lege inuenitur ſic conceſſa,ſed magis prohibita,ſecundum qđ dicitur Deut̃.xxiij.cap.non erit meretrix de filiabus Iſrael;ideo aliter dicitur ſecundum Rab.Sa.Si tria iſta non fecerit quæ prædicta ſunt.ſ.quòd non accepit eam vxorem non de concubina ſed de ancilla,nec filiõ ſuo,nec iuuit ad eius redemptionem modo prædicto,egredietur gratis.Non ſolùm anno.vij.remiſſionis, ſed etiam antè ſi in ea appareant ſigna pubertatis,quæ ſunt ortus pilorum & menſtruorum:quia tunc eſt apta ad concipiendum.& ſic patet qđ prædictum eſt.ſ.quòd puellæ habebant plures vias exeundi de ſeruitute quàm maſculi, qui ſolùm exibant anno.vij.remiſſionis. c ℭ Qui percuſſit.&c.Hîc conſequenter regulatur iraſcibilis in leſionibus quæ habent rationem vindicatiui,& primò in perſona ſua:ſecundò in re ab eo poſſeſſa,ibi: Si bos cornu per. ℭ Circa primũ dicitur: Qui percuſſerit hominẽ &c.Hîc accipit̃ pcuſſio ꝑ occiſione,quia ſi nõ occideret pcutiendo q̃tũcũqꝫ vellet occidere, non ꝑpter hoc puniret̃ morte,ſed alia pœna.vñ in Hebręo habet̃: Percutiens hominẽ & morit̃.ſ.percuſſus. d ℭ Morte mori.ſ. percutiens.Sed li volẽs in ꝑpoſito noſtræ tranſlationis determinat modũ percutiendi, cũ.ſ. fit à ꝑpoſito & nõ à caſu,ꝑpter qđ de caſuali ſubditur: e ℭ Qui autẽ nõ eſt inſidia.ſ.quærẽs mortem percuſſi:quia erat amicus eius. f ℭ Sed deus tradiderit illum in &c.i.ex cauſa nobis occulta deus permiſit eum interfici caſualiter.& ideo pręter intentionen occdentis, g ℭ Conſtituam tibi lo.quo.&c.ne interficiatur ab amicis occiſi,& ibi manere debebit vſque ad mortẽ ſummi põtificis.Ad hoc aũt fuerũt ordinatę ciuitates refugij,vt habet̃ Ioſue xx. h ℭ Si quis per induſtriam occi.per hoc excludunt̃ à pœna ſequẽti pueri & amẽtes;q non hñt induſtriã. i ℭ Proximum ſuum .i. Iudæum,qui eſt de lege ſua. & ideo de Iudæo occidẽte Gentilẽ non intelligit̃ lex iſta,vt dicit Ra. Sa. k ℭ Et per inſidias.per hoc excluduntur illi,qui licet occidunt,bonum intẽdũt,ſicut magiſter verberando diſcipulũ, & pater filium,& medicus medicando infirmum. l ℭ Ab alta.meo.auel.&c. etiam ſi fuerit ſacerdos,vt dicit Ra.Sa.niſi inceperit officium miniſtrandi in altari, in quo caſu erat expectandum complementũ miniſterij,quo pacto trahebat̃ ad mortem. ꝑpter reuerentiã enim ſacri loci erat ibi refugiũ in aliquibꝰ caſibus,inter quos erat homicidiũ Gẽtilis:vt dictũ eſt,ſed non Iudæi. ꝑpter qđ Ioab ibi cõfugiẽs nõ euaſit mortem,qa per induſtriã et inſidias interfecerat duos Iudæos.ſ.Abner & Amaſam, vt habet̃.iij.Reg.ij.c. m ℭ Qui percuſſe.&c. ſecundũ docto.noſtros & Hebraicos non intelligit̃ de pcuſſione leui,qa ꝑpter ipſam filiꝰ nõ debebat mori, ſed aliter puniri.vñ dicit Ra.Sa.ꝙ niſi ex percuſſione fiat effuſio ſanguinis vł liuor,nõ incurritur pœna mortis.intelligit̃ etiã de pcutiente à ꝑpoſito,nõ à caſu, nec etiã ex ioco. p ℭ Qui furatus &c.ita ꝙ ad incurrendũ pœnam mortis vtrũqꝫ requirit̃.ſ.furtũ & venditio ſecũdũ expoſitores noſtros.qa ſi inueniat̃ anteqꝫ vendiderit,pœna furis eſt,vt reddat duos hoïes ad ſeruiendũ, vt dicunt.& hoc non accipiũt de loco iſto,ſed de hoc qđ habet̃ in ca.ſequẽti,vbi dicit̃,ꝙ ꝑ furto aliarum rerũ reſtituit̃ duplũ.& ſic concludunt hîc à ſilij.Ra.Sa.dicit ꝙ etiã pro ſolo furto hominis incurrit̃ pœna mortis,& hoc trahit aliqualiter ex textu,quia vbi tranſlatio noſtra dicit ſic: Qui furatus fuerit hoïem, & vẽdiderit eũ,cõuictꝰ noxę morte moriatur.In Hebræo habet̃ ſic:Fur hoïs & vendens eũ,& inuẽtus in manu eius morte moriatur.Dicit enim ꝙ ſi inuentus in manu eiꝰ ad vtrũqꝫ refert̃.ſ.ad furẽ,& tunc eſt ſenſus,Si eſt ĩuentũ per teſtes cõtra eum ꝙ furatus fuerit,& vendiderit,morte moriatur. & ad hominẽ furto ſublatũ,& tũc eſt ſenſus:Et homo furto ſublatus ſi inuẽtus fuerit in manu furis,id eſt apud eum non vẽditus,adhuc morte moriatur,ſcilicet fur ille.Ratio huius dicti eſt,quia homo eſt ad imaginem dei factus,& ideo ratione tantæ dignitatis pro eius furto imponitur pœna mortis.& hoc videtur rationabilius ſecundũ intentionẽ legis. o ℭ Qui ma.&c.Iſta pœna nõ incurrit̃ ꝑ vno ſolo maledicto,qa ꝑ percuſſione leui patris vel matris nõ incurrit̃ pœna mortis, vt p̃dictũ eſt. & cũ pcuſſio ſit qđ grauius q̃ maledictum,ſed aſſuefactio ad maledicendũ meretur pænam prædictam.

Si rixati

C

†Leu.24.c.

†ita vt moriat̃

†in quem

†De homicidio.c.1.

D

† furatur

†De fur.c.1.

Moralit̃

✱ nam per talem operationem gloriæ libertas acquiritur, de qua dicitur Ro.viij.d. Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorũ dei. c ℭ Qui percuſſerit hominem volens occi.Hoc moraliter facit,qui ad mortale peccatum verbo vel facto inducere proximum intendit, ideo ſubditur: d ℭ Morte moriatur.ſcilicet culpæ & poſtea gehennę, niſi verè pœnituerit. e ℭ Qui autem non eſt inſidiatus,ſed deus illum in manus &c. Aliquando verò contingit, quòd ex verbo vel facto alicuius malè intellecto,alius incidit in mortale peccatum:ideo dicitur,quòd deus tradidit illum.i.propter ſuam malitiam permiſit eum cadere. g ℭ Conſtituam tibi locum quo fugere debeat.ſ.ſacramentum pœnitentię;quia quãuis nõ ſit conſcius,quòd fuerit proximo cauſa ruinę:debet de hoc tamen ſibi timere. h ℭ Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum & per inſidias,ab altari &c.nam eccleſia nõ debet eũ tueri,vt videt̃ per hoc qđ habetur extra de homici.Si quis. Põt & aliter exponi. l ℭ Auelles &c.i.repelles eũ à ſacra cõione,& eccleſiaſtica ꝑmotione. m ℭ Qui percuſſerit &c.i.prę latum vel eccleſiam ſeu religionem ſcandalizauerit. n ℭ Morte moriatur.ſ.culpæ & gehennę. o ℭ Qui maledixerit patri ſuo aut ma.i.blaſphemauerit Chriſtũ vel eccleſiam p ℭ Qui furatus fuerit homi.&c.ipſum à fide ſeducendo. q ℭ Et vẽdiderit eum, diabolo. r ℭ Morte mo.ſ.culpæ & gehennæ.

✱Et percuſſerit qui

E ☞ a ¶ Si rixati fuerint &c. Ra. Idem eſt ſi quis cũ ꝓximo cõtẽdens, duritia mẽtis, vel ꝑcitate, ſpernẽdo. ſ. vel nõ cõſulendo exaſperauerit, & ille infirmatus triſtitia à feruore dilectionis lãguerit, reus ꝑ confeſſionẽ, operã pniẹ & ĩpẽſã ꝓmiſſẹ emẽdationis in medicos. i. doctores impẽdat, q̃ infirmũ baculo conſolationis erigant, & fomẽtis p̃dicationũ in priſtinum dilectionis † ſtatum reſtituant. In correctione neceſſaria eſt diſcretio, ne qui corrigere debet, occidat vel in deſpationem vel odium mittat.

† gradum

De iniurijs. c. I.

Myſticẽ ¶ Si rixati fuerint &c. Ra. Si quis alicuius aĩam poſt conceptum verbi per ĩcuriam vel fraudẽ lẹſerit, vt vitale germen boni operis ſanũ ꝓferre non poſſit, etiamſi ĩpa adhuc in fide viuẽs ꝑſtiterit, vt dãnum illatũ per pniam reſtituat, ſecũdum euãgelij miniſteriũ neceſſe habebit. Si aũt ipſa anima per errorẽ necata, poſt prolatum abortiuum, hoc eſt opus mortiferũ, in infidelitate perſeuerauerit: ſine dubio ſeductor illi⁹ quaſi verus homicida ẹterna morte reus erit.

¶ Augu. Quòd nõ formatũ ꝑuerperium noluit ad homicidiũ pertinere, profectò nec hominẽ deputauit: hĩc de anima queſtio eſt. vtrũ qđ formatũ non eſt, nec aĩatũ quidem poſſit ĩtelligi: & iõ non ſit homicidium, q̃a nec exanimatum dici põt, ſi adhuc animam nõ habet. Seqtur em̃ & dicit: ſi autẽ formatum fuerit, dabit aĩam ꝓ aĩa. i. morieṫ, ſcđm illud: Oculũ ꝓ oculo, & dentem pro dente & ſimilia, talionis. ſ. ẹquitate, q̃ lex ideo conſtituit, vt mõſtraret quẹ vindicta debeatur. Aliter em̃ neſcireṫ q̃d venia relaxaret, vt dici poſſit: Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos di. &c. Matth. vj. d. Debitores ergo lege monſtrantur, vt quãdo ignoſciṫ, appareat q̃d dimittaṫ: aliter enim non dimitteremus. Si ergo illud informe puerperiũ iã quidẽ fuerit, ſed adhuc quodãmodo ĩformiter aĩatum, qm̃ magna de aĩa q̃ſtio, non eſt p̃cipitanda, ideo lex noluit ad homicidiũ

F pertinere, q̃a nõdũ dici põt aĩa viua in corpore qđ ſenſu caret. ſi talis eſt in carne nondũ formata: & ideo nõdũ ſenſibus prẹdita.

Occidens nõ formatũ ¶ Orige. Quòd ſi litigabunt duo viri, & ꝑcuſſerint mulierẽ prẹgnãtem, & exierit infans eius nondũ formatus, detrimentũ patieṫ, q̃tũ indixerit vir mulieris, & dabit pro anima ſua. quòd ſi format⁹ fuerit, dabit animã ꝓ aĩa, oculũ pro oc̃lo &c. Primũ videamus de eo, q̃ nondũ formatus exierit, quõ iubetur damno pecuniẹ percuti vnus ex litigãtibus, cũ duo dicãtur. Quid etiam hoc ꝙ vir mulieris imponit ei & nõ eis, & dabit & non potius dabũt. Quòd ſi infans iã formatus exierit, aĩam dare pro anima facilè intelligimus: morte. ſ. vindicetur peccatum. q̃ autẽ ſequunṫ, operepretiũ eſt explicare. Nec em̃ videṫ etiam infans formatus calce litigantis percuſſus, oculũm in ventre perdidiſſe, dentes verò omnino non habuit. Si enim hoc ad matrem referamus, quomodo abortiens mulier oculum perdit aut dẽtes dolet? Sed eſto aut ĩ oculo aut in dẽte percuſſa abortiuit, liuorem vel vulnus accepit, quid etiam combuſturam dicimus pro combuſtura? Nunquid litigantibus viris aſſiſtens mulier comburi potuit, vt combuſtura pro combuſtura ſoluaṫ. In Deuteronomio quoq; hẹc facilè explicari non queunt. In ſcripturis tamen ijſdem vocabulis & officijs membra animẹ nominantur, quibus vtuntur vel appellantur membra corporis. vnde Matth. vij. a. Vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem que in oculo tuo eſt, non vides? Et Mat. xiij. b. Qui habet aures audiendi audiat. Et quã ſpecioſi pedes euãgelizantium pacem. Roma. x. c. Ne nos ergo vocabulorum ſimilitudo conturbet. Sunt ergo duo litigantes, duo diſputantes de dogmatibus vel queſtionibus legis, & rixantes circa verborũ pugnas. vnde Apoſtolus. ij. Timoth. ij. c. Nolite contendere verbis &c. Et ibidem. d. Queſtiones legis deuita: ſciens quòd generant lites. Quia ergo iſti in queſtionibus litigant ad ſubuerſionem audientium, percutiunt mulierem pregnantem, & eijciunt infantem formatũ vel adhuc informẽ. Mulier pregnãs dicitur aĩa, q̃ nuꝑ cõcepit verbũ dei.

a ¶ i. ſi contenderint duo ſapientes. b ¶ Vt a fide exorbitet commouerit. ¶ Exaſperauerit.

a Si rixati fuerint uiri, & percuſſe- a

a ¶ Duritia mentis vel non miſericorditer conſulendo.

rit alter proximum ſuum lapide,

a ¶ Scrupuloſis quæſtionibus.
b ¶ A fide penitus non deuians.

uel pugno, & ille mortuus non

Læſa charitate in eo.

fuerit, ſed iacuerit in lectulo, ſi ſur- b c

rexerit & ambulauerit foris ſup

a ¶ Charitatem quæ non penitus extincta.
b ¶ Mundus a crimine.

baculum ſuum, innocens erit qui d e

percuſſerit: ita tamen ut † operas

eius & impenſas in medicos reſti

a ¶ Diſcipulum ſibi commiſſum.

tuat. Qui percuſſerit ſeruum ſu- f

a ¶ Plebem ſubiectam. ¶ Correctione nimia

um uel ancillam uirga, & mortui

¶ In cuſtodia,

fuerint in manibus eius, † crimi-

nis reus erit: Sin autẽ uno die uel g

duobus ſuperuixerint, non ſubia

cebit pœnæ, q̃a pecunia illius eſt. h

a ¶ Diſputantes ad ſubuerſionem audientium.

Si rixati fuerint uiri, & percuſſerit i

a ¶ Animã infirmã verbũ dei cõcipientẽ. b ¶ Verbo dei.

quis mulierem prægnantem, &

a ¶ Verbum conceptum perdiderit.
b ¶ Non in fide omnino mortua.

abortiuum quidẽ fecerit, ſed ipſa k l

a ¶ Quia quos potuit deo lucrari, neglexit.

uixerit, ſubiacebit damno quan-

a ¶ Chriſtus vel doctor eccleſiæ.

tum expetierit maritus mulieris,

¶ Eccleſiæ prælati.

& † arbitri iudicauerint. Sin autẽ

a ¶ Vt poſt ſathanam abierit.
b ¶ In die iudicij puniendã, vel laborabit vſq; ad mortem vt reparet eam ad fidem.

mors ei⁹ fuerit ſubſecuta, reddet n

a ¶ Intellectum.

animã pro anima, oculũ pro ocu o

a ¶ Intellectu turbato. b ¶ Quo comminuitur & ſubtiliatur verbum dei, quia male comminuit & diuidit.
c ¶ Qua male operatur.

lo, dentem pro dente, manum

¶ Virtute & actu. a ¶ Quia offendiculum præbuit. b ¶ In igne inferni.

pro manu, pedẽ pro pede, adu-

G ☙ a ¶ Si rixati fuerint viri, & ꝑcuſ. al. proximũ ſuũ la. vel pug. & ille mor. non fuerit. Statim vel citò põſt. b Sed iacuerit in lectulo: ex percuſſione illa. c ¶ Si ſurre. & ambula. fo. ſuper bacu. ſuum. Ita qđ non eſt adhuc ita perfectè curatus, ꝙ poſſit ꝑ ſe ambulare. d ¶ Innocẽs erit. ſ. à pœna mortis. e ¶ Qui percuſſe. Dato qđ poſtea moriatur, etiam anteq̃ ſit perfectè curatus. Ita dicunt expoſitores noſtri & aſſignãt duplicẽ cauſam. Vna ẽ ex p̃te ꝑcutiẽtis, q̃a dicitur: Qui percuſſerit lapide vel pugno, nõ dicit gladio. ex q̃ videṫ ꝙ nõ habebat intẽtionẽ interficiẽdi eũ, q̃a non attulit ſecũ arma. & ſic diminuetur pœna de grauitate facti. Alia ẽ ex parte percuſſi, quia ex quo tantũ cõualuit, qđ potuit cũ baculo ambulare, nõ eſt certũ ꝙ mortu⁹ fuerit ex percuſſiõe, imò magis probabile eſt qđ mortu⁹ fuerit ex negligentia cuſtodiendi ſe, vel alia occaſione. ſed tamẽ impedimẽtũ ſuorũ operũ & expẽſas in medicos ipſe ſoluet, nec ad plus teneṫ, etiã ſi moriaṫ mõ prẹdicto. Ra. Sa. dicit qđ detinẽdus eſt ꝑcuſſor à iudicibus, quouſq; videatur ſi ꝑcuſſus moriaṫ: q̃a ſi moriṫ ãñq̃ ſit reſtitutus perfectẹ ſanitati, percuſſor debet mori. & ꝙ videtur eſſe cõtra hoc qđ diciṫ: Si ſurrexerit & ambulauerit ſuper baculũ ſuũ, ĩnocẽs erit. ſ. ꝑcuſſor. ip̃e exponit dicẽs, ꝙ eſt locutio metaphorica, ita qđ ꝑ baculũ cui hõĩ ĩnitiṫ, plena ſanitas & fortitudo intelligiṫ, ſicut diciṫ Ezech. iiij. c. Conteram baculum pa. &c. i. fulcimentũ virtutis. Et ſimilis modus loquendi. ſ. metaphoric⁹ eſt in lege ſcđm ipſum in pluribus alijs locis: q̃ & tũc exponenṫ, q̃ñ erimus ibi dño cõcedẽte, & tunc percuſſor non eſt cõdẽnãd⁹, niſi ad opa ꝑcuſſi & expẽſas in medicos. f ¶ Qui ꝑcuſſit ſeruũ ſuũ vel an. Iſta lex loquitur de ſeruo vel ancilla Gentilib⁹. & multò fortius in tali caſu incurritur pœna mortis pro interfectione ſerui Hebrẹi vel ancillẹ.

† dãnũ ceſſatiõis

† vindictã patietur; Deut. 19. d. Mat. 5. f. 23. q. 3. c. Lex differentiẹ & q. 4. c. hẹc aũt. 3. ex his

H

g ¶ Sin autẽ vno die vel duob⁹ ſu. non ſub. pe. ipſe ꝑcuſſor. h ¶ Quia pecu. illius. eſt. ſ. ipſe ſeruus. Ex quo patet ꝙ loquiṫ tm̃ in hoc caſu de ſeruo Gẽtili: q̃a cũ ſit ſeruus ſimpl'r & empt⁹ ad ſeruiendũ ſemꝑ eſt pecunia dñi ſui Hebrẹi. non ſic aũt ſeruus Hebreus, q̃ magis eſt mercenarius q̃ ſeruus, vt prẹdictum eſt. & ideo occiſiõi ſerui Hebrẹi debeṫ pœna mortis ſicut aliorũ. i ¶ Si rixati fuerint viri, & percuſſe. q̃s mu. prægnam. intẽdẽs percutere maritũ eius. k ¶ Et abortiuũ q̃dẽ fe. Abortiuũ ꝓpriè diciṫ ſcđm Hebrẹos fœt⁹ conceptus ante animationem deſtructus.

† Iudices.

Abortiuus

l ¶ Sed ipſa vixerit, ſub damno q̃tũ expe. mari. mu. Hoc non eſt intelligẽdũ ꝙ hoc ſit taxandũ ad voluntatem eius, ſed ꝙ eius rationes audiendẹ ſunt à iudicib⁹, & ſecundũ allegata hĩc & inde taxabunt. m ¶ Sin autem mors eius fuerit ſubſe. ſ. mors mulieris vel pueri iam animati, & poſſit hoc probari, cũ iam ſit in ſpecie humana. n ¶ Reddet animam pro anima. i. morietur. Aliqui verò doctores Hebrẹi dicunt ꝙ non per hoc intelligitur pœna mortis, eò qđ non intendebat percutere mulierem vel fœtum eius animatum interficere, ſed ſolũ incurret pœnam pecuniẹ ſecundũ taxationem iudicum. Sed hoc videtur irrationabiliṫ dictum, cùm vxor ſit vna caro cùm viro, quem intendebat percutere. & ideo prima expoſitio videtur melior, qđ intelligitur pœna mortis, cùm dicitur: Reddet animam pro aĩa. o ¶ Oculum ꝓ oculo. Poſtq̃ egit de pœna occiſionis, hĩc agit de pœna mutilationis & alterius lẹſionis, quia ſi aliquis eruat oculum proximi ſui, debet erui oculus eius, & ita de alijs mutilationibus, & non ſolũ de mutilationib⁹, ſed etiam de alijs lẹſiõibus corporalib⁹. Iõ ſubdiṫ

☙ Vulnus ꝓ vulnere:

Moraliṫ.

* k ¶ Et percuſſerit quis mulierem pregnantem: Id eſt perſonam rationalem à conceptione boni propoſiti auerterit.

m ¶ Subiacebit domino quantum expetierit maritus. Id eſt punietur à domino ſecũdũ quantitatem boni qđ impediuit.

* Si quis aperuerit

Eccl. 16. offerebant primogenita, ſed ad ſacerdotẽ, qui non debebat aliqd aĩal immolare ante octauã diem dño. Quòd autem ſubditur: d ¶Viri ſancti eritis mihi. ad omnes generaliter dirigit, vt ſint mundi non tm mẽte ſed etiã corpe. ideo ſubdit. e ¶Car-
† 23. q. 4. c. nem q̃ a beſtijs &c. In Hebræo habet:
ne amiſſo. Quæ à beſtijs fuerit lacerata vel diſſipata. quia non ſolùm erat ipſis prohibitum comedere carnes, quarum vnam partem comederant beſtiæ, ſed etiam carnes animalis occiſi, à quacunq; beſtia ſyluestri vel domeſtica, etiam ſi nihil de occiſo comediſſent, vt dictum eſt ſuprà, de boue occiſo à boue cornupeta. Sciendum etiam quòd lex iſta loquit de carnibus quæ aliâs eis erant licitę. f ¶Sed proijcietis canibus. Dicit autem Ra. Sa. quòd vendere poterãt
Gentiles Gentilib⁹ quos Iudæi reputãt ſicut canes. & vocant Gentiles omnes, qui non ſunt de lege Iudęorum.
Moralit. * e ¶Carnem quę a beſtijs fue. &c. i. doctrinã in qua nutriti fuerunt ſuperſtitioſi, vel hæretici, non comedetis eam acceptando. f ¶Sed proijcietis canib⁹. illã dimittẽdo infidelib⁹ obſtinatis, qui dicuntur canes. Matthęi. vij. a. Nolite ſanctum dare canibus.

¶In ca. xxij. vbi dicitur in poſtil. Et ideo dicit Ra. Sa. Lex illa.

*Additio* Longè videt à ſenſu literali dicere, q in hoc quod dicitur. Si autem orto ſole hoc fecerit, intelligitur metaphoricè, quia in iudicialibus quæ tractant de actibus humanis inter partes iudicandis, non eſt opus metaphoricis locutiõibus, cùm poſſint plano modo dici. Vnde meli⁹ videt dicendũ cũ docto. noſtris, qbus etiã concordãt qdam Hebræorũ. Obiectio aũt poſtilla. cõtra eos non videt valere: nã licet aliqñ contingat, q aliqui inſidiõſe interficiant hoĩem in domo ꝓpria, hoc tñ eſt de raro contingentibus, de quibus lex non curat, niſi de his q̃ frequenter contingunt.

*Replica* correctorij contra Burgeñ. In ca. xxij. vbi poſtillator ſequens Ra. Sa. dicit metaphoricè dictum, quòd ſi orto ſole fecerit. vt patet in poſtilla: Burgeñ. inſtat dicens, quòd in iudicialibus actibus debet fieri plana locutio, non metaphorica: cuius oppoſitum etiam fit & fieri poteſt quaſi in terminis huius literæ. dicit enim & ſcribitur luce clarius id ꝓbari literis, inſtrumentis &c. hoc Burgeñ.

hoc Burgeñ. ſatis facit arguendo poſtilla. Nam non eſt rarum fures in die irruere in domos hoĩm, rapere, occidere, & homines de domibus effugare: quos ſi qs occideret, reus non eſſet. eſſent eñ tales aliquid plus q̃ fures. Hæc eſt ſentẽtia beati Augu. poſita in gl. ordi. vnde & ſi ſecundum beatum Augu. ſint aliquid plus q̃ fures, ſunt tamen verè fures, quia vſurpatores rei alienæ inuito domino. in caſu igitur poſtillatoris & Rab. Sa. litera planius exponitur. G

*GLOS. ORDI.*

Cap. XXIII.

a ¶Pauperis quoq; nõ miſere. &c. Ne. ſ. contra iuſtitiã paupi faueas cã miſericordię. Bona eſt miſericordia: ſed non debet eſſe contra iudicium. Iudicium autem dicit ſcriptura, quod iuſtum eſt. Ne quis autem propter hanc ſnĩam deũ putet prohibere miſericordiam: oportunè ſequitur ☞ Si occurreris boui

*NI. DE LYRA.*

Cap. XXIII.

NOn ſuſcipies &c. Hîc ordinat rõnalis q̃tũ ad iudices, & primò erga ptes q̃ debẽt in iudicio aliqd ꝓponere, vt nõ audit vna ps ſine alia, qa qñ vna audit in abſentia alteri⁹, ſolẽt multa mẽdacia immiſcere ad iuſtificationẽ ſuę cauſę. & hoc eſt qd dicit: Nõ ſuſcipies vocẽ mẽdacij: Scd'ò regulat circa teſtes, cũ dicit. h ¶Nec iũges manũ tuã. i. nõ facies pactũ vel ꝓmiſſum & vtit tali mõ loquendi, qa in pactis & in ꝓmiſſis iungit manus vni⁹ cũ manu alterius ad cõfirmationẽ. In Hebræo habetur: Non leuabis manum, & eſt eadẽ ſnĩa: quia apud aliquos, ille q ꝓmittit aliqd, leuat digitũ vel manũ ad confirmandũ ꝓmiſſum. H * In agro.
i ¶Vt ꝓ impio &c. In Heb. habet. Cũ impio vilis teſtis falſis. & iſtud poteſt referri ad eũ qui ꝓmittit impio. ſ. vt pro eo promittat ſe falſum teſtificari: & ſic accipit † ſequaris.
trãſlatio noſtra. Alio mõ poteſt referri ad ipſum impiũ vt. ſ. ſit teſtis in cã falſa: & hoc mõ exponit Rab. Sa. & rõnabiliter. qa ſic refert ad iudices iſtud pręceptũ, q qdẽ iudices hîc informant, vt p̃dictũ eſt: & ſic eſt ſenſus pr ędicti mandati: Non leuabis manum cum impio, aſſecurando eum donis, vel promiſſis, vt ſit teſtis falſitatis, ſicut fecerũt iudices Samariæ, ad mandatum Iezabelis ſubmittentis falſos teſtes contra Naboth, vt occideretur, vt habetur. iij. Re. xxj. cap. Tertiò informatur q̃tùm ad formam iudicij, cum dicitur: k ¶Non ſequeris turbam ad &c. quia iudex nõ debet dare ſnĩam iniuſtã ad ſatiſfaciendũ turbæ, vel multitudini, ſicut fecit Pilat⁹ cõtra Chriſtũ, volẽs ſatiſfacere pplo, vt habet Mat. xxvij. c. & Marc. xv. b. l ¶Nec ĩ iudicio &c. vt ſi maior ps iudicũ declinet ad ſnĩam iniuſtã, nõ ꝓpter hoc debet aliqs de iudicibus cõformiter ipſis de iudicio rñdere: ſed veritatẽ tenere. Aliter exponũt Heb. paſſum iſtũ: qa in Heb. habet: Nõ declinabis poſt רבים Pauperẽ nõ honorabis. Rabbim
rabbim. i. mltos ad malũ: & nõ rñdebis ĩ iudicio ad poſt declinãdũ rabbĩ. i. magſtros vel magnos ad peccãdũ. Hęc dictio Heb. רבים rabbim ęquoca eſt, qa ſignificat idẽ qd mltos, & ſic accipit ĩ prima pte autoritatis. & eſt ſenſus q ꝓpt maiorẽ ptẽ iudicãtiũ declinãtẽ ad iudiciũ ĩiuſtũ, aliqs de iudicãtib⁹ nõ debet ſeq dictũ eorũ. Itẽ ſignificat idẽ qd magnos vl magiſtros, & ſic accipit ĩ ſcd'a pte autoritatis, cũ dicit: Et ñ rñdebis ĩ iudicio pp magnos vl magiſtros ad peccãdũ. & eſt ſenſus qa ſicut nõ eſt declinãdũ à vitate ꝓpter maiorẽ ptẽ iudicãtiũ ibi declinãtẽ, ita declinãdũ nõ eſt ꝓpter illos, q ſunt maioris auctoritatis in iudicãdo. & pp hoc, ſtatuerũt ſapiẽtes Iudęorũ, q qñ in iudicio reqrit ſnĩa, tũç dictũ iudicãtiũ debet incipi ab illis, q ſunt minoris auctoritatis, & vltimò à maiorib⁹, ne mĩores formidẽt decliare à ſnĩa maiorũ, qd poſſet eſſe ſi maiores primò dicerẽt. Et hũc modũ tenẽt in vniuerſitate Pariſieñ theologi ĩ deliberatiõib⁹. ſ. incipiẽdo ab illis q ſunt minores ĩ magiſterio. Quartò ĩformant iudices q̃tũ ad cõditionẽ pſonarũ veniẽtiũ ad iudiciũ, cũ dicit. m ¶Pauperis quoq; nõ &c. in cauſa falſa intuitu ſuę paupertatis eũ ſuſtinendo: quia ſanctum eſt præhonorare veritatem, vt dicitur. j. Ethi. Philoſophus

☞ Si occurreris boui

A a ¶Si occur.bo.&c.Fac miſericordiã etiam erga inimicos
tuos cũ poteſtas eſt à iudicando libera.Nõ eñ cũ reducis errãtẽ bo
Act.10.c. uẽ inimici,& reddis inter aliquos iudex reſides. b ¶Mendaciũ
fugies. Veritatẽ & iudiciũ amat dñs.& ad hęc exequenda populũ
ſuũ hortat̃,qa non eſt perſonarũ acceptor. c ¶Sex ann.ſe.ter.
Quæſtio Aug.Querit̃ quid colligãt pauperes,ſi in ſe
ptimo anno ita parcitur terrę,vt nec ſemi-
netur? Non enim ad vineam & oliuetũ pti
net qđ dictũ eſt:Edẽt pauperes gentis tuæ,
qa de terra nõ ſeminata nihil põt ſumere, v-
bi ſegetes naſci nõ põt.De vinea eñ & oliue
to poſtea dixeſſit ſimiliter eſſe faciẽdũ,ideo il
lud de aruis intelligit̃,q̃ frumẽtis ſeruiunt.An
ſic accipiẽdũ:Sex annis ſeminabis & colliges
fructũ ei⁹,hoc eſt ſex annis ſeminabis & colli
ges:ſeptimo vero nõ colliges,vt itelligat̃ ſemi
nabis,etiam ſi dictum non eſt,vt ad ſex an-
† inflectes ſiue puertes nos ſeminare & colligere pertineat: ad ſe-
iudiciũ vel ptimũ verò dimittere quod fuerit ſemi-
ius paupis natum:Nam quid inde habebũt pauperes,
tui in cauſa quorum reſiduũ etiã feris beſtijs dedit eis.ſ.
eius. quæ illis frugibus veſci poſſint id eſt apris,
1.Cor.9.b. ceruis,& huiuſmodi?Quod tamẽ non dice
† nõ iuſtifi retur niſi alicuius ſignificationis gratia. De
cabo.i.nõſi bobus enim non eſt cura deo. Quod non
nã inultũ ſic intelligitur,quaſi non paſcat ea quæ non
ſeminant,neq; metunt: ſed qa ei curę nõ eſt
pręcepto monere hominem,quomodo bo
ui ſuo conſulat.q̃tò ergo minus ei cura eſt
de feris beſtijs pcipere,cũm eas ipſe paſcat di
uitiis naturæ, qui etiam eas paſcit per alios
ſex annos cũ colliguntur,quæ ſeminantur.
Myſtice c ¶Sex annis ſemina.ter.tu.& cæ.
In ſenario perfectio operum, in ſeptenario
requies aĩarum exprimitur.Bene ergo ſex an
nis ſeminare terram noſtram & congregare
fruges eius pręcipimur,quia in pręſenti vita
quę ſex ętatibus conſtat, terram carnis nr̃æ
B exercere & virtutũ ſemina in ea ſerere debe-
mus,vt in futuro vitam ęternã accipiam⁹.
Qđ aũt populi pauperes & beſtię agri co-
medere iubent̃,quę in ſeptimo anno de nr̃o
labore pterito creſcunt,ſignificat̃ q̃ per ele-
emoſynarum & charitatis obſequiũ,merces
in futuro pat̃,quã etiã vinea & oliuetũ.i.grę
& miſericordię opa pparãt.Si ergo nõ tm̃ amicis ſed etiã beſtijs.i.ini
inicis bñfici ſumus:in futuro,cũ iã nõ erit tp̃s operãdi, præmia cõ-
ſequemur

a ¶Hæc per ſe ſic patent,vt expoſitione obſcurentur. ¶Quaſi dicat:Lu.vj.d. Diligite inimicos veſtros.

a dicio.† Si occurreris boui inimi- a
ci tui,aut aſino erranti: reduc ad

¶Benefacite his,qui vos oderunt.

eum.Si uideris aſinum odientis b

¶Negligendo.

te † iacere ſub onere,nõ pertranſ
ibis:ſed ſubleuabis cum eo. Non c

a ¶Accipiendo perſonam.
b ¶Recte iudicate filij hominum.

† declinabis in iudiciũ pauperis.

a ¶Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Pſal.v.b.

b Mendacium fugies. † Inſontem d e

a ¶Quia dominus ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur.

& iuſtum non occides,quia † auer f g

a ¶Non iuſtum. b ¶Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere.Eſa.xxxiij.c.
¶In iudicio vel teſtimonio.

ſor impiũm.† Nec accipias mune- h

a ¶Interiori cæcitate.
¶Eccli.x.b. Auaro nihil eſt ſceleſtius,nihil iniquius q̃ amare pecuniam.

ra,quæ excæcant etiam pruden- i

a ¶Vt putatur.

tes,& ſubuertunt uerba iuſtorum. k

a ¶Qui dum eſt in hoc ſeculo peregrinatur a domino.

Peregrino moleſt⁹ non eris. Sci- l

¶Quomodo.ſ.facile contriſtentur non habentes vnde ſe conſolentur.

tis enim aduenarũ animas, quia

a ¶Ex conditione ſua quiſq; perpendat quomodo alijs miſereatur.vnde,Dimittite & dimittetur vobis.Lu.vj.f.

& ipſi peregrini fuiſtis in terra
c Ægypti.Sex annis ſeminabis ter- m

## NICO. DE LYRA.

a ¶Si occurreris.Iſtud ponit̃ hĩc ex incidẽti:qa ex litigiis,de
qb⁹ immediatè locut⁹ eſt,ſolẽt hoĩes inimici fieri,ideo ſubdit:Si oc
curreris &c.Iſtud pcipitur duplici de cauſa.ſ.p aĩali errãti, nę à fe-
ris deuoret̃.Iudęi eñ erãt crudeles:& ideo lex induxit eos ad pieta-
tem,etiam circa bruta aĩalia:vt p hoc ad maiorẽ pietatem circa ho
mines inducerent̃.Itẽ pro dño aĩalis,qa p talẽ reductionem induce
bant̃ ad amicitiã reducẽtis,& qđ hĩc eſt dictũ de boue & aſino er-
ranti,intelligendũ eſt de omni aĩali domeſtico. b ¶Si videris
aſinũ &c. Iſtud etiã dicit̃ pro aĩali,& etiã pro dño,ſicut dictum
eſt in lege immediatè pcedẽti,& qđ hĩc dicit̃ de aſino, intelligendũ
eſt de oĩ aĩali onerato. c ¶Nõ declinabis in iu.pau. Reuer
titur ad informandum iudices:quia ſicut ſuprà informauit eos de
non ſuſtinendo pauperes in cauſa iniuſta,ita econtrario docet eos
q̃ non declinant à iuſtitia eorum ſuſtentanda in fauorem diuitis vł
potentis. d ¶Mendacium fugies. licet eñ ſit fugiendũ ab
oib⁹:maximè tñ à iudicib⁹ q ſunt in ſtatu & officio cõſeruãdę veri
Innocẽs nõ cõdẽnẽbus tatis e ¶Inſontẽ & iu.&c. Dicit inſontẽ.i.innocentem,q̃tũ
ad illũ qui p falſos teſtes cõuincitur:quem iudex non debet interfi-
cere,ſi ſciat ei⁹ innocẽtiã ſecretè,ſed debet teſtes diligẽtius examina-
re,vt eorum fallitas deprehendatur.& ſi ſic non poteſt deprehẽde-
re,debet iudiciũ ad ſuperiorẽ remittere:& ſi non põt,qa non habet
ſuperiorẽ iudicem,dicit Tho.de aquino ſcđa ſcđę.q.lxiiij.arg.vj.
in reſpõſione ad tertiũ argu.q̃ in hoc caſu iudex non peccat feren-
do ſentẽtiã mortis cõtra eum,quia nõ interficit ipſum,ſed illi q ac-
cuſant.Saluo tñ meliori iudicio videt̃ contrarium,qa dicit Aug.li.
de li.arbi.Quõ apud diuinã puidẽtiã à peccato liberi ſunt, q p his
rebus quas cõtẽni oportet,humana cęde poluti ſunt:q.d.nullo mõ.
† in vita & p res cõtemnẽdas intelligit Augu.oĩa illa quæ homines † inuiti
amittere poſſunt:inter quas eſt vita corporalis & multò fortius di- C
uitiæ & dignitas tẽporalis quęcunq;,& poteſtas iudicãdi ſecundum
quod dicit̃ Iob.ij.g.Cũcta quę habet homo,dabit pro anima ſua.i.
p corporali vita tuẽda.& ideo ſi iudex quãtũcũq; ſuperior nõ poſ-
ſit inuenire viã liberãdi innocentẽ à morte,debet prius dignitatẽ &
officium iudicãdi dimittere,quàm ſententiã
mortis contra innocentem ferre,aliter pec-
catum nõ euaderet,vt videtur.Dicit autem:
f ¶Iuſtum. propter illum qui iuſtus eſt
iudicio hominum,quãuis fortè ſit debitor † Deu.22.
mortis apud deum,& talem non debet iu-
dex occidere,q̃uis ſecretè ſciat ipſum morte
dignum:quia non eſt licitum ei,vt eſt perſo
na ſingularis,ſecundum qđ dicit Auguſt.j. † iacentẽ
de ciuita.dei. Qui ſine aliqua publica ad-
miniſtratione maleficum interficit, velut
homicida iudicabitur: & tantò amplius,
quantò ſibi poteſtatem à deo non conceſ-
ſam vſurpare non timuit.Nec etiam vt eſt
perſona publica,quia vt ſic non habet viã
ad occidendum eum.Nec eſt ſimile de con-
demnatione innocentis ad mortem,& de di † Dan.13.f.
miſſione illius qui eſt morte dignus,pp̃ter
qđ non valet,ſi arguatur per te. iudex non
poteſt condemnare quẽ ſcit innocentem:er
go per oppoſitũ nec põt dimittere quẽ ſcit
dignum morte:quia vt eſt perſona publica
põt renuntiare dignitati & officio iudican †Deu.16.d.
di:ſed vt eſt perſona ſingularis non habet Eccle.20.d.
viã vel poteſtatẽ aliquam occidendi.Aliter
autẽ exponit Ra.Sa. paſſum iſtũ dicens q̃
innocẽs hĩc accipitur ille,qui exit de domo
iudicij condemnatus ad mortem pro crimi
ne ſibi impoſito:tamen eſt innocens ſecun-
dum veritatem: quia ſi tunc appareat
aliquis qui velit eius innocẽtiam declarare,
debet reduci ad iudicium:vt audiatur ille q
vult eum innocentem oſtendere,& ſic factũ
fuit de Suſanna,vt patet Dañ.xiij.f.ad cuius
ſcilicet Danielis dictum fuit reducta ad iudi
cium,& à morte liberata. Per iuſtum hĩc
intelligitur ille qui exit de domo iudicij,tan D
quam innocẽs à crimine ſibi impoſito,licet
ſecũdum veritatẽ ſit reus,& tũc ſi appareat
aliquis,q velit eum probare reum de dicto
cri mine,non eſt audiẽdus contra eũ:quia licet euadat manum ho-
minis,remanet tñ in manu dei puniẽdus.ideo ſubditur p cauſa hu
ius dicti: g ¶Quia aduer.impi.ac ſi dicat de⁹ ppter hoc talẽ
nõ debes occidere,qa licet manũ tuã exeat,remanet tñ in manu mea
ad pniẽdũ:& poſſum eũ interficere multis viis, qa nõ dimitto im
piũ impunitũ. h ¶Nec ac.mu.etiã pro iudicio vero.nõ eñ de
bet vẽdere iudex iuſtitiã ſuã,qa ſi ſit iudex inferior,debet eſſe contẽ
tus de ſtipẽdijs ſibi datis à ſuperiori.Si aũt ſit ſupior,debet eſſe cõ
tentus reditibus ſuis, qui ſunt ſtipendia ſibi cõceſſa à cõmunitate
pro obſeruatione iuſtitię. i ¶Quę excęcant etiam pruden
tes. quia ſi accipiat iudex munera pro iuſtitia defendenda,ex tali
aſſuefactione inclinabit̃ ad accipiendum pro iniuſtitia ſuſtinenda
& ſic excæcabitur. ideo ſequitur. k ¶Et ſubuertunt ver-
ba iuſtorum,quia qui pri⁹ loquebãtur pro veritate iuſtitię,poſt-
ea loquuntur ad contrarium. l ¶Peregrino moleſtus non
eris.Peregrinus hĩc dicitur tranſiens per terrã alienam,quẽ iudex
non debet moleſtare retardando ſibi facere iudiciũ de iniuria ſibi
facta,vt iter ſuũ poſſet exequi. m ¶Sex annis. Hĩc cõſequen
ter informantur ſacerdotes:quia hĩc agitur de feſtis & ſolennitati
bus,q̃ licet debeãt obſeruari à toto populo,tñ in hoc debẽt dirigi
per ſacerdotes Moralit̃
Moraliter. a ¶Si occurreris boui inimici tui,aut aſino
& cęte.i.ſi videris aliquem de ſubditis prælati vel curati odientis
te ab eius obedientia irrationabiliter recedentem,per bonũ cõſiliũ
& exhortationem,debes eum reducere ad obediẽdum debitè,non
obſtãte odio dicti pręlati vel curati cõtra te. b ¶Si videris
aſinũ odientis te ia.ſub one.&c.Aſini pręlatorũ poſſunt dici
archidiaconi, decani,curati,quia ſupportant eorum onera. Ille
igitur qui videt aliquẽ de illis oppreſſum onere,curæ ſibi impoſi-
tę,& ſcit & põt ipſum ſubleuare,nõ debet hoc dimittere propter
odiũ prælati erga ſe. m ¶Sex annis ſemina. ter tuam &c.
Per terrã colendã intelligit̃ cor humanũ qđ eſt ſeminandũ ſemine
virtutũ Sex annis.i.toto tp̃e vitę pñtis,q̃ per ſenariũ deſignat̃,eò q̃
 eſt numerus

E ☞ ſequemur. vnde: Qui ſeminat in benedictionibus, de benedi.
2. Cor. 9. b. & metet. a ℂEt per nomen externorum deorũ &c. Per
nomen ſuum iurare ꝑmittit, nõ ꝙ bonũ ſit iurare, ſed quia ſciebat
homines pronos ad iurandũ eſſe, nõ vuult vt iurent per noĩa exte
Iurare per nomen dei: rorũ deorũ, & frequẽti iuramẽto inducantur ad cultũ eorum. Sic
& hoſtias, non approbat deus: mauult tamẽ
ſacrificari ſibi quàm idolis. b ℂTribus
vicib⁹. Fidem. ſ. ſanctę trinitatis. in paſcha
enim immolatur filius. in pentecoſtẽ datur
ſpiritusſanctus. in ſcenophegia paternę ma
Myſtice: ieſtatis potentia declaratur. ℂTribus vi
cibus per ſingulos annos & cæ. Hoc
eſt omni tp̃e p̄ſentis vitæ & in ſanctę trini-
tatis confeſſione, per fidẽ & ſpẽ & charita-
tem bonorũ operũ obſeq̃a à deo creatori
veſtro exibebitis. Paſcha em̃ celebram⁹ mẽ
ſe nouorũ cũ per ſanguinẽ agni immacula-
ti ab AEgyptia ſeruitute liberati. Per ſpiri-
tuales aquas de veteri homine in nouũ trã-
ſimus, nõ in vetuſtate literę, ſed in nouitate
ſpirit⁹, quo in terrã ꝓmiſſionis ꝑ gratiam
Chriſti peruenimus. Solennitatẽ verò men
ſis primitiuorum celebram⁹, cũm operum
noſtrorum voluntatum & ſermonũ pri-
mitias dño cõſecramus. Solennitatem quo-
q; in exitu anni, quãdo cõgregatis frugib⁹
id eſt virtutum fructibus ad finem vitæ &
introitũ regni cęleſtis peruenire contendi-
mus, in tabernaculis ſeptem diebus com
morantes, quia per omne tempus vitę prę-
ſentis ꝑegrinos nos eſſe agnoſcim⁹: nec regẽ
hĩc ſed in futuro reqrim⁹, ſeduló curãtes, ne
in conſpectu dei vacui appareamus.
☞ Solennitatẽ

ram tuam, & congregabis fruges
a ❡Seminabis quidem, ſed non colliges.
eius: anno autem ſeptimo dimit a
tes eã, & requieſcere facies, ut co-
medant pauperes populi tui: Et
quicquid reliquum fuerit, edent
❡Apri, cerui.
❡Putabis. ſ. & excoles, ſed fructũ nõ colliges.
beſtię agri. Ita facies in uinea, & in b
❡Omni tempore præſentis vitæ, quo laborandum eſt.
oliueto tuo. Sex dieb⁹ operabe- c
a ❡In quiete animę ſolutæ a corpore.
ris, ſeptima die cẽſſabis, ut requie-
a ❡Qui fortiter operandi laborem ſuſtinuit. ❡Diſciplinatus. b ❡Hæres. ❡De quo dicitur: Iſachar aſinus fortis ſuppoſuit humerum ad portandum: Geñ. xlix. b.
ſcat bõs & ãſinus tu⁹, ut †refrigere
a ❡Eccleſiæ, quæ nobis quaſi ancilla ſeruit, vel ſynagogæ, quæ ſeruit cum filijs ſuis. multi enim Iudæi ad dominum conuerſi ſunt.
b ❡Gentilis de oleaſtro aſſumptus eſt bonæ oliuæ inſertus: vel qui in mundo fuit quaſi aduena, & peregrinus.
tur filius ãncillæ tuæ, & aduẽna.
Omnia quæ dixi uobis, cuſtodi- d
❡Sed per nomen meum.
a te: & † per nomen externorum e
a ❡In euangelio interdicitur omnino iuramentum.
deorum non †iurãbitis, neq; au- f g
a ❡In Aprili, ſcilicet in Iunio, & in Septembri.
b dietur ex ore ueſtro. Tribũs ui- h
cibus per ſingulos annos mihi
a ❡Paſcha, Pentecoſten, Scenophegia.
❡Qua Chriſtus immolatur.
feſtã celebrabitis: Solennitatem i
azymorum cuſtodies. Septem
diebus comedes azyma, ſicut
❡Aprilis quando ſecundum Ioſephum colligebant ſpicas, & eas igni torrentes & manibus confricantes offerebant primitias domino, de quibus parum imponebatur ſacrificio, reliquum erat ſacerdotis. quo facto cuiq; metere licebat.
præcepi tibi. Tempore menſis k
†nouorũ, quando egreſſus es de
Ægypto †nõ apparebis in cõſpe l
a ❡A bonis operibus b ❡Hæc erat in Iunio, quando panes primitiarum offerebantur.
ctu meo uãcuus. Et ſolennitãtem m
meſſis primitiuorum operis tui, n

*Nicolaus de Lyra.*

❧ per ſacerdotes. & priò agiť de ſeptimò
anno, q erat quaſi tot⁹ ſolẽnis, eò ꝙ erat an
nus remiſſionis; & hoc eſt qđ diciť: Sex an-
F niſ ſemi. ter. tuã &c. ꝓ victu tuo & familiæ
tuę. a ℂAnno aũt &c. dicit Aug. ꝙ ſe-
ptimo anno, bñ erat ſeminandũ ſed nõ col-
ligendũ à ſeminantibus. ſed erat dimitten-
dũ pauperib⁹, vt ſubditur: Vt comedent
pauperes &c. Ioſephus autem & Hebręi di-
cũt, ꝙ ſeptimo anno nõ erat ſeminandũ nec
colligendũ à dñis terrę: ſed debebãt dimitte
re illa q̃ ſpõte naſcebanť pauperibus, & hoc
† . J. 35. a. Deu. 16. d. magis cõcordat literę cũ diciť. anno aũt ſe-
Eccl. 25. a. ptimò dimittet eã & requi. facies. ita ꝙ li re
De cõſ. diſt. quieſcere facies, referať ad hoc ꝙ terra non
1. c. oĩs Chri exerceať per culturam: & li dimitte, referať
ſtianus ad hoc ꝙ dñs campi ea q̃ ſpõte naſcebanť,
illo anno paupib⁹ dimitteret. b ℂIta fa
cies in vinea &c. Quia ſicut nil collige-
bat domin⁹ in poſſeſſione ſua, ita nec in illis
q̃ erant ſupcãpũ. Scđ ò agiť de celebratiõe
ſabbathi, cùm dicitur. c ℂSex diebus operaberis, ſepti-
ma die ceſſabis vt requieſcat bos & aſinus tuus.
Et iſtud eſt expoſitum ca. xx. repetitur tamen hĩc iſtud pręceptum
propter hoc ꝙ locutus eſt immediatè de ſeptimo anno, qui erat
totus requiei, & ideo ex hoc fortè crederet aliquis, ꝙ in illo an-
no ſeptima dies non eſſet obſeruãda, niſi ſicut aliæ dies hebdo-
madæ, propter quod ad huiuſmodi errorem tollendum fit me-
moria de obſeruatione ſabbathi, quæ eſt eadem in ſeptimo an-
no ſicut & in alijs: q̃ autẽ ſit illa obſeruatio expoſitum eſt, ſuprà
xx. cap. d ℂOmnia quæ dixi vobis cuſtodite. Hoc
intelligitur ſpecialiter de pertinẽtibus ad obſeruationem ſabbathi,
quæ ſunt plura. Ra. Sa. dicit quòd hoc dicitur ad ſubintelligen-
dum vaſa Hebræorum, de quorum requie non fecerat mentionem
q̃ tamen debẽt requeſcere etiam die ſabbathi: nec licitum eſt eis ea lo
care vel accommodare Gentilibus ad faciendum opera ſua vt ſecu
rim ad ſcindendum ligna & ſimilia. e ℂEt per nomen exter
Iuramentũ quare intro ductum. norum deorũ. i. idolorũ. f ℂNon iurabitis. Iuramentum
enim introductũ eſt ad cõfirmationẽ veritatis de re aliqua, de qua
poterat dubitari, inq̃tũ ꝑ iuramentũ inuocatur deus teſtis illius rei
de qua iuratur. ꝓpter qđ iurans ꝓfitetur deum eſſe infallibilis veri-
tatis ad cõfirmãdũ omnia dubia, & ideo iurare eſt actus latrię pro-
ter qđ

pter quod per falſos deos nõ eſt iurandũ, eò ꝙ non poſſunt eſſe te- G
ſtes veritatis: & quia actus latriæ nullo modo eſt eis exhibẽdus, vt
dictũ eſt ſuprà. c. xx. g ℂNeq; audietur. Quod exponit Rab.
Sa. dicẽs ꝙ nõ eſt licitũ Iudæis dicere vel facere aliqua cũ Gẽtilibus
propter quę Gẽtiles iurãt per nomẽ idolorũ. & eſt ſenſus: Neq; au-
dieť ex ore tuo, id eſt ex ore tuo non exibit
verbum, per quod audiatur iuramẽtum ꝑ
idola etiã factum à Gentilibus. Beatus verò
Aug. ſcribẽs ad Publicolam dicit, ꝙ licet
non ſit licitum Gentilẽ inducere ad iurãdũ
per idolũ, ſi tamẽ Gentilis habeat aliqua pa
cta cũ Chriſtianis, & offerat ſe ad cõfirman-
dum illa iurando per idolum, licitũ eſt Chri
ſtianis tale iuramentum recipere. Ponitur
aũt hĩc iſtud pręceptũ iuxta obſeruationem
ſabbathi, quia vtrũq; pertinet ad reueren-
tiam deo exhibẽdã. Conſequenter agitur de
tribus ſolennitatibus notabilibus quę fiebãt
per annum, cũ dicitur. h ℂTribus vi-
cibus. Inter quę primũ eſt feſtum paſchæ
& hoc notať cũ dicitur. i ℂSolennita-
tem azymorũ &c. Quia ſeptem diebus
debebant veſci azymis, ſicut ſuprà expoſi-
tum eſt. xiij. cap. k ℂTempore menſis
nouorum quando &c Menſis enim pri Paſcha
mus in q̃ celebrabať paſcha q̃ndecimo die † requieſcat
huius menſis dicitur menſis nouorum, quia anima
in craſtino eiuſdem diei fiebat oblatio de
nouis fructibus, qui matureſcebant ante
alios, vt ſi homo intrans campum vel hor
tum ſuum videret ibi aliquas ſpicas vel ficũ
in ficulnea appropinquantes ad matura-
tionem, ante alias debebat colligere, & ap-
portare ad templum in ſolennitate paſcha- † nominis
li. l ℂNon apparebis in conſpe-
ctu meo. id eſt in loco ſacrificij. m ℂVa † recordabimini
cuus. id eſt ſine oblatione vel ſacrificio. Se-
cundum feſtum eſt pentecoſtes, quod cele- Pentecoſtes
brabatur quinquageſima die à die paſchæ
in memoriam beneficij dei in datione legis, H
q̃ data eſt in monte Sinai quinquageſima
die ab exitu filiorum Iſraël de AEgypto. q
egreſſi ſunt die paſchæ ſcilicet die quintade
cima primi menſis, vt dictum eſt ſuprà. xij.
ca. & xiij. & hęc ſolennitas tangiť cũ dicitur.
n ℂEt ſolennitatem meſſis primiti-
uorum. Quia in illa ſolennitate offerebant
panes de nouis frugibus, ſicut in ſolennita-
te paſchali offerebantur primitiua in ſpicis.
Spicæ tamen illę igni torrebantur & excu- Tabernaculorũ feſtum
tiebantur grana, & ſic fiebat ſacrificium,
vt habetur Leuiti. ſecundo & vigeſimo- † Abib. i.
tertio. Tertium feſtum erat tabernaculorũ, mẽſis aprilis in quo
quòd celebrabatur eò quod dñs habitare noua oĩa
fecit filios Iſraël in tabernaculis in deſerto, q̃ in eo
& de loco illo deduxit eos ad terrã delitio-
ſam, & ideo in hoc feſto debent habere ra-
mos virides & fructus arborum pulcherrimos. Celebrabatur
aũt hoc feſtũ menſe ſeptimo ſcilicet Septẽbri, & hoc notať cũ diciť.
❧ Solennitatem

Moraliť

⁎ eſt numerus perfectus reſultãs ex ſuis ꝑtib⁹ quę ſunt vnũ, duo,
tres. a ℂAnno autem ſeptimo dimittes eã, & requieſce
re facias, vt comedant pauperes populi tui. Septimus
autem annus apud Hebręos requiei erat, vt patet per dicta. Per
hoc igitur ꝙ illo anno ſine labore fructus oriebanť, ex quibus pau
peres & agri beſtiæ ſuſtentabãtur, deſignatur ꝙ ſancti qui ſunt in
quiete cęleſti, orant pro ſibi deuotis quãtuncũq; ſimplicibus & ab-
iectis. h ℂTribus vicibus per ſingulos annos mihi fe-
ſta celebrabitis. Primum feſtum celebrabatur propter bene-
ficiũ exitus de AExypto, & fuit figura reſurrectionis Ieſu Chriſti ꝑ
quem exiuimus de tenebris culpæ & ignorantiæ. Secundum fe-
ſtũ celebrabať ꝓpter beneficiũ legis datæ: quod notatur cùm diciť
m ℂEt ſolennitatem meſſis primitiuorum operis tui:
Tunc enim fiebat oblatio de nouis panibus & fuit figura dationis
ſpiritusſancti quinquageſima die à domini reſurrectione. Tertiũ
fuit feſtũ tabernaculorum qđ celebrabať in memoriã, qđ dñs habi
tare fecit filios Iſraël in tabernaculis in deſerto, & notať cũ dicitur:
⁎ Solennitatem

A ☞ a ℭSolennitatem quocꝫ &c. maturis.ſ.frugibus quando fructus totius anni collectũ ſunt in Septẽbri.ſ.quem Hebręi Chaldaico vocabulo תִשְׁרִי thiſri, Macedones itheneos vocant. In cui⁹ principio Iudæi feriantes ampli⁹ tuba canũt, q̃ in ceteris menſibus, & plura offerũt, in quo dies expiationũ, & dies ſcenophegię. xv. die q̃ eſt ſolẽnitas tabernaculorũ. b ℭNõ coques hædum & cæ. Auguſt. Quomodo intelligatur ad verborum proprietatem neſcio vtrum poſſit reperiri. Si enim alicuius ſignificationis cauſa prohibitum acceperimus agnum in lacte coqui, nullus vſus eſt ita coquendi. Si autẽ in diebus qb⁹ lactatur q̃s Iudęorum hoc vnq̃ ſeruauit, vt agnum non coqueret, niſi ſugere deſiſteret? Quid eſt aũt in lacte matris ſuę, quaſi poſſet, etiam ſi hoc intelligeretur, ſine hui⁹ præcepti tranſgreſsione coqui: ſi eo nato mortua matre eius, ab oue alia lactaretur? cũm alicuius profectò rei ſignificantię cauſa eſſe præceptum nemo ambigat. Sed etiam illa quę poſſunt obſeruantia factitari, non ſine cauſa ita ſunt pręcepta. Significant enim aliquid. Hoc verò quomodo obſeruetur ad proprietatem verborũ, aut nõ eſt aut non elucet. Intellectũ tñ de Chriſto approbo, qui in hac prophetia pręditus eſt, non occidendus à Iudæis infans: quando Herodes quęrens eum occidere, non inuenit: vt coques, quod dictum eſt, ꝑtineat ad ignem paſſionis id eſt tribulationem. Illud quocꝫ forſitan non abſurdum eſt, qd' alij dicunt, id ſcilicet eſſe pręceptum per prophetiam, ne ſe boni Iſraëlitæ ſociarent Iudęis malis, à quibus Chriſtus paſſus eſt tanq̃ agnus in lacte matris ſuę id eſt eo tempore, quo conceptus eſt. Dicuntur em̃ fœminæ ex quo conceperint, lac colligere: Chriſtus autem nono menſe completo, decimo inchoato, natus eſt octauo Kalendas Ianuarias, & primo menſe conceptus eſt, ſcilicet octauo Kalendas Aprilis: qđ tempus B etiam paſſionis eius fuit in lacte matris ſuæ, id eſt in die quo conceptus eſt: vel paruulis adhuc & lactantibus nõ immittes paſſionẽ, tanq̃ Chriſto dictum ſit, qui talibus adhuc diſcipulis pepercit. Vnde ait Ioh. xviij. b. Si ergo me quęritis, ſinite hos abire. Vnde addit euangeliſta: Vt ſermo impleretur, quem dixit. Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Vnde apparet eos ſi tũc paterentur fuiſſe perituros: poſtea verò paſſi ſunt non agni in lacte, ſed arietes in grege. ℭStra. Moraliter. Hædus id eſt peccator non eſt in lacte matris coquendus, id eſt blanditiis diſſoluendus, ſed aſperè increpãdus & redarguẽd⁹. c ℭEcce ego mittam ange. &c. Raba. Ioſue ſignificat ducem populi, qui ideo angelus dicitur, quia ad voluntatem domini annuntiandam mittitur, ἄγγελος angelus enim Græcè nũtius dicitur.

☞ Inimicus ero

Agnũ in lacte coqui

⁎ collectionis.

Matt. 2. c

† quãdiu ſugit lac

† coram te

† exacerbes eum

Moralit̃

Vel ſeminaueris.

a quæcunq̃ ſeueris in agro: ſolennitatem quocꝫ ⁎ in exitu anni, quando † congregaueris omnes fruges tuas de agro. † Ter in anno b

a ℭFœminina enim debent occultari.

apparebit omne maſculinum tuum coram domino deo. Non c

o ℭId eſt purum ſacrificium ſine corruptione offeres. b ℭMalitiæ & nequitiæ.

immolabis ſuper fermento ſanguinem uictimæ tuæ, nec rema- d

a ℭPinguedo bonorum operum & fœcunditas virtutum, vel ſpiritualis intelligentia.

nebit adeps ſolennitatis meæ

a ℭDiem iudicij, quia tunc non erit locus operandi, virtutibus ſtudendi, vel ſcripturam perſcrutandi.

b ℭBonorum operum initia.

uſq; mane. † Primitias frugum e

a ℭQuia non eſt locus veri ſacrificij extra catholicam eccleſiam.

terræ tuæ deferes in domum

a ℭIoſephus dicit ante octauum diem non licere interfici. ℭPaſſione punias. ℭO Herodes & o Iudæi.

b domini dei tui. Non coques f

a ℭChriſtum qui eſt hædus Iudæis, agnus nobis. ℭLxx. agnum.

b ℭIn infantia vel tempore cõceptionis.

c hædum † in lacte matris ſuæ. Ec- g

ℭIoſue.

ce ego mittã angelum † meum, h

qui præcedat te, & cuſtodiat in i

uia: & introducat ad locũ, quem k

a ℭVnde ſicut obediuimus Moyſi ſic obediemus tibi.

paraui. Obſerua eũ & audi uocẽ l

eius, nec † cõtemnẽdũ putes: quia n m

nõ dimittet ⁎ cũ peccaueris, & eſt

a ℭQuia ex filijs Iſrael, qui vir videns deum interpretatur, vel quia Ieſus dictus eſt. Myſtice vero ſaluator, & redemptor noſter poteſt intelligi, qui eſt angelus magni conſilij, & ſuæ & paternæ voluntatis nuntius, in quo nomen dei vel veraciter eſt, quia verus deus eſt.

nõmẽ meum in illo. Quòd ſi audieris uocẽ eius, & feceris omnia

## *Nicolaus de Lyra.*

✠ a ℭSolennitatem quoq; &c. hoc eſt immediatè poſt exitum anni, quia September eſt primus mẽſis ſimpliciter in anno, licet Martius ſit primus q̃tũ ad feſta ſicut dictũ eſt ſuprà. xij. ca. & Gen. vij. b ℭTer in anno apparebit &c. ſ. in paſcha, & in pẽtecoſte, & in feſto tabernaculorũ: tamẽ cũ illis qui erant remotę à Hieruſalẽ, aliquãdo diſpenſabať de duabus vicibus. ſ. in pentecoſte & in feſto tabernaculorum. c ℭNõ immolabis &c. Alia litera, ſed minus correcta habet, victimę tuę: & loqtur de victima agni paſchalis, quę nõ debebat immolari, donec fermentũ fuiſſet amotum de domibus Iudęorũ, vt dictũ eſt ſuprà. xij. ca. & hoc eſt qđ dicitur hîc: Nõ immolabis ſup fermẽto. i. fermẽto exiſtẽte in domo tua. d ℭNec remanebit adeps &c. vſ. ma. ſ. diei ſequẽtis, poterat tamen cremari ſup altare tota nocte. e ℭPrimitias frugũ terræ &c. q̃uis hoc pręceptũ ſuprà poſitũ ſit: tamẽ hîc repetitur ad oſtẽdẽdũ ꝙ obligat anno ſeptimo ſicut in alijs, qa em̃ ſuprà mẽtionem faciens de primitiuis addidit. Quęcunq; ſeminaueris in agro tuo ideo poſſet aliquis credere, ꝙ non obligaret anno ſeptimo, eò

C mo eò ꝙ illo anno non ſeminabatur terra, nec colligebãtur fructus naſcẽtes à dominis terrę: qđ nõ eſt verũ: quia & ſi nõ poterãt colligere ad vſus ſuos, debebãt tñ fructus prę alijs maturantes accipere, & deferre ad domũ domini in ſolennitate paſchali. f ℭNon coques hædum in &c. Cuius ratio eſt, quia lex intendebat inducere Iudæos ad pietatem erga proximos: & ſic inhibuit eis ea quę videbãtur eſſe crudelia, etiam circa bruta animalia: inter quæ hoc erat, quòd agnus coqueretur & pararetur ad eſum aliorum in lacte, qd' erat vitæ ſuæ ſuſtentamentum. Dicit autem Andreas ꝙ hoc etiam intelligitur de carnib⁹ aliorum animalium quæ nutriuntur lacte: non autẽ de carnibus auium, quia nõ nutriuntur lacte ſed de materia oui: & licet hîc dicať de lacte matris, tamẽ intelligitur de omni lacte. Alia etiã ratio fuit ad hoc. ſ. in deteſtationem idolatrię: qa aliqui idolatrę ſic coquebãt carnes idolis immolatas. g ℭEcce ego mi. &c. Pręmiſſa legis promulgatione, hîc cõſequẽter inducit ppl's ad eius obſeruantiã. & priò ponit dicta inductio, ſcd'ò legis receptio. ca. xxiiij. Circa primũ inducit ppl's ad legis obſeruantiã ex bonorũ promiſſione. & primò q̃tũ ad terrę Chanaan facilem acqſitionẽ. ſecundò q̃tũ ad eius felicẽ habitationem, ibi: Non adorabis deos eorũ. Ad acqrendũ aũt terrã, tria erant neceſſaria: directio in via: & q̃tũ ad hoc dicit. h ℭMittã ange. &c. viã oñdẽdo: Et ꝓtectio ab hoſtib⁹, ideo ſubdit: i ℭEt cuſto. in via. Et introductio ad locũ promiſſum, & hoc notať cùm dicitur: k ℭEt ĩtroducat &c. Sed qa iſta ꝓmittũť ex ſuppoſitiõe obedientiæ ad deum in legis & mãdatorum ipſius obſeruatione. ideo ſubdit: l ℭObſerua eũ &c. i. diligẽter attende, vt ei obedias: cuius ratio ſubdit: n ℭEt eſt no. &c. Ac ſi dicatur, qui obedit ei, obedit & mihi, & qui rebellat ei, rebellat & mihi, ſecũdum qđ dicit ſaluator, Luc. x. c. Qui vos audit me audit, & q vos ſpnit me ſpernit. Notandũ aũt, ꝙ iſtud exponitur dupliciter, vno modo de Ioſue qui vocatur hîc angelus, i. à deo miſſus & ordinatus ad ducẽdũ filios Iſraël ad terrã ꝓmiſſionis: & ad debellãdũ aduerſarios eorũ, & ad ponẽdũ eos in poſſeſſione terrę, vt habeť in li. Ioſuę. Cui populus debebat obedire tanq̃ nuntio dei, & vices eius gerẽti, & qđ ſubditur: Et eſt nomẽ meũ in illo. hoc patet ex nomĩs interpretatione, quia Ioſue interp̃tatur ſaluator, qđ eſt propriũ dei. Alio modo exponitur de angelo qui pręcedebat caſtra filiorum Iſraël oñdẽdo eis viã ꝑ colũnã ignis & nubis vt dictũ eſt. ſ. xiij. ca. Et eos ꝓtegebat ab aduerſarijs. Vñ poſuit ſe inter caſtra AEgyptiorũ & Hebręorũ ad ꝓtegẽdũ Hebręos: vt dictũ eſt. ſ. xiiij. c. & eo cẽ mõ ꝓmittiť hîc de futuro, ꝙ debeat eos ꝓtegere, & qđ ſubdit: Et eſt nomẽ meũ in illo: hoc dicit qa angel⁹ ille loqbať ĩ ꝑſona dei, & iõ aliqñ angel⁹, aliqñ dñs noiať. ſcd'm qđ dicit btũs Greg. m ℭQuia nõ. &c. quia non eſt in poteſtate nũtij aliquid agere propria autoritate, ſed ſecundum voluntatem mittẽtis: & hęc expoſitio eſt magis cõſona literę. Loquiť etiã hîc dominus Moyſi in ꝑſona toti⁹ populi.

✠ Non adorabis

† cõgregabis

† De u. 16. c

– tuum

Diuiſio

† . j. 3. 4. d.

Deu. 14. c.

Angel⁹ p̃cedens Iſraël.

D

⁎ te

Moraliter

⁎a ℭSolẽnitatẽ q̃q; &c. qa celebrabať qntadecima die ſeptimi mẽſis ſcd'm ordinẽ feſtorũ, & vltim⁹ mẽſis erat ſcd'm acta hoĩm, ſic em̃ accipiẽdo ann⁹ nou⁹ incipit in lunatiõe ꝓpinqori ęqnoctio autũnali, & illud feſtũ figura fuit ſolennitatis omnium ſanctorum. Iſtę enim tres ſolennitates, reſurrectionis, pentecoſtes, & omnium ſanctorum in eccl'ia ſunt ſolennes. f ℭNon coques hædum &c. Per hædum peccator intelligitur. Matth. xxv. c. Statuet oues à dextris, hædos autem à ſiniſtris. Hædus igitur in lacte matris coquitur quando adulatorum blanditiis peccator delinitur, ſecundum illud Pſalm. ix. d. Laudatur peccator in deſideriis animę ſuę, & iniquus benedicitur. g ℭEcce ego mittam an. &c. Per angelum domini p̃latus bonus ſecularis vel religioſus intelligitur. Malachie. ij. b. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex eius ore requirent. angelus em̃ domini exercituum eſt. Et ip̃e ſubditos ſuos pręcedere debet in via morũ, verbo pariter & exemplo.

⁎ Nõ erit in fœcũda

E a Inimicus ero &c. Grego. Radix cuncti mali ſupbia
eſt, de qua dicit̃. Eccl'.x.b. Initiũ oĩs peccati ſuperbia. Sunt aũt eius
ſoboles ſeptem principalia vitia, inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia,
auaritia, ventris ingluuies, luxuria. Et quia his ſeptem ſuperbiæ
vitijs nos captos doluit redemptor noſter, ad ſpirituale liberatio-
nis prælium ſpiritu ſeptiformis gratiæ plenus venit. b ℭ Pre-
Myſtice cedetq́ te angelus. Rab. Ioſue populum Iſraëliticum in terram
promiſsionis induxit, ſeptem gẽtes eijciens
idolaq́ & aras eorũ deſtruens. Myſticè ve-
† deus rus † Ieſus has gẽtes cùm ſimulacris ſuis ex-
terminat, cũ ſeptem principalia vitia & o-
mne idolum inimici de cordibus noſtris
ſ.12.g. expellit, vt naturę noſtræ terram ſecurè poſ-
ſideamus. c ℭ Quos ego conteram.
Iohannes Chryſo. Habet vnumquodq́ vi-
† corpore tium in † corde noſtro propriam mãſionẽ:
quã ſibi vendicans, in animæ noſtræ receſ-
ſu exterminat Iſraëlem, id eſt rerum ſumma-
rum contemplationem, & aduerſari non de-
ſinit. Nõ eñ poſſunt virtutes cũ vitijs mo-
rari. ſed cũ ab Iſraelitis. i. a virtutibus fuerint
vitia ſuperata, locum quẽ concupiſcentiæ
vel fornicationis ſpiritus poſſidebat, caſti-
tas obtinebit. Quem furor ceperat, patien-
tia vendicabit. Quem triſtitia mortem ope-
rans occupauerat, ſalutaris & plena gaudio
† acedia lętitia poſſidebit. Quem † acidia vaſtauit,
excolit fortitudo. Quem ſuperbia conculca-
bat, humilitas honeſtabit. Itaq́ ſingulis vitijs
expulſis, eorum loca. i. effectus virtutes con-
trariæ poſſidebunt: quæ filij Iſraelis. i. ani-
mæ deum videntis nuncupantur: qui cùm
Deut.7.c. vniuerſas cordis expulerint paſſiones, non
† rapuiſſe tam alienas poſſeſſiones † parauiſſe q̃ pro-
prias recuperaſſe credendi ſunt: quia ſecun-
dum veterem traditionem, terram Chana-
neorum filij Sem in diuiſione orbis ſortiti
ſunt, quam Chananæi violenter poſſederũt.
F Vnde iuſto iudicio dei expulſi ſunt. Volun-
† terrorẽ tas quoq́ domini poſſeſſionem cordis no-
ſtri non vitijs ſed virtutibus deputauit, quę
† expulſę poſt pręuaricationem Adæ inſoleſcentibus
vitijs quaſi Chananæis à propria regione
† depulſæ ſunt. Cùm verò per dei gratiã
diligentia noſtra & labore noſtro reſtituun-
tur, non tam alienam terram occupant quã
recipiunt propriam. d ℭ Benedicam
panibus tuis &c. Auguſt. Alia litera:
Benedicam panem & vinum tuum & cæ.
Quãuis hę promiſsiones poſſint & ſpiritua-
liter intelligi, tamen cùm ſecundum hoĩm
tẽporalẽ felicitatem intelligunt̃ ad vetus te-
ſtamentum ptinẽt: vbi quãq́ p̃cepta exce-
ptis his quæ in ſacramento aliquid ſigni-
ficant, eadem ad mores bonos pertinentia
reperientur, promiſsiones tñ carnales atq́
terrenę ſunt. In futuro autẽ dabuntur præ-
mia ad nouum teſtamentum pertinentia,
† eas quæ impij non accipient. e ℭ Emittens
Emittere crabrones &c. Augu. Emittam ve-
veſpas ſpas &c. Hoc promittit deus, & liber ſapiẽ-
Sap.12.a. tiæ dicit eſſe impletũ, vbi ait: Et miſit ante-
ceſſores exercitus ſui veſpas. Non autem
legim' factum, neq́ Moyſi tẽpore, neq́ ſub
Myſtice Ieſu, neq́ ſub iudicibus, neq́ ſub regibus.
† intelligẽdę Ideo fortaſſe veſpæ aculei timoris † intelli-
gendi ſunt, qb' agitabant̃ memoratę gẽtes,
vt cederent filijs Iſraël. De' enim loquitur in
* in manus vestras cuius ſermone ſi figuratè aliqd dicatur, qd'
ad proprietatem nõ ſit impletũ, non impe-
† tuis dit hiſtoriæ fidem, in q̃ pſpicit̃ veritas narra-
tionis. Sicut nec euãgeliſtarũ narratio ſcd'm
proprietatẽ impedit̃ ſi aliqd à Chriſto figu-
ratè dicit̃. Lxx. Alia litera. Emittam veſpas
ante te, & eijciet Amorrhęos &c. A plurali
ad ſingularem numerum ſe cõuertit. Intel-
ligitur aũt eijciet Amorrhęos veſpa. ſ. ſicut
Deute.7.a. locuſta, ſicut rana, nõ q̃ vna ſit, ſed per ſin-
gularem intelligitur pluralis. f Non eijciam eos a facie &c. G
Myſtice Stra. Gentes iſtæ vitia ſignificant, quę nec ſimul nec vno tempore
in ſanctis extinguũtur, ne monſtra terrę multiplicent̃. i. ne in ſupbi-
am erigantur, & vanã gloriam & huiuſmodi. Nam cũ ſancti cõtra
maiora vitia pugnant & vincunt, relinquuntur minora, & permit-
tuntur dñari, ne p elationem grauius corruant. Vnde Paulo datus 2.Cor.12.c.
eſt ſtimulus carnis ad cuſtodiam humilitatis.

a quæ loquor, inimicus ero inimi-
cis tuis, & affligam afflig̃etes te.
b Præcedetq́ te angelus meus,
& introducet te ad Amorrhæũ,
& Hethæum, & Pherezæum,
Chananæumq́, & Heuæum, &
c Iebuſæum: quos ego conteram.
Non adorabis deos eorum, nec a b
coles eos. Non facies opera eo- c
a ℭ vt omnis memoria eorum deſtruatur.
rum, ſed deſtrues eos, & cõfrin- d e
ges ſtatuas eorum. Seruietiſq́ f
a ℭ Etenim benedictiones dabit legiſlator: ibũt de virtute in virtutem: videbitur deus deorũ in Sion. Pſal. Lxxxiij. b.
d domino deo ueſtro, ut benedi- g
a ℭ Verbi dei. ℭ Doctrinæ.
cam panibus tuis & aquis, & h
ℭ Peccati. ℭ Corde.
auferam infirmitatem de medio
a ℭ Sine fructu virtutum & operum.
ℭ Propter peccata hominum ſterilitas mulierum & animalium, & ipſius terræ ſæpe contingit.
tui. Non erit infœcunda nec ſte- i
a ℭ Corpus. b ℭ Viri impij non dimidiabunt dies ſuos. Pſal. Liiij. d.
c ℭ Non noctium vt moriaris. ſ. ſenex & plenus dierum.
rilis* terrã tua. Numerum dië- k
a ℭ In ſtabilitate. ſ. æternitatis.
rum tuorum implebo.† Timo- l
ℭ. i. ante te ad terrendũ populum.
rem meum mittam in præcur-
ſum tuum, & occidam omnem
populum ad quem ingredieris:
cunctorumq́ inimicorum tuo-
ℭ Non ad literam ſed terrores inimicorum ſignificat, quibus deus hoſtes eorum exagitat.
e rum coram te terga uertã emit- m
tens crabrones † prius, qui fuga- n
bunt Heuæum, & Chananæum,
& Hethæum anteq́ introeas.
ℭ Noluit deus ſimul delere omnes gentes, ne terra redacta in ſolitudinem ſæuius contra eos beſtiæ ſeruirent.
f Non eijciam eos à facie tua anno o
uno, ne terra in ſolitudinem redi-
gatur, & creſcant cõtra te beſtię. p
Paulatim expellã † eos de conſpe-
ctu tuo, donec augearis & poſſi-
deas terram. Ponã autem termi- q
a ℭ Quod eſt in oriente.
nos tuos à mari rubro uſque ad r
a ℭ Mediterraneũ. ſ. qd' eſt mare magnũ & mare Tyrrhenũ.
b ℭ Poſt Bethleem vna tantum eſt ciuitacula, quæ Thecue, alias Theone dicitur: poſt illã ſtatim ſequitur vaſtitas deſerti.
mare Palæſthinorũ, & à deſerto s
a ℭ Euphratem.
uſq́ ad fluuium. Tradam † mani- t
a ℭ Dæmones vel vitia.
bus ueſtris habitatores terræ, &
ℭ Ne audeant reſiſtere.
eijciam eos de conſpectu ueſtro.
ℭ Nulla pars iuſtitiæ cum iniquitate: nec templo dei cum idolis.
Nõ inibis cũ eis fœdus, nec cum v

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Nõ adorabis. Hìc conſequen-
ter promittitur terrę felix habitatio. Pri-
mò tamen remouetur huius impedimẽtum
qd' eſt idolatria. cũ dicit̃: Nõ adorabis deos
eorum ſcilicet exhibendo eis reuerentiam ex-
teriorem. b ℭ Nec coles eos, quantũ ad
interiorem. c ℭ Nõ facies opera eorũ.
id eſt actus qui fiunt in veneratione idolo-
rum. Per hoc eñ qd' dixerat: Nõ adorabis,
prohibuerat eis exhibere illos actus latrię, q
exhibentur deo, & ideo addidit: Non facies
opera eorum, ad excludendum etiam actus
qui exhibent̃ idolis. d ℭ Sed deſtrues
eos. Templa eorũ diſſipando. e ℭ Et con-
fringes &c. Cõminuendo fruſtratim ne re-
maneat aliqua memoria eorũ. f ℭ Seruie-
tiſq́ do. d. v. Quia p hoc feliciter habitabi-
tis in terra vobis promiſſa. ideo ſubditur.
g ℭ Vt benedicam panibus tuis. id eſt
cibis tuis & potibus, qui nomine panis & a-
quę deſignant̃, vt pluries dictũ eſt. ſ. h ℭ Et
auferam infirmitatem de medio tui.
Conferendo tibi bonam aiæ diſpoſitionem.
i ℭ Non erit infœcunda nec ſteri-
lis terra tua. Dicitur infœcunda quæ par-
uam prolem habet & nullius aut modici va-
loris. Sterilis quæ nullam habet, & in hoc
deſignatur multiplicatio populi & fortitu-
do. k ℭ Numerũ dierum tuorum * in
implebo. id eſt vita tua non breuiabitur
infirmitate, peſte, fame, aut gladio.
l ℭ Timorem meum mittam in &c. H
Quod fuit impletum, Ioſ. v. a. vbi dicitur:
Diſſolutum eſt cor eorũ, nec remanſit in eis
ſpiritus. & in hoc tãgitur pacifica poſſeſſio
terræ. m ℭ Emittens crabrones. id eſt
anxietates animi eos pungentes ſicut acu-
lei. Iudęi enim crabrones dicunt ad literam,
id eſt muſcas de cadaueribus exortas, haben-
tes aculeos venenatos. n ℭ Qui fuga- † ante
bunt Heuæum. Quia multi de habi-
tatoribus terræ Chanaan fugerunt de ter-
ra illa ante ingreſſum filiorum Iſraël.
o ℭ Non eijciam. Cuius ratio ſubdit̃:
Ne terra redigatur in ſolitudinem: in quo o-
ſtenditur ſpatioſitas terræ, quæ non poſſet
ſufficienter habitari à filijs Iſraël, donec eſ-
ſent in maiori numero: & tamen iam erant
ſexcenta milia. p ℭ Et creſcant contra
te beſtiæ. Quæ te grauius infeſtarent
quàm aduerſarij. q ℭ Ponam autem
terminos tuos a mari rubro. Ex parte
orientis. r Vſq́ ad mare Palęſthino-
rum. A parte occidentis, & hoc eſt ma-
re mediterraneum. s ℭ Et a deſerto.
ſcilicet AEgypti, quod contiguatur ter-
ræ promiſsionis à parte auſtrali.
t ℭ Vſq́ ad fluuium. id eſt Euphra-
tem à parte aquilonis, tamen iſtam terram
totam non habuerunt vſq́ ad tempora Sa-
lomonis. v ℭ Non inibis cum eis
fœdus. Per amicitias vel connubia. Cæ-
tera patent.
Moraliter * i ℭ Non ierit in fœcunda nec ſte-
rilis in terra tua. Per hoc deſignatur
quòd in congregatione religioſorum ſeu
aliorum bonorum non debet eſſe aliquis bo-
nis operibus ſterilis.

A ¶ In ca.xxiij.vbi dicit in poſtilla: Et primò erga partes quæ debent in iudicio aliquid proponere.

## ADDITIO I.

Audire vnã ptẽ i abſentia alterius.

¶ Incõueniẽs videt dicere, q ſit ꝓhibitũ à lege diuina, q iudex audiat vnã ptẽ in abſentia alteri⁹, licet talis ps multa mẽdacia imiſceat ad iuſtificationẽ ſuę cauſę. Nã rect⁹ iudex ꝑ hoc nõ inclinabit ad aſſentiẽdũ ſibi donec audiat aliã ptẽ, & hoc cõiter fit in multis iudiciis.ſ. q vna pars in abſentia alterius proponit multa mendacia, ſed poſtq̃ auditur pars aduerſa negotio diſcuſſo deuenitur ad rectitudinem iuſtitię. vnde videtur aliter dicendũ. Ad quod ſciendum, q vbi dicitur in trãſlatione noſtra: Non ſuſcipies, habetur in Hebręo vnũ verbũ quaſi ęquiuocũ ad multa.ſ.ad ſuſcipiẽdũ, leuandũ, ferendũ, & multa alia. Et vbi in trãſlatiõe nr̃a dicit: Vocẽ mẽdacij: in Hebræo habet, Auditũ vanitatis. vñ in hoc qđ dicit: Nõ feras auditũ vanitatis, intelligit ꝓhiberi, ne qs ferat ſeu leuet infamiã falſam contra proximũ, quod eſt ꝓpriè auditus vanitatis: & ſic refert ad quãcunq̃ perſonã. & ſi legatur: Nõ ſuſcipies, poteſt referri ad iudicem prohibẽdo eũ, ne per famã vanã moueatur ad condẽnandũ aliquẽ.

¶ In eo.c.xxiij.vbi dicit in poſtilla. Inſontẽ & iuſtũ nõ occides &c.

## ADDITIO II.

¶ Autoritas Auguſt. allegata per poſtillatorẽ nõ cõtrariat determinationi ſancti Tho. nã ferre ſententiã mortis cõtra eũ qui cõuincit in iudicio, per teſtes dilıgẽter examinatos nõ eſt peccatũ, licet ſciat à iudice †innocẽter cõdẽnari: vnde propter hoc nõ eſt dimittẽda dignitas tpalis nec aliqd huiuſmodi. Qđ aũt ſentẽtiã ferre contra talẽ nõ ſit pctm̃, declarat ſufficiẽter a ſctõ Tho. in pte allegata.q.lxvij.ar.ij.in cor.q.vbi dicit ſic: Qđ qa iudicare ptinet ad iudicẽ ſecũdũ qđ fungit publica ptãte, ideo informari debet in iudicio, nõ ſecundũ illud qđ ipſe nouit tanq̃ priuata pſona, ſed ſecundũ illud qđ ſibi innoteſcit in cõmuni.ſ.ꝑ leges publicas diuinas vel humanas: cõtra q̃s nullas ꝓbationes admittere debet. in particulari verò ꝑ inſtrumenta & teſtes & alia legitima documẽta, quæ debet ſeq iudicãdo magis q̃ illud qđ ipſe nouit tanq̃ priuata pſona: licet ex hoc adiuuari poſſit, vt diſtrictius diſcutiat ꝓbationes inductas, vt poſſet earũ defectus inueſtigare, q ſi eas nõ poſſit de iure repellere, debet eas in iudicãdo ſequi. Solius enim dei eſt, qui ſecundũ ꝓpriã poteſtatẽ iudicat, informari in iudiciis ſecundũ veritatẽ quã ipſe cognoſcit: nõ ſecundũ hoc qđ ab aliis accipit. & ideo de Chriſto q eſt ver⁹ deus & homo, ꝓphetice legit. Eſa.xj.a. q nõ ſecundũ viſionẽ oculorũ iudicabit, nec ſecundũ auditũ auriũ arguet, qđ nõ ptinet aliis iudicibus. Si autẽ dicat, q iudex in prędicto caſu facit cõtra cõſcientiã, inquantum facit contra ſcientiã veritatis quam habet, & ſic peccat, iuxta illud ad Rom.xiiij.d. Quod non eſt ex fide, peccatũ eſt, prout communiter exponitur. dicendũ ſecundũ ipſum vbi.ſ. q homo in his quę ad ꝓpriã pſonã ptinẽt, debet informare cõſciẽtiã ſuã ex ꝓpria ſciẽtia, ſed in his q̃ ptinẽt ad publicã ptãtem, debet informare cõſciẽtiã ſuã ſcđm ea q̃ in publico iudicio ſciri pñt. Vñ Aug. ſuꝑ Pſal. Bon⁹ iudex nihil arbitrio ſuo facit; ſed ſcđm leges & iura ꝓnũtiat.

† Innocentia cõdemnati.

C

## REPLICA

correctorij cõtra Burgẽ. in ca.xxiij. poſtillator exponit illud: Nõ ſuſcipies vocẽ mendacij de iudice, q non debeat audire vnam partem ſine alia: Burgen. dicit inconuenienter dictum, q diuina lege ſit prohibitum audire vnam partem in abſentia alterius. Et ponit caſus in quibus licitè iudex poteſt illi diuinæ legi contrauenire. Sed videtur ſuis caſibus Burgen. non cõcludere propoſitum, quinimo ex illa lege quæ videtur habere ortum à natura, & rectę rationis dictamine, repertum eſt, q ad inſtantiam vnius partis in omni iudicio bene recto: debet fieri citatio partis aduerſæ, niſi eſſet iudicium aliqđ poteſtate publica cõſtitutum, nõ ad inquirẽdũ, ſed ſolũ in notorijs ꝓcedẽdũ, vt dicitur de iudicio Vueſtphaliæ, qđ vulgò dicit. Secretum iudiciũ: nõ ratione cauſę quę eſt notoria, ſed ꝓceſſus qui ſecretus eſt ſine ſtrepitu inquiſitionis. In tali enim iudicio lex iſta locum non habet, ſed in omni alio iudex iuxta hanc legem ad inſtantiam partis tenetur decernere citationem, qua legitimè inſinuata poterit ſine tranſgreſsione huius legis vna pars audiri alterius ptis contumacia non obſtante: poterit etiam iudex vnam ptem audire altera non citata, ſed non iudicialiter, quia aliàs eſſet auditio vanitatis, prout exponit Burgen. iuxta Hebraicam literam. vt dicit: & in his caſibus vadunt inſtantię Burgen. In eodem cap. vbi poſtillator circa illum textũ: Inſontẽ nõ occides, tenet cõtra ſanctũ Tho. dicens, q iudex ſciens aliquẽ innocẽtem non peccat ferendo ſententiam ſcđm allegata & ꝓbata cõtra eundem. Sed Burgen. cõiter ꝓ ſancto Tho. certamẽ aſſumẽs hîc nõ plus dicit q̃ ſanctus Tho. in locis allegatis per ipſum & poſtil. Sed ad autoritatem beati Auguſt. per poſtillatorem allegatã minus conuenienter dicit, nam ſecũdum declarationẽ poſtillatoris manifeſtè cõcludit cõtra poſitionẽ ſancti Tho. & cõiter iuriſtarũ: q̃uis em̃ in cõiter accidẽtibus iudicãdum ſit ſecũdũ allegata & ꝓbata, nullo tñ iure cautũ eſt, imò diuino iure ꝓhibitũ iudicare cõtra agnitã veritatẽ. Nec videre meo valet illa diſtinctio, q iudex duplicẽ pſonã dicit.ſ. priuatam & publicã. Nã ſi priuata peccat, publica nõ eximit: niſi ſit manifeſta lex q̃ eã excuſet. Nõ eſt aũt lex puto, humana nec diuina, q̃ dicat iudicãdũ cõtra veritatẽ agnitã: nõ videt igit aliq̃ lex excuſans ſic iudicantẽ. Tutius eſt igit cõſiliũ poſtil. & multorũ doctorũ, dimittere pſonę publicę reſpectũ, q̃ damnare pſonã priuatam, ꝓut ſonat autoritas beati Auguſt. quã Burgen. tranſit cõniuentibus oculis ad eam nihil rationabiliter dicendo, ſed ad alium locum differendo.

Iudiciũ ſecretũ Vueſtphalię.

## GLO.

### CAP. XXIIII.

rium.Ra.Sa.& Hebræi dicunt,q iſtud propitiatoriũ erat opercu
lũ arcæ:tũ quia de alio opculo eius nõ fit mētio: tũ quia deſcribitur
eiuſdē lõgitudinis & latitudinis ſicut & arca. Aliqui alij doctores
dicũt,q nõ erat opculũ arcę,ſed erat tabula aurea ſuperius eleuata,
q̃ſi portareẽ ab ipſis cherubin,q erant in extremitatibus arcæ, ita
q eſſet q̃ſi ſedile ipſius dei,& arcę opculũ eſſet q̃ſi ſcabellum illius ſe
dis,ſecũdũ illud: Qui ſedes ſup cherubin.i. ſuper ppitiatorium ab Pſal.79.a.
ipſis cherubin ſuſtẽtatũ.Dicebaẽ aũt ppitiatoriũ.quia de illo loco
audiebãẽ rñſa diuinę pietatis. ſecũdũ vò dictũ Ra.Sa. opculũ arcæ
erat quaſi ſedes dei: & pauimentum tabernaculi quod erat ante
arcã,erat quaſi
a ¶Et deaurabis eam auro mundiſſimo intus.p charita-
tis feruorē. b ¶Et foris.p cõuerſationis honeſtatē. b ¶Facies
q̃ ſupra coronam au.nã cæteri ſancti etiã ſupremi angeli ſunt in Moraliter
cælis ſicut dei miniſtri,ipſa verò ſicut cælorum regina. g ¶Facies
& propitiatorium.Ipſa nãq̃ pcibus ſuis deũ facit nobis ppitiũ.
Duos quoq̃ cherubin

☞ a ℭDuos quoqꝫ cherubin &c. Propter ſocietatem angelicæ pacis,quæ minus q̃ inter duos haberi nõ poteſt. Cherubin autẽ angelicã militiã ſignificat.Angeli verò ſumma cõcordia & quiete chriſtũ cõtemplantur.Vnde verſis ad inuicẽ vultibꝰ ꝓpitiatoriũ reſpiciũt:qa illã beatitudinẽ ſe habere dei gratia intelligunt.

ℭGregor. Duo cherubim qui plenitudo ſcientię dicuntur, duo teſtamenta ſunt, quorum vnus à ſummitate vna propitiatorij, alter ab altera ſtat. quia quod vetus de incarnatione Chriſti cœpit prophetando promittere: nouum perfectè narrat completum. Ex auro mundiſſimo fiunt, quia vtraque teſtamenta pura & ſimplici veritate deſcribuntur.Expandunt alas, & oracula operiũt,quia nos qui dei oraculum ſumus à culpis imminentibus ſcripturę ſacrę eruditione protegimur:quam dum ſollicite aſpicimus, ab errore ignorantię eius alis velamur. Mutuo ſe reſpiciunt, verſis vultibus in propitiatorium:quia teſtamenta in nullo diſcrepant, & inuicem ſe aſpiciunt:quia quod vnum promittit,aliud exhibet.Et propitiatorium id eſt mediatorem dei & hominum inter ſe poſitum vident: facies enim à ſemetipſis auerterent, ſi aliud promitteret quod aliud negaret. ℭBeda: Numero ſingulari כרוב cherub plurali autem כרובים cherubim dicitur. Sed gręca conſuetudo neutri generis cherubin poſuit, in litera in n. mutata. Hiero. autem & maſculino genere poſuit duos cherubim aureos &c.Non duo cherubim aurea. Interpretatur autẽ ſcientię multitudo, vel ſciẽtię intellectus quod recte angelis conuenit, qui ab omni impulſu impurę cogitationis alieni inhęrent conditoris viſioni.

1.Tim.2.b.

† & pones propitiatoriũ ſuper arcam.

* domini.

† teſtificabor tibi(.1. notumꝰ tibi faciam quod tecũ ſim.

a ¶Duo teſtamenta:quorum vnum futuram incarnationem:aliud factam clamat.

bitum ac ſemiſſem latitudo. Duos a
¶Propter ſapientiam.
quoqꝫ cherubim aureos,& produ- b
ctiles facies ex utraqꝫ parte oraculi. c
Cherub unus, ſit in latere uno: &
a ¶Velut intuentes propitiatorium obumbrant:quia felicitatem ſuam gratię dei deputant:a quo nihil mali velle poſſunt,acceperunt.
alter in altero. Vtrunqꝫ latus pro-
a ¶Quia omnem naturę ſuę potentiam qua in altis habitare:& illius patrię loco leui & lęto itinere penetrare meruerunt:in obſequium conditoris offerunt.
¶Eruditionis & protectionis.
pitiatorij tegant, expandentes alas d
a ¶Sanctos. b ¶Quia concorditer prędicant.
& operientes oraculum:reſpicient e
qꝫ ſe mutuo uerſis uultibus in pro- f
a ¶Cui totam felicitatem ſuam attribuunt.
pitiatorium †,quo operienda eſt ar
ca * in qua pones teſtimoniũ quod
b dabo tibi: Inde† pręcipiam & lo- g
a ¶Quia per gratiam propitiationis hominibus poſt pręuaricationis errorem:apparet:& viam docet.
quar ad te† ſupra propitiatorio ſcili
a ¶In viſione:ſcilicet angelica non in propria ſubſtantia. b ¶Teſtamentorum.
cet ac dẽ medio duorum cherubim h
a ¶Eccleſiam cui teſtatur deus voluntatem ſuam.
qui erunt ſuper arcã teſtimonij,cuncta quę mãdabo per te filijs Iſrael.

rubim &c.Ioſephus dicit quòd habebant ſimilitudinem quarũdam auium quæ nunqꝫ viſæ ſunt ab hominibus: ſed moyſes viſione imaginaria vidit tales ſimilitudines in ſede dei. Ra. Sa. & alij doctores dicunt ꝙ habebant ſimilitudinem puerorũ vel iuuenum habentium alas. b ℭEt productiles &c. quia non erant facti opere fuſorio ſed cum martello aurum deducebatur ad talem figuram. c ℭEx vtraqꝫ parte ora. &c. id eſt propitiatorij quod dicebatur oraculum: quia per orationes impetrabatur diuinum reſponſum quod inde audiebatur. d ℭExpandentes alas,ſuas in altum nõ directe:ſed oblique:& ſic operiebant aliquo modo propitiatorium. e ℭReſpicientqꝫ ſe mutuo &c. nõ directe ex aduerſo,ſed vertentes aliquãtulum vultus ſuos ad latus: vnus cõtra alium.ideo ſubditur: f ℭVerſis vultibus in propi.quo operienda eſt arca.quia ſecũdum Ra. Sa. propitiatoriũ erat operculum arcę:ſecundum verò aliam opinionem hoc nõ dicitur, quòd eſſet operculum arcæ: ſed eleuatum altius vt prędictum eſt: & pro tanto dicitur hic operiri arcam. g ℭInde præcipiam ſuper pro. quia ſicut dictum eſt erat quaſi ſedes dei loquẽtis cũ moyſe. h ℭAc de medio duorum cherubin &c. qui erant ſuper arcã. Ex hoc dicit Ra. Sa. quod duo cherubim ſtabãt ſuper operculũ arcæ in extremitatibus eius. Alij autem doctores de quibus facta eſt mentio dicunt quod erant poſiti ſuper pauimentum tabernaculi in extremitatibus arcæ:Dicuntur tamen hic eſſe ſuper arcam:quia eleuabantur in altum vltra altitudinem arcæ. ℭVt autẽ prędicta facilius capiantur deſcripſi ea in figura: verũtamen quia non poſſunt

† ſuper propitiatoriũ.

Alas autem in figura cherubim Moyſes facere iubetur,quod etiam pictorum licentia imitatur: vt in alto angeli ſedem habere, & leui volatu quolibet diſcurrere ſignentur. Quod nobis quoque poſt reſurrectionem ſpirituali corpore veſtitis indubitãter promittitur.Duo cherubim mutuo ſe reſpiciunt,quia duo teſtamenta in atteſtatione veritatis quam prędicant, in nullo diſcrepant.Vertũt vultus in propitiatorium,quia miſericordiam dei in qua vnica eſt ſpes mundi valde commendant.Et ideo ſunt ex vtraque parte oraculi, quia prędecentia ante incarnationem tempora & ſequentia, prędicatione ſpiritualis ſcientię replent: quibus etiam nomen ſcientię multiplicare conuenit, quia ſcriptura ſpirituali ſcientia plena eſt,quę ex quo fieri cœpit augetur & multiplicatur.vnde Daniel. xij.b. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. Moyſes nanque ampliorem patriarchis habuit ſcientiam.Vnde ſupra.vj.a.Ego qui apparui abrahę Iſaac & Iacob, & nomem adonai non indicaui eis, ſubaudis, ſicut tibi. Dauid quoque ait: Super omnes docentes me intellexi. Et alibi:Incerta & occulta ſapientię tuę manifeſtaſti mihi. Apoſtolos quoque maiora prophetis noſſe declarat dominus dicens:Multi prophetę & iuſti voluerunt videre quę vos videtis, & non vide. &c. Et eis poſt aſcenſionem maiorem ſcientiam promittit. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non po. &c. In futuro quoque maius ſe reuelaturum promittit dicens: Et manifeſtabo ei meipſum.Rectè ergo cherubim multiplicata ſcientia dicitur,quia in vtroqꝫ teſtamento magis & magis ex tempore cognitio veritatis fidelibus innoteſcit.Recte cherubin obũbrare propitiatorium dicũtur,quia teſtamenta creſcente & multiplicata ſcientia propitiationẽ ſaluatoris prędicãt,& gratis ſemper vocibus quaſi expãſis ad volandum alis honorare non ceſſant,qa enim verba colloquentiũ quaſi volando per aerẽ ab ore dicẽtiũ ad cor ꝑueniũt audiẽtiũ,bene expãſis alis advolãdũ aptatis deſignãtur. b ℭInde pręcipiã &c.ſuper ꝓpitiatoriũ.Beda.Super ꝓpitiatorio,qa ꝑ gratiã ꝓpitiatiõis dei factũ eſt quod hominibꝰ ꝑ p̃uaricationẽ apparere,& viã ṽitatis poſt errorẽ mõſtrare dignatus eſt.Et de medio cherub in loqtur,qa ꝑ angelicã viſionẽ,& non in ſua ſubſtantia apparuit ei,& locutꝰ eſt moyſi:
☞ Vnde lex

Pſal.118.n.
Pſal.50.b.
Mat.13.b.
Ioh.16.c.
Ioh.14.c.

perfecte figurari in plano oportet quod imaginatio inſpicientis ſuppleat illud quod non poteſt figurari hoc modo. ℭPræmiſſa deſcriptione arcæ propitiatorij & duorum cherubim: conſequenter ponitur ratio prædictorum & quãtum ad precioſitatem materiæ,& ſpecioſitatem formæ eadem ratio eſt in iſtis & in futuris operibus.ſ. quia deo cuius pulchritudinis & bonitatis non eſt finis, deputandum eſt ad eius cultum & miniſterium illud quod in humanis inuenit precioſiſsimũ & pulcherrimũ. Vnde Leui.xxj.ꝑcipit ꝙ ſacerdotes nullã maculã habeant.Quãtum autẽ ad diſpoſitionẽ prædictorũ cõſiderandũ,ꝙ totum tabernaculum qđ erat longitudinis.xxx. cubitorum &.x.latitudinis,diuidebatur in duas partes inęquales,quia ꝑs occidentalis continebat decẽ cubitos per quadrũ,& dicebat̃ ſanctũſanctorum vel tabernaculũ interiꝰ.Alia pars ṽſus oriẽtẽ cõtinebat .xx. cubitos in longũ,& decẽ in altũ, & dicebatur ſanctũ vel ſancta, ſiue tabernaculũ exterius,& diſtinguebant̃ iſtæ partes vno velo intermedio,vt diffuſius poſtea videbit̃.Per tabernaculum exterius figurabat̃ inferior pars orbis,quæ eſt viſibilis,ſcilicet cælũ ſidereũ & elementa,vt videbitur poſtea.Per tabernaculũ interiꝰ repręſentabatur ſuperior pars orbis, quę eſt nobis occulta, vbi eſt locus beatorum.Ibi autem ſunt tria quæ figurabantur per tria prædicta,quæ erant intra tabernaculum interius poſita.Per propitiatorium enim qđ erat quaſi ſedes dei,vt prædictũ eſt,repręſentabat̃ ip̃e deus præſidẽs oĩbus,q licet ſit vbiqꝫ ꝑ eſſentiam, præſentiam & potentiã,tñ ſpeciali modo eſt in loco beatorũ per aptam viſionẽ & fruitionẽ.in illa aũt ſede nõ erat aliqua imago domini ip̃m repręſentãs,ad deſignãdum ꝙ ip̃a deitas cuiꝰ ſedes erat ꝓpitiatoriũ nullo mõ eſt figuralis,ſecũdũ qđ eſt in loco beatitudinis.Eſt aũt ibi natura angelica,quę per cherubin rep̃ſentabat̃. Erãt autẽ duo ad deſignãdũ angelorũ multitudinẽ, & verſis vultibus ſe reſpicientes,ad deſignandũ eorũ concordiã, ſecundum quod dicit̃ Ioh.xxv.a.Qui facit cõcordiã in ſublimibꝰ ſuis.Erãt aũt ſtantes ex vtraqꝫ parte ꝓpitiatorij ſecundũ vnã deſcriptionẽ: ſecũdũ aliã verò nõ ſolũ aſsiſtẽtes,ſed etiã ꝓpitiatoriũ ſuſtẽtãtes ad deſignãdũ aſsiſtẽtiã angelorũ circa thronũ dei ſecũdũ qđ dicit̃ Apoc.vij.c.Et oẽs angeli ſtabãt in circuitu throni tanqꝫ miniſtri ad obſequiũ patri. Tertium,qđ eſt in illo loco beatorum,ſunt rõnes nobis occultę oĩm effectuum viſibiliũ:quia nihil fit in cre-
aturis viſibilibus

(Tabernaculi diſpoſitio.

*Nicolaus de Lyra.*

arcam erat quaſi ſcabellum ſedentis. a ℭDuos quoque cherubim

* a ℭDuos quoque cherubim aureos &c. per quos deſignatur aſſiſtentia angelorum huic virgini famulantium.

Moraliter

C iij * Facies & men



Figura arcę & ꝓpitiatorij: ſecundum doctores catholicos



Figura arcę ꝓpitiatorijq́ ſm Rabi ſalomonem

## *Gloſsa ordinaria.*

E Vnde lex propter tranſgreſsionem poſita eſt, ordinata per angelos, &c. Itē de medio cherubim loquitur, quia per verba vtriuſq; teſtamenti conſona voce erudit, vel quia per filium qui in medio duorũ teſtamentorum in carne apparuit, paternam voluntatem oſtēdit. Vnde Abacuk ait: In medio duorum animalium innoteſces. ℂ Beda. Poteſt in archa eccleſia figurari, quæ de lignis imputribilib⁹.i. ſanctis animalibus ædificatur, & in fide euāgelij per quatuor mundi partes diſtenta, coronam vitæ à deo expectat: habens in ſe tabulas teſtamenti in continua meditatione legis: & vrnam auream cum manna, in fide incarnationis domini, & virgam Aaron quæ fronduit in participatione regni & ſacerdotij dominici. Vnde .j. Pet. ij. b. Vos autem genus electum regale ſacerdotium. Habet propitiatorium deſuper, vt cũcta bona à diuina gratia ſe accepiſſe cognoſcat. Et cherubim gloriæ in propitiatorio, angelica .ſ. prȩſidia quibus adiuuatur deo propitio. Vel teſtamenta quibus qualiter viuat, & viuendi auxilium à deo quærat inſtruitur. Sic autem ſunt cherubin ſupra propitiatorium quomodo ciuitas .i. eccleſia ſupra montem .i. Chriſtum dicitur conſtituta, non illo altior, ſed ꝙ proficit eius ſuſtentata prȩſidio. Cherubin ſupra propitiatorium habet arca, quia angelica myſteria vel eloquia diuina eo veraci⁹ eccleſiam iuuant, quo ipſa in fundamento ſummæ veritatis ſtabilita conſiſtunt. a ℂ Facies & menſam &c. Beda. Menſa de

F Myſticè. Lignis ſetim, ſcriptura eſt de fortibus verbis patrum factisq; cōpacta: quæ dum æterna gaudia, & quomodo ad ipſa perueniatur oſtendit, cibum vitæ ſuggerit. Longitudinem habet, cùm perſeuerantiam cœptæ religionis inſinuat. Latitudinem cùm amplitudinem charitatis, altitudinem cum ſpem † reſurrectionis. Longitudo duorum cubitorum, quia actiua conuerſatio duabus maximè virtutibus conſiſtit, munditia .ſ. & innocētia. Vnde: Religio munda & immaculata apud deum & patrem: hæc eſt, Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorũ, &c. In eo enim ꝙ ait: Viſitare pupillos & viduas, &c. cuncta quæ indigentibus proximis miſericorditer debemus oſtēdit. In eo verò quòd addit, & immaculatatũ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo, omnia quib⁹ caſtè viuere oportet, exprimit. Vnde Lu. xij. c. Sint lumbi veſtri præcincti, & lu. &c. Quòd verò ſequitur: Et vos ſimiles hominibus expe. dominum ſuum, &c. altitudinem menſæ, i. ſpem futuræ retributionis ſignificat. Quòd menſa vnum cubitum in latitudine habet, vnitatē charitatis quā totum vetus & nouũ teſtamentum prædicat, oſtēdit. Vna enim eſt charitas & ſimplex, qua deũ & proximũ & inimicos amare

*Iaco. j. d.*

*† remunerationis.*

*Mat. 25. d.*

a ℂ Scripturā, quæ nullam fallaciæ corruptionem recepit. b ℂ Fortibus verbis & factis patrum.

**a Facies & menſam de lignis ſetim,**

a ℂ Munditiam & innocentiam, quæ ſcriptura docet habenda.

b ℂ Perſeuerantiæ.

**habentem duos cubitos longitudinis, & latitudine cubitum, & in**

a ℂ Amplitudine charitatis. ℂ Quia vna charitas & ſimplex.

a ℂ Spe & futuræ retributionis.ſ. b ℂ Vnitatem ſpei cȩleſtis. c ℂ Initium contemplationis.

**altitudine cubitorum ac ſemiſſem,**

ℂ Quia ſcriptura ſenſu cæleſtis ſapientiæ refulget, & qui eam condidere prȩclari fuerunt vita & ſermone

**& inaurabis eam auro puriſsimo b**

## *Gloſsa ordinaria.*

G cos amare iubemur, q̃uis recta diſtantia deum primo loco, inimicos vltimo: pro differentia quoque meritorum proximis diſpar eſt modus impendendus amoris. Iacob nanq; omnes filios, ſed Ioſeph merito innocētiæ præ cæteris diligebat. Vñ Cañ. j. a. Introduxit me rex in cellam vinariam: & or. in me cha. b ℂ In altitudine cu. &c. Beda: Qd' altitudo cubitũ & ſemiſſem habet. Cubti⁹ ſicut in altitudine vnitatē ſpei cȩleſtis ſignificat: qua expectamus dñm de cȩlis remuneraturũ. Nā & ſi ꝓ diuerſitate meritorũ multæ māſiones in domo patris ſint, vnũ tamē eſt regnũ cȩli, in quo oēs recipiunt electi. Semis verò initiũ

*Geñ. 17. a*

## *Nico. de Lyra.*

creaturis viſibilibus quod nō egrediatur de aula ſummi imperatoris, vt dicit Aug. Rationes igitur huiuſmodi ſunt ibi clauſæ, ſicut & rationes effectuum in cauſis efficientibus. & hoc deſignabatur per arcam quæ erat clauſa, intra quā tria continebātur .ſ. māna, virga Aaron & tabulæ, ad repræſentandũ tria quæ in humanis cȩlitus collatis ſunt præcipua, ſcilicet vita quæ per māna deſignabatur: Tum propter eius dulcedinē, quia omnibus appetibile & dulce eſt viuere: Tum quia data fuit à deo ad ſuſtentandā vitā filiorũ Iſrael exiſtētiũ in deſerto. Scd'm eſt poteſtas regiminis. quia vbi non eſt gubernator populus corruet, vt dicitur Prouer. xj. b. & hoc figurabatur per virgā Aaron. Tertiũ eſt ſapientia, per quā vita & poteſtas regiminis diriguntur, & hoc figurabatur per tabulas in quibus præcepta decalogi erāt ſcripta. Hȩc enim eſt ſapiētia noſtra & intellectus corā populis, vt dicit Deu. iiij. a ꝑ quā dirigimur in agēdis. a ℂ Facies & men. Hîc cōſequenter agit de his quȩ erāt in exteriori tabernaculo .ſ. menſa & cādelabro. de primò dicit: Facies & mēſam .i. vnā tabulā, cui⁹ lōgitudo erat duorũ cubitorũ: latitudo vni⁹ cubiti: De ſpiſsitudine autē ei⁹ nō fit mētio, ſed dicũt aliqui, & eſt ſatis ꝓbabile, ꝙ erat quatuor digitorũ. Altitudo aũt eius erat cubiti & dimidij, quod eſt ſic intelligendũ, ꝙ ꝑ quatuor pedes poſitos in quatuor angulis prædictȩ tabulȩ eleuabantur in altũ ꝑ cubitũ & dimidiũ. b ℂ Et inaurabis eā. non pictura, ſed laminis aureis vndiq; circũtegendo eā & pedes eius: & eodē modo accipiendum eſt hîc ſicut in alijs vbi dicit deaurabis. Faciesq́ illi la.

H

*Moraliter.*

a ℂ Facies & mē. &c. ꝑ hāc mēſā ꝓpitiatiōis ſignificat eccl'ia, in qua ꝓponit panis vitæ in ſacramēto euchariſtiæ, & figurat ꝑ duodecim panes poſitos in hac mēſa, ſicut vnũ ꝑfectũ figurat ꝑ plura imꝑfecta. b ℂ Et inaurab. eā au. pu. i. feruēti charitate. Vñ Canti. j.

A

verò initium contemplationis, quo quidam ſanctorum etiam in carne poſiti meruerunt frui, quibus non ſolùm ſperare cęleſtia, ſed etiam videndo partim pręguſtare donatum eſt, in quibus menſa tabernaculi, i. diuina ſcriptura, qua eccleſia ſemper reficitur, ſuper cubitum communis ſpei ſemiſſem in altitudine adiungit: quia gaudia illis pręmonſtrata antequam reddita pręſignat: qa qđ raptim & in tranſitu fit, per dimidium non per plenum cubitum figuratur.

Myſticè.

a ℭ Facieſq; illi labium &c. Beda: Labium aureum fit in menſa per circuitum, quia doctrina ſacri eloquij per munda prædicatorũ ora miniſtratur. neq; illorũ locutio qui diuina arcana tradiderũt humanę cõfabulationis ſermonibus contaminari conſentiebant, ſed otioſa verba grauiter ferebant & redarguebãt. Vel labium aureum fit mẽſę per circumitum, quia ſancta ſcriptura ex omni parte locutionis cùm rectè intelligitur, claritatem cęleſtis ſapientię ſonat. Labio corona additur, quia lingua pręedicantium auditoribus gloriã vitę ęternę promittit Corona quatuor digitis alta fieri pręcipitur, quia altitudo perennis coronę per quatuor euangelia oſtenditur. Vel quia per cuſtodiã euangelicę fidei & operationis ad coronam vitę oportet peruenire. Bene autẽ per digitos libri ſignantur, quia tabulę legis digito dei ſcriptę, & in euangelio dominus diſtrictionẽ legis temperaturus digito ſcribebat in terra dicens, Iohã. viij. a. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illã lapidẽ mittat. Digit⁹ dei ſpiritus domini. Vnde quòd Matthę⁹ in digito dei, lucas quaſ[i e]xponendo dixit in ſpiritu dei. Igitur labio menſę aureo corona aurea quatuor digitis alta ſuperponitur, quia puriſsima pręedicatorum eloquia ſpem ſupernę beatitudinis expectant, quę in myſterio ſancti ſpiritus in quatuor euangelij libris cõtinetur. Nec ſolùm ipſi pręmium laboris in cęlis accipiunt, ſed obtemperantibus ſibi eandem vitæ coronam certa euangelicę veritatis autoritate promittunt. Corona verò interraſilis, quia æternum regnum omnib⁹ indifferenter datur, ſed pro qualitate accipiẽtium ſingulis diſtribuitur. Non eſſet autem interraſilis, ſi claritas futuræ retributionis ęqualis omnibus panderetur. Sed ſtella differt à ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum, corona diſtincta varijs ſculpturis, ſed competẽter ordinatis appoſita eſt. Vna enim vita omnibus iuſtis promittitur, ſed multiformis pro diuerſitate meritorum gloria ſingulorum. b ℭ Coronam &c. & ſuper illã alte. co. Beda: Corona aurea additur, cùm per euangelium his qui mandata cuſtodiunt: vita æterna promittitur. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Non homicidium facies. Nõ adulterabis &c. huic corona aureola ſuperponitur, cũ dicitur. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quę habes, & da pauperib⁹. Ad hanc coronam pertinet canticum nouum quod virgines tãtùm coronam agno concinunt, & qui ſequuntur agnum quocunq; ierit. Vel corona aurea labio menſę apponitur, cũ in ſcriptura diſcimus, egredientes de corpore animas in cælis ęterna recipere pręmia. Huic aureola ſuperponitur, cùm in ſcriptura dicitur, ꝙ ei ſublimior gloria in receptione corporum ſeruetur.

Margin: † clauſuram vel marginẽ ꝑ circũitũ — B — 1 Co. 15. f. — † ſcutellas eius & cochlearia ꝗ eius. — Matt. 19. c — Apo. 14. a.

Quatuor ſenſus ſacrę ſcripturæ.

c ℭ Per ſingulos &c. Beda: Menſa tabernaculi quatuor pedes habet, quia verba cæleſtis oraculi vel hiſtoricè vel allegoricè vel tropologicè, i. moraliter, vel anagogice accipiuntur. Hiſtoria eſt, cùm res † quando ſecundum literam vel dicta vel facta plano ſermõe refertur, ſicut populus ex Aegypto ſaluat⁹, vel tabernaculum in deſerto factum. Allegoria cũ rebus vel verbis myſticis pręſentia Chriſti & eccleſiæ ſacramenta ſignãtur. Verbis ita: Egredietur virga de radice Ieſſe &c. quod eſt apertè dicere: Naſcetur virgo Maria de ſtirpe Dauid, & Chriſtus de ſtirpe eius. Rebus, vt populus de AEgypto per ſanguinem agni ſaluatus, eccleſiam ſignificat paſsione Chriſti à diaboli dominatione liberatam. Tropologia, id eſt moralis locutio ad inſtitutionẽ & correctionem morum apertis vel figuratis verbis reſpicit. Apertis ita: Filioli mei non dili. &c. Figuratis ita: Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo nõ deficiet. Anagogia, id eſt ad ſuperiora ducens locutio eſt, quæ de præmiis futuris & de vita futura in cælis, myſticis vel apertis verbis diſputat. Apertis ſic: Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Myſticis ſic: Beati qui lauant ſtolas ſuas, vt ſit poteſtas illis in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatẽ, acſi patenter dicat: Beati qui mundant cogitationes & opera, vt poſsint deũ videre, qui ait: Ego ſum via veritas & vita, & per doctrinam & exempla præcedentium, intrent in regnum cęlorum.

Margin: † quomõ — Eſa. 11. a. — C — 1. Iohã. 3. d — Eccle. 9. b. — Mat. 5. a — Apoc. 22. c — Iohã. 14. a

Myſticè

d ℭ Vt mittãtur vectes ꝑ eos. Beda. Per circulos mittũtur vectes ad ſubuehendã menſam, quia doctores vt verbis ſacræ ſcripturę auditores reficiant, neceſſe eſt vt mentem in euangelica lectione figant, vt ad fidem & ſenſum illius omnem interpretationis & doctrinæ ſuæ intentionẽ dirigant, ne aliquid aliud agendum & ſperãdum amandũue in ſcripturis doceant, quàm in quatuor libris euangelij inuenitur, qui dũ omnia ſcripturæ verba ad fidem & dilectionẽ euangelij referunt, quaſi totã domini mẽſam cũ panibus & vaſis in ꝗtuor circulis portãt. e ℭ Parabis & acetabula ac phialas. Beda: Varia vaſa quę fiũt ad offerenda libamina, variæ verbi diſtinctiones ſunt pro capacitate auditorum. quia non omnibus omnia cõueniunt. aliter ſapientes, aliter inſipientes, aliter pauperes, aliter diuites, aliter ſani, aliter infirmi, aliter ſenes, aliter iuuenes, aliter viri, aliter fœminæ, aliter cœlibes, aliter coniugati, aliter prælati, aliter ſubditi, docendi ſunt. quę tamen vaſa omnia ad menſam ſcilicet tabernaculi, & ad offerenda libamina pertinent.

Margin: E — † marginẽ

a ℭ Quia doctrina verbi per munda prędicatorum ora datur nobis. b ℭ Quia omnia nociua & otioſa redarguunt.

a Facieſq; illi labium aureum per circuitum, & ipſi labio † coronã interraſilem, altam quatuor digitis, & ſuper illam alteram coronam aureolam. Quatuor quoq; circulos aureos pręparabis, & pones eos in quatuor angulis eiuſdẽ menſę, per ſingulos pedes. Subter † coronam erunt circuli aurei, ut mittantur uectes per eos, & poſsit menſa portari. Ipſos quoque uectes facies de lignis ſetim, & circundabis auro ad ſubuehendam menſam. Parabis & † acetabula ac phialas,

a ℭ Quia prędicatores corona vitę remunerabuntur. ℭ Quia lingua prędicatorum ipſis auditoribus promittit gloriam ęternę vitę. b ℭ Pro diuerſitate meritorum, quia ſtella a ſtella differt in claritate.

a ℭ Quia altitudo ęternę coronę per quatuor euangelij libros oſtenditur. b ℭ Quatuor digiti totidẽ euangelia ſignificãt, quia digitis ſcribimus, & digitus dicitur ſpiritus, quo euãgeliũ ſcriptũ eſt. c ℭ Super cõmunem omnium retributionem.

a ℭ In hac figuratur remuneratio eorum ſui in doctoribus excellunt. b ℭ Perfectionis vitę. ſ. & oblationis voluntarię.

ℭ Euangelij libros per quorum fidem omnis ſcriptura ſancta per totum mundum legitur & intelligitur.

a ℭ Mundi. b ℭ Scripturę. c ℭ Quia quadriformiter diuinam ſcirpturam diſtinguimus.

a ℭ Quia qui libris euangelij in hac vita vtimur, coronã vitę in cęlis ſperamus.

a ℭ Libri euangelij. b ℭ Fixam ſcilicet teneant mentem in lectione euangelij.

a ℭ Prędicatores. b ℭ Scriptura. c ℭ Ad corda auditorum.

a ℭ Quia prędicatores fortes nulla putredine corruptibiles.

a ℭ Fulgore ſapientię.

a ℭ Mordacem prędicationem, quę. ſ. mordet vitia. ℭ Quibus acetum ferebatur. ℭ Varia vaſa varię diſtinctiones verbi pro capacitate auditorum. b ℭ Vberem doctrinam. ℭ Phialas quaſi hialas, quia hialim vitrum dicitur.

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Facieſq; illi labium aureũ ꝑ circumitũ. Iſtud labium erat quædã lamina aurea latitudinis duodecim digitorum, quę erat affixa ſpiſsitudini tabulæ mẽſæ per circumitum, ſicut fit in ſcacerijs, quę habẽt labiũ ex vtraq; parte, quando ex vna parte pingitur ludus ſcacorum, ex alia parte ludus alearum. Latitudinis autem prædicti labij quæ erat duodecim digitorum, ſpiſsitudo tabulæ cui erat affixum occupabat quatuor digitos medios per circumitũ, & quatuor digiti ſuperiores eleuabantur ſuper tabulam, & alij quatuor erant ſub tabula operientes partem ſuperiorem pedum menſæ in circumitu. & hoc eſt quod dicitur: b ℭ Et ipſi labio coronã interraſilem altam quatuor digitis. quia altitudo quatuor digitorum inferiorum vocatur corona quæ erat in circumitu, licet non eſſet in figura rotunda, ſed quadrata. c ℭ Et ſuper illam alteram coronam aureolam. In Hebræo habetur auream, & loquitur de latitudine quatuor digitorum ſuperiorum, quę eleuabatur ſuper tabulam in circumitu. Dicitur autem opus interraſile, quod habet aliquas ſculpturas & ſpatia intermedia plana quaſi raſa. d ℭ Quatuor quoq; circulos aureos pręparabis, & pones eos &c. qui erãt infixi in quatuor pedibus menſæ verſus partem ſuperiorem pedum immediate ſub corona inferiori. e ℭ Parabis & acetabula: id eſt vaſa in quibus examinabatur incenſum & ſimilia, de quibus fiant panes ad videndum, ſi. talia eſſent apta ad ſacrificium. f ℭ Ac phialas. in quibus examinabatur vinum & alia liquida.

Acetabula

Thuribula &

Moraliter

✱ Vnde Cã. j. a. dicitur in perſona eccleſię: Ordinauit in me charitatem. a ℭ Facieſq; illi labium æneum &c. Per labium in circũitu & coronã interraſilem & coronã aureolã intelligũtur tres coronę reddẽdæ virginibus, doctoribus, & martyrib⁹ eccleſiæ. f ℭ Parabis & acetabula ac phialas &c. Per hmõi vaſa diuerſa ſignificantur perſonæ in diuerſis officijs & ſtatibus eccleſiæ, quæ per miſericordiam dei ſunt vaſa gratiæ contẽtiua.

 ✱ Facies & cande-

E Quæcunq; enim diuerſa pro diuerſitate audientium dicũtur, in regula ſacræ ſcripturæ inueniuntur, & ad offerenda domino vota bonorum operum excitant corda auditorum. Vnde: Quiſputas eſt fidelis diſpenſator & prudens: Luc. xij. e ¶ Grego. Parabis acetabula &c. Quid per phialas & cyathos niſi menſura prędicatiõis accipitur, vt ſingulis. ſ. iuxta capacitatem ingenij cõferatur. Debet enim ſubtiliter qui docet † proſpicere, ne plus ſtudeat ꝙ ab auditore capitur prædicare. Debet & infirmitati audientiũ ſeſe cõtrahere, ne dum paruis ſublimia, & ideo non profutura loquitur, ſe magis curet oſtendere ꝙ auditoribus prodeſſe. Iubẽte autem domino non ſolum phialæ ad menſam tabernaculi, ſed etiam cyathi ꝑparantur. In phialis larga prædicatio. In cyathis minima & tenuis ſignificatur. In menſa ergo domini phialæ & cyathi, qa in doctrina ſacri eloquij non ſolum exhibenda ſunt magna & arcana quæ delectent, ſed etiam parua & ſubtilia, quæ quaſi per guſtum notitiam pręſtẽt. ¶ Idem Grego. Alius doctrina veritatis plenus auditores inebriat, & quaſi phialam porrigit. Alius explere quod ſentit nõ valet, ſed etiam quia vtcunq; denunciat, per cyathum guſtum præbet. Qui ergo per doctrinã ſapientię miniſtrare phialas non poſſunt, quantum pro diuina largitate ſufficiunt, propinent proximis cyathos verbi. a ¶ Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper. Ioſephus dicit duodecim panes ex ſimila fieri, ſingulos ex duabus decimis, qui ſabbathũ ſuper menſam ſex hinc & ſex inde ponebãtur: ſuper quenq; patena aurea cũ pugillo thuris, & ſic ſeruabantur vſq; ad aliud ſabbathũ in quo thus cremabatur: panes verò ſacerdotes comedebant, calidos cum thure reponẽtes. ¶ Beda: Et pones ſup men. &c. Bene panes ꝓpoſitionis vocant̃, qa ſemper debet patere ſermo ſalutis cũctis fidelib⁹, nec vnquã deeſſe oportet in eccleſia verbũ ſolatij: quod dominus ꝑ præcones veritatis mũdo proponens in cõſpectu ſuo apparere, & vſque in finẽ his q eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam inceſſantur abundare voluit. G Eph. I. d.

☞ Facies & candelabrum

Marginal notes: † ꝑſpicere — † vel patellam aut cantharum. — Hiſtorice — Panes propoſitionis.

a ❡ Qui ſcilicet ad orandum prędicando excitent. thus enim orationem ſignificat. b ❡ Anguſtam ſcientiam. ❡ Deo.

† thuribula & cyathos in quibus offerenda ſunt libamina ex auro puriſſimo: & pones ſuper mẽſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.

a ❡ Bonorum operum vota. ❡ Sapientia.

a ❡ Apoſtolos: vel omnes doctores ſuccedentes. ❡ Doctores ſpũales qui in lege meditantur die ac nocte & cunctis eccleſiam intrantibus refectionem verbi offerunt.

a ❡ Quia ſemper in propatulo debet eſſe cunctis ſermo ſalutis. b ❡ Beneplacito.

## *Nicola. de Lyra.*

a ¶ Thuribula & cya. &c. duo vaſa erant, in quibus ponebatur incenſum examinatũ ſuper panes ꝓpoſitiõis, vnũ ſup ſex panes poſitos vnum ſuper alium in mẽſa, & aliud ſuper alios ſex. Dicebatur autem mẽſa propoſitiõis, & ſimiliter panes ꝓpoſitionis, eo quod ſic diſponebantur ſuper menſam. In Heb. autẽ habet̃: Panes facierum, quia ſecundum quod dicit Ra. Sa. erant facti in figura quadrata altera parte longiore, & illa pars longior in vtraque extremitate replicabatur in altum ſicut fit aliquando in ſimenellis, niſi quod in ſimenellis fit talis replicatio in circũitu per modum coronæ. in panibus vero propoſitionis fiebat tantum in duabus partibus ſibi oppoſitis. & illæ duæ replicatiões vocabant̃ duę facies. Aliter dicit̃ & ꝓbabilius qd' illi panes erãt rotũdi. Sed dicebãtur panes facierũ, quia ex vtraq; parte erant omnino ſimiles, non enim coquebãtur in furno, ita quod ex pauimẽto furni pars panis ſibi iuncta contraheret aliquam diſſimilitudinem ab alia, ſed coquebantur ſicut coquuntur hoſtiæ ad celebrandum, niſi quod vaſa illa in quibus coquebantur panes propoſitionis erant aurea, & tantæ magnitudinis quod panis tenuis tantum, in eo poterat decoqui: & erant illa vaſa, ſic facta quod panem interclusum faciebant omnino ſimilem ex vtraque parte: & ideo dicebantur panes facierum. Menſa ꝓpoſitionis I

Facies & candelabrum





F

a ¶ Facies & can. &c. Greg. Candelabrum Chriſtus eſt, in quo natura humanitatis fulſit lumine deitatis: vt mundi candelabrum fieret cuius lumine peccator tenebras ſuas agnoſceret. Ex auro puriſſimo, quia noſtram naturam ſine culpa ſuſcepit. Ductile autem feriendo producitur, quia Chriſtus ex conceptione & natiuitate perfectus deus & homo extitit, ſed tamen paſſionum dolorem pertulit, & ſic ad reſurrectionis gloriam peruenit, & ſecundum corpus per paſſionis contumelias ad immortalitatem profecit Nam iuxta animę meritum quo potuiſſet ꝓficere omnino nõ habui. In mẽbris autem quæ nos ſumus, quotidie paſſionibus proficit, quia dum tundimur & proficimus, eius corpus eſſe meremur. Ipſe proficit de cuius corpore dicitur: Haſtile eius & calamos &c. Haſtile enim eccleſia eſt quę eſt corpus eius, quia inter tot aduerſa libera ſtat. Calami qui de haſtili procedunt, prædicatores ſunt, qui dulcem ſonum mundo ediderunt, id eſt canticum nouum. Cyphi ora doctorum qui nos vino ſcientiæ inebriant: vt oblectamenta mundi quæ amauimus obliuiſcamur. Sphærula prædicationis volubilitas. ſphæra enim omni † parte voluitur, & prędicatio nec aduerſitate tardatur, nec proſperitate eleuatur, inter aduerſa fortis inter proſpera humilis, nec timoris habet angulum, nec elationis ſupercilium. Bene autem poſt cyphos & ſphærulas lilia deſcribuntur quia ☞ poſt prædications

Marginal notes: Myſticè — † ductibile — † tempore

a ❡ Eccleſiam, quæ lucem verbi prędicando & faciendo oſtendit. ❡ Chriſtum.

a Facies & candelabrum † ductile, de auro mundiſſimo.

a ❡ Malleis paſſionis. b ❡ Fulgore ſapientię. c ❡ Quia naturam noſtram ſine culpa ſuſcepit

H

b ¶ Facies & candelabrum ductile: de auro mundiſſimo: id eſt cum martello, & non opere fuſorio.

Haſtile

¶ Facies, & cãdelabrũ &c. ꝑ qd' ſignificat̃ Chriſtus q dicit Ioh. viij. b. Ego ſum lux mũdi. c ¶ De auro mũdiſsimo. in q deſignat̃ puritas a peccato. j. Petri. ij. d. Qui peccatũ nõ fecit &c. d ¶ Ductile: idẽ factũ cũ martello, ꝑ qd' ſignificat̃ auſteritatis tribulatio, in qua fuit Chriſtus à principio vitæ vſq; ad finem. Moraliter

Spherulaſq; ac

A poſt prędicationis ebrietatem & volubilitatem, illa virens patria ſequitur, quę animabus ſanctis.i.floribus vernat ęternis. Scyphi ergo & ſphęrulę ad laborem pertinent, lilia ad retributionem. ℭ Bed.

Allegoricè Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo. Candelabrũ tabernaculi ſicut menſa, vniuerſalem pręſentis temporis eccleſiam ſignificat. Ideo nanq; ſunt ante velum, intra quod arca poſita, quia nondum ad viſionẽ redemptoris meruit intromitti. Menſa eſt: quia his qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, victum quotidie cæleſtem, ne deficiant impẽdit. Candelabrum eſt, quia iter lucis errantibus oſtendit.i.lucernam verbi, cui lucernæ dum ſe humiliter ſubijcit, ad agẽda ſcilicet, quæ ſermo dei pręcipit, à voluptatib⁹ abſtinens ad ſperanda quæ promittit, à viſibilibus gaudijs ſe ſuſtollens, quaſi candelabrũ efficitur: quia ſuis per omnia voluptatibus imperium cæleſte præponit, & claritatem verbi omnibus prædicãdo & faciendo oſtendit. a ℭ Et calamos ſcyphos & ſphęrulas.

Myſticè Bed. Scilicet prędicatores de haſtili procedentes, qui à domino inſtituti dulcẽ ſonum, id eſt canticum nouum mundo ediderunt. Calami ſunt etiam omnes eccleſiæ filij, qui dicente propheta: Cãtate domino canticum nouum &c. obtemperantes reſonant in laudibus dñi: Direxit greſſus meos: & immiſit in os meum canticum nouum &c. Per ſcyphos verò, qui vino replentur, auditores ſignantur, qui ad vocem prædicantium vino ſcientiæ replentur, & quia vino internæ dilectionis corda inebriata infatigabili deſiderio ad deum tendunt, poſt ſcyphos ſphærulæ fiunt. Sphæra enim omni parte voluitur, & mentes electorum nec aduerſitate nec proſperitate corrumpuntur:

†ex Eſa.42.b. Pſal.39.b.

B ſed per ſancta deſideria proficiunt in omnibus. Bene autem poſt calamos & ſcyphos & ſphęrulas in calamo lilia deformantur, quia poſt gratiam prędicationis, poſt inebriationem potus ſpiritualis, poſt irreuocabilem curſum ſanctæ operationis virens patria ſequitur, quę animabus ſanctis.i.floribus vernat ęternis. b ℭ Sex calami &c. Beda. Senarius in quo factus eſt mundus perfectionem deſignat, tres calami de vno latere egrediuntur, & tres de altero, quia fuerunt doctores ante aduentum domini, qui fidem trinitatis myſticè deſignarent, & quantùm rudes capere poterant, prædicarent. vnde: Verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris &c. Sunt & modò qui apertè prędicant, ita vt omnes qui ad Chriſtum pertinent, eandem fidem conſequantur, ſecundum illud: Baptizãtes eos in nomine patris &c. Vnde Paulus: Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti & charitas dei, & commu. ſancti ſpiritus ſit ſemper cum omni. vo. c ℭ Tres ex vno. Grego. Tres calami ex vno latere, & tres prodeũt ex altero, quia ante & poſt incarnationem trini fuerunt in eccleſia gradus fidelium, cõiugatorum, & continentium: & rectorum. Vnde Ezechiel tres tantùm viros Noe.ſ. & Daniel & Iob liberandos prędixit. In Noe enim qui arcam rexit in vndis, ꝑpoſitos eccleſię. In Daniele qui continenter vixit, cõtinentes vel virgines. In Iob verò qui in coniugali vita exemplar patientię prebuit, bonorum coniugatorum vitam oſtendit. Hi ſunt qui ſecundum euangelium in lecto, in agro & in mola reperientur in die iudicij, quorum ſinguli aſſumentur, ſinguli relinquentur. In lecto enim quies continentium. In agricultura induſtria prędicantiũ. In gyro molę labor coniugatorum. Et quia in omnibus quidam eligendi ſunt, quidam reprobandi, de ſingulis dicitur, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Sed quia ſublimius eſt meritum prędicantium, quàm continentium, & continentium quâm coniugatorum ſummi calami qui hincinde exeunt, doctores ſignificant. Inferiores verò continentes, infimi coniugatos, diuerſis ergo locis de haſtili procedunt: omnes tamẽ ſuo loco & ordine reflexi, in altum ad vnã perueniunt ſummitatem, vti conſeruent lucernarum æqualem ſuper ſe poſitionem, quamuis meritorum gradibus diſcreti, vna tamen fide veritatis imbuti, ad vnam in cælis veritatis lucem peruenturi: & quantò quis in hac vita Chriſto adhęſit, tantò vicinior viſione eius fruetur. ℭ Beda. Qui vino ſapientię deſiderantes repleri, & ad exemplar pręcedentium ſe informant, quos inuiſibilium bonorum dulcedine & dilectione plenos eſſe nouerunt tres ſcyphi, ſphęrulę, & lilia, per ſingulos calamos tria tempora ſignificant, quibus electi ante incarnationem & poſt deo deuotè vixerunt, ante legem, ſub lege, & prophetarum tempore. Poſt aſcenſionem quoq; congregata eſt primitiua eccleſia de Iſrael, non de gentibus, in fine de reliquijs Iſrael. Calamus primus in vno latere habet tres ſcyphos, ſphęrulas, & lilia: quia pars doctorum ante incarnationem habuit tres ordines eorum: qui hauſtũ gratię quaſi ſcyphi ſitirent, vel in via dei quaſi ſphærulæ currerent, vel ſupernę donum retributionis quaſi candorem & odorem liliorum expectarent. i. ante legem, ſub lege & ſub prophetis. Secundus calamus quoque eadem habet, quia continentes illius temporis tres ordines ſanctorum eadem diſtinctione temporum habuerunt. d ℭ In nucis. Nux eccleſiam ſignificat. vnde: Deſcendi in hortum nucum. Nux enim dulcẽ fructum habet intus, qui niſi fracta teſta nõ oſtenditur intus. Sic ſanctorum vita ſuauitatem gratię in corde conſeruat, quę non cognoſcitur exterius niſi ſoluto carnis domicilio animę, in cęleſti luce ſeſe cõſpiciant: ℭ Beda. Tertius ſimiliter calamus tres ſcyphos, & ſpærulas & tria habet lilia, quia multi coniugati ante legem, ſub lege & ſub prophetis erant, qui verbum domini audire, & viam eius currere bonorum operum pręmia expectare gauderent. ℭ Beda. Itẽ ex alio latere primus calamus ſecundus & tertius: tres ſchyphos & ſpęrulas, tria quoque habebat lilia: quia in vtroq; teſtamento in doctoribus, in continentibus, & in cõiugatis deo deuotis tres fuerunt ordines tẽporum diſtantia. In primitiua ſcilicet eccleſia de Iſrael, in noſtra electione de gentibus. In vltima collectione reliqarũ Iſrael, q oẽs ſuo tẽpore ṽbo vitę inebriari, in via pacis ꝓperare candorẽ ꝑpetuę lucis videre deſiderãt.

Pſal.22.b. Matt.28.d. 2.Cor.13.e. Ezec.14.c. Matt.24.d. Moraliter

C Miſticè Cant.6.b. *cãdelabri *ſimul D

In ipſo

a dissimo, haſtile eius & calamos

a ¶ Eccleſia quæ inter aduerſa libera ſtat. b ¶ Hic eſt Chriſtus eccleſiæ caput, mediator dei & hominum, ex quo totum corpus cõſtructum creſcit in augmentum dei. ℭ Qui cantant canticum nouum.

a ¶ Quia auditores vino ſcientię inebriant. b ¶ Qui ſemper voluuntur, nec proſperitate nec aduerſitate tardantur. ¶ Æternam retributionem. c ¶ Quia poſt omnia ſequitur patria quæ floribus animarum vernat.

ſcyphos & ſphęrulas, ac lilia ex †

a ¶ Quia omnis virtus & gloria ſanctorum a deo eſt. b ¶ Senarius perfectionem ſignificat.

b ipſo procedentia. Sex calami e-

¶ Propter tria tempora, ante legem, poſt legem ſub gratia. ¶ Qui fidem ſanctæ trinitatis prædicarent. ¶ Noe Daniel & Iob.

c gredientur † de lateribus*: Tres

¶ Qui poſt incarnationem eandem fidem apertè prædicant.

ex uno latere, & tres ex altero.

¶ Qui in lecto, qui in agro, vel in mola in die iudicij reperientur.

d Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos ſphęrulæq; ſimul & lilia, & tres ſimiliter ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphęrulæq;* & lilia. Hoc erit opus ſex calamorum,

a ¶ Quia dominus poculum ſapiẽntiæ propinauit. curſum bonæ operationis oſtendit & dedit, & cæleſtis patriæ aditum patefecit.

qui producendi ſunt de haſtili.

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Haſtile eius.i.ſtipes candelabri qui procedebat directè in altum inferius habens tres pedes, & ſurſum habebat ſex calamos egredientes de haſtili. tres ex vno latere, & tres ex alio tendentes ſurſum obliqui quouſq; pertingerent ad altitudinem haſtilis. vnde infrà.xxxvij.c. dicitur: AEquũ erat opus ſex calamorũ.i. ęqualiter tendens ſurſum. In haſtili verò erant quatuor ſcyphi. & in quolibet ſex calamorũ erant tres ſcyphi, id eſt.xxij. ſimul. b ℭ Sphęrulęque ſimul & lilia. In Hebręo habetur: Pomellus & flos. Sed cuiuſmodi flos fuerit, non habetur ex textu. Et ex hoc ꝙ dicitur in ſingulari, pomellus & flos quantùm ad ſex calamos laterales, dicit Ra. Sa. ꝙ in quolibet illorum non erat niſi vnus pomellus & vn⁹ flos. In haſtili verò quinq; pomelli ſecundum ipſum, tres ſub ſex calamis orientibus de haſtili hinc & inde, ſicut dicitur in litera: Sphęrulę.i. pomelli ſub duobus calamis per tria loca. Itẽ duo alij, vnus ſuper calamos in ſuperiori parte candelabri, & alius ſub calamis in inferiori parte candelabri. Similiter erant ibi duo flores tantùm, & hoc dicit, quia loquendo de haſtili habet in Hebr. pomelli ei⁹ & flores: & plurale numerus indeterminatè acceptus binariũ ſignificat ſecundũ ipm: ſed qa ſcyphi pomelli & flores nõ erãt in candelabro niſi ad decorem ſecundum omnes doc. catholicos & Hebræos. Ideo dicunt alij & melius, vt videtur, ꝙ inter duos ſcyphos erat vnus pomellus & ſimiliter vnus flos, & ſic opus candelabri eſt decentius. Et quod in Hebręo habetur in ſingulari, pomellus & flos refertur ad quenlibet ſcyphum, prout exprimitur in tranſlatione noſtra, cùm dicitur: c ℭ Inſtar nucis. Ex hoc dicunt aliqui, ꝙ iſti ſcyphi erãt pomelli, ita ꝙ duo ſcyphi poſiti vnus contra alium faciebant vnũ pomellum, per modum hîc in margine figuratum, ſed hoc non eſt verum, quia vbi tranſlatio noſtra habet ſphęrulas, in Hebręo habetur pomellos. Ex quo patet ꝙ ſcyphi non erant pomelli. Item vbi tranſlatio noſtra habet: Scyphi in nucis modum, in Hebr. habetur: Scyphi figurati, gallicè neelles. qm̃ non erant de opere plano, ſed cũ aliquibus figuris ad decorem, & ideo motiuũ ꝑdictũ non valet, & iõ dicit Ra. Sa. ꝙ iſti ſcyphi erãt oblongi habentes pedes & erãt ſic diſpoſiti in candelabro, quaſi calamus tranſiret per medium ſcyphi.

Sphęrulę & lilia

In ipſo

*† ℭ Sphęrulas ac lilia egredientur de lateribus. Tres ex vno latere, per quę perfectiõis & caſtitatis opera deſignantur. Moraliter

*Facies & lucernas

a ❡Chriſto de cuius gratia omnes accipiunt.
❡Medio.ſ.ſtipite.

a In ipſo autem candelabro erunt a

❡Euangelici libri:qui nobis vinum ſapientiæ propinant ad curſum boni operis nos inſtruunt:vt lilia.i.remunerationem æternam conſequamur.

quatuor ſcyphi in nucis modũ, b
b ſpherulæq́ per ſingulos & lilia. c

❡Quia corda ſanctorum,donis, mandatis, & promiſſionibus dominicis ſuſtentantur.

Sphærulæ ſub duobus calamis
per tria loca,qui ſimul ſex fiunt,
c procedentes de haſtili uno. Et

a ❡Quia omnes ſpirituales gratiæ & donationis eccleſię de Chriſto ſunt.

ſphærulæ igitur & calami ex

a ❡Chriſtus & imitatores eius.
b ❡Malleis tribulationum extenſa.

ipſo,erunt uniuerſa ductilia, de

a ❡Quia ipſe Chriſtus immunis a peccato & iuſtitiæ operibus clarus,quem imitantur pro ſuo modo membra.
b ❡Dona ſpirituſſancti,quæ in nocte huius ſeculi tenebras cæcitatis illuſtrant.
c Lampades.ſ.vbi oleum accendebatur.

d auro puriſſimo. Facies & lucer- d
nas ſeptem, & pones eas ſuper

a ❡Vnde ſpiritus domini ſuper me.
❡Vnde:vt mederer contritis corde & prædicarem captiuis.

candelabrum, ut luceant ex ad- e

a ❡Menſa in ſeptentrionali parte vel plaga erat poſita:candelabrum autem e regione in auſtrali parte non recte,ſed oblique.
❡Ad illuſtrandum tabernaculum.
❡Forcipes.ſ.quibus ellychnia emungebantur vt melius lucerent.
❡Verba diuina.

e f uerſo. Emunctoria quoque,& f g

a ❡Vaſa.ſ. quæ ſunt corpora ſanctorum & corda.

ubi * quæ emuncta ſunt extin-

a ❡Quia tunc carnaliter agebãtur quæ nunc ſpiritualiter diuinam claritatẽ habent.
❡Quia verba diuina & dei gratia illuſtrant corda ſanctorum.

gantur,fiant de auro puriſſimo.

---

a ❡In ipſo autem candelabro &c.Bed.Diximus ipſum cãde
E labrum.i.ſtipitem candelabri medium de quo calami procedunt ſi
Iohan.15.a. gnificare Chriſtum,de cuius gratia iuſti quicquid habent boni,ac-
ceperunt.vnde: Ego ſum vitis ,vos palmites &c.Quaſi :ego ſum
candelabrum vos calami.Sicut calamus non poteſt ſe erigere ad
ſupportandum lucernam,niſi fixus in can-
delabri ſtipite,ſic & vos niſi in me manſe-
ritis,lucem veritatis & fidei ferre non va-
letis.In candelabro quatuor ſcyphi, quia
in quatuor libris euangelij de domino ſcri
ptis guſtum vini noui,id eſt doctrinæ in-
uenimus,quòd non vtres veteres, id eſt ter
Matt.7.b. renę adhuc mentes,ſed innouata per ſpiritũ
corda capiunt. b ❡Sphærulæq́ per
ſingulos & lilia. Spherulæ ſub duo-
bus calamis &c. Beda. Sunt per ſin-
gulos ſcyphos ſphærulæ ſimul & lilia: quia
idem dominus qui poculum ſapientiæ ſpi-
ritualis propinauit,curſum quoque opera-
tionis inoffenſum oſtendit, & vt habere
poſſimus, donauit :& ne in vacuum cur-
ramus ,claritatem patriæ cæleſtis promiſit,
& aditum eius,gratia ſua nobis patefecit.
Vel quia ſub duobus calamis per tria loca
ſcyphi,ſphærulæ,& lilia fieri mandantur:
poſſumus dicere,quia tribus fidelium gra-
dibus coniugatorum,continentium,virgi
num,doctrinam veritatis aperuit ,curſum
operationis impetrauit,& hæreditatis im-
marceſſibilis benedictionem promiſit & do
nauit.Aptè quoque ſcyphi,ſphærulæ & li-
lia non ſuper calamos,ſed ſub calamis eſſe
iubentur, quia corda prædicantium , imò
F electorum omnium ne ad infima labant,do
nis,mandatis,& promiſſionibus dominicis
ſuſtentãtur,& ad amanda cæleſtia ſubleuan
Can.2.b. Myſticè tur.Vnde: Leua oculos ſub capite meo,&
dextera eius ample.me. ❡Beda.Scyphi,
ſphærulæ,& lilia ſub duobus calamis ſunt,
quia in vtroque teſtamento fidelibus q̃uis
ceremonijs diſtantibus eadem domino ſer-
uiendi mandata,eadem regni cæleſtis eſt cõ
ſeruata gloria. Quartus autem ſcyphus,
*ea ſphæra, lilium,quæ ſuper omnes calamos
iuxta ſublimitatem fuere candelabri , pro-
priè ad Chriſtum pertinent,qui nõ ſolùm
electis virtutum ſcientiam & operationem
†ex & remunerationem tribuit , ſed etiam in
ſeipſo figuram ſcyphi oſtendit,cùm ſe ple-
num ſpiritu ſancto eſſe oſtendit.Et ſphæru
Pſal.18.b. la,cùm exultauit vt gigas ad cur.vi.Lilium quoquę,cùm aſcendens
ad cælos apud patrem clarificatus eſt. Bene hîc ſcyphus, ſphærula,
& lilium altior calamis eminet,quia dona quæ Chriſto deus contu
lit,omnem tranſcendunt modum humanæ capacitatis.Vnde:Vni
Eph.4.b. cuiq́ enim noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donatio-
Coloſ.2.b. nis Chriſti.In ipſo autem inhabitat,omnis plenitudo diuinitatis cor
Allegoricè poraliter, c ❡Et ſphærulę igitur & cala.Bed.Omne opus can
delabri.i.ſtipes & calami ex ipſo procedẽtes cum omni ſuo ornatu
de auro fiunt:quia ipſe Chriſtus immunis à peccato,& iuſtitię ope
ribus clarus apparuit in mundo : cuius innocentiam & iuſtitiam
membra eius in hac vita pro poſſe imitant̃,in futuro ipſi adhæren
do veraciter perficient,Ipſe aurum ductile fuit.Ductile enim ferien
do producitur,& redemptor noſter ex conceptione & natiuitate
perfectus deus & hõ paſſionum ictus pertulit,& ſic ad reſurrectio-
2.Tim.3.c. nis gloriam peruenit.& omnes qui volunt piè viuere in illo,perſe-
cutionem patiuntur,ictibus paſſionum ad immortalitatis gloriam
Pſal.4.a. dilatandi.Vnde:In tribulatiõe dilataſti mihi &c. d ❡Facies.Bed.
Lucernæ ſeptẽ,ſeptem ſunt dona ſpirituſſancti,q̃ in Chriſto ſemp
manſerũt,& fidelib⁹ ſcd'm volũtatem ei⁹ diſtributa ſunt.hę ſup cã-
Eſa.11.a. delabrũ ponunt̃,quia requieuit ſup eũ ſpũs ſapientię & intellectus.
Eſai.61.a. e ❡Vt luceant &c.Beda.Vnde:Vt mederer contritis cor-
de, & prædicarem captiuis indulgentiam &c.Lucernæ candela-
bri ex aduerſo tabernaculum illuſtrabant , cùm Chriſtus plenus
gratia & veritate omnibus tribuebat de ſua plenitudine.Manſuetis
& pauperibus verbum euangelij committens,pœnitentibus mede
lam indulgentiæ conferens. Nunc tempus eſſe parcendi in futuro
vniuerſalis iudicij tempus affirmans. f ❡Emunctoria quoq́.
& vbi quæ.Beda.Diuina verba,quibus manifeſtè ſignatur in
plurimis

non legis literam,ſed ſpiritualem ſenſum eſſe ſeruãdum.vnde:Si cir G
cuncidimini, Chriſtus nihil vobis proderit. ❡Beda.Emuncto- Gal.5.a.
rium,& vaſa vbi quę emuncta ſunt extinguuntur,fiunt de auro pu Emũctoria
riſſimo:quia diuina ſunt verba quibus ceſſio ceremoniarum prędi Myſticè
catur,& gratia dei ſunt illuſtrata corda,in quibus legis vmbra finẽ
accepit, vt ſuccedens euangelij veritas cla-
rius luceat. Conſtat enim apoſtolos ante
paſſionem ſoluiſſe ſabbathum,& poſt aſcẽ
ſionem domini,& aduentum ſpirituſſancti
finem penitus impoſuiſſe legalibus hoſtijs.
In his ergo ellychnia emuncta extinguebana-
tur:In quibus literalis obſeruantia comple
ta,exordium gratię mũdo clarius exhibuit.
Item finita mortali vita,& ſuccedente im-
mortali, ceſſabunt ex parte maxima opera
vel dona lucis quibus nunc vtimur,vt ſe-
quantur præmia æternæ lucis in præſentia
diuinæ viſionis.ſ.ſcriptura quæ hæc futu-
ra teſtatur.Emunctoria ſunt aurea,ſpe futu
ræ claritatis eximia vaſa,in quibus quę emũ
cta ſunt extinguuntur corpora & corda ſan
ctorum immortalia,& ideo auro ſimilata:
In quibus hęc mutatio fiet,vt poſt tempo-
ralia dei beneficia perueniant ad ęterna,qua
ſi emunctoria & vaſa aurea prębet Apoſto
lus de differentijs pręſentium & futurorum
bonorum dicens;Siue prophetiæ euacua- 1.Cor.13.c.
buntur,ſiue linguæ ceſſabunt &c. ❡Beda.
Emunctoria quoq́ &c.Sunt quædã in ſcri
pturis præcepta,& in hac vita & in futura
perpetuò obſeruanda(verbi gratia) Non
habebis deos alienos.Et diliges dominum Deuter.5.a.
deum tuum &c.Sunt alia quæ toto tempo
re huius vitæ obſeruari iubentur,vt in fu- H
turo merces retribuatur,ſecundum illud:
Facite vobis amicos de mamnona ini- Lucę.16.c.
quitatis &c.Sunt alia, quæ in veteri teſta-
mento iubente domino ſeruata, iam coru-
ſcante euangelio,non iuxta literam,ſed my-
ſticum ſenſum obſeruantur,ſicut ſabbathũ
ritus hoſtiarum,& huiuſmodi,quę ſuo tem
pore cuſtodita ſunt à populo dei: quibus
quaſi ellychnia in lucernis cãdelabri ardebãt
infuſa oleo deuotionis ,incenſa igne verbi
cæleſtis. Cùm verò ab apoſtolis prædica-
batur hęc omnia eſſe finita, & ſpiritualiter
tantùm eſſe ſeruanda, emungebant̃ ellych-
nia candelabri,vt reparata melius lucerent, Leuit.26.b.
quia ſublimius intellecta lucem doctrinę ſa-
lutaris p̄bent de reparatiõe lucernarũ,id eſt Apo.21.b.
ſcripturę ĩtelligẽtia ſublimiori dicit̃:Comedetis vetuſtiſſima veterũ,
& vetera nouis ſupuenientib⁹ abijcietis.Et alibi:Ecce noua facio oĩa.
Omne

## *Nicolaus de Lyra.*

a ❡In ipſo autem candelabro.id eſt haſtili candela-
bri,quod vocatur hîc candelabrum,quia eſt principalior pars can
delabri. b ❡Quatuor ſcyphi in nucis modum ſphęrulę
quę per ſingulos.per ſingulos ſcilicet ſcyphos. c ❡Et li-
lia.Sphęrulę ſub duobus calamis per tria loca , qui ſi-
mul.& eodem modo intelligendum eſt de ſcyphis exiſtentibus in
ſex calamis lateralibus. d ❡Facies & lucerna.ita q̈ vltimus
ſcyphus q erat in ſummitate cuiuſlibet calami,erat ſedes lucernæ.
e ❡Vt luceant.Sic enim erat dipoſitum ellychniũ cuiuſlibet
lucernæ,q̈ flamma erat ex illa parte lucernæ quæ reſpiciebat lucer-
nam mediam,& ſic flãma trium lucernarũ vnius lateris reſpiciebat
ex aduerſo flammam trium lucernarum alterius partis. f ❡Emũ Emũctoria
ctoria. inſtrumẽta ſunt cũ q̃bus amouebat̃ illud qd' erat cõbuſtũ
de ellychnio,& reſiduũ ellychnij aptabat̃ ad incẽdẽdũ.g ❡Et vbi.
vaſa erãt plena aq̃,vbi ponebant̃ illa q̃ erat emũcta,ne faceret fumũ.
Omne

*d ❡Facies &c.per quas intelliguntur ſeptẽ dona ſpirituſſancti Moraliter
in Chriſto,ſicut p̄dixit.Eſa.xj.a.Et requieſcet ſup eũ ſpiritus dñi, ſpi
ritus ſapiæ & intellect⁹,ſpũs conſilij & fortitudinis,ſpũs ſcientiæ &
pietatis.& replebit eũ ſpiritus timoris dñi.Hec eñ autoritas ad lite
ram de Chriſto loquit̃ ſecundum doctores Hebraicos & Latinos.
*Sequitur figura

¶Vel opus ¶Chriſti. ¶Electis. b ¶Quod eſt maximum in ponderibus & ſignificat perfectionem Chriſti & eccleſiæ.

a Omne pondus cãndelabri cum uniuerſis uaſis ſuis, habebit t[b]alentum [a]

a ¶Multifaria Chriſti & eccleſiæ ſacramenta. ¶Angelicam conuerſationem & ſpontaneæ ſeruitutis humilitatem.

b auri † mundiſſimi. Inſpice & fac ſecundũ exemplãr, quod tibi in monte monſtratum eſt.

† puriſſimi

### *FIGVRA CANDELABRI.*




a ¶Omne. Bed. Hoc eſt corpꝰ Chriſti cũ ipſo, ſcilicet oẽs electi, à ſummo vſq ad infimũ, qa oẽs q̃uis i diuerſis gradibꝰ, ætatibꝰ, ſexibꝰ, vni eidẽq autori ꝑpetuæ lucis, tempore ſuo & loco quaſi candelabro aureo, fixamẽte inhęrẽt, vt eiuſdem lucis ꝑticipes fiãt. Talẽtum põdus plenũ & ꝑfectũ eſt, qa iuſtꝰ dñs in oĩbus vijs ſuis, & qui gratiã fidelibus ſuis vt bene operẽtur tribuit, & coronã iuſtitiæ reddit, reprobisquoque iuxta opera reſtituit: Qui verò in B ſtar auri bonis operibus fulgent, in cãdelabrum domini profiſciũt, quia gloriæ conditoris participes fiunt. Qui autem peccatis graues, tanq̃ plumbum in iudicio apparent, merguntur tanq̃ plũbum in aquis vehemẽtibꝰ, q merito ſcelerum in abyſſum grauãtis pœnę decidũt. b ¶Inſpice. Oſtenſum eſt Moyſi in mõte exemplar cãdelabri qđ faceret: quia in altitudine contemplationis didicit multifaria Chriſti & eccl'iæ ſacramẽta, q̃ non apertè rudi ppl'o ꝓferre volebat, ſed in opere candelabri & vaſorũ eiꝰ ſignabat, donec Chriſtus veniret, q ſenſum figurarũ reuelaret, vnde moriendo velũ tẽpli ſcidit, & arcana ſanctorũ, q̃ tecta fuerant patefecit: Diſcipulis quoq ſenſum aperuit, vt intelligerẽt ſcripturãs. Oĩs enim ſcriba doctus in regno cęlorũ cũ ea q̃ in l'ris ſanctis de fide catholica & actiõe pia didicerit, ipſe facere & alios docere ꝑcipit, inſpicere & facere ſcđm exẽplar qđ ſibi in mõte mõſtratũ eſt, iubet. Inſpicit eñ diligenter exẽplar, ſcilicet mõſtratũ, & ſcđm hoc ad inferiora rediẽs facit, cũ q̃ ꝑ ſublimitatem diuini ſermonis intus credẽda & agẽda intelligit, ſedulo corde ſcrutat & horũ exẽplar auditoribꝰ executiõe operis & verbo doctrinæ oſtẽdit. C

Matt. 27. f.

*Ni. de ly.*

a ¶Omne pon. In Hebręo habet: Centenariũ auri. & ſimiliter in ſequentibus ad tabernaculũ ꝑtinẽtibꝰ, vbi tranſlatio nr̃a habet talẽtũ. Hebręi dicũt, Centenariũ. Quãti aut ſit põderis, neſcitur determinatè, certũ eſt tñ ꝙ reqrebatur magnum põdus auri ꝓ tãto ope. Ra. Salo. dicit ꝙ erat põdus cẽtũ & viginti librarũ, ſcđm põdꝰ Colonię, meliꝰ tñ credo dicẽdũ, ꝙ nõ hr̃ huiꝰ rei certitudo, qa põdera auri & argẽti multũ variant ſcđm tpa diuerſa & varias regiões. ¶Viſis aũt prędictis figuris & inſpectis mẽſæ & candelabri, ꝓut poſſunt i plano figurari, põt textꝰ ſnĩę ꝑdictę de facili applicari.

¶In ca. xxv. vbi dicitur in poſtilla; Erant autem duo ad deſignandum angelorum multitudinem.

## *ADDITIO.*

Licet in hoc qđ de cherubin mutuò ſe reſpicientibus intelligat angelorũ cõcordia, in hoc tñ qđ dicit: Verſis vultibus, deſignat ꝙ angeli ſemp habent intuitũ ad deũ, q repręſentabat ꝑſidẽs in ꝓpitiatorio, quod erat quaſi ſedes dei, vt in poſtilla: & ſic deꝰ repręſentabat eſſe in medio cherubin, ad quẽ angeli ſemp vultum vertunt. Vnde: Matth. xviij. b. Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei &c.

E

## Cap. XXVI.

Mystice T Abernaculum vero ita fiet &c.Beda.Taberna- culum quod fecit Moyſes in ſolitudine,& templum quod fecit Salomon in Ieruſalem,ſtatum vniuerſalis ec- cleſiæ ſignant,quæ partim regnat cum domino in cęlis, partim peregrinatur à domino in terris.Ta bernaculum ædificium eccleſiæ quæ in la- boribus exercetur,templum futuræ quietis ſignificat,quod quotidie animabus illuc mi grantibus perficitur,quia Moyſes taberna- culum † populo dei,dum iret ad terram promiſſionis,condidit.Salomon verò tem plum in terra promiſſionis regno potius conſtruxit,Moyſes in ſolitudine,Salomon in Ieruſalem,quæ interpretatur viſio pacis, quia hîc eccleſia in labore labentis vitæ,in ſiti & eſurie regni ędificatur,illic in viſione & perceptione veræ pacis conſummatur.

(† nõ habet populo)

3.Reg.6.a. Vnde in conſtructione templi dictum eſt, q̃ malleus & ſecuris,& omne ferramentum non ſunt audita,pręparatis extra Ieruſalem lapidibus & lignis & decenter aptatis,quæ ibi facillimè ſuo loco reddita aut cæmen- to necterentur aut clauis,quia in pace bea- titudinis non eſt fides tribulationibus exa- minanda aut vita probanda,ſed quæ hîc ca ſtigata,& ſedibus cæli aptata eſt,ibi glutino & vinculis mutuæ charitatis nunq̃ diſſol- uenda in conſpectu conditoris & regis ad inuicem copulanda .nam cùm in hac vita

Act.2.f. multitudinis credentium fiat cor vnum & anima vna,& ſint illis omnia communia, quadrantur lapides viui in ædificium futu- rę domus domini:vt abſq; labore tarditatis ſuis ordinibus inſerantur,& copula diuinæ & propriæ dilectionis iungantur. ¶ Be- da.Poteſt figura vtriuſq; ſanctuarij ita di-

F ſtingui,vt opus tabernaculi tempus ſyna- gogæ,opus templi eccleſiam ,quæ poſt in carnationem ad fidem venit,ſignificet:quia Moyſes tabernaculum cum ſola Hebræo-

3.Reg.5.c. 2.Para.2.a. rum plebe fecit . Salomon verò templum cum proſelytorum multitudine fecit,adiu uãte Hira rege cum ſuis artificibus,qui nec natura,nec profeſſione Iudęus,priori enim

†vniuerſæ cortinæ populo dei doctores tantùm ex ſua gente fuerunt,eccleſiæ verò primùm de Hebręis, poſtea creſcenti & dilatatæ etiam de genti- bus,ſicut Lucas,Timothe⁹,Titus.Vtriuſq; verò domus ędificatio totius pręſentis ec- cleſię ſtatum,quæ ab initio mundi vſq; ad vltimum iudicium ædi ficari non deſinit,& futuræ gloriam vitæ,qua nunc ex parte fruitur & poſt finem ſeculi in omnibus membris ſuis fruitura eſt in æter- num,mirabili figurarum varietate depingit. b ¶ De byſſo retorta & hyacintho ac purpura coccoq; bis tincto uaria. Beda,In his quatuor cortinarum coloribus,quatuor iuſtificatiões exprimuntur.In byſſo retorta,caro caſtitate renitens.In hyacintho mens ſuperna cupiens.In purpura caro paſſionibus ſubiacens. In cocco bis tincto,mens inter paſſiões,dei & proximi dilectione pręfulgens.Byſſus retorquet in cortinas tabernaculi,quia lumbi carnis & mentis reſtringendi ſunt,vt caro à laſciuis motibus,& cor refrę netur à cogitationibus.Hyacinthus aërei & cęleſtis coloris,mentes eorũ qui toto deſiderio cęleſtia colũt,ſignificat.Purpura ſanguine, coloris & de conchiliorum ſanguine tincta deuota deo corda figu rat,& pro deo mori parata. c ¶ Longitudo cortinæ vnius

Cortinę lõgitudo habebit uigintiocto cubitos,latitudo quatuor &c.Beda. Si ab vno vſq; ad ſeptem omnes in ordine numeros pleno ordine numerauerís,viginti octo cõplebis.Vnũ eñ & duo & tria quatuor & quinq; & ſex & ſeptem,fiunt vigintiocto.quia ergo in partibus ſeptenarij numeri vigeſimus octauus inuenitur,meritò in eo corti narum longitudo continetur:quia fides ſanctorum & patientia vir tutum varietate diſtincta,in omnibus quę agit aut patitur,non hu mani gloriam fauoris,ſed ſupernæ quietis beatitudinem expectat. Hinc eſt q̃ ,xxviij. pſalmus de conſummatione tabernaculi inſcribi tur,qui de perfectione eccleſiæ cantatur. Vnde pſal.28.a. Adorate dominum in atrio ſancto eius,& in templo eius omnes dicent glo riam:quia in hoc perfectio eſt peregrinantis eccleſiæ, vt per fidem & opera bona ad requiem tendat. d ¶ Vnius menſure &c. Beda,

Beda.Et ſi variante pictura cortinę differebant,vna tamen erant omnes longitudinis & latitudinis menſura temperatę, quia etſi do nationes habent electi differentes:vnus tamen dominus,vna fide s, vnum baptiſma,vnus deus & pater omnium. e ¶ Quin- que cortinę ſibi &c.Beda.Narrat Ioſephus,quòd tabulę teſta- G

menti

## Cap. XXVI.

¶ Tabernaculum fit diuerſi coloris corti nis,quia vniuerſalis eccleſia ex multis perſonis,multis ec- cleſiis & virtutibus varijs.

¶ Eccleſia in qua deus habitat.

a T Abernacu- a lum uerò ita

a ¶ Quia omnis perfectio eccleſiæ in ſola dei & proximi dilectione,quæ in decalogo legis comprehenſa eſt ſubſiſtit,nec eſt eccle ſiæ membrum,qui non diligit per quem æ- dificatur:& in quibus,id eſt deum & ele- ctos eius.

¶ Fidelium mentes.

b ¶ Decore virtutum : vnde Apocal.xix.b. Byſſinum enim iuſtificationes ſanctorum ſunt.& Prouer.xiij.c.Byſſus & purpura in- dumentum eius.quia enim de terra oritur ſed longo exercitio gramineum perdit, & candidum colorem recipit, ſignificat cor- pora caſtitatis decore nitida.de quibus di- citur: Neſcitis quoniam membra veſtra templum eſt ſpiritusſancti.j.Cor.vj.b.

b fiet.Decem[a] cortinas de byſſo[b] re b torta & hyacintho ac purpura c

a ¶ Amore dei & proximi.

b ¶ Ardente ſanctorum dilectione.

c[a]ccoque bis tincto[b] , † uariatas d e

a ¶ Diſtinctione virtutum.

b ¶ Longanimis eccleſia patientia.

c opere[a] plumario facies. Longi- gitudo cortinæ unius habebit

¶ Amplitudo charitatis quæ etiam inimi cum diligit.

uigintiocto cubitos,latitudo[a] qua

a ¶ Quia quatuor ſunt euangeliorum libri in quibus exemplis & verbis Chriſti chari- tas tenenda docetur,& quatuor virtutes, quarum operatione exercetur.

b ¶ Vnus dominus,vna fides;licet diuerſæ ſint virtutes ſanctorum.

d tuor[a] cubitorum erit. Vnius[b] men f ſuræ fient † uniuerſa tentoria .

a ¶ Sancti veteris teſtamenti.

b ¶ In erectione tabernaculi,vt vnum o- perimentum fiat.

e Quinque cortinæ[a] ſibi iungentur[b] g

## NIC.DE LY.

## Cap. XXVI.

T Abernaculũ vero ita fiet: Decem cortinas &c.Deſcri ptis his quæ erant intra taber- naculum , hîc deſcribitur i- pſum tabernaculũ.& primò quãtũ ad eius operimentum vel tectum, ſecundò q̃tùm ad parietes,ibi:Facies & ta.ſtan.Tertiò quã tùm ad vela,ibi:Facies & velum. Operi- mentum autem tabernaculi quadruplex erat.Primum erat de cortinis factis ex qua tuor coloribus,& q̃tũ ad hoc dicit:Corti nas de byſſo &c.Sequitur:d ¶ Variatas. floribus & picturis ibi factis. e ¶ Ope- re plumario facies.quia illæ picturę erãt factæ cum acu in cortinis,ſecundum Augu ſtinum.in Hebræ.habetur: Opere artis,& dicunt Hebræi,quòd illa varietas erat facta per texturam ſicut & cortinæ.f ¶ Vnius mẽſurę fient vniuerſa tento.id eſt cor tinæ prædictæ,quia ex illis operiebatur ta- bernaculum p modũ tentorij. g ¶ Quin- que cortinę ſibi iungentur mutuo. per futuram,ita quòd illæ quinque cortinæ faciebant vnam cortinam magnam longi- tudinis.xxvij.cubitorum,& latitudinis.xx. cubitorum,& alię quinq; cortinę ſimiliter. Diuiſio

† cherubin

H

Anſulas

Moraliter. a ¶ Tabernaculum vero ita fiet.Per tabernaculum ſignifica- tur eccleſia,quæ eſt tabernaculum dei. Hu ius autem tabernaculi primò deſcribuntur operimenta quæ fuerunt quatuor ſcilicet cortinæ , ſaga,pelles rubricatę,& deſuper pelles hyacinthinæ.Per hæc operimenta quæ protegebant interiora tabernaculi ab intemperie aëris, ſignificantur defenſo- res eccleſiæ qui ſunt in quadruplici genere . Nam eccleſia contra hæreticos defenditur per doctores,qui per cortinas ſignificantur quæ factæ fuerunt de quatuor coloribus , ſcilicet: b ¶ De byſſo retorta & hyacintho ac purpura coccoque bis tincto variatas opere plumario facies. Longitudo &c. Per byſſum quæ eſt genus lini candidiſſimi,caſtitas figuratur.Per hoc autem quòd dicitur retorta,repreſſio carnis intelligitur.Pro- pter quod Paulus doctor gentium dicebat primæ Corinth.ix.d. Caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo,ne fortè cùm alijs prædicauerim ,ipſe reprobus efficiar. c ¶ Et hyacintho . qui eſt coloris cæleſtis,propter quod ſignificat meditationem cæle ſtium Philipen.iij.d.Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Moraliter

c ¶ Ac purpura.per quam ſignificatur deſiderium martyrij vel ſaltem meditatio Chriſti paſſi. j.Corinthior.ij.a.Non iudicaui me aliquid ſcire inter vos,niſi tantùm Ieſum, & hunc crucifixum. e ¶ Coccoque bis tincto uariatas opere plumario fa- cies.Longitudo cortinæ.per quem ſignificatur gemina cha- ritas,ſcilicet dei & proximi. Gregorius homi.xxxix. Qui charita- tem erga alterum non habet,prædicationis officium nullatenus ſu- ſcipere debet.Hæc autem quatuor eſſe debent in doctoribus eccle- ſiæ,qui ſunt eius contra hæreticos defenſores ¶ Contra tyrannos verò,defenſores eccleſiæ ſunt martyres,quorum aliqui pro defen- ſione fidei mortem ſuſtinent corporalem : & iſti figurantur per pelles rubricatas.Aliqui verò ſuſtinent ſeruitutem,quæ eſt mors ciuilis:& iſti figurantur per ſaga cilicina , quæ ſunt aſpera ,& per hoc ſignificatur duritia ſeruitutis.Aliqui verò exilium,& iſti figu rantur per pelles hyacinthinas,quæ ſunt coloris cæleſtis.nã qui de terrena patria ſunt expulſi,debent cæleſtem patriam meditari.

Facies & tabula

A ☞ ſtamenti ita fuerint decalogo legis conſcriptæ, vt vtraq; tabula contineret quina verba. Vñ & cortinæ decē q̃ pulchritudinem tabernaculi iunctæ complebant, ita tēpore cōgruo diſiungebātur, vt quinq; in vtraq; parte ſimul permanerēt, vt hæc intuētes miniſtri ſanctorū cum populo admonerenť ſemp̃ obſeruādæ legis, quæ decē verbis in duab⁹ tabulis erat cōprehēſa, ſed quinario nūero p̃ vtrāq; diſtincta.

Myſtice ℭ Beda. Vel priores quinq; q̃ frontē & primā tabernaculi partē ꝓtegebant, antiquū dei populum ſignauerūt, q; decreta legis in ſacramēto circūciſionis, hoſtiarū, & ceremoniarū ſcd'm literā legis implebat. Sequētes verò quinq; q̃ poſteriora tegebāt, nos deſignauerunt, q poſt aduentum dñi ſacramēta legis ſpiritualiter ipſo reuelante ſeruamus. Omnes cortinæ vni⁹ operis, & eiſdē depictæ colorib⁹, ſed quæ ſibi cōiunctæ, qa omnes vtriuſq; teſtamēti cultores in vnū deū credebāt, & vni⁹ pietatis & caſtitatis operib⁹ ſeruiebāt: ſed in celebratione ſacramētorū, ſuas vterq; popul⁹ partes agebat. Nā paſſionis ſacramentū, per quā vtriq; redēpti ſum⁹, illi in carne et ſanguine victimarū, nos in oblatione panis & vini celebram⁹. Illi venturā natiuitatē, paſſionē, reſurrectionem credebant & cōfitebanť. Nos iam facta, nec vlterius facienda. Sed cū tabernaculū erigebať, oēs adinuicem cortinæ nectebanť, qa cū vniuerſa eccleſiæ pulchritudo ab initio vſq; ad finē ſeculi perpēdiť, quaſi vna decē cortinarū cōnexione tabernaculū decoratur.

[margin: †anſas †vna †cortinas iūges Anſas]

Anagogi. a ℭ Anſulas hyacinthinas in la. &c. Beda. Anſulis hyacinthinis cortinæ inuicē copulanť, cùm ſpes ſupernæ beatitudinis † vnita omniū ſanctorū corda vna deuotiōe coniūgit. Quę anſulę aptæ dicunť, quia nō ſolū in laterib⁹, ſed etiā in ſummitatibus, i. in extremis angulorū terminis fiebant, qa non tantùm vita & opera ſanctorū, cōmuni ad pfectionē itinere rectæ intentionis ꝓperant, ſed initiū bonę cōuerſationis qđ per cōfeſſionē fidei & ſacramentorū cęleſtium pceptionē geritur, nō abinuicē diuerſum, ſed pari veritatis gratia omnes habent cōnexum. terminū quoq; huius vitę eiuſdē ſpei, cū ita oculos in morte claudunt, vt percepto prius viatico myſterij cęleſtis citius ad verā vitā vēturos, & in ea ſe perpetuò manſuros confidunt. ℭ Beda. Præceptum eſt quoq; fieri fimbrias p̃ angulos palliorum & vittas hyacinthinas, quia electi qui deum videre deſiderant, ita ſe operib⁹ iuſtitię induunt, vt non ab hominibus, ſed à deo mercedem requirant. Vnde ibi additur, quas cùm viderint recordentur mandatorum dei: ne ſequantur cogitationes ſuas &c. Cortinę quoque hyacinthinis cōiunctę anſulis, vt qui viderint recordentur mandatorū cæleſtium, & nos ita legentes nouerimus, qa hîc viuentes filij promiſſionis æternę, temporibus & locis diſtamus, ſed in cæleſti patria à quatuor ventis collecti, indiuiſibili ſocietate coniungemur.

[margin: †vnica B †cortinas è pilis caprarū]

b ℭ Quinquagenas &c. Beda. In quinquageſimo anno .ſ. iubilęo. i. dimittente vel initiato, ſcd'm legē omnis populus ab omni labore terrę quieſcebat, & omnium ſoluebantur debita. In nouo quoque teſtamento ſpirituſſancti gratia die pentecoſtes in quinquageſimo dñicę reſurrectionis. ſ. die, in apoſtolos venit, & initia eccleſię ſuo aduentu cōſecrauit. In hoc ergo numero, vel gratia ſpirituſſancti, vel futurę gaudiū beatitudinis ad quā p̃ eundē ſpiritū peruenitur, & in cuius pceptiōe veraciter quieſciť & gaudeť rectè figurať. ℭ Beda. Quinquaginta anſulas habēt cortinę, qa dono ſpirituſſancti agiť, vt in ſocietate pacis † quę eſt vinculū pfectiōis ſibi inuicē, copulenť electi, futurę quoq; ſpes & mēoria ſocietatis & pacis, q̃ in hac vita habeť, tpib⁹ vel locis diſcretos, vna facit pietate cōcordes. ℭ Beda. Cortinę in vtraq; parte habent anſas, vt proximas ſibi vtrinq; cortinas ſingulę quaſi extenſis hincinde brachijs amplectantur, quia neceſſe eſt, vt fideles qui nos in Chriſto pręceſſerunt, & q ſecuti ſuns obuijs pietatis vlnis † amplectamur, & qui nos erudiebāt in Chriſto, & quos erudiuim⁹, vno omnes in Chriſto veneremur affectu. Sic em̄ ad faciē creatoris debemus bene viuendo ꝓperare, vt currentē nobiſcū nō deſeramus ꝓximū, ſed vna peruenire ſtudeamus, quia & cortinę ſingulę ita per adminicula tabularū ad ſuperiora † aſcendebant, ita intus & in ſuperioribus vario picturę florę fulgebant, vt non eas quæ ſecum in altum ferebantur, vel in alto poſitę fulgebant, cortinas dererent. Sic ergo

ꝓficiente

[margin: †qđ †amplectātur †tendebāt]

C proficientes nobiſcum in † omni ſeruitio fideles non deſeramus, ſed digna veneratione tractemus. Anſa ergo contra anſam venit: vt alteri aptetur altera, cum iuſti concordi virtutū qualitate fœderātur. ℭ Facies & quinquaginta circu. Beda. Hoc plenius explicatur, cùm dicitur: Quinquaginta fudit circulos aureos &c. Quinquagenarius requiē in ſpirituſancto deſignat. Circulus nec initiū habet nec finē. Aurum cæteris metallis claritate p̄tioſius. In quinquaginta ergo circulis aureis ppetua claritas & clara perpetuitas ſummę quietis exprimiť. Mordēt cortinarū anſas circuli, vt vnū ex oībus tabernaculū fiat, cū gloria ſuperni regni fideliū mentib⁹ ſe infundit, vt tali glutino inſpiratiōis vna ex vtroq; populo, imò ex omnib⁹ electis Chriſti eccleſia perficiať. d ℭ Facies & ſaga &c. Beda. Hoc in ſequētibus ita reperiť: Fecit & ſaga vndecim de pilis caprarū &c. Saga quibus operiť tabernaculū, rectores ſunt, quorū induſtria & labore decus eccleſiæ ꝓtegiť ſemp & muniť, ne vita & fides ſanctorum ab hæreticis corrumpať, vel falſorū catholicorū improbitate fœdeť, vel vitiorū ſorde cōtamineť, ne inopia tēporaliū cōtriſteť. Qui quātò attētius tentationum violentias ſuſtinent & repellūt, tantò ſubditis dño ſeruiēdi libertatē tribuūt: & quaſi intus fulgēdi cortinis copiam pręſtant, dū quaſi ſaga foris tempeſtates tolerant. ℭ Saga cilicina, groſſas hominū mentes ſignificant, quæ occulto dei iudicio q̃uis durè pręferuntur, quia ſeruire curis temporalibus nō timent, vt † tentatione ventos & pluuias portent. ℭ Beda. Faci☞es & ſaga

[margin: †dei · Circuli aurei · †dictio Hebręa ſignificat nodos quib⁹ duo pāni ſimul iunguntur · Saga cilicina · †tētationū]

a ¶ Sancti, noui teſtamēti. b ¶ Eadem pietate & caſtitate:

mutuò, & aliæ quinque nexu ſimi-

a ¶ Virtutes ſanctorum quibus inuicem nectuntur.
b ¶ Hyacinthus aerij coloris, cæleſtia ſignificat.

a li cohærebunt. † Anſulas hyacinthi-

a ¶ Vita communi & operatione ſanctorum. b ¶ Quia terminum vitæ temporalis habemus omnes eiuſdem ſpei certitudinem communem tenemus.

nas in lateribus ac ſummitatibus

facies cortinarum, ut poſſint inui-

a ¶ Propter gratiam ſpirituſſancti, vel gaudium futuræ quietis ad quam tendunt.

b cem copulari. Quinquagenas

a ¶ Vlnas charitatis b ¶ Ad eos qui nos præceſſerunt vel ſecuturi ſunt.

† anſulas cortina † habebit in utra-

a ¶ Cum iuſti concordi virtutum multitudine vel charitate iunguntur.

que parte, ita inſertas, ut anſa

contra anſam ueniat, & altera

a ¶ Quia virtutes ſanctorum ſibi congruunt, vt caſti cum caſtis & miſericordes cum miſericordibus.

c alteri poſſit aptari. Facies & b

a ¶ Perpetuam claritatem & claram perpetuitatem ſummę quietis inſinuat in circulis aureis, quia circuli nec initium nec finis inuenitur.

quinquaginta circulos aureos,

quibus † cortinarum uela iun- c

a ¶ Vt ſalutari inſpiratione ex omnibus ſanctis vna fiat eccleſia.

genda ſunt, ut unum tabernacu- d

a ¶ Rectores quibus ab imbre & calore defenduntur cortinæ. b ¶ Quia humiliter ſe peccatores confitentur.

d lum fiat. Facies & † ſaga cilicina e

*Nicolaus de Lyra.*

☙ a ℭ Anſulas hyacinthinas in lateribus ac ſummitatibus facies cortinarū &c. Id eſt in vno latere vnius illarū cortinarum magnarū, & ſimiliter in vno latere alterius, ita q̄ ille duæ magnę cortinæ poſſent ſimul iungi per torques affixas in anſulis p̄dictis, & ſic ex illis duabus cortinis magnis fieret vna maior in duplo habens quadraginta cubitos in longitudine, facta de latitudinę decem cortinarum partialium, quælibet particularis cortina erat quatuor cubitorum de latitudine. Decies quatuor ſunt quadraginta, & ſic longitudo facta eſt generalis de latitudine partialium. Vel non variando ſententiam poteſt dici, & fortè melius, q̄ latitudo erat quadraginta cubitorum: & longitudo viginti octo. Et iſto modo de latitudine non fiet longitudo, nec econuerſo. & viginti octo in latitudine ſecundum longitudinem cortinarum partialium. b ℭ Facies & quinquaginta circulos aureos. Iſti circuli ſunt torques p̄dictæ. c ℭ Quibus cortinarum vela iungenda ſunt. Vela cortinarū dicunť hîc illæ duę magnæ cortinę p̄dictæ, quę iungebantur ſimul per torques p̄dictas. d ℭ Vt vnum tabernaculū fiat. id eſt vnum operimentū totius tabernaculi. Qđ ſic patet: quia paries tabernaculi ab oriente in occidentem erat triginta cubitorum, & paries ab aquilone in meridiem qui faciebat latitudinem tabernaculi, erat decem cubitorū, & erat à parte occidentis; à parte autem orientali non erat paries, ſed erat ibi velum loco parietis. Parietes autem tabernaculi habebant decem cubitos in altitudine. Et ſic patet, q̄ linea ꝓtracta à pede parietis tabernaculi, & tranſiens per ſummitatem eiuſdē parietis ad ſummitatem alterius parietis oppoſiti, & inde deſcendens vſq; ad terram, erat triginta cubitorum: quia qlibet paries habebat decē cubitos altitudinis, & ſpatium inter parietes erat decem cubitorum latitudinis: & ſic habentur triginta cubiti. Omnes autē cortinę faciebant ſimul iunctæ vnum tētoriū, vel cortinā quadraginta cubitorū longitudinis, vt p̄dictum eſt: & per conſequens ſecundū longitudinē iſtā operiebat tectū tabernaculi ſecundū longitudinē ſuā, qđ erat triginta cubitorū, & decē cubiti pendebant retro pietē occidentalē, & ſecūdū latitudinē ſuā pēdebat retro pietes tēpli laterales nouē cubitis ex vtraq; pte, ita q̄ nō pertingebat vſq; ad terrā ſpatio vnius cubiti hinc & inde. Scd'm opimentū tabernaculi erat de cortinis factis de pilis caprarū, qui filabantur & texebanť. Et iſtud optorium erat ſup cortinas p̄dictas factas de diuerſis coloribus. De iſto ſecundo operimento dicitur: e ℭ Facies & ſaga cilicina vndecim. Saga cilicina vocantur hîc

D ☙ cortinę factę

E ☞ es & ſaga &c. Cilicium pœnitentiũ eſt. Vñ Dauid. Ego autẽ
Pſ,34.b. cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio. i. habitu pœnitẽtiæ & hu
militatis, quo furorẽ perſequentiũ aut leuius ferrẽ placidus aut mi-
tigarẽ. Nã ſi capræ pili vel pelles caprarũ ſemp̄ ſignificarẽt fœtorẽ
pœnitentiũ, non ipſum animal inter munda cõputaretur, nec in lau
de ſponſi diceret: Canti. iiij. a. Capilli tui ſi-
cut grex caprarũ &c. Saga ergo q̃ ſanctos
prædicatores ſignificant, cilicina ſunt & vn
decim ſunt, q̃a quo ſtudioſius corda purifi
cant, plura inueniunt quibus ſeipſos repre
Iab.2.a. hendãt. Vnde humiliter fatent, q̃a in multis
offendimus oẽs. Et ſi dixerimus q̃a peccatũ
non habemus, ipſi nos ſeducimus &c. j. Io.
j. d. quorũ tñ corda quãtę ſint perfectionis,
declarat cũ dicit: Lõgitudo ſagi vnius &c.
¶ Beda. Saga cili. Vel de pilis caprarũ, &
vndecim ſunt. Prædicatores enim quò al-
tiores merito, eò humiliores animo: Iuxta
illud Eccle. iij. c. Quantò maior es, humilia
te in omnibus. Vndenarius q̃ denariũ tranſ
it, nec ad duodenariũ p̄uenit. i. apoſtolicum
numerũ, trãſgreſſionẽ ſignificat decalogi.
In vndecimo quoq; pſalmo propheta con
queritur, dicens: Saluum me fac dñe, q̃m de
fecit ſanctus, q̃m di. &c. Hoc numero tacitẽ
deſignãs q̊ huiuſmodi homines duplicis linguæ & cordis, nec de-
calogi præcepta cuſtodiãt, nec apoſtolicã gratiã p̄cipiant. ¶ Au-
gu. Vndecim ſunt vela capillacea. i. cilicina. In peccatis enim tranſ
greſſio eſt, q̃ in vndenario ſignificat, qui denariũ, id eſt legẽ tranſ-
Vndenarius numer⁹ gredit. ideo vndecim p̄ ſeptẽ multiplicata, faciunt ſeptuagintaſeptẽ
in quo dñs ſignificauit omnẽ remiſſionẽ peccatorũ, dicens: Non
dico tibi ſepties, ſed vſq; ſeptuagieſſepties, quot generationes re-
Mat.18.c. periuntur, cũ Lucas à baptiſmo domini numerans ſurſum verſ⁹
F principiũ aſcendit, & per Adam vſq; ad deum peruenit. Ad hoc
enim ſignificatio peccatorũ fit in his velis, vt per confeſſionem ex
primantur, & per gratiam q̃ data eſt eccleſię, aboleant & tegantur.
Vnde Pſal. xxxj. a. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quo-
rũ tecta ſunt peccata. a ¶ Ad operiendum. ſ. ne interiora tene
ra, clara qualibet aduerſitate turbẽt, alioquin nec byſſus fulget, nec
coccus coruſcat, nec hyacinthus ceruleo colore decorat. nõ debẽt
ergo qui in eccleſiæ ſinu proficiũt præpoſitos deſpicere, ſi vacare
eos rebus exterioribus vident. b ¶ Longitudo ſagi vnius.
Beda. Longitudo habet denariũ numerum, & hunc triplicatum,
quo indicatur vir tus eorũ, qui decalogum legis in fide ſanctæ tri-
nitatis q̃ per dilectionem operatur, perficiunt, qua perfectione in
hac vita nulla põt eſſe ſublimior. Latitudo q̃tuor cubitorũ † quo
†quam †quæ in euangelio amplitudo ſynceræ charitatis † q̃ſi in ſigno cõmendatur, exprimit.
Operiunt ergo tectum tabernaculi ſaga vndecim, & de pilis ca-
prarum. Sic in longitudine triginta cubitos, in latitudine habent
quatuor, quia ſummi illi prædicatores qui vitam fideliũ exhortã-
do, & intercedẽdo, q̃tidiana ſollicitudine, vigilijs, ieiunijs & ſua nu-
ditate protegunt, qui ſe contẽplata ſupernæ puritatis excellẽtia pec
catores confitentur, ſed ſecundum humanæ perfectionis modum
Myſticè inter homines ſublimantur. c. ¶ AEqua erit menſura. Beda.
Quia vna eſt fides in qua tota ſaluatur eccleſia, & vna vita æterna
Mat.20.a. ad quã feſtinat. Vnde qui in vineam domini diuerſo tempore ad
operandum intrauerunt, omnes vno denario remunerantur. Di-
uiſio ergo ſagorũ in quĩque & ſex intelligi poteſt, vt ſuprà de cor
tinis in quinq; & quinq; diuiſis expoſuimus, quia doctores vtriuſ
q; teſtamẽti ſignificant ſic. Quinq;. ſ. ſaga antiqui populi dei magi
ſtros qui Moſaicę tantũ legis ſacramenta p̄dicabãt, vel quia in q̃n
q; ętatibus mũdi vitã ducebãt. Sex autem magiſtros noui teſtamẽ
ti, q̃a oĩa quę diuina ſcriptura in ſex ætatibus ſeculi facta vel dicta
refert, in adiutoriũ & exemplũ prędicationis ſuę aſſumunt, & paſ-
ſionẽ Chriſti p̄ quã mundus ſexta ſabbathi redẽptus eſt, palã audi-
toribus credendã & cõfitendã p̄nunțiãt, & p̄ eam tm̃ ſalutem eſſe
teſtant. Vñ pręcipit in fronte tecti ſextũ ſagum duplicari, p̄pter cõ
feſſionẽ. ſ. & imitationẽ dñicæ paſſionis. Non eñ ſufficit creden-
tes in cõfeſſione mortis dñi & reſurrectionis baptizari & cõſecra
ri, niſi baptizatus quiſq; p̄ poſſe ſtuduerit ſimilitudini mortis dñi
viuendo & patiendo ſimilari, vt fiat p̄ticeps reſurrectiõis. Siquidẽ
ad literã frontẽ tecti ingreſſum tabernaculi dicit, vbi non tabulæ,
ſed colũnæ & vectis ab angulo tabularũ vſq; ad angulũ p̄tentus
ponebat q̃tũ verò ad formã operis p̄tinet, ibi magis opus erat ge
minato ſagorum munimento, vbi ſolida parietis firmitas aberat.
¶ Beda. Intuere etiam menſurã cortinarum quibus tegit dom⁹,
qualiter p̄fatis poſſint cõuenire mẽſuris. Decẽ erant cortinæ habẽ-
tes ſingulæ longitudinis vigintiocto cubitos, latitudinis quatu-
or, q̃ ſimul

a ¶ Tanquam nec præcepta decalogi cuſtodiãt, nec apoſtolicã gratiam percipiant. b ¶ Induſtria & labore. c ¶ Decus

undecim, ad operiendum tectum

a ¶ Eccleſiæ. ¶ Sed tamen.

tabernaculi. Lõgitudo ſagi unius

a ¶ Quia decalogum legis in fide ſanctæ trinitatis perficiunt.
b ¶ Amplitudo ſynceræ charitatis quæ commendatur in quatuor euangeliis.

habebit trigintã cubitos, & latitu-

a ¶ Quia fides una qua ſaluatur eccleſia, & una uita æterna ad quam feſtinat.

do q̃tuor. Æqua erit mẽſura ſago

a ¶ Magiſtros, ſcilicet antiqui populi, qui fuerunt in quinq; ætatibus mundi.

rum omniũ. E q̃bus quinq; iunges

a ¶ Doctores noui teſtamenti, qui omnia quæ in ſex ætatibus mundi dicta uel facta ſunt, in adiutorium prædicationis aſſumunt, uel in ſexta ætate politi, omnia ſpiritualiter interpretantur.

ſeorſũ, & ſex ſibi mutuò copulabis,

or, quæ ſimul iunctæ, & in vnũ compoſitæ tabernaculũ implebant G
latitudine ſua cubitos quadraginta. Suſpẽde ergo cortinas quæ ha
bent ſingulæ longitudinis vigintiocto cubitos, & pone in domũ
cuius menſura eſt in tranſuerſo triginta cubitorũ: & videbis quia
cortinę habebũt in æqualitate quę eſt inter parietes cubitos denos:
in aſcẽſu autẽ vel deſcenſu q̃ eſt iuxta parie-
tes, habebunt cubitos nouenos. Sicq; fit vt
ſummitas cortinarũ terrã tangere non poſ-
ſit: ſed mẽſura vnius cubiti à terra altior ab
ſit. Item videbis q̊ cortinæ habẽt in æqua
litate per lõgitudinẽ domus cubitos trigin-
ta. In aſcẽſu aũt vel deſcẽſu, quod eſt in ori-
entali vel occidẽtali latere domus cubitos
quinos. ideoq; eadẽ lateralis ſummitas cor-
tinarũ nõ vſq; ad terrã pertingit, ſed qui-
nis cubitis abeſt à terra altior. Vñ neceſſe
fit, vt quini cubiti cortinarũ qui ceſſantib⁹
parietibus ſuperſunt, inducãtur adinuicẽ
in occidẽtali latere & oriẽtali: ſibiq; mutuò
iungãtur: & ſic fiat vt vndiq; domũ corti-
næ excepto vno cubito iuxta terrã conte-
gant. Hæc de cortinis. ¶ Beda. Saga trice
nos habẽt cubitos longitudinis: quaternos
latitudinis. Et quia vndecim erant: coniun-
cta in inuicẽ per latera q̃dragintaquatuor
cubitos implebãt. Pone ergo hæc in domo. Et quia concordat lõ
gitudo ſagorũ cũ funiculo quo domum metiebaris in tranſuerſum:
fit vt ſummitas eorũ ad terrã vſq; p̄tingat. Habebãt eñ denos cubi
tos æqualitatis inter parietes denoſq; aſcenſionis vel deſcenſionis
ĩ vtroq; latere: et hoc eſt qđ ait: q̃a cubit⁹ ex vna parte pẽderet: alter
ex altera: qui plus eſſet in ſagorũ longitudine: vtrũq; lat⁹ tabernacu
li p̄tegens. Tabernaculũ eñ propriè vocat ipſam cortinarũ factu-
ram vel coniũctionẽ, quas vno cubito trãſibãt ſaga ab auſtrali par
te vel latere domus: altero à ſeptẽtrionali. Ideoq; ad terram p̄uenie-
bant, q̃a hæc triginta cubitos lõgitudinis, illę duos minus habebãt.
Itẽ menſura ſagorũ per lõgitudinem domus quadragintaquatuor
cubitis tendebat: triginta. ſ. cubitos in ęqualitate habẽs à frõte dom⁹ H
vſq; ad ſummitatẽ tabularũ in plaga occidẽtali: & ſeptẽ cubitos de-
pendẽtes, in plaga orientali; & ſeptẽ ſimiliter dependẽtes in plaga oc
cidentali. Sicq; fuit vt menſura ſagorũ in occidentali latere duobus
cubitis excederet menſurã cortinarũ: q̃a cortinæ deſuper venientes,
quinq; cubitos eiuſdẽ occidentalis p̄tis tegebãt: & quinq; relinque-
bant intactos: & hoc eſt qđ nunc dicit. Qđ autẽ ſuperfuerit in ſa-
gis q̃ parãtur tecto. i. ſagũ vnum: qđ amplius eſt ex medietate eius,
cooperiens poſteriora tabernacula. Medietas enim ſagi ĩ latitudine
duo ſunt cubiti: qua medietate operiebantur poſteriora taberna-
culi. i. cortinarum: quæ propriè tabernaculum dicuntur: q̃a duob⁹
cubitis eas ad inferiora tendens ſagum vltimum tranſibat. Itẽq; ſaga
deſuper venientia, ſeptem tantũ cubitos occidentalis partis operie-
bant: nec tamen tres reliqui qui remanſerant, vſq; ad terram nudi tẽ
peſtatum iniurijs patebant: ſed adductis ad inuicem ab vtroq; latere
ſagis ſeptenorum cubitorum, qui deficientibus parietibus ſuper
erant his poſteriora domus firmiſſimè vſq; ad terram tegebantur:
neq; hæc tantùm adinuicem pertingere: Et inſtar cortinarum ſeſe in
medio parietis contingere poterant. Sed q̃a ſeptenorum erant cubi
torum medium parietis in vtraq; parte duobus cubitis excedebãt,
ac ſibi inuicem ſuperpoſita iungebantur: qđ eodem modo per oĩa
de orientali parte domus intelligendum putamus. Ideoq; ſuprà prę
cipitur, vt ſextum ſagum in fronte tecti duplicetur. ¶ Allegoricè ſa
Allegoricè ga cortina deſuper & infrà & ex omni latere protegebant, & vt illę
intus libera facie venuſtatis fulgerent, hæc ab omni iniuria tempeſta
tum, pluuiarum, & caumatum foris defendebãt: quia præpoſiti ita
vitam ſubditorum ſolerti cura circumſpiciunt, vt nec ſubſidia car
nis, nec vitæ ſpiritualis auxilia deſint, & dogmata hæreticorum &
prauorum exempla catholicorum abſint: adſit doctrina ſaluta-
ris, qua confortati malè docentes repellant, & mala illata pa-
tienter ſuſtineant, adſit vita ipſorum qua ſemper quaſi in via lecti-

*Nicolaus de Lyra.*

☞ one vtantur ↪ cortinę factę de pilis caprarum. a ¶ Longitudo ſagi &c.
& ſic erant longiores duobus cubitis, quã cortinæ factæ varijs co-
loribus, ex quibus factũ eſt primum operimentũ. b ¶ Et latitu-
do quatuor. & ſic quodlibet ſagum erit eiuſdem latitudinis cum
qualibet particulari cortina. c ¶ E quibus quinq; iunges ſeor
ſum. ſ. ſimul conſuendo quaſi ad faciendũ vnũ ſagũ viginti cubito-
rum latitudinis: longitudinis triginta. d ¶ Et ſex ſibi mutuo co
pulabis. q̃a ſex alia ſaga ſimul conſuebant ad faciendũ quaſi vnum
ſagum vigintiq̃tuor cubitorũ latitudinis, & triginta longitudinis.
↪ Ita, vt ſextum

one vtantur. Sed quia inter prædicatores illi maximo honore di-
A gni ſunt, qui excepto quòd officio prædicationis & populorũ re-
gimini deſeruiunt: etiã pro Chriſto ſanguinem fund unt: rectè ſub-
ditur: Facies & operimentum aliud tecto &c. a ℭ Sextum ſa-
Myſtice gum in fr. Myſticè verò, in fronte tecti ſextũ ſagum duplicatur: cũ omnes qui ſanctam intrãt eccleſiam, ita fide & ſacramento dominicæ paſſiõis initiant, vt huius quoq; imitatione ſemp ſibi viuendũ eſſe intelligãt. Quaſi em̃ in ingreſſu ſextum ſagũ duplicat: vt dominicæ paſſionis ſacramenta cõſequamur, & exẽplis
1.Pe.1.a. inſtruamur. De ſacramẽtis ait Petrus: Qui regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis. Dicit
1.Pe.4.a. & de imitatione poſſionis. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. b ℭ Facies & quinquaginta anſas in ora ſagi vnius. Beda. vt hæc ſuprà in cortinis expoſuimus, etiã hîc intelligi poſſunt: quia ſcilicet recordatio ſupernæ quietis, quæ quinquagenario ſolet exprimi, corda ſanctorum adunat
† circulos vl' vncinos vinculo pacis. Sed quia ſaga humilitatem ſublimium deſignant, qui magis ſuorum meminiſſe delictorum quã virtutes prędicare cupiunt: & plus de eis quas nondum habent virtutes compungi, quã de habitis ſtudent gloriari, quinquagenario anſarum vel fibularum numero: compunctionis eorum humilitas deſignatur. Quinquageſimus enim pœnitentiæ Pſalmus eſt: quia donum pœnitentię non niſi ſpirituſancto largiente conceditur: & donum veniæ pœnitentibus eius tautùm gratia inſpirante tribuitur. Et bene quinquaginta anſæ
B vel fibulæ ſaga inuicem nectunt: quia nulla virtus magis quàm fidelis humilitas in vnam charitatis copulam ligat, quia quantò quis infirmiorem ſe conſpicit: tantò auxilium proximi quo cõfortetur, inquirit. c ℭ Aeneas, quibus iungãtur anſæ, vt vnum ex omnibus operimẽ. &c. Beda. Bene autẽ fibulæ ſunt ęneę, de vocali. ſ. metallo factę, quia magnã vocem habet apud deũ humilis cõſcientia iuſtorum. Vñ pauper Dauidicus cũ anxiatus eſſet, & nõ in auribus ho-

a ℭ In ingreſſu eccleſiæ.

a ita ut ſextum ſagum in frõnte tecti a

a ℭ Decem ſagis operiebatur tabernaculum: undecimum duplicatum ponebatur in fronte, ne ui uentorum lucernæ extinguerentur.
ℭ Per confeſſionem, ſcilicet & imitationem dominicæ paſſionis.
ℭ Contra uiolentiam uentorum.

b duplicẽs. Facies & quinquaginta b

a ℭ Humilitatem compunctionis ſignificat, quæ ſpirituſancto largiente conceditur.
b ℭ Nulla uirtus magis quam fidelis humilitas in unam charitatem ligat.

ãnſas in ora ſagi unius, ut coniũgi cum altero queat, & quinquaginta anſas in ora ſagi alterius, ut cum altero copuletur. Facies &

a ℭ Quibus. ſ. ſonus confeſſionis & prædicationis ſignificatur.

c quinquaginta † fibũlas æneas, quibus iungãntur anſæ, ut unũ ex o- c

a ℭ Magnam uocem apud deum habet humilis conſcientia iuſtorum.

d mnibus operimentũ fiãt. Quod d autem ſuperfuerit in ſagis quæ parantur tecto, id eſt † unum ſagum e

a ℭ Medietas ſagi in latitudine duo ſunt cubiti, ex qua medietate operiebantur poſteriora tabernaculi, id eſt cortinarum quæ proprie dicuntur tabernaculum.

quod amplius eſt, ex mẽdietate eius operies poſteriora tabernacu- f

lo (verbi gratia) à baſi tabulæ vnius meridiani lateris vſque ad baſim tabulæ quæ eſt è regione in latere ſeptentrionali, conſtat eundem funiculũ triginta cubitorum longitudinis eſſe debere, vt haberet ſcilicet decem dubitos, aſcenſionis in meridiano latere parietis, decem alios æqualitatis inter parietes. Decem tertios deſcentionis in ſeptẽtrionali pariete. Itẽ ſi ſuper longi- C

tudinẽ

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Ita vt ſextum ſagum in fronte tecti duplices. Quoniam medietas eius, id eſt duo cubiti latitudinis vnius ſagi in parte orientali tabernaculi ponebatur replicata, vt capita columnarum quæ erant in introitu tabernaculi, tegerentur, quæ tenebant vnum cubitum, & vt operimentum factum de ſagis fortius teneretur ſuper tabernaculum. Alij autem duo cubiti erant in parte oppoſita tabernaculi, vt infrà habetur, & ideo qđ dicitur hîc: Vt ſextum ſagum in fronte tecti duplices. Et qđ poſtea ſubditur: Ex medietate eius operies tabernaculi poſteriora, non eſt intelligendum de eodem ſago in numero: quia idem ſagum numero non poterat eſſe in fronte tabernaculi, & in poſteriori parte eius: ſed intelligendum eſt per æquiualentiam, quia ex omnibus ſagis fiebat vnum operimentum tabernaculi & duo † dimidiũ cortinæ cubiti. Primi ſagi erant in fronte tabernaculi, & duo cubiti vltimi ſagi erant in poſteriori parte tabernaculi. Et iſti quatuor cubiti diuerſorum ſagorum æquiparabantur vni ſago integro. b ℭ Facies & quinquaginta anſas &c. Quia iſta D duo magna ſaga iungebantur ſimul per anſas & torques æneas, ſicut de alijs cortinis prædictum eſt. c ℭ Vt vnum ex omnibus operimentum fiat. Quia p talem coniunctionem fiebat vnum operimentum totius tabernaculi. d ℭ Quod aũt ſuperfuerit in ſagis quæ parantur tec. &c. id eſt ad tegendum tabernaculum. e ℭ Id eſt vnum ſagum quod amplius: ſcilicet vltra numerum cortinarum factarum de varijs coloribus, de quibus prę-

*Prima Cortina, & minor.*



*Secunda Cortina, & maior.*



Pſal.101.a. auribus hominũ ſed in in conſpectu dei orationem ſuam effunderet: Dñe (inquit) exaudi orationẽ meã, & clamor meus ad te veniat. d ℭ Quod autem ſu. &c. Beda. Hæc vt plenius intelligant, de tota tabernaculi poſitione diſputare neceſſe eſt. Diximus parietes tabernaculi q ex tabulis & columnis conſtabant, longitudinem habuiſſe triginta cubitorum, latitudinem decem, altitudinem ſimiliter decem. Si quis ergo vellet domũ in altitudine cingere funiculo (verbi

quibus prædictũ eſt, q erãt tantũ decem. Et de ſagis dictũ eſt q erãt vndecim, & de illo vndecimo oſtendit quid debeat fieri, dicens: f ℭ Ex medietate eius operies poſteriora tabernaculi. Quia pendebat retro parietem occidentalem duobus cubitis vltra operimentum primũ de cortinis variatis, & duo cubiti erant replicati in fronte tabernaculi, vt iam dictum eſt. Et iſti quatuor cubiti faciunt ſagum integrum per æquipollentiam, vt dictum eſt.

E tudinem domus extendatur funiculus.i. à baſibus columna-
rum ſurſum,& per longitudinē totius domus ad occidētalē partē,
& deinde ad baſes eius deorſum,habebit funiculus cubitos longitu
dinis quinquaginta,decē ſcilicet aſcēſſionis iuxta colūnas, triginta æ-
qualitatis ſecundū lōgitudinē domus,decē rurſus deſcēſionis iuxta
Hiſtoricè orīetalis parietis tabulas. a ¶ Et cubit⁹.
Quia cortinas vno cubito trāſibant ſaga
ab auſtrali latere dom⁹,altero à ſeptētriona
li:ideoq; ad terrā pueniebāt;qa hęc trigita
cubitos lōgitudinis, illæ duos minus habe
bāt. b ¶ Facies & opimēt. Stra.Pri
mū erat opimentū cortinarū ex byſſo,pur
pura,& cocco.Secundū ſagorū vndecim.
Tertiū ex rubricatis,i.particis pellibus arie
tū,poſtremū erat hyacinthinarū pellium.
Cortinæ aūt ita opiebant,vt ad latera de-
ſcenderāt: ad terram tñ non ptingerēt.Sa-
ga aūt tectū & latera operiebāt,& ad terrā
ptingebāt.Pelles verò rubricatæ vel ianthi-
næ,tectū tñ operiebāt,nec ad latera decli-
Myſtice nabāt. c ¶ De pellib⁹&c.Bed.Arietes
Pſal.28.a. ſunt doctores gregis dñici duces. Vñ: Af
ferte dño fi.dei:afferte &c.Quaſi, ô angeli
huic officio mancipati,afferte domino in
cælos imitatores apoſtolorū. Hinc quoq;
ſexta manſio ppl'i de AEgypto egreſſi he-
lim.i.arietes nominať, in q̄ erāt duodecim
fōtes & ſeptuaginta palmę,vt.ſ.noīe & ſpe
cie figurā apoſtolorū teneret. d ¶ Ru-
Allegoricè bricatis.Bed.Rubricanť pelles arietū ad
operiendū tectū tabernaculi, cū apoſtoli & apoſtolici viri vſque
ad martyriū docere non deſinūt:vt tuti⁹ ſubiectos à tentationū pi
culis protegāt,dū perſecutionē vſq; ad mortē patiūtur ppter iu-
ſtitiā,& operiunt tabernaculū pelles arietū rubricatę,& à tempeſta
tibus defendūt,cū pdicatores exēplo paſſionis & patientiæ corda
F infirmorū,ne inter pſſuras deficiāt,muniunt. e ¶ De ianthinis
Moraliť pellibus.Bed.Hyacinthus, cæleſtis eſt coloris:pellis:mortui ani-
malis pars & indiciū.Per pelles ergo ianthinas exprimiť virtus eo-
rum qui mortificatis illecebris carnis,cęleſtē vitā gerunt in terra,&
inter homines poſiti,angelicā puritatem imitanť,quia neq; nubēt,
Mat.22.c. neq; nubenť. Hi ſunt qui cū mulieribus nō ſunt coinquinati, virgi-
Apo.14.a. nes enim ſunt &c.,Meritò ergo pelles ianthinæ ſupremum tenent
locum,& color cæleſtis cælo proximū,vt virginales chori ſpeciali
vicinia agnum ſecuturi,& hymnorum laudes ei deſignentur canta
turi.Bene autem de velis cortinarum & ſagorum dicitur,q etſi in
alto poſita,ad terram demiſſa penderent,q̄uis cortinæ vſq; ad ter-
ram nō peruenerint.Colūnæ quoq; & tabulæ in altum erectæ,ba-
ſes in imo poſitas habebāt.De rubricatis verò & ianthinis pellib⁹,
q in alto tectū operiūt diciť,ſed nō q ad terram deflexę:quia virtu
tū cæterę ſpecies cū his qui in terra ſunt,aliquid commune habent:
certamen verò martyrij & decus virginitatis à terrenis ſuſpenſum,
ciuibus ſupernis eſt coniunctū.Martyr enim in tormentis poſitus,
omnia mūda & ipſum mūdum relinquere, & ad videndum mun-
di cōditorem, & q̄ vltra mundū ſunt ad gaudia puenire deſiderat.
Cælibes quoq;, dū cōmunē legē quę diciť, Creſcite & multiplica-
Gen.1.c. mini & replete terram,intuitu maioris præmij trāſcendūt, altiorē
cęteris fidelibus & ipſo mūdo,ſedē eligunt. Vnde:Hi empti ſunt ex
hominib⁹ primitiæ deo & agno,q Latinè rectè virgines,quaſi vir-
Apo.14.a. tute inſignes,vel cælibes quaſi cælo beati nominanť.i.cęli,vitā imi-
Myſticè tantes. f ¶ De lignis ſetim.Bed.Hę tabulæ apoſtolos & ſuc-
ceſſores,p quorū ſermonē eccleſia dilatata eſt,ſignificant.Latitudo
enim,dilatatio fidei eſt & ſacramentorū eius,q̄ prius in Iudæa tm̄
nota.Quāuis in latitudine tabularum dilatatio cordis ſanctorum
poſſit intelligi,qua mūdū deſpiciunt,ad cæleſtia petenda accenſi,&
2.Cor.6.c. amicos in deo,& inimicos diligunt propter deū. Vnde: Os noſtrū
patet ad vos ô Corinthij, cor noſtrū dilatatum eſt. De illa quoq;
dicit Paulus qua ad profectum tabernaculi,id eſt eccleſiæ vti ſole-
Rom.15.d. bat,ita vt ab Ieruſalem per circūitum vſque ad Illiricum impleue-
rim euangelium Chriſti.Factæ autem ſunt tabulę de lignis ſetim,id
eſt ſpinarum quæ curas ſeculi,delitias, voluptates, vel etiam pun-
Prou.26.b. ctiones peccatorū ſignificant. Vnde;Spinę naſcuntur in manu te-
mulenti,id eſt peccata in operibus ſtulti. Quia ergo prędicatores
à punctionibus vitiorum ſe expurgare, & hominibus mundi cu-
ris, ac delectationibus exuere ſtuduerunt , vt libera mente in a-
morem dei & proximi dilatari , & ad prædicandum verbum
longè lateq; poſſent diſcurrere , rectè dicitur , quia de lignis
ſpinarum tabulæ tabernaculi factæ ſunt ſcilicet quę omnes acu-
leos ſpinoſos exurant , & ſolo candore niteant . Sancti enim in
peccato pri

a li,& cubitus ex una parte pende-
bit, & alter ex altera , qui plus eſt
in ſagorum longitudine, utrunq;
b latus tabernaculi protegens. Fa
¶ Defenſionem.
¶ Eccleſiæ.
cies & operimentum aliud tecto
a ¶ Doctorum qui duces gregis. Vnde Pſal.28. Afferte do-
mino fi.dei.afferte do.fi.ari. ¶ Aries rubricatus,Chri-
ſtus ſanguine paſſionis cruentatus:ſignificantur etiam
martyres,quorum orationibus propitiatur deus pecca-
tis populi. b ¶ Martyrio.
c d de pellibus arietum rubricatis, &
a ¶ Rubricatis ſuperponuntur ianthinæ,in quibus figu-
ratur vita æterna.
ſuper hoc rurſum aliud operi-
¶ De his,ſcilicet quorum conuerſatio in cælis eſt,& morti-
ficata carnis concupiſcentia
e mentum de †ianthinis pellibus.
¶ Situm tabularum oſtendit.
a ¶ Perſeuerantes.
Facies & tabulas ſtantes ta-
¶ Sanctos exemplo & doctrina eccleſiam munientes.
f bernaculi de lignis ſetim , quæ

a ¶ Et cubitus ex vna. Ad intellectum huius literæ quæ in G
tricata eſt,conſiderandū, quòd ſicut dictū eſt,ſaga particularia erāt
longiora cortinis variis duobus cubitis. In operimēto autem to-
tali facto ex omnibus cortinis variatis,lōgitudo illius operimēti e-
rat ex latitudinibus cortinarum ſimul iunctis.& eodē mō dicendū
de totali operimēto facto ex oībus ſagis.&
ideo qñ illa duo operimenta erāt extēſa ſu
per totū tabernaculū,lōgitudo cortinarū
partialiū trāſibat ex trāſuerſo tabernaculi:
& ſic diſtabat à terra vno cubito in latere
auſtrali,& alio cubito in latere aquilonari:
& per cōſequēs lōgitudo ſagorū partialiū,
q̄ erat maior duobus cubitis, attingebat
vſq; ad terram pendēs in vtroq; latere ta-
bernaculi vno cubito vltra cortīas. & hoc
eſt qđ dicitur:Et cubitus.ſ.ſagi. b ¶ Ex
vna parte pendebit.ſ.vltra cortinas.
c ¶ Et alter.ſ.cubitus ſagi. d ¶ Ex al-
tera.ſ.pte tabernaculi pēdebit. e ¶ Qui
plus eſt in ſa.longitudine. i.qui exce-
dit longitudinē cortinarū ex vtraq; parte:
& ſic ſunt duo cubiti ſagorum pendentes
ad terrā vltra cortinas. Vnus ex vna parte †de ianthinis è taxorū
tabernaculi,& alter ex altera. Et hoc eſt qđ
dicitur: f ¶ Vtrūq; la.ta.protegens.
Et prædicta patēt in figura quātùm ad cō
iunctionē cortinarū & ſagorum. Modus
autē operiendi tabernaculū non poteſt in
plano figurari,ſed de facili imaginari pōt.
¶ Figuras cortinarū videas in alio latere.
g ¶ Facies & operimentū aliud tecto de pellib⁹ &c. Di-
cunt aliqui doctores, q iſta duo operimenta de pellibus erant tan-
tūmodo ſuper tectū tabernaculi. Alij autē dicūt & probabilius vt
videtur,q deſcendebāt ad terrā,nō ſolū in tribus partib⁹ taberna-
culi ſicut cortinę,& ſaga q̄ non operiebāt frontē tabernaculi,vt pa H
tet ex ſupradictis,ſed iſta de pellibus pendebāt ante velū,qđ erat in
introitu tabernaculi,vt dicit Ioſephus Ad hoc enim erāt vt repel-
lerent vim imbriū & ventorū,& ideo erant neceſſaria vt videtur,
non ſolū ſuper tectū tabernaculi, ſed etiā in lateribus circunquaq;.
Sciendū etiam,q iſta operimenta de ſagis & pellibus erant fortiter
affixa terræ cùm funibus & paxillis, ne à ventis & imbribus mo-
uerentur. h ¶ Facies & tabulas. Hîc conſequenter deſcribitur
tabernaculum quātùm ad eius parietes,qui erāt de tabulis ſurſum
erectis,& in latere aquilonari erant viginti tabulæ,quarum quæli-
bet habebat decem cubitos longitudinis & cubitū & dimidium la
titudinis,& ideo erectæ ſurſum vna iuxta aliam faciebāt parietem
decē cubitorū altitudinis,& triginta cubitorū longitudinis. Spiſſi-
tudo autē huius parietis erat eadem cum ſpiſſitudine tabularū,quę
non exprimiť in textu:& ideo variè hîc dicunť doctores. Dicit Ra.
Sa.q ſpiſſitudo tabularū erat vnius cubiti. Sed hoc non videť ve-
rum,quia eſſent nimis ponderoſæ ad portandum de loco ad locū,
& ad erigendū ſuper baſes & ad ſtandum ibi:quia propter pond⁹
poſſent de facili à baſibus declinare. Item ſi hoc eſſet verum,latitu-
do tecti eſſet duodecim cubitorum, & cortinæ in lateribus taber-
naculi diſtarent à terra duobus cubitis. Cuius contrarium ipſe di-
cit ſcilicet quòd vno cubito tantùm diſtabant.& ideo Ioſephus di
cit,& probabilius,q ſpiſſitudo tabularū erat tātū quatuor digito
rū,& ſic paries aquilonaris erat ſpiſſitudinis quatuor digitorum.
Paries autē auſtralis conſimilis erat per omnem modū in longitu-
dine,latitudine,& ſpiſſitudine:paries autem occidentalis habebat
decem cubitos in altitudine,ſicut præcedentes,& quatuor digitos
in ſpiſſitudine:in longitudine verò habebat decem cubitos ſecun-
dum latitudinem interiorem tēpli & cū hoc habebat quatuor di-
gitos in longitudine, vt cū parietibus aquilonari & auſtrali iūgere
tur in angulo recto,& ideo in pariete occidentali erant tantū octo
tabulæ,ſex habentes quęlibet in latitudine cubitum & dimidium,
& ſic faciebant parietem longitudinis nouē cubitorum:aliæ verò
duæ tabulæ habebant latitudinis dimidium cubitū & quatuor di-
gitos,& erant iſtæ duæ tabulæ in pariete occidentali hinc & inde,
vbi iungebantur cum parietibus tabernaculi lateralibus,ita q q̄li-
bet claudebat dimidiū cubitum,& reſiduum latitudinis quod erat
quatuor digitorum iungebatur cū pariete laterali hinc & inde, ad
angulum

h ¶ Facies & tabulas ſtantes tabernaculi &c. Hîc ſecun Moraliť
dò agitur de lateribus tabernaculi,quę fuerunt de tabulis ſtantibus
ſub operimentis prædictis,& per eas ſignificantur fideles ſimplices
in fide ſtantes ſub diſciplina ſanctorum doctorum & pa-
tientia marty-

pes. Bed. Forcipes, ſunt pręedicatores, qui
ignē charitatis in nobis, quaſi in altari dei
exhortando accendere ſolent: Et velut ge-
mino dente vtūtur, cùm nos conſonis v-
triuſque teſtamēti paginis inſtruūt, & ver-
ba charitatis in corde quibus ad ęterna de
ſideria inflammantur, collocant. Vel for-
cipe, id eſt duplici ferramento ignem alta-
ris emundant, cùm geminæ charitatis vir
tutem infundunt, & huius gratia nos arde
re & lucere pręcipiunt. e ❡Atque fuſci
nulas &c. Bed. Fuſcinulæ quę Gręcè vo
cantur κρεάγρε in miniſterio altaris habe Creagrę
bantur, vt carnes victimarum per eas de
chaldarijs coctæ proferrentur, & ad eſum
reficiendorum efferrentur: quarum vſus
prædicatoribus congruit, quorum mini-
ſterium eſt animas fidelium verbo refice-
re, rudibus lac ſimplicis doctrinæ adhibe- †ſerpas &
re, perfectioribus ſolidum cibum miniſtra crateras
re. Qui enim ſacramenta Chriſti cogno-
ſcunt & ad imitationem ſuſcipiunt, quaſi
carnibus hoſtiæ ſalutaris ſatiantur. Et qa
doctorum eſt cuique perſonæ miniſteriū
cum diſcretione cōmittere, rectè fuſcinulas iubetur Moyſes facere H
ſacerdotibus, quibꝰ carnes hoſtiarum prout oportuerit, cōponāt,
& alia quidē omnibꝰ edenda †offerāt, alia ignibus altaris conſumē †efferant
da relinquant. Sunt enim in verbo dei quędam, quæ ad noſtræ re-
fectionis epulas cōceſſit. Quædā verò tantæ profunditatis, vt ſpiri
tui ſancto tm̄ pateant, noſtræ verò capacitatis menſuram tranſcen
dant. f ❡Ignium receptacula. Ad hoc deputata ſunt, vt per
hæc ignis ſanctus ab altari holocauſti ad altare thymiamatis ve-
ſpere & mane, ad incenſum ponendum deferrētur, quia doctores
tanquam ignem de altari holocauſtorum, ad altare thymiamatis de
ferunt, cùm auditores de virtute in virtutem prouehunt docen-
do, & meritis creſcentibus ad altiora & diuinæ viſionis arcana
interiora. Qui etiam feruentia pietate corda proximorum imi-
tantur, receptacula ignium fiunt, quia flammam cęleſtis ſacrificij,
quam in fraternis mentibꝰ conſpiciunt, in ſuis accendere ſatagunt.
Craticulamq;

que cubitos in lōgitudine, & totidē [a]
a Hæc quadratura quinq; cubitorum in vtraque parte ſignificat patres vtriuſque teſtamenti, qui quinque corporis ſenſus in omni puritate cuſtodire ſtuduerunt, ſecundum præcepta legis & euangelij. b Quia corda electorum per fidem ſpem & charitatem ad cæleſtia tendunt.
[a] in latitudine, id eſt quadrū, & tres [b]
a Quatuor virtutes vel quatuor euangelia, quibus munitur eccleſia.
[b] cubitos in altitudine. Cornua autē [c]
a Plagas mundi. b Ex intima radice cordis electorum.
per quatuor angulos ex ipſo erūt,
a Quia cœpta fidelium virtus fideliter vſque ad finem tenetur. Æs enim longo tempore incorruptibile perſeuerantiam deſignat.
[c] & opies illud ærē. Facieſq; in vſus [d]
a Ollas ergo æneas quibus cineres arulæ & carbones holocauſti cremati recipiebantur. Fideles qui exēpla dominicæ paſſionis ſua mente retractant, vel exitum præcedentium iuſtorum, qui conſummato agone ſine fine lętantur.
eius lebētes ad ſuſcipiendos cine-
a Ad emendandum ignem altaris. b Battilla quibus ignis & carbones ab altari holocauſtorum ad altare thymiamatum transferebantur.
[d][e] res, & †forcipēs atque fuſcinulas & [f][g]
a Corda proximorum charitatē imitanda. b Quia perſeueranter obediunt, & clara voce alios inſtruunt. Æs enim durabile eſt & ſonorum.
Sanctorum corda.
ignium recēptacula. Omnia uāſa

## *Nicolaus de Lyra.*

incremabilia. Aere ēt cooperiebantur, eò ꝙ ignis erat ſemper
in altari; & nihilominus illud altare interius & exterius erat opertū
laminis ęneis. Erat autem iſtud altare quadratum ſecundum longi-
tudinem & latitudinem. ſ. quinq; cubitorum. Altitudo autem alta-
ris erat trium cubitorum: & erat factum ad modum arcæ quadra
tæ carentis fundo & operculo, ita ꝙ habebat ſuperficiem terrę ꝓ
fundo, & interius concauum erat. c ❡Cornua autem &c. In ſu
periori parte altaris erant iſta cornua. d ❡Facieſq; in vſus &c.
Qui amouebantur de altari & portabant extrà. e ❡Et forcipes.
id eſt tenaculas ad faciendum ignem in altari. Hebręi dicunt baci-
nos ſcilicet ad recipiendum ſanguinem animalium quæ immolabā
tur. f ❡Atq; fuſcinulas: ſcilicet ad extrahendum carnes de chal-
darijs, & ad ponendū ſuꝑ altare ea q̄ ibi cremabant. g ❡Et igniū
receptacula. i. vaſa in quibus de altari holocauſti accipiebantur
carbones viui, vt deferrentur intra tabernaculum ad cremādum
thymiama

* a ❡Et totidem in latitudine. Quia quīque ſenſus exteriores Moralit
debent in pœnitētia exerceri. b ❡Et tres in altitudine. ꝑ quos
ſignificantur tres partes pœnitentiæ, quæ ſunt, contritio, confeſſio
& ſatiſfactio. c ❡Cornua autem per quatuor angulos
ex ipſo erunt. Per cornua verò ſurſum tendentia, intelligun-
tur cęleſtis patriæ deſideria, quæ ſunt in vera pœnitentia. d ❡Fa
cieſq; in vſus eius lebetes ad ſuſcipiendos cineres. Per hu
iuſmodi vaſa intelligunt inſtrumenta pœnitentiæ vel exercitia quę
ſunt ieiunia, vigiliæ, parcitas victus, aſperitas veſtitus, & ſimilia
* Craticulamq;

☞ a ¶ Craticulāq; in modum &c. Beda. Altare totum concauū fieri præceptum eſt,ſicut in ſequentibus patet,ſed & in medio habēs craticulam per totum in modum retis diſtinctam,in qua victimarum carnes comburendę ponebantur: & ſubter eam arulam, in qua cōpoſitis lignis,ignis arderet ſemper, ad deuoranda holocauſta paratus. Erat autē contra arulam hoſtium in parte orietali altaris,quo ligna ad alendū ignem mitti, & carbones vel cineres poſſent egeri, ſicut in pictura Caſſiodori ſenatoris(cui⁹ ipſe in expoſitiōe pſalmorū meminit) expreſſum vidim⁹, in qua etiā vtriq; altari,& holocauſti ſcilicet,& icēſi quatuor pedes fecit:qđ verū que eū ſicut tabernaculi & tēpli poſitionem à Iudęorū doctorib⁹ didiciſſe putamus. b ¶ Subter aru. Beda. Habet altare arulā ſubter craticulā, in qua ligna & holocauſtorū ignē ſuſcipit,quia eadē electorum corda in ſe cęleſtia verba ſuſcipiunt,quibus calefacti & inflāmati per donū ſpiritusſancti,grata deo vota piarum cogitationū reddūt. Ligna enim arulę altaris ſacerdos imponit, cùm doctor deſiderantibus fideliū mentibus teſtimonia ſcripturarū,quibus in fide & dilectione cōfirmātur, ingerit. Addit ignē lignis, cùm intellectum verbi, & efficaciam operationis à deo quęrendam edicit. Ardent ligna in altari,cùm charitas dei diffunditur in cordibus noſtris. Et hoc igni ſuperpoſitum conſumitur holocauſtum cū omnia,quę bene agere diſponimus,donante gratia ſpiritusſancti per virtutē dilectiōis acceptabilia reddūtur. Vñ craticula quę holocauſta gerit,tanq; rete fieri pcipitur: vt per crebras illi⁹ aperturas ignis ſuppoſitus,ad conſumendas omnino hoſtias liberè penetret. Neceſſe eſt enim ,vt gratię dei aperiamus corda noſtra,& quaſi plurimis patefactis ianuis ſedulò depſcemur, vt per ſingula quæ inchoamus bona, quaſi per ſingula victimarum eius fruſtra ſua nos miſericodia illuſtrare, & in amorē ſuum accendere dignetur. Pelagiani enim qui ſine gratia dei ſe aliquid perficere præſumunt,in altari cordis craticulam inſtar retis non

☞ ſuperponunt

Hiſtoricè — Myſticè — †quam

a ¶ Ad ſuſcipienda holocauſta paratam.quia parant electi locū domino in intimo corde ſuo, vbi deuotas ei cogitationes collocent. ¶ Vt per crebras aperturas ignis ad deuorandam hoſtiam libere exeat.

a ex ære fabricabis. Craticulamq; in a

a ¶ Vt eccleſiā per quatuor mundi plagas diffuſam verba dei & veritatis confirment.

modū retis ęneā,per cuius quatu-

a ¶ Euangeliorum libri qui auditoribus ſuis perpetuę vitę coronam promittunt. b ¶ Quia in omnem

or angulos erūt q̄tuor annuli ęnei,

terram exiuit ſonus eorum.Pſal.18.a. ¶ Vt animas humilium munimine ſuę conſolationis alleuent.

b †quos pones ſubter† arulā altaris* b

B

## *Nicolaus de Lyra.*

thymiama mane & veſpere ſuper altare incēſi, de quo habetur infrà.xxx.ca. a ¶ Craticulamq; in modum re. Iſtud exponitur vno modo ſic, quòd iſta craticula erat ad modū retis facta & quadrata, & in quatuor angulis habebat quatuor catenas, & in fine catenarū quatuor annulos,qui ponebātur in quatuor cornib⁹ altaris ad hoc aptatis per quandā recuruationem,& ſic illa craticula ab illis cornibus dependebat intra concauitatem altaris, vſque ad altaris medium, ſcilicet per cubitum & dimidium, & inferius in arula verſus terram fiebat ignis deſubtus,per quandam feneſtram, quæ in vno latere altaris ad hoc erat facta,& ignis aſcendens de arula per foramina prędictæ craticulæ tranſiens, illa quæ erant ibi poſita,cremabat. Et patet litera ſecūdū hoc vſq; ibi: b ¶ Quos pones ſubter arulam altaris. Arula enim eſt vas, vbi ponitur ignis,prout Iere.xxxvj.c.dicitur. Et ſic iſta litera videtur manifeſtè contradicere prędictis,quia quod dicitur hîc: Quos pones ſubter arulam,loquitur de quatuor annulis prędictis:quia in altari holocauſtorum nō ponuntur,niſi quatuor annuli tam in iſto loco,quàm infrà.xxxviij.ca. Iſti autem annuli ſecūdum prędicta poſiti erant in cornibus altaris, quæ erant in ſummitate eius. Arula autem erat inferius.& ideo dicunt aliqui,quòd textus eſt hîc corruptus vitio ſcriptorum,quia vbi dicitur,ſubter arulam,debet dici ſuper arulam. ſed hoc non eſt verum, quia in libris antiquis &

in He







in Hebræo vbi recurrendum eſt pro veritate textus habenda, habetur ſubter,& non ſuper. Et ideo ſi quis velit ſequi dictam expoſitionem,quam plures expoſitores ſequūtur, oportet dicere,quòd in altari erant octo annuli:quatuor in ſuperiori parte,cum quibus craticula depēdebat ex cornibus:& quatuor in inferiori parte ſub arula, in quib⁹ mittebātur vectes ad portandū altare. Sed hoc nō bene cōſonat textui huic,& infrà.xxxviij.a.vbi dicit: Fuſis quatuor annulis,p totidē retiaculi ſummitates ad immittēdos vectes ad portandū. Ex quo patet,quòd annuli quatuor,quib⁹ immittebantur vectes ad portandum altare, erant in ſummitate retiaculi. Et certum eſt ,quòd retiaculum hîc non poteſt dici ſecundum trāſlationem noſtram,niſi craticula ad modū retis facta. Ideo aliter exponit Rab. Salo. Ad cuius intellectum primò ponenda eſt litera,prout habetur in Hebræo,quæ talis eſt: Et cribrū in modum retis æneum:per cuius quatuor angulos erūt quatuor annuli ærei, quos pones ſuper ambitū altaris. Eritq; cribrum vſq; ad altaris medium. Cribrum hîc dicitur quoddam opus æreum, ad modum retis factum. Et ideo vocatur cribrum,quia ſicut cribrum habet multa foramina,ſic & iſtud, quia factum eſt ad modum retis, & circumibat altare exterius , attingens à parte inferiori vſque ad medietatem altitudinis altaris. Ambitus autem dicitur hîc quædam eleuatio in circumitu altaris per modum zonæ, & erat iſte ambitus ſuper cribrum,& annuli erant poſiti in angulis altaris ſub iſto ambitu & ſuper cribrum, per quos annulos mittebantur vectes ad portandum altare. Cornua autem quæ erant in ſuperiori parte altaris,in angulis non erant recurua,ſed rectè tendentia in altum , quaſi quidam pomelli ad decorem altaris. Concauitas autem altaris,quando ſituabantur caſtra,& altare implebatur terra vſque ad ſummum , & ſupra ſuperficiem illius terræ intra tabulas altaris incluſæ fiebat ignis, & offerebantur & cremabantur hoſtiæ, ſecundum quod dictum fuit ſuprà.xx.d. Altare de terra facietis mihi. Et quando mouebantur caſtra, amouebatur altare prædictum de tabulis factum, & remanebat terra. Et iſta expoſitio concordat literæ ,quæ ad hoc poteſt de facili applicari. ¶ Ad maiorē autē intellectum deſcripſi figuram ſecūdum vtranque expoſitionem. Sciendum tamē,quòd vnum lat⁹ tātùm altaris hîc figuratur apparēs directè: Tū quia alia tria nō poſſunt figurari in plano. Tum quia per imaginationem inſpicientis lat⁹ vnū,alia tria poſſunt de facili capi, cùm ſint per omnem modum ſimilia,hoc excepto, quòd in figura primæ expoſitionis deſcribitur illud latus, in quo erat feneſtra: alia autem tria nullam feneſtram habebant. ¶ Rationes autem prędictorum ſic aſsignantur. Altare enim iſtud vocabatur altare holocauſti: non quia hoſtię holocauſtorū ibi tantummodo offerentur,ſed etiam cum hoc hoſtię pacificę & pro peccato. Sed quia hoſtia holocauſti dignior erat,vtpote quia tota incēdebatur ad honorem diuinum:alię verò non, ideo denominatur altare holocauſti tanquam à digniori. Item iſtud altare non erat intra tabernaculum,ſed extrà in atrio tabernaculi: Tum propter munditiam tabernaculi ſeruandam: Tum quia non poſſent hoſtię ibi cremari,ſed inflammarentur cortinæ quæ erant ſuper tectum,cùm non diſtarent à pauimento tabernaculi, niſi per

decem cu-

C — †ambitū ✕inferne — Cribrum — D — Altare holocauſti

✕ a ¶ Craticulamq;. In qua comburebantur carnes impoſitę: & ſignificat feruorem dilectionis, virtute cuius aduruntur motus carnis. Vnde dicitur Pſal.xxv.a. Vre renes meos,& cor meum. — Moralitè

✕ Sed inane

†Eritq́ craticula uſque ad altaris me[a]dium. †Facies & ue[a]ctes altaris de lignis ſetim d[a]uós, quos operies laminis æ[a]neis, & indu[b]ces per circulos, eruntq́* ex utroq́ latere altaris ad portandum. †Non ſolidum, ſed in[a]ane & cõca[b]uum [a] [b] intrinſec⁹ facies illud, ſicu[a]t tibi in mon[c]te[a] monſtratum eſt. Facies & atri[b]um ta[h]bernaculi, in cuius plaga auſtrali contra meridiem, erunt tentoria de byſſo[a] [d] retor[a]ta. Centum cubitos unum latus [e] tenebit in longitudine, & columnas ui[f]ginti cum ba[a]ſibus totidem æneis, quæ capita cum † cælaturis ſuis habebunt argentea. Similiter & in latere

a ¶Doctores qui eccleſiam quodãmodo portant, dum fidem & ſacramenta veritatis vel neſcientibus prædicant, vel ſcientibus quæ acceperunt, confirmantes roborant.

a ¶Vt vtriq́ populo, Iudæorum ſcilicet & gentium, verbum prædicent.

a ¶Propter ſonum & inſtantiam prædicationis. b ¶Vectes vt portari queat altare, mittuntur in circulos, cum doctores corda fidelium per verba euangelij, quæ cælo & terra tranſeuntibus non præteribunt, exhortando erigunt.

a ¶Si vis eſſe altare dei, abiice omnia contagia, fac cor tuum ſpatioſum, vt capias ligna verborum cæleſtium & hoſtias virtutum, & ignem ſpiritusſancti. b ¶Vacuum ſcilicet, & omni iniquitate & temporali ſolicitudine.

a ¶Sicut ſcilicet angelis & ſanctis hominibus conſtat.

a ¶Contemplationis. b ¶Rudimentum inchoantium.

a ¶Quia incipientibus prius fuganda eſt carnis & ſpiritus illecebra, vt mundentur ab omni inquinamento carnis & ſpiritus.

a ¶Centenarius, qui a leua tranſit in dexteram, cæleſtem ſignificat vitam.

a ¶Baſes, timor domini, qui eſt initium ſapientiæ.

¶Non argentata.

☞ ſuperponunt ſacro igni, ſed quaſi pariet, ſolidũ inter ſe & ignem
E ſpiritusſancti, ne charitate caleſiant, interponunt. Non ſolidum, ſed inane &c. vt copioſum ſcilicet locum haberet, vt ignem ſanctum, & ligna ad ignem, vel holocauſta igne conſummenda reciperet. Tu quoq́ ſi vis eſſe altare dei, exinani teipſum ab omni contagio mundanorum: vt in te ligna verborum cęleſtium, & hoſtiæ virtutum locum habeat ſpatioſum: capiasq́ flãmã ſpiritusſancti, quo eędem hoſtiæ domino conſecrentur, & ad finem perfectionis perducantur. ¶ Beda. Si quem mouet iuxta literam, quomodo ligna altaris tanto igne vicino incombuſta permanere poterunt, accipiat Hieronymi reſponſum. Altaris (inqt) ligna quæ de lignis paradiſi ſunt, non cremãtur igne vicino, ſed puriora redduntur. Nec mirum hoc de ſanctuario & interioribus templi & altaris & thymiamatis credere, cũ etiam anchiton ligni genus vel ligno ſimile, quãtò pl⁹ arſerit, tantò mundius inueniatur. a ¶Facies & vectes. Doctores ſcilicet qui Iudęam ſcilicet & Gentilitatẽ in vnam fidei gratiam conſono ore & opere vocent. Vel ex vtroq́ latere altaris ad portandum erunt vectes, cũ prædicatores mẽtes fidelium in proſperis & in aduerſis conſtantiam virtutum tenere docebunt. b ¶Sicut tibi in mõte. Beda. Omnia quæ nobis myſticè in altaris & tabernaculi cõſtructiõe Moyſes facienda deſignauit, prius in illa cæleſti conuerſatiõe in qua cũ domino q̃draginta diebus fuit, facta in ſupernis ciuibus perenni obſeruatione vicit.
F Non enim dubium eſt eũ potuiſſe ante ſolium dei illud altare vidiſſe, quod vidit Eſaias veris carbonibus internæ claritatis pleniſſimum. & forcipes ſanctos quos idem propheta vidit, quorum vno tulit angelus carbonem de altari, quo eius labia purgauit. eiuſdem namq́ ſpiritus gratia qua angeli inflammantur ad amandum deum ſemper in cælis, & hominibus in terra peccata dimittuntur, & virtutum dona conceduntur. Altare ergo concauum & inane fieri præcipitur, ſicut Moyſi in monte mõſtratum eſt. Quia ſicut angeli & ſpiritus iuſtorum in cælis vacui à peccatis, & pleni ſunt pietate & iuſtitia: ita & nos in terra declĩare à malo & facere bonum debemus. Quòd ſicut exhortationib⁹ verbi cæleſtis, ita myſticis tabernaculi & vaſorum figuris & ceremoniarum ſemper agere iubemur. c ¶Facies & atrium. Beda. Sicut ſanctaſanctorum quæ in cęlis eccleſiæ partẽ deſignat, & pri⁹ tabernaculum perfectam vitam fidelium in hoc ſeculo, ita atrium tabernaculi quod exterius erat, † prima inchoantium rudimenta. Vnde tentoria eiuſdem atrij erãt de byſſo retorta, quia primò incipientibus, cura eſt impendenda, vt carnis ſimul & ſpiritus refrenent illecebras. Vnde: Mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus. Byſſus enim de terra viridis oritur, ſed eruta ſiccatur, tunditur, coquitur, torquetur: & magno longoq́ exercitio ad candidum perducitur colorem, ſic caro noſtra vt ad virtutem decoremq́ perueniat caſtitatis, neceſſe eſt vt oret, ieiunet, vigilet, & omni continentia laboret, vt delectationes ingenitas ſiccet, & ad eã dignitatẽ virtutis quam deſideramus, aſcendat. Retorquetur autem byſſus, ne facilè ſoluatur, cũ non ſolũ carnis luxuria reſtringitur, ſed tota ei⁹ memoria ab intimo corde eradicatur. d ¶Centum cubitos. Beda. Conſtat centenarium qui in computo digitorum à leua tranſit ad dexteram, ſępe in ſcripturis celibem ſignificare vitam, quia ſicut dextera leue, ita cæleſtis præfertur præſenti vitę. AEdificationem arcę Noe centeſimo anno compleuit, qa eccleſiam in hac vita ædificat, dominus in futuro perficiet. Abrahæ centenario naſcitur Iſaac filius promiſſionis, quia bñdictio hæreditatis q̃ in ſemine eius oĩb⁹ familijs terræ promittit, ĩ futuro & cęleſti patria reddet. Cẽtũ annos pegrinat̃ ipẽ ĩ terra promiſſiõis, quia qui filij Abrahæ p fidẽ efficimur, in ſpe ſupnę hęreditatis debemus ĩ pręſenti peregrinari. Senuit Iſaac ĩ Geraris, quod ĩterpretat̃ incolatus: & inuenit in ipſo anno centuplum, qa qcũq́ pmiſſionis filij in hac vita peregrinantes, bona operamur, mox egreſſi de corpore, in cæleſti vita recipimur. Centum ergo cubitos habet latus tabernaculi in longum, quia omnes qui ad eccleſię membra pertinent

Et erit

†36. diſ. c. q eccleſia ciſ. §. ecce.

Hiſtoricè

duos

Anchiton

† Cõcauũ exturbat⁹.

Myſticè

Eſa. 6. a.

Ibidẽ. b.

† vel filis eas cingentibus

† primò

2. Cor. 7. a.

Centenarius numerus

Gene. 6.

Gene. 21. a.

Gene. 35. d.

bra pertinent, neceſſe eſt pro æterna in cælis vita laborem pœnitentiæ & continentiæ temporalis aſſumant. e ¶Et columnas viginti. Bed. Columnę quibus tentoria ſuſpenduntur, doctores ſunt qui corda auditorum à terrenis ad cæleſtia ſuſtollunt, & quaſi veſtes domini diligenter extendunt, ne quid duplicitatis remaneat, ſed ſimplici & mũda intentiõe coram domino velut tentoria byſſina niteant. Fuerunt autem columnæ æneæ, ſed argento veſtitę, ſicut in ſequentib⁹ declaratur: AEneæ quidem propter pſeuerantiam virtutis, vel ſonoritatem prędicationis. Argento autem veſtitę, quia non aliud quàm verbum dei ſonant. f ¶Cum baſibus. Beda. Baſib⁹ columnarum æneis initium ſapientiæ, id eſt timor domini ĩtelligitur, de q̃ Ieſus filius Syrach ait: Radix ſapientiæ, timor domini. Et pulchrè ſubiunxit: Et rami eius longęui. quia germina virtutum multifaria quę de timore domini tanq́ opus, & cælaturæ columnarũ de baſibus prodeũt, nũq́ fructu mercedis carebũt. g ¶Argentea. Beda. Capita non argentata, ſed tota argentea, quia doctores totos ſe diuinæ ſcripturę ſubijciunt, verba diuina meditando & p̃dicãdo mãcipant animã & corpus. Sicut enim mẽbra ſine capite viuere nequeũt, ſic illi eloquia diuina vitã ſuã exiſtimãtes hęc nũq́ obediẽdo portare, & ſe humiliãdo exaltare deſiſtunt. h ¶Similiter & ĩ la. Bed. Eadẽ de latere aqlonis repetunt, q̃ de latere auſtrali pręmiſſa ſunt, quia vtriuſq́ teſtamẽti p̃cones conſono ore ad cęleſtia nos erigũt: tñ etſi ſacra habuerũt p tpe differentia imò hoc in tpe noui teſtamenti qcũq́ de vtroq́ populo ad ſalutem pertigũt, non ſolùm eãdem fidem, confeſſionem & operationem, ſed & ſacramenta habent eadem in emundatione peccatorum, & perceptione cæleſtis vitę in gratia dei per Ieſum Chriſtum.
☞ Colũnę viginti

G

Prouẽ. 1. a.

※ vectes

Vnum

H

*Nicolaus de Lyra.*

decẽ cubitos. Tũ ne fierẽt ſimiles idololatris, qui immolabant & offerebãt victimas ſuper altaria, quæ erant in templis idolorum. a ¶Facies & atrium. Hîc conſequenter deſcribitur atriũ, quod erat circa tabernaculum. Erat autem hmõi atriũ q̃dã platea magna ſub diuo habens in longitudine centũ cubitos ab oriẽte ĩ occidentẽ, & in latitudĩe quinquaginta ab auſtro verſus aquilonẽ, & erat clauſa columnis quinque pedum altitudinis, in quibus pẽdebant cortinæ vſque ad terram, vbi cũ paxillis & funibus figebantur, ne à ventis mouerentur. In latere verò aquilonari ipſius atrij erant viginti columnæ, & in latere auſtrali viginti, & in latere occidentali decem, & in latere orientali decem: & erant omnes de ære, ſecundum quod habetur infrà. xxxviij. ca. Et erant infixę baſibus æneis, eo mõ ſicut dictũ eſt de alijs colũnis exiſtentib⁹ ĩ tabernaculo. Cortinę verò habebãt ĩ latitudine qnq́ cubitos ſcd'm lõgitudinẽ colũnarũ, & erãt factę cũ acu reticulato ope, vt dicit Rab. Sa. ita qd' vulg⁹ q erat extra atriũ, p foramina cortinarũ poterat videre ſacrificia

※ a ¶Sed inane & cõ. per quod ſignificatur qd' verè pœnitens debet eſſe vacuus à terrenorum cupiditate. b ¶Facies & atriũ. Per hoc atriũ ĩ quo fuit tabernaculũ & altare ĩ miniſteriũ ſacerdotũ & Leuitarũ, figurata fuit dilatatio fidei Chriſtianæ vſq́ ad terminos terrę habitabilis: Cui⁹ lõgitudo ſcd'm Philoſophũ ĩ li. Metheororũ accipitur ab oriẽte in occidentẽ, & latitudo à meridie in aquilonem. Et ſicut dicit ibidẽ, longitudo excedit latitudinẽ, plus quàm quinq́ excedunt tria, quod eſt ferè ĩ medietate. Quod autẽ modicum eſt, non computatur. ij. Phyſicorum. Ideo dicitur hîc qd' longitudo atrij ab oriente in occidentem fuit centum cubitorũ, & eius latitudo quę accipitur à meridie in aquilonem quinquaginta cubitorum. Per columnas huius atrij ſignificantur eccleſiæ prælati, qui dicuntur ænei, & capita eorum argẽtea. Per eos ãt intelligitur fortitudo patientię, & per argẽtum honeſtas eloquẽtię, q̃ debẽt eſſe in prælatis. Per cortinas in colũnis appenſas intelliguntur p̃dicatores ex poteſtate pręlatorũ diſcurrẽtes ad informãdũ populũ verbo prædicationis, & exemplo bonę cõuerſationis.
※ Præcipe filijs.

Atrij deſcriptio.

Moraliter

Philoſophus

A ☞ a ℭ Columnæ vigin. Quare vigin:i fuerunt columnæ atrij ſuprà dictum eſt, vbi eiuſdē nūeri tabulæ in vno tabernaculi latere fieri præcipiuntur. b ℭ In latitudine ver. Beda. Latitudo
Myſtice atrij quod reſpicit ad occaſum ſolis, vbi terminato labore diurno noctis ſopora gratia ſuccedit, tempus ſignificat, quo ceſſante poſt mortem actuali vita, quies ſequit̃ electorū, & merces ęterna. In vinea quoq; patrisfa-
Mat.20.a. milias cū ſero eſſet factum, operarij pcepe laboris pręmium: quia ſinguli iuſtorū in fine huius vitæ ſortiūtur ingreſſum vitę æ-
Apoc.14.c terne. Vñ: Beati mortui qui in dño moriūtur. amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcāt à laboribus ſuis &c. Ideo occidētale lat⁹ atrij tētoria habet p quinquaginta cubitos, & decē columnas, quia qnquagenarius ge- tem ſignificat, propter quinquageſimū annum qui libertati & quieti & remiſſiōi deditus erat: vñ & iubile⁹ dicit̃. Hebraicè em̃
† quinquaginta cubitorum יובל iobel eſt cornu arietis, eò q̄ āno qnquageſimo ad libertatem cornu arietino clangebatur. Denari⁹ quoq; ſuperna pmia deſignat, vbi humana natura in vtraq; ſubſtantia ſua immortaliter ſubleuata, † in diui-
† & næ viſionis pręſentia lętat̃. De⁹ em̃ trinitas eſt, corpus noſtrū ex quatuor elemētis ſubſiſtit. Interior homo ternario numero. Cū
Deut.6. ergo ex toto corde, tota anima, tota mente deum diligere iubemur, & ſeptenariū noſtrum viſioni ſanctæ trinitatis in ęternum
Pſ.72.d. iunget̃. Iuxta illud: Mihi autē adhęrere deo
Mat.20.b. bonum eſt &c. Hic eſt denarius, quē cultores dominicæ vineæ cōſummatis laborib⁹ pro mercede accipiunt. Quia ergo nobis ſancti pręddicatores finita hac vita, pręſentiā conditoris & requiem ęternā pmittunt, & ſic deſideria noſtra, ab infimis ad cęleſtia q̄renda erigunt, quaſi in occidētali latere atrij tentoria quinquaginta cubitorū latitu-
B dinis decem colūnæ ſubleuantes extollunt. c ℭ In ea quoq; atrij. Be. Latitudo atrij orientem reſpiciens, initium bonæ cōuerſationis quæ à fide incipit, ſignificat: q̄ propter primam cęleſtis gratiæ perceptionem
Luc.1.g. orientem reſpicere dicit̃. Vñ: Viſitauit nos oriēs ex alto: Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedēt. In hac plaga qnquaginta cubiti, quia in ipſo ingreſſu conuerſionis omnes qui cathezizantur remiſſionem peccatorum, & requiē ſperare docentur, quinquagenarius ad remiſſionem
Pſ.50.a. pertinet. Vñ in pſal. eiuſdem numeri pœnitentia & confeſſio & remiſſio peccatorum deſcripta eſt, ita vt q domino peccauerat, & malum coram eo fecerat, cognoſcendo iniquitatem ſuam, ab ipſo ſit ablutus, & ſuper niuem dealbatus, rurſumq; lætitiam ſalutaris dei. i. Chriſti quem offenderat, recœperit: & ſpiritu illius principali, ne vltrà labe retur, confortatus fuit. Habet ergo latitudo orientalis atrij quinquaginta cubitos, cūm prima fidei confeſſio remiſſione peccatorum, & ſpe futuræ quietis gaudet & pacis. In ſymbolo quoq; apl'orum confitemur nos credere ſanctā eccleſiam, remiſſionem peccatorū, & carnis reſurrectionem: quod poſt-
Eph.4.a. ea vniuerſalis ſynodus plenius expreſſit, dicens: Confiteor vnū baptiſma in remiſſionem peccatorum, ſpero reſurrectionē mortuorum & vitam futuri ſeculi. d ℭ Quinquaginta cubiti erunt. Bed. Quinquaginta cubitis plagæ orientales generaliter initia credentium ſignantur, quia in remiſſione peccatorum, & ſpe fu-
† refertur turæ beatitudinis celebrantur, quorum ſpecialis diſtinctio † ſubinfertur, quæ ad eundem finem bene conſiderata ſubinfertur. Sequitur enim: e ℭ In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnæq; tres &c. Quindecim nanq; qui ſeptenario & octonario cōſtat, ęternæ vitę gaudia deſignat, q̄ à ſabbathiſmo incipiēs animarū, pficitur in reſurrectiōe corporum. Nam dñs ſeptima ſabbathi in ſepulchro quieſcens, octaua die. i. poſt ſeptimā ſabbathi reſurrexit. Quòd aūt in latere vno quindecim cubitorū fuerunt tres columnæ cū totidē baſib⁹, figurat pręddicatores fide, ſpe, & charitate pemineētes, & mentē in ſtabili tate timoris

tate timoris firmantes. Ingreſſurus ergo atrium tabernaculi habet
C ab vtroq; latere tētoria quindecim cubitorum ternis ſuſpēſa, colūnis, quia quicūq; ingreſſurus eccleſiam ſacramenta fidei diſcere propoſuerit, ſiue ad eccleſiā gentiū, ſiue ad ſynagogā intuitū mētis conuerterit, in vtraq; parte fidelium doctores inueniet, fide fortes, ſpe ſublimes, charitate feruentes, & in timore dei fundatos auditoribus requiem animarum, & reſurrectionem corporum pmittere, qui velut tentoria de byſſo retorta, in
Coloſ.3.a. 1. Theſ.5.d. ſe ſuſpendūt, cū eos exemplo ſuo docent q̄ ſurſum ſunt quęrere, nō quę ſuper terram, & integrum ſpiritū, & animam, & corpus ſine querela in diē dñi cuſtodire. f ℭ Columnasq; habebit &c. Bed. In introitu atrij quatuor ſunt columnę, quia nō niſi p fidem & ſacramenta euangelij quæ in quatuor libris continent̃, vnitatē eccleſiæ ingredimur. Vñ cathezizandis, quatuor euāgeliorum principia recitāt̃, & de figuris & ordine eorū in apertione auriū ſolerter erudiuntur, quo ſciant exinde & meminerint qui & quot ſint libri, quorum verbis maximè in fide trinitatis debeāt erudiri. In quo introitu fit tentorium viginti cubitorū, qui eſt quaternarius quinquies ductus, qnque aūt corporis ſenſus ſunt. Bene ergo in introitu atrij tentoriū viginti cubitorū in quatuor columnis ſuſpēditur, quia omnes qui eccleſiam intrant, ad regulā euangeliorum fidem pariter & actus cōponere debent, vt cōtinentes ab illecebris carnis oēs † e
ſenſus corporis, diuinis ſubigant imperijs. Non ſolū enim hoc tentoriū quatuor columnis ſubleuatur, ſed & ipſum in longitudine ſua numerū quinariū multiplicatū habet, cū quilibet humiles & pij auditores ad fidem veniētes: nō ſolū euangelij verbis imbui, ſed etiam euangelicam vitā agere deſiderantes, oēs corporis ſenſus in † obedien- D
tia charitatis expendūt. g ℭ Ex hyacintho. Beda. Rectè in hoc introitu atrij ten- † Et
torium nō ſicut in reliquo atrio fit de byſſo retorta, ſed de quatuor nobiliſſimis coloribus, hyacintho ſcilicet & purpura, coccoq; bis tincto & byſſo retorta. Ope plumarij, quia his qui cathezizantur, eccleſiæ facies exterius fulget, ſed clarior virt⁹ & dignius apparet his qui eam per ſacramenta baptiſmi ingrediuntur. Nemo enim repēte fit ſummus, ſed gradatim à minorib⁹ ad perfectiora tendim⁹, hyacinthus ſpem cęleſtium bonorum, purpura tolerantiā temporalium malorū, coccus bis tinctus ardorem perfectæ dilectionis, byſſus retorta ſignificat cōtinentiā carnis. Qui colores ope plumarij inuicē ſunt variati, quia quæque virtus fideliū vicinarum ſibi virtutū ſocietate velut conſanguinitate creſcit, q̄uis ſinguli colores ſingulis poſſent conuenire electis. Qui enim altius cęleſtia ſpeculatur, hyacinthus eſt, qui plura ppter iuſtitiam patitur, purpura eſt, qui feruentiore in deum & proximum charitate flammeſcit, coccus bis tinctus, qui ſpiritualiter virginali integritate carnis albeſcit byſſus retorta, & cū iuſti in eadem fide & pietate, euāgelica de ſuis alterutrū virtutib⁹ cōgaudēt, q̄ſi in introitu atrij dñi, tētoriū decorāt pulchra colorū varietate cōtextū. Diuiſio

☞ Omnes columnæ

aquilonis per longum, erunt tentoria centum cubitorū, columnæ

a ¶ Vt ſupra.

viginti, & baſes æneæ eiuſdem numeri: & capita earum cum cælaturis ſuis argentea. In latitudine verò

a ¶ Quia occidit actualis vita & quies ſequitur & merces æterna.

atrij quod reſpicit ad occidentem,

a ¶ Qui numerus quietem ſignificat, & remiſſionem quā expectant ſancti per opera bona. Iobel enim interpretatur remiſſio.

erunt tentoria † per quinquaginta

a ¶ Quia ſeptenarium noſtrum viſioni ſanctę trinitatis in æternum iungetur. Vnde: Mihi autem adhærere deo bonum eſt. Pſal. 72.d.

cubitos, & columnę decem, baſeſque totidem. In ea quoq; atrij latitudine, quæ reſpicit ad orientem,

a ¶ In principio conuerſationis bonæ.

a ¶ Fidem.

a ¶ Quia in ipſo ingreſſu qui cathezizantur remiſſionem peccatorum & requiem ſperare debent.

quinquaginta cubiti erunt, † in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabūtur, columnæque tres, & baſes totidem.

a ¶ Quia conſtat ex ſeptem & octo. Septenarius ſignificat præſentem vitam, quæ ſeptem diebus voluitur. Octonarius, futuram quæ eſt reſurgentium, ad quam per hanc venitur.

a ¶ Prædicatores qui tentoria in ſe ſuſpendunt, dum auditores docent quærere quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram.

a ¶ Propter ſpem, fidem, & charitatem.
b ¶ Qui in timore dei fundati.

Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinētia quindecim, columnæ tres, & baſes totidem. In introitu verò atrij fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho & purpurā, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta opere plumarij, columnaſque habebit quatuor cum ba-

a ¶ In quo requies animarum & reſurrectio corporum ſignificatur.

a ¶ Eccleſiæ.

a ¶ Qui eſt quinarius quater ductus: quinq; autem ſunt corporis ſenſus, quos qui eccleſiam ingreditur, diuinis debet ſubiacere imperijs. b ¶ Spe cæleſtium.

a ¶ Tolerantia temporalium. b ¶ Ardore perfectæ charitatis.

a ¶ Continentia carnis. b ¶ Quia conſanguinea ſocietate mutuam claritatem ſibi tribuūt virtutes ipſę.

¶ Quia qui eccleſiam intrant, ad regulam euangeliorum fidem & actionem componere debent.

*Nicolaus de Lyra.*

✠ videre ſacrificia, & oblationes q̄ fiebant in atrio p ſacerdotes, & erant oēs de eadem materia. ſ. de byſſo retorta, vt fila eſſent bene fortia, & per cōſequens eiuſdē coloris, hoc excepto q̄ in introitu atrij, qui erat in pte oriētali lōgitudinis qnquaginta cubitorū, vt iā dictū eſt viginti cubiti medij claudebant̃ cortina facta de q̄tuor coloribus. ſ. hyacintho & purpura coccoq; bis tīcto & byſſo retorta: & illa cortina poterat trahi & retrahi p ingreſſu & egreſſu eorū q intrabāt atriū. Decē aūt cubiti q erāt ex vtraq; pte introitus, claudebantur, cortinis de byſſo factis, ſicut & aliæ quæ erāt in circumitu.

✠ Omnes columnæ

ſDoctores.
a ſibus totidem. Omnes columnæ a
ſCæleſtis.
atrij per circumitũ ueſtitę erunt ar
a ſEloquia domini elo.caſta ar.ig.&c.Pſal.11.b.
ſObſeruantia & annuntiatione diuinorum verborum.
b ſMentibus.ſQuia ſubiicere ſe debent diuinis præceptis quaſi argenteo capiti. ſQuia corpore & mente labori prædicationis inſiſtere debent.
gẽteis laminis, capitibus argente
a ſQuia in timore domini ſunt ſtabiliendi. b ſQuia vlnas leuat propter vitam æternam ad bona opera.
b is, & baſibus æneis. In longitudi-
ſEcclesia.
ne occupabit atrium cubitos cen-
a ſQuia requiem ſperat in ſpiritusſancti gratia.
tum, in latitudine quinquaginta,
a ſPropter quinque ſenſus corporis, quia in corpore recipiemus quod in corpore geſſimus.
altitudo quinque cubitorum erit,
a ſCaſto ſcilicet corde & opere,
fietq́ de byſſo retorta, & habebit
a ſFixas, ſcilicet in timore dei. b ſSanctos diuerſis meritis & gradibus ſeruientes.
c baſes æneas. Cuncta uaſa taberna b
ſEccleſiæ.
culi in omnes uſus & ceremonias,
a ſLinguas prædicatorum quæ audientium corda prædicando tangunt, & ſubleuant tangendo.
tam † paxillos eius quàm atrij
a ſVt inter aduerſa perſeuerare: & fidem ſonare meminerint. b ſSanctis auditoribus.
d ex ære † facies †. Præcipe filiis Iſ- c d
ſDeuotionem mentis.
e raël, ut afferãt tibi oleum de arbo-

E a ℭOmnes columnæ. Beda. Quæ dixerat, diligentius inculcat:
Moraliter vt ſedulò lectorem admoneat, neminẽ inter doctores veritatis co-
lumnas ſcilicet atrij cæleſtis poſſe cõputari, qui nõ inſtar æris inuin
cibilẽ inter aduerſa patientiã habere didicerit, niſi ſeſe cæleſtiũ obſer
uantia & annũtiatione verborũ velut argẽti laminis vndiq; muni-
endo exornauerit, niſi ſe oĩ ſubiectiõe prę
ceptis diuinis q̃ſi argẽteo capiti ſuppoſue
rit, & timore dei velut ęnea baſi ſtabilierit.
Myſticè b ℭIn longitudine &c. Beda. Centũ
cubitos longitudinis habet eccleſia, q̃ vl-
nas eleuat ad bona opera ꝓpter vitã ęter-
nã. Quinquaginta latitudinis, q̃a requiem
ſperat ſempiternã in grã ſpiritusſcti, quam
ſpũſſanct⁹ q̃nquagenario voluit ſignifica
ri, cũ pẽthecoſten. i. q̃nquageſimũ diẽ pa-
ſchalis feſtiuitatis, ſuo aduentu cõſecrauit.
Altitudo q̃nq; cubitorũ eſt iuxta numerũ
ſenſuũ corpis, q̃a tunc recipiet vnuſquiſq;
2. Cor.5.b. ꝓpria corpis ſui ꝓut geſſit, ſiue bonum ſi
ue malũ. Sed in atrio dom⁹ dei eorũ tm̃ fi
gura exprimitur, q bonũ in corpe fecerũt,
ꝓ quo in requiẽ vitę pennis merent̃ intro
duci, q nũc in opibus iuſtitiæ, q̃ caſto cor-
pore & corde agũt, q̃ſi byſſus retorta ni-
tẽt, & tũc in eodẽ corpe imortalitatis glo
ria ſublimato pceptis iuſtitiæ prę miis. In
Matt.25.a. euãgelio verò vtriuſq; ptis mẽtio eſt, vbi
q̃nq; virgines cũ opib⁹ lucis ſtatim cũ ſpõ
ſo ad nuptias intrant. Quinq; verò, q̃ opa
caſtitatis nõ caſto aĩo fecerãt, repulſæ cum
†clauos ſuis tenebris. Quinq; eñ erant, & q̃nq; q̃a
vtręq; ſcd'm ea q̃ in carne geſſerãt, iudica-
F tæ ſunt. Tota ergo lõgitudo & latitudo a-
†facietis trij p cẽtenos & q̃nq̃genos cubitos diſtin
cta eſt. Quinq; habet cubitos altitudinis,
q̃a neceſſe eſt, vt q ꝓmiſſionẽ habem⁹ qe-
tis, & patriæ cęleſtis, mundemus nos ab
omni inquinamento carnis & ſpiritus, &
perficiamus ſanctificationem in timore dei, vt apparente hora ꝓ-
miſſæ retributionis, in ſpiritu & carne lętemur in amore dei, ꝓpter
vtriuſque noſtræ ſubſtantiæ, i. animæ & carnis emundationem in
timore dei. Quod ſuprà dictum erat: & repetitur vt firmius me-
moriæ cõmendetur, fietq́ de byſſo retorta &c. c ℭCuncta va-
ſa &c. Beda. Hæc vaſa, homines ſunt in eccleſia diuerſis meritis &
gradibus domino ſeruientes, quę iubentur fieri ęnea, vt quiſque in
aduerſis perſeueret in finem, ne promiſſam ſibi ſalutem deſidia per-
dat, vel vt fidem quam didicit, inimicis oppugnantibus palam cõ-
fiteri non metuat, & amicis dona quæ percepit, ſonare nõ deſiſtat.
Aes enim ſonorũ & durabile eſt. Paxilli autem tabernaculi vel atrij
ad hoc facti ſunt, vt infixi columnarum ſummitatibus foris emine
rent, & impoſitis velorum vel tentoriorum funibus ſic ea leuan-
tes, à terra ſuſpenderent. Quorum factura & poſitione doctorum
lingua ſignatur, quæ prędicando audientium corda tangit, & tan-
Eccl.4.c. gendo ſubleuat Funibus enim ſolet ſcriptura ſignari. Vnde, Funi-
culus triplex difficile rumpitur, quia ſcriptura quæ hiſtorico & al-
legorico, moralive ſenſu interprętari conſueuit, nulla hęreticorum
vel paganorum peruerſitate corrumpitur. Tentoria verò vel vela
vt funes reciperent, habebant in ſuperioribus ſuis anſas vel circu-
los quibus funes immitterentur. Tu quoque ſi vis tentorium dei
fieri, prępara in corde tuo receptaculum ſermonis, vt poſſis ad ſu-
perna ſuſpendi. Imponantur verò paxillis columnarum funes ten-
† elata toriorum, vt ſic expanſa, atque in altum † eleuata, pulchritudinem
tabernaculi compleant, committant prędicatores cordibus fideliũ
eloquia diuina, per quæ ad exemplum ſui ab infimis erigant, vt ex-
tenſa funibus & ſubleuata vela vel tentoria operis ſui decus mirifi-
cum, quod inuoluta nequibãt, longè lateq; demonſtrent, oſtendãt
fideles amplitudinem boni operis, pulchritudinem mentis & inter
Pſ.83.a. næ gratiæ, vt alij videntes glorificent patrem qui in cęlis eſt, dicen-
tes, Quàm amabilia ſunt tabernacula tua domine virtutũ, cõcupi
ſcit & deficit anima mea in atria dñi. d ℭPræcipe filijs Iſrael
&c. Beda. Diſpoſitio omni ornatu tabernaculi, conſequenter lu-
men lucernæ prouidetur, vt decor eius mirabilis ſicut in die, lumi
ne ſolari, ita noctu, lucernalibus flammis illuſtretur, ne vnquam in
Myſticè. domo dei tenebræ vel vmbra poſſit eſſe. ℭMyſticè. In domo dei
lucerna, ſunt opera iuſtorum, quæ mentes intuentium exemplis il-
luminant. Deligentius verò intuendum, q vt lucerna ſemper in ta
bernaculo dei poſſit ardere, filij quidem Iſrael offerre oleum. Aarõ
verò & filij eius ipſam lucernam collocare iubentur, quia fideles
& dilecti

& dilecti auditores prompta ad obediendum fidei corda afferunt. G
Doctores verò ignem cæleſtis verbi quo illuminẽtur ad cognoſcen
dum & inflammentur ad diligendũ deum, prædicãdo miniſtrant.
Per olei nanq; pinguedinẽ qua laſſi & infirmi recreant̃, & gratia lu
minis præſtat̃ interna dilectio mẽtis, & opus miſericordię deſigna-
tur. Vñ: Ego autẽ ſicut oliua fructifera in Pſ.51.b.
domo dei &c. q̃ſi q̃a miſericordiæ fructũ
indigẽtib⁹ exhibui. Mihi quoq; in æternũ
à deo repẽdendã miſericordiæ gratiã ſpe
raui. Filij ergo Iſraël offerãt oleum. Aarõ
verò & filij eius allato igne componãt lu-
cernam, quę ardeat in tabernaculo dei, au
ditores. ſ. deuotionẽ mẽtis, & doctores do
ceant eos arcana ſciẽtiæ cęleſtis, quibus in-
ſtituti in conſpectu dei igne charitatis ar-
deant, & hoĩbus † lumẽ bonæ actionis o- † lucem
ſtendãt. e ℭDe arboribus oliuarum.
Beda. Notãdum q filij Iſraël iubent̃ offer Nota
re oleum, ſed cũ diſtinctione de arboribus
oliuarum. Et additur: Puriſſimum, piloq;
contuſum. Solet eñ fieri oleũ myrthinũ,
raphaninum, de nuce, de lino & de diuer-
ſis ſpeciebus, ſed nullum offerre licet in ta-
bernaculo domini, niſi quod de oliuis fit:
ſicut nec ignis alius q̃ qui de cęlo deſcen-
dit, vel in lucernis ardere, vel in altari dei
debet accendi. Spiritus enim ſanctus, diſci Sap.1.b.
plinæ fugiet fictũ. Offerant ergo filij Iſraël
oleum ad lucernas dei, non quodlibet, ſed
de oliuis, puriſſimum, piloq; contuſum.
Offerant auditores doctoribus conſcien-
tiam puram, charitatis gratia fœcundã, &
pilo ſedulę ꝓbationis ab omni nequitiæ H
commiſtione mundatam: cui ſola intẽtio- †21.diſ.§.1.
ne placendi & ſeruiendi deo verba audire in prin.75.
delectet. Offerat Aaron cum filijs nõ ignẽ diſ.cap.1.in
alienum, ſed deſuper miſſum, & ad accen- ver.Moyſi.
dendam lucernam, ſicut ad conſumẽda ho
locauſta, & adolenda thymiamata. Prędicent doctores verbũ non
ſuum, ſed domini, ſecundum illud.ij.Corin.iiij a. Non ſumus ſicut
plurimi adulterantes verbum dei &c. Hoc igne vtãtur ad † illuſtrã- † illuſtran-
da, cognitione fidei, auditorum corda, ad perficienda & conſecran dam cogni
da holocauſta operũ ſuorum, ad incẽdẽda thymiamata orationũ. tionem
☞ Et collocabunt

## *Nicolaus de Lyra*

a ℭOmnes columnæ atrij per circumitum &c. In He-
bręo habetur ſic: Omniũ columnarũ atrij per circumitũ cincturæ
earum & vncini de argento, & vocantur hîc cincturę quidã circu
li argentei circundãtes columnas, vt dicit Ra. Sa. Vtrum tñ eſſent
in medio columnæ per modũ cuiuſdam pomelli, vel in ſuperiori
parte per modum capitelli, nõ determinat. Rationabilius tñ videt̃,
q eſſent per modum capitellorum in ſuperiori parte, quia erãt ad
decorem, qui magis debent poni in capite columnæ. Vncini autẽ
dicuntur vbi cortinæ pendebãt à columnis, & ſcd'm hoc columnę
dictæ nõ erant veſtitæ laminis argẽteis, ſed tm̃ in capitibus earum
erant quidã circuli argentei. b ℭCuncta vaſa tabernaculi in Vaſa
omnes &c. ſ. cauillæ, martelli & cætera hmõi, quæ erãt neceſſaria
ad erigẽdum columnas & cortinas. c ℭEx ære facies. Inſtrumẽ
ta enim cuiuſcunq; artis ſcd'm modũ loquendi Hebraicũ vaſa vo-
cantur. Diſpoſitionem autem atrij q̃tũm ad columnas & cortinas
hîc nõ deſcripſit: tum q̃a per ea q̃ dicta ſunt à quolibet de facili po-
teſt capi: tũ q̃a in fine libri ponetur, quãdo aget̃ de erectione taber
naculi. Ratio autẽ huius atrij circa tabernaculum accipitur: tum
propter reuerentiam tabernaculi, ne populares ad ipſum nimis ap
propinquarent: tũ vt ſacerdotes & Leuitę liberius facerent officia
ſua circa altare holocauſti, multitudine populi exterius exiſtente.
d ℭPręcipe filijs Iſrael, vt afferant tibi oleum de arbori
bus. Hîc conſequenter agitur de illo qd' erat neceſſarium ad illu-
minationẽ templi: tũ propter decorẽ: tũ vt ibi de nocte poſſet cla-
rè videri, cũ dicit: Præcipe filijs Iſrael, vt afferãt tibi oleum
de arboribus oliuarum: id eſt de fructu oliuæ expreſſum. Iſtud
enim propriè oleum dicitur. Oleum autem nucum & alterius ma-
teriæ cuiuſcunq; dicitur tantũ oleum participatiuè & diminutiuè.
Puriſſimum, id eſt Moralit
d Præcipe filijs Iſrael &c. Per filios Iſrael intelliguntur Chri
ſtiani, qui debẽt offerre oleũ. i. pietatis fructum, q ſcd'm qd' dicit̃. j.
Timoth. iiij. c. valet ad oĩa, ꝓmiſſionẽ hñs vitæ q̃ nũc eſt & futurę.
Piloq; contuſum

A ☞ a ℂ Et collocabunt. Beda. Non eſt enim omniũ ſacramen
ta fidei populo prędicare, ſed eorũ tantũ qui caſtitate fidei & exer-
citio operis ad filios ſummi ſacerdotis dei ꝓbantur pertinere. Qui
enim à puritate fidei prauo dogmate aberrat, vel integritatẽ fidei,
operum prauitate maculat, & ſi ſacerdotis nomine præeminet, vel
perſona, audiat à dño: Quare tu enarras iu
Pſ. 49. e. ſti. me. &c. Qualibus Iacobus dicit: Noli-
te plures magiſtri fieri fratres mei &c. Ia-
co. iij. a. b ℂ Perpetuus erit &c. Beda.
Hæc clauſula: ſicut quę de tabernaculo, va
ſis, & vtẽſilibus eius ſunt dicta, ſpũaliter,
non carnaliter intelligẽda eſt & exponen-
✱ ꝓ lumina da. Quõ enim ꝑpetuus erit cultus ſacerdo
ri vel ad lu- talis officij, cũ ipſum ſacerdotium & ta-
cendum bernaculum in quo gerebaẗ, & popul⁹ cui
gerebaẗ iamdudum ceſſauerit: In ſancta er
go eccleſia hoc compleẗ, vbi ſuccedentib⁹
ſibi ꝑ ordinẽ doctoribus cũ veritatis au-
ditoribus nunq̃ deerũt ſpũales filij Iſrael,
† diſponet qui in domum dñi dona pietatis offerãt,
apparebit & filij Aaron. i. ſacerdotes noſtri veri, qui
eis lucem verbi impendãt, donec impleto
huius ſeculi ſtatu & toto tabernaculo, id
eſt electorum multitudine ad cælum tranſ
lata, non ſint hoĩes vltrà, qui ab homini-
1. Cor. 15. d. bus erudiantur, cũ ſit deus oĩa in oĩbus.

*Nicolaus de Lyra.*

a ℂ Puriſſimum: id eſt ſine amurca.
b ℂ Piloq; cõtuſum: quia iſtud eſt pu-
rius q̃ illud qđ teriẗ inter molas. c ℂ Vt
ardeat lucerna. i. lucernæ, accipiẽdo ſin
gulare pro plurali, ſicut ſuprà. viij. f Venit
muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarũ.
d ℂ Semper. i. qualibet nocte. Ioſephus
autem dicit, ꝙ etiam de die tres ardebant,
& omnes ſeptem de nocte, nec licitũ erat
ibi ardere aliud oleum. e ℂ Et col. eam.
B Hoc enim nõ erat licitũ niſi ſacerdotibus.
Moraliẗ ✱ b ℂ Piloq; contu. i. pilo rectæ inten-
tionis à glĩa vana repreſſum. Matth. vj. a.
Te autem faciẽte eleemoſinã, neſciat ſini-
ſtra tua quid faciat dextera tua. c ℂ Vt
ard. lucerna. i. operatio bona ad hono-
rem dei, & ędificationem populi.

a ℊ Non quodlibet. b ℊ Ab omni inquinamento. c ℊ Sedulæ probationis.

ribus oliuarũ puriſſimum, piloq;

a ℊ Quia in Eccleſia nunquam debet abeſſe lux prædicationis, uel humilitas auditorum pura, quæ libenter excipiat uerbum dei. b ℊ Opera iuſtorum quæ aliis in exemplum lucent. vnde: Vt luceat lux ueſtra coram hominibus &c. Matth. 5. b.

contuſum, ✱ut ardeat lucerna ſem

a ℊ Eccleſia. b ℊ Quia intra uelum cæli non eſt neceſſaria ſcripturarum lucerna ubi eſt arca domini & cherubin gloriæ propitiatorium obumbrant. i. agmina militiæ cæleſtis gloriã incarnati filij, quem poſuit deus propitiationem pro peccatis noſtris conſona uoce laudant,

per in tabernaculo teſtimonij ex-
tra uelum, quod † oppãſum eſt te-
ſtimonio, & † collocabunt eã Aa-

a ℊ Non alij, ſed qui fulgent caſtitate fidei & executione operis tanquam ueri ſacerdotes Chriſti.
b ℊ Quia tranſacta nocte huius ſeculi mane futuri clarebit, de quo dicitur: Mane aſtabo tibi & uidebo &c. Pſal. 5. a. In quo lucerna librorum neceſſaria non erit, apparente & illuſtrante uera luce mundi, quia timentibus nomen domini orietur ſol iuſtitiæ, Malach. 4. a.

rõn & filij eius, † ut uſq; mane lu-
ceat coram domino. Perpetuus e-

a ℊ In eccleſia, non in tabernaculo. b ℊ Prælatorum & ſubditorum.

rit † cultus † per ſucceſſiones eo-
rum † à filiis Iſraël.

## Cap. XXVIII.

ℊ Moyſes legem. Aaron ſacerdotes ſignificat. quos lex ſibi applicat. quia ſacerdotes ſemp in meditatione legis debent perſiſtere. ℊ Familiarius cæteris.

Pplica quoq; ad te

a ℊ Chriſtum. b ℊ Gratia legi, nouum teſtamentum debet coniungi ueteri. ℊ Doctores tantum debẽt diuinæ legi ſtudere, ut germana cognatione coniungi uideantur. ℊ Apoſtolis.

Aaron fratrem tuum cum filiis ſu-

a ℊ Vt alios electos excellant.

is de medio filiorum Iſraël, ut ſa-
cerdotio fungantur mihi Aaron,

Pplica quoq;. Deſcripto Cap. XVIII. G
tabernaculo, hĩc conſequẽter agitur de miniſtris ad cul- Diuiſio
tum tabernaculi deputãdis. Et primo de ornatu eorum
ſeu cõpoſitione. Secũdò de ipſorũ cõſecratiõe ca. xxix.
Tertiò de officij executione, ibi: Mundabis. Ad euidentiam primi
primò ponã ſub quodã cõpendio orna-
menta, ſeu veſtimenta ſacerdotũ ꝑ ordinẽ:
Et intendo in hoc ſequi Ioſephũ, quia fuit Ioſephi ve-
de genere ſacerdotali, & manſit in Ieruſalẽ ritas com-
tempore quo adhuc ſtabat tẽplũ & ſacer- mendatur.
dotum miniſteriũ, & ideo pluries potuit
videre, & vidit veſtes & ornamenta ipſo-
rum, & iõ certius potuit ſcribere talia q̃
Ra. Sa. & alij qui fuerunt poſtea ꝑ magnũ
tempus, qa ſcđm Hiero. in eplã ad Deſide
rium: Aliter viſa, aliter audita narranẗ, &
ideo ille q vidit, certi⁹ ſcribere potuit. Se
cundũ aũt ipſum decẽ erãt ornamẽta ſum
mi ſacerdotis, quorũ quatuor inferiorib⁹ Veſtimẽta
ſacerdotibus cõicabanẗ. Primũ eſt femina ſacerdotũ
lia linea, ad operiendũ carnẽ turpitudinis † appẽſum
ſuæ. Scđm eſt tunica de byſſo facta, & du-
pla ꝑ totũ. Eſt aũt byſſus genus candidiſſi
mi lini. Tertiũ eſt baltheus. i. cingulũ de di
uerſis colorib⁹ factum, latitudinis q̃ſi qua-
tuor digitorũ, cui⁹ extremitates pẽdebãt
in pte anteriori ſacerdotis, habẽs fimbrias
de auro & alijs colorib⁹ cũ pulchra varie-
tate. Quartũ eſt tiara ſiue mitra de byſſo
in capite ſacerdotis poſita, tendens ſupius † vel mos ſi
in acutũ: & cum cinctura ſiue bendello li- ue ſtatutũ
gabaẗ ſub mentone, ita ꝙ nuditatẽ colli te † &
geret, & mitrã fortiter teneret, ne caderet † gñatiões
de capite ſacerdotis miniſtrantis. Alia ſex † coram
erãt appropriata ſummo ſacerdoti: Quo
rum primũ erat tunica dicta poderis vel
hypodiſis, id eſt talaris hyacinthina q̃ ha- D
bebat circa collũ & in extremitatib⁹ mani
carum oras contextas fortiter ex diuerſis
coloribus, & lapidib⁹ pretioſis, in margi-
ne inferiori habebat malogranata facta de
hyacintho, purpura, & vermiculo, & byſ
ſo retorta, & tintinnabula aurea intermi-
ſta, ſic ꝙ inter duo malogranata erat vnũ
tintinnabulũ, & ecõuerſo inter duo tintin
nabula vnum malogranatũ. Secundum
erat ſuperhumerale, quod ponebatur ſu-
per dictam tunicam, & quantũ ad materiã erat de panno cõtexto
quinq; generib⁹ filorum, ſcilicet filis factis de auro & hyacintho, de
purpura coccoq; bis tincto, & byſſo retorta, cum pulchra varie-
tate; ita tamen quòd non erant ibi aliqua animalia figurata, ſed
flores & cõſimilia. Quantũ ad formã verò erat veſtis quadrata al-
tera parte

GLO. ORD. Ca. XXVIII.

☞ Myſtice Pplica quoque ad te &c. Beda. Quo modo taber
naculum cum ornatibus ſuis & vaſis ſignificat eccle-
ſiam, pulchra virtutum & perſonarũ varietate diſtin-
ctam, ita ſummus tabernaculi ſacerdos, Chriſtum ve
rum pontificẽ q ſemetipm obtulit ꝓ nobis. Qui bñ diciẗ fraẗ Moy
ſi, qa fraterno fœdere grã legi, nouũ teſtamẽtũ cõnectiẗ veteri, cùm
ipſe Moyſes de eo dicat, Deut. xviij. c. Prophetam de fratribus ve-
ſtris ſicut me ſuſcitabit vobis dñs. Et paulopoſt ex perſona dñi.
Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorũ ſimilẽ tui, cui⁹ ope
ribus admirandis q̃ nemo alius fecit, habit⁹ Aaron mira varietate
inſignis comparaẗ. Vel veſtes Aaron multifarię omnẽ electorũ cœ
tum mira operũ meritorumq; diſtãtia Chriſto adhęrentem ſignifi
cant. Vñ Gal. iij. d. Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum
induiſtis. Filij Aaron in ſacerdotiũ iuncti figurant aplos Chriſti &
Ordinatio cunctos ecclĩæ magiſtros. ℂ Beda. Applica quoq; &c. Deſcripta
ſacerdotũ. factura tabernaculi, congruè ſacerdotes q in eo miniſtrent ordinã-
tur, quorũ ordinatio & habit⁹ eccleſiæ ſacerdotib⁹ cõgruit; vt oẽ
quod illic in ornatu veſtiũ clarũ extrinſec⁹ fulgebat, intellectũ ſpũa
liter in ſacerdotũ nrorum mẽtib⁹ intus emineat, & in eorũ actibus
prę cęteris glĩoſum clareſcat. Iõ p̃cipiẗ Moyſi vt applicet ad ſe fra-
trem ſuũ Aarõ, cũ filijs de medio filiorũ Iſrael, ad fungẽdũ ſacerdo-
C a ℭScriptas ex vtraque parte & factas opere domini. Dicit. Ra. Sa. quod vnica ſcriptura erat ibi, quę tamen erat legibilis indifferenter ex vna parte ſicut ex altera: quod erat mirabile: quia litera ex vna parte figurata ordine recto, in parte oppoſita apparet eius figura modo oppoſito. Vel poteſt dici abſq; miraculo tali, quòd literæ erant duplices, ita quòd præcepta erant ſculpta ex vna parte, & ſimiliter ex altera. Vnde ſubditur: b ℭScriptura quoque dei erat ſculpta in tabulis. ſecundum Auguſti. verò in vna tabula erant tantùm tria præcepta: ideo dicuntur præcepta primæ tabulæ: quia ordinant hominem ad deum. In alia autem tabula erant alia ſeptem quæ ordinant ad proximum: ideo dicuntur præcepta

Quãtũ ſcriptũ in q̃libet tabula.

*Figura tabularum ſecundum doctores aliquos.*




## NICO. DE LY.

tur præcepta ſecundæ tabulæ. Secundum Rab. Sa. & doctores Hebraicos quinq; erant ſcripta in vna tabula, & quinq; in alia. Aliter tamen diſtinguunt præcepta, quàm Auguſtinus vt dictum eſt ſuprà xx. ca. Vt autem iſta melius intelligantur, expreſſi ea hîc in figura. c ℭAudiens autem Ioſue. Hîc conſequenter ponitur cognitio peccati per ſenſum auditus, cùm dicitur: d ℭVlulatus pugnę auditur in caſtris. Ex hoc patet quòd Ioſue non fuerat ibi, ſed remanſerat iuxta montem expectans Moyſen: vt dictũ eſt ſuprâ. xxiiij. ca. e ℭVocem cantantium ego audio. Hoc autem melius cognouit quàm Ioſue: tum propter viuacitatem ſenſus: quia cùm eſſet. cxx. annorum, vt dicitur Deutero. vl. c. nõ caligauit oculus eius &c. & idem intelligitur de alijs ſenſibus: tum quia idolatria populi erat ſibi reuelata: ideo melius potuit cognoſcere clamorem idolatrantium. Conſequenter deſcribitur cognitio per viſum, cùm dicitur: f ℭVidit vitulum & choros. quia magis mouent animum viſa quâm audita, & ideo licet fuiſſet iratus ex auditu peccati, magis tamẽ ex viſu. g ℭProiecit de manu tabulas; & confregit eas ad radices montis. reputans quòd populus eſſet indignus recipere legem dei digito ſcriptam. Hæc autem fractio tabularum ſignum fuit euacuationis legalium in aduentu Chriſti. h ℭArripienſque vitulum quem fecerant, combuſſit, & contriuit vſq; ad puluerem quem ſparſit in aquam. Hîc conſequenter deſcribitur peccati examinatio, quod debuit fieri ante punitionem: quia non omnes culpabiles erant nec ęqualiter. Fit ergo primò examinatio per ſignum, cùm dicitur: i ℭEt dedit ex eo potum filijs Iſraël. Dicit Rab. Salomon quòd iſtę aquę potatæ erant nociuæ culpabilibus cauſando in eis inflationem & languorem, per

*ſua
† radicem
† 76. diſ. c. ieiuniũ q̃rẽ tu.
D

 ☞ quem poterant

☞ ſigno rei vel imunes ſceleris apparebant, & rei interficiebantur.

E a ℭ Et dederunt mihi &c. Auguſtinus. Cōpēdioſē locutus eſt, nō dicens, ꝙ ipſe formauerit, vt exiret vitulus fuſilis: an excuſationis cauſa timendo mentitus eſt, tanꝙ in ignem periturū aurum proiecerit, atq; ipſo non id agente forma vituli exierit? Quod ideo non eſt credendum, quia nec latere Moyſen poſſet. verùm cum quo deus loquebatur, & fratrem de mēdacio non redarguit. b ℭ Spoliauerat enim eum Aaron in ignominiam ſordis & inter hoſtes &c. Notandum qđ illud totū malū qđ ppłs fecit, ipſi Aaron tribuit, qa conſenſit ad faciendū qđ malè petiuerat. Magis enim dictum eſt, nudauit eos Aaron, qa ceſſit eis, ꝙ nudauerūt ſe ipſi, qui tātùm malū flagitauerunt. Ornamētis quibus fabricatum fuerat idolum, vel qa malā voluntatē prius latentem oſtenderat, vel auxiliū & protectionē dei pdiderat. c ℭ Ponat vir gladium &c. Greg. Gladium ſuper femur ponere, eſt pdicationis ſtudiū voluptatib⁹ carnis anteferre, vt cùm ſancta quis ſtudet dicere, curet neceſſe eſt ſuggeſtiones edomare. De porta vſq; ad portam ire, eſt à vitio vſq; ad vitium, per quod ad mentē culpa ingredit, increpando diſcurrere. Per mediū verò caſtorū tranſire eſt tanta æqualitate intra eccleſiam viuere, vt qui delinquentum culpas redarguit, in nullius reſideat fauore. Vnde ſubditur:

Totū pctm̄ Aaron tribuitur

† malus ſit.

Myſtice Gladiū ſup femur ponere

d ℭ Occidat vnuſquiſque fratrem ſuum & cæte. Hos interficit, q cū puniēda inuenit ab increpationis gladio, nec eis quos per cognationem carnis diligit parcit. Si ergo ille dei dicitur, qui ad ferienda vitia zelo diuini amoris excitatur, profectò eſſe ſe dei negat, qui ꝗtùm ſufficit vitam carnalium increpare recuſat. e ℭ Feceruntꝗ &c. Auguſti. Plurale pro ſingulari poſuit, ſicut ibi: Hi ſunt dij tui Iſraël, qui te eduxe. &c. Sed hęc locutio non reperitur, niſi vbi etiā de plurib⁹ dici vel intelligi poteſt. Non enim quia vitulus vnus erat, ideo plures fieri non poterant, aut ideo cum multis idolis ſimilis fuerat. hac locutione dictum eſt, latrones inſultaſſe dn̄o, cùm vnum hoc feciſſe ſcriptura teſtetur: ſed non ſolus fuerat latro: quin etiam cùm iſta locutio ſit per propria nomina (qualiter eam in diuinis ſcripturis nondum factam comperim⁹) plures illic intelliguntur. ſicut Phedras & Medeas quidam dixerunt, cum fuerit vna Phedra & vna Medea, ſed Phedras & Medeas appellauerunt omnes ſimiles Phedræ & Medeæ. Ita non ſine cauſa, nec paſſim ſicut ab imperitis vitioſē fit: ſed certo modo, certisꝗ regulis iſtę locutiones interponuntur.

† ad iſamiā inter hoſtes eorum. lxx. quę res futura erat gaudio hoſtibus eorū

F

Nu. 25. a.

☞ Aut dimitte

Iſraël. Dixitque * ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres ſuper eum peccatum maximum? Cui ille reſpondit: [b] Ne indignetur dominus meus. [c] Tu enim noſti populum iſtum, [d] quòd †pronus ſit ad malum. Dixerunt mihi: [e] Fac nobis deos, qui præcedant nos. Huic enim Moyſi, qui nos eduxit de terra Ægypti, neſcimus quid acciderit. Quibus ego dixi: Quis ueſtrum habet aurum? [f] Tulerunt [a] & dederunt mihi, & proieci il- [g]

¶ Compendioſe locutus eſt.

lud in ignem, egreſſusꝗ eſt hic uitulus. Videns ergo Moyſes [h] populum, quòd eſſet nudatus: [b] ſpoliauerat enim eum Aaron [i]

¶ Id eſt propter.

†in ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat: Et [k]

¶ Sęcuritate iuſtitiæ.

ſtans in porta caſtrorum, ait: Si [l] quis eſt domini, iungatur †mihi. [m] Congregatiꝗ ſunt ad eum omnes filij Leui. [n] Quibus ait: Hęc [c] dicit dominus deus Iſraël: †Po-

¶ Fortis ſtrenuus. a ¶ Prædicationis. b ¶ Voluptates carnis.

nat uir glādiū ſuper femūr ſuum.

¶ Increpando diſcurrite

a ¶ De vitio vſq; ad vitium, per quod culpa intrat ad mentem.

Itē & redite de portā uſꝗ ad portam per mēdium caſtrorum: & [o]

a ¶ Æqualiter vt nulli parcant. b ¶ Eccleſiæ.

a ¶ Increpationis gladio nec eis quos per cognationem.

[d] ōccidat unuſquiſꝗ fratrem & a- [e] micum & proximum ſuum. Feceruntꝗ filij Leui iuxta ſermonem Moyſi: Ceciderunꝗ in die

a ¶ Hoc numero triplicem formam indicat peccatorum: omne enim peccatum aut facto aut verbo aut cogitatione cōmittitur.

illo quaſi uiginti triā milia hominum. Et ait Moyſes: †Conſecraſtis man⁹ ueſtras hodie domino, [p]

¶ Nec proximis.ſ.parcendo.

unuſquiſꝗ in filio & *fratre ſuo, [q]

## Nicolaus de Lyra.

– viginti

† implete.i. conſecrate Chal. inter. obtuliſtis oblationes veſtras hodie corā domino

☙ quem poterāt ab eis diſcerni: alijs autem erant dulces, & vtiles. ſicut aquæ in ſacrificio zelotypię oſtendebant per effectum culpam mulieris, vel eius innocentiam, vt habetur. Alij autem doctores dicunt, quòd color auri remanſit circa ora eorum, qui erant culpabiles ita quod barbæ eorum videbantur aureæ, & ſic ab alijs diſtinguebantur. ſecundò fit examinatio peccati per hominis reſponſum, cùm dicitur: a ℭ Dixitꝗ Moyſes ad Aaron & cæt. acſi diceret, prius debuiſſes ſuſtinere mortem. b ℭ Cui ille reſpondit. humiliter dicens: c ℭ Ne indignetur dominus meus. quia reſponſio mollis frangit iram. d ℭ Tu enim noſti populum iſtum & cæte. per multas experientias malitiam huius populi. e ℭ Dixerunt mihi: ſub communicatione mortis ſicut interfecerant Hur. f ℭ Quis veſtrum habet aurum? & cæte. acſi diceret, propter eorum auaritiam ex petitione auri credidi eos à ſuo impetu retardare.

Proie

G g ℭ Proieci illud in ignem: egreſſusꝗ eſt hic vitulus. Dicunt aliqui ꝙ Aaron proiecit aurum in ignem, vt ibi periret, non vt idolum fieret, ſed opere diaboli formatus eſt inde vitulus. Alij autē dicunt contrarium. vnde ſuprà dictum eſt, ꝙ primò depinxit imaginem in tabula, & videtur hoc verius: quia timore mortis petiuit ab eis aurum ad faciēdum idolum, & ſi proieciſſet in ignem, vt periret, ex hoc fuiſſent magis prouocati ad eum interficiendum, quia priuati fuiſſent auro & idolo. Item ex hoc, quòd ſtatim ędificauit altare & ſolennitatem in craſtinum proclamauit: ideo videtur quòd dixerit mendacium dicens: Egreſſusꝗ eſt hic vitulus, inſinuās quòd hoc eſſet pręter intentionem ſuam. Nec oportet eum excuſari de mendacio, cùm incomparabiliter peiora fecerit: vt patet per prędicta: non tamen fuit punitus morte: quia non fecit ex corde, ſed ductus mortis timore. ℭ Videns ergo Moyſes populum qđ eſſet nudatus. Hîc conſequenter deſcribitur peccati examinati punitio, cùm dicitur:

* Moyſes

h ℭ Videns ergo Moyſes populum, quod eſſet nudatus. à pretioſis iocalibus, cuius cauſa ſubditur: i ℭ Spoliauerat enim eum Aaron in ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat. Id eſt fabricationem vituli, quod nomine ſordis & ignominię appellatur in ſcriptura veteris teſtamenti. Aliqui exponūt iſtam denudationem populi propter ſceleris manifeſtationem. vnde factum apertum dicitur denudatum. k ℭ Et ſtans in porta caſtrorum. quia in portis ciuitatum antiquitus dabantur ſententiæ & iudicia. l ℭ Ait: ſi quis eſt domini. Id eſt habens cælum ad vindicandum eius opprobrium. m ℭ Iungatur mihi. ad faciendum vindictam de peccatoribus.

Denudatio populi

n ℭ Congregatiꝗ ſunt ad eum omnes filij Leui, & cæt. Ex hoc dicit Ra. Sa. quod nullus de filijs Leui erat culpabilis in fabricatione vituli. Sed hoc non bene conſonat literæ: tum quia Aaron qui erat principalis in illa tribu poſt Moyſen, non fuit omnino ſine culpa, vt viſum eſt: tum quia ſubditur: o ℭ Ite & redite de porta ad portam per medium caſtrorum &c. diligenter quærendo tranſgreſſores per ſigna prædicta. Et occidat vnuſquiſꝗ fratrem ſuum &c. Item infrà ſubditur. p ℭ Conſecraſtis manus veſtras hodie & cæt. ſcilicet faciendo vindictam zelo dei. q ℭ Vnuſquiſꝗ in filio & fratre ſuo. Ex quibus videtur quod aliqui de Leuitis fuerunt interfecti tunc ſicut tranſgreſſores in peccato vituli, & ideo aliter poteſt dici, quòd cùm dicitur: Omnes filij Leui, eſt vſitatus modus loquendi, quo accipitur maior pars pro toto: ſicut dicitur totum collegiū facere, qđ maior ps facit: ſacra em̄ ſcriptura frequenter vtit̄ modis loquēdi inter hoīes vſitatis. vn̄

† mecum H

† 45. diſ. c. diſciplina 23. q. 4. ca. guiliſarius & c. qd crudele.

☙ Iudicum.

* o ℭ Ite & redite de porta vſque ad portam per medium caſtorum & occidat vnuſquiſque fratrem & amicum ſuum. Per quod patet, quòd cōtra deum amico quantuncunꝗ proximo non eſt parcendum, & Philoſo. dicit. j. Ethicorum. Quòd ambobus exiſtentibus amicis ſanctum eſt pręhonorare veritatem. Item notandum quòd moram faciente Moyſe cum domino. xl. diebus, populus ſuus ad idolatriam declinauit, propter quod multò plus prælati qui non ſolùm quadraginta diebus ſed annis pluribus moram cōtrahunt in curijs regum, timere debent ne propter eorum abſentiam populus ſibi commiſſus ad ignominioſa crimina dilabatur, & eis imputetur, ſicut periclitatio nauis imputatur nautæ abſenti, qui tenetur eam gubernare.

* in Moraliter

a ¶Aut dimitte eis &c. Augu. Securus quidem hoc dixit, vt à conſequentibus ratiocinatio cōcludatur, id eſt, vt quia deus Moyſen nō deleret de libro ſuo, populo peccatum illud remitteret. Aduertendum verò quantum malum in peccato proſpexit Moyſes, quòd tanta cæde credidit expiandum, qui eos ſic diligebat, vt pro eis illa verba deo funderet.

A

*Nicolaus de Lyra*

Quem fecit

Iudic. xx. a. dicit: Cōgregati ſunt omnes filij Iſraël quaſi vir vnus, & tamē nō fuerunt ibi viri Iabes Galaad, vt ibidem ſubditur ca. xxj. Qui tamen vult ſequi dictum Rab. Sal. poteſt ſoluere prædicta, ſicut ipſe ſoluit dicens, quòd frater hîc accipit ex parte matris tātùm. mortuo enim Leuita vxor ſua potuit cōtrahere cum viro alteri⁹ trib⁹, & fili⁹ inde natus nō erat Leuita; quia denominatio tribus accipit ex parte patris, & tñ erat frater Leuitę. ſ. filij prioris viri. ſilr hîc dicitur filius nepos Leuitæ, q erat fili⁹ filiæ ſuæ cōiunctæ viro alterius tribus: & ſic non erat Leuita. Fecerunt filij Leui. obedientes Moyſi cælo dei: Cecideruntq́ in die illo quaſi. xxiij. milia. In Heb. habetur tria milia quam diuerſitatem aliqui ſic concordant dicentes, ꝙ in Hebræo numerantur tantùm illi qui fuerūt principales in tranſgreſſione, & ad trāſgrediendum alios inducentes, ſed cū iſtis de alijs tot fuerunt occiſi, ꝙ aſcendebat numerus ad xxiij. milia. Aliter etiam concordatur ſcd'm dicta Ra. Sa. vt videbitur in fine huius capi.

† expiare pctm̄ veſtrū vel pro peccato veſtro

† deum

† in me

ut detur uobis benedictio. Fa[a]
cto autem die altero, locutus
eſt Moyſes ad populum: Pec[b]
caſtis peccatum maximum. A[c]
ſcendam ad dominum, ſi quo[d]
modo quiuero † eum depreca
¶Qod tantum eſt.
ri pro ſcelere ueſtro. Reuerſuſ
que ad † dominum, ait: Obſe[e]
cro, peccauit populus iſte pecca
tum maximum: Feceruntq́ ſi
bi deos aureos. † Aut dimitte[f]
a ¶Securus quidem hoc dicit, quia non delebitur.
eis hanc noxam, aut ſi non facis,[g]
dele me de libro tuo quem ſcri
pſiſti. Cui reſpondit dominus.[h]
a ¶Quaſi te non delebo, quia non peccaſti.
Qui peccauerit † mihi, delebo[i]
eum de libro meo. Tu autem ua
de, & duc populum iſtum quò lo
cut⁹ ſum tibi. † Angelus me⁹ prę[k]
a ¶Romanæ captiuitatis, vel generalis iudicij.
cedet te. Ego autē in die † ultionis[l]

a ¶Facto autem die al. Hîc conſequenter ponitur Moyſi deprecatio, & ſecundò domini reſponſio, ibi: Cui reſpondit dominus circa primum, primò oſtendit populo grauitatē peccati perpetrati dicēs: b ¶Peccaſtis peccatum ma. ſicut enim in humanis ille qui honorē regiū attribuit altari maximè peccat in dignitatē regiā, quia quātū eſt in ſe ſubuertit totū regnū, ita qui honorem latriè ſoli deo debitum attribuit idolo, maximè peccat cōtra deum.

† ſupra. 23. c De pe. diſ. 4. c. pctm̄ qd'. §. hinc etiā dominus.

B

Queſtio

¶Sed quærit hîc quō Moyſes dixit pplo: Peccaſtis, cū peccatores iā eſſent exterminati? Dicendum ꝙ licet illi qui fuerūt principales & idolatrātes ex corde & eis cōſentiētes fuiſſent occiſi, nō tñ oēs cōſentientes timore, ac etiā illi qui potuiſſent ipſis reſiſtere & non reſtiterunt, quibus tñ pctm̄ imputat. Pōt etiā aliter dici, ꝙ pctm̄ ꝑpetratū a parte alicuius cōitatis, bñ imputat toti cōitati ꝗtū ad pœnā infligendā, vel ꝗtū ad boni ſubtractionē. & hoc timebat Moyſes, ne ꝓpter pctm̄ multitudinis aliq innocētes punirent, & diuina bñficia à toto pplo ſubtraherent. c ¶Aſcēdā ad dñm. Ex quo patet ꝙ prædictā occaſionē nō præcepit, niſi ex zelo iuſtitiæ & honoris diuini. d ¶Si quo modo &c. ne ſcilicet ꝓ ipſo deleat vos vel ſubtrahat ſua bñficia. licet em̄ prius dictū ſit, ꝙ placatus erat dñs in hoc ꝙ nō deleret totū pplm ſimul & ſubitò, nō tñ erat aſſecurat⁹ Moyſes quin deleret ꝑ partes. e ¶Obſecro peccauit &c. In oratione ſua primò confitetur peccatum, quia confiteri culpā via eſt ad veniam. f ¶Aut dimitte eis hanc noxā. non ſolùm remittendo culpam, ſed etiam cōferēdo beneficia à te prius inchoata ſcilicet in deductione huius populi ad terram promiſſionis, & reparatione legis quæ facta erat in tabulis. g ¶Aut ſi non facis dele me de libro tuo. Dicit Ra. Sa. ꝙ iſte liber intelligitur lex quæ denominatur à Moyſe, eò ꝙ fuit eius miniſter. Vnde dicitur Deutero. xxx. iij. a. Legē præcepit vobis Moyſes. Et Ioh. 1. b. lex per Moyſen data eſt. Eſt igit ſenſus ſcd'm eum: Dele me de libro. ſ. vt lex non denominetur nomine meo, niſi populus iſte tibi reconciliet. Sed hæc expoſitio non conſonat literæ ſequenti, cùm dicitur, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Et Pſal. lxviij. f. Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribentur. Ex quo patet ꝙ prædicta deletio intelligitur de omnibus peccatoribus, & tamen ab eis non eſt lex denominata. & ideo per librum illum non intelligitur lex, ſed liber vitæ, de quo delentur peccatores & iniqui. Sed tunc occurrit duplex difficultas. Prima eſt, qualiter aliqui delentur de libro vitæ, cùm ſit idem quod diuina prædeſtinatio, quæ eſt immutabilis &c. Ad quod dicēdum, quòd in libro vitæ dicuntur aliqui ſcribi dupliciter. Vno modo ſimpliciter, inquantum prædeſtinati ſunt in notitia diuina, vt ordinati ad vitam ęternam ex dei prædeſtinatione & ſic ſcripti nunq̄ delentur. Alio modo dicuntur ſcripti ſecundum quid ſcilicet nō ſecundū diuinā prædeſtinationē ſeu ordinationē, ſed ſcd'm diſpoſitionē in eis actu exiſtērē. ſ. ſcd'm præſentē iuſtitiā

Deleri de libro vitę

Queſtio

C

ſentem iuſtitiam, quia exiſtētes in gratia ex hoc ſunt digni vita ęterna: & ad eam ordinati ſecundum diſpoſitionē quæ actu eſt in ipſis. ſed quia aliquando cadunt à gratia, ſic dicuntur deleri, ita ꝙ iſta deletio non refertur ad diuinam notitiam, ita quòd aliquid ignoret quod prius nouerat, ſed ad mutationem de gratia ad culpam in hominibus exiſtentem. Secunda dubitatio eſt, quomodo Moyſes potuit petere deleri de libro dei, niſi domin⁹ remitteret peccatū populi: quia ſi accipiatur ſcribi ſimpliciter in illo libro, impoſſibilis eſt deletio vt viſum eſt. Super impoſſibile autem non cadit appetitus, nec per conſequens petitio: cùm Moyſes ſciret talem impoſſibilitatem. Si autem accipiatur ſcribi ſecūdū quid, deletio eſt ei oppoſita per hoc quòd aliquis ꝑ peccatū mortale cadit à gratia, & ſic Moyſes qui erat ſanctus, elegiſſet deum offendere per peccatum mortale, niſi peccatum mortale populo remitteretur, quod eſt inconueniens, cùm ſit contra charitatem. Dicunt igitur aliqui, quòd Moyſes hoc dixit ex impetu paſſionis, non ex deliberatione rationis. Sed hoc non videtur conuenienter dictum: quia ſequeretur, quòd Moyſes acceſſiſſet ad loquēdum cum deo, vbi requiritur trāquillitas mentis, qui ſecundā eos fuit paſſionib⁹ perturbatus. ideo aliter dicit Auguſti. quod Moyſes hoc dixit ex confidentia & familiaritate diuina, vt ſit ſenſus: Sicut certus ſum, quòd non delebis me de libro tuo, ita pero, vt certifices me, quòd remittas noxam iſtam populo. Hæc autem expoſitio videtur aliquantulum extranea à litera, & ideo aliter poteſt dici, qd' verbum Moyſi prædictum eſt ipſius rationis proponentis diſpoſitionem partis inferioris animę: licet nō eſſet ita in volūtate rationē ſuperiorē ſequente: ſicut ſaluator petiuit transferri calicē paſſionis ab eo: licet ſimpliciter vellet pati: ita Moyſes volēs oſtendere magnū affectū ad remiſſionem peccati populi dixit: Aut dele me &c. licet ſimpliciter nullo mō vellet deleri. Et hoc modo cōtingit in humanis, ꝙ aliquis petēs ab alio aliquid cū magno deſiderio dicit: Aut facias hoc vel auferas mihi vitā, licet magis vellet carere nō ſolū in illo quod petit, ſed etiā multis alijs q̄ vita. Et tali modo loquēdi q dicit hyperbolicus, vtit frequēter ſacra ſcriptura. Nec eſt ibi falſitas, quia talibus locutionibus vtitur, nō ad ſignificandū illud qd' per orationē importat quātùm ad plenum ſignificatum: ſicut Iudicū. xx. b. dicitur de filijs Beniamin quòd fundis ita ad certū iaciebāt locum, vt capillum poſſent percutere, & nequaq́ in alteram partem ictus deferret lapidis. per quod intelligitur quòd erant boni fundibularij notabiliter & non plus. h ¶Cui reſpondit. Hîc ponit dñi reſponſio: & primò breuiter in generali, ſecundò magis explicitè & in ſpeciali, in principio ſequentis ca. Circa primum dñs in ſua reſponſione primò remouet alteram partem diſiunctiuè, quam propoſuerat Moyſes dicens:

Quæſtio

† 23. q. 4. c. qd crudele

† Viſitationis

Lucę. 22. e.

D

i ¶Qui peccauerit in me delebo eum. quaſi diceret: Non te delebo, quia non peccaſti. Secundò reſpondet ad petitionem dicens: Tu autem vade &c. ſequitur: k ¶Angelus meus præcedet te. ducendo ad terram promiſſionis. Iſta tamen reſponſio magis explicatur ſequenti ca. l ¶Ego autem in die vltionis viſitabo, & hoc peccatum eorum. Ex quo patet quod nolebat dimittere abſq́ punitione, volebat tamen diminuere & differre, ita quod non deleret populus totaliter & ſimul. Ex hoc autem dicit Ra. Sa. quòd in omni infortunio, quod poſtea accidit Iudæis ſolutum eſt aliquid de pœna debita pro peccato illo, & in hoc etiā conueniunt aliqui expoſitores noſtri, dicentes quòd per diem vltionis intelligitur hîc captiuitas Babylonica vel Romanorum. Sed hoc non videtur conſonare ſcripturæ veteris teſtamenti ac noui, quia ſequenti ca. dicitur: Qui reddis iniquitatem patrum filijs in nepotibus in tertiam & quartam generationem, & in plurib⁹ alijs locis veteris teſtamenti idem habetur: ita quod videtur ad nō plus ſe extendere vindicta dei niſi reſpectu alicuius peccati determinati. Captiuitas autem Babylonica fuit longè poſt quartam generationem, quia à fabricatione vituli vſq́ ad captiuitatem Babylonicam fluxerunt nongenti anni vel circiter, & vita humana iam erat reducta ad centum annos, vel centum viginti ad plus, & in paucis hominibus, & multò plures fuerunt anni vſq́ ad captiuitatem factam per Romanos, quę fuit anno. xlij. poſt paſſionem Chriſti. Item Lucę. xix. f. Saluator loquens de iſta captiuitate futura per Romanos ſecundum omnes

Dies vltionis dominá

a ¶ Quē fecit Aaron. Aug. Queritur cū ſuperius populum nu- E
daſſe dictus ſit Aaron, cur in ipſo non eſt vindicatum, neq; cū Moy-
Quare Aaron occiſus ſes pręcepit interfici omne quod occurriſſet armatis à porta vſq; ad
portā neq; poſtea cū pcuſſit dn̄s populū ppter facturā vituli, quem
fecit Aaron, nec dictū eſt, quē fecerunt, ſed quē fecit Aron, & tamen
non eſt percuſſus Aaron. Quid etiam illud
Nota quod de ſacerdotio eius ante peccatū pcipie-
bat deus impletum eſt, ſed iuſſit illum & fi-
lios ablui, & ſic ordinati ſunt in ſacerdotio.
Ita nouit ille cui parcat vſq; ad commuta-
tionem in melius, & cui parcat ad tps: q̄uis
eum præſcierit in melius non mutari, & cui
non parcat vt mutetur in melius: & cui non
parcat, vt nec mutationem eius expectet, &
Rom. 11. d. hoc totum ad id redit, quod Apoſtolus di-
cit exclamans: Quàm inſcrutabilia enim ſunt iudicia ei⁹: & in. &c.

uiſitabo & hoc peccatum eorum. Percuſſit ergo dominus [a] populum pro reatu uituli, quem fecit Aaron.

b ¶ Non tamen Aaron percuſſus eſt: parcitur ei vt in melius commutetur.

*Nicolaus de lyra.*

nos ſecundū omnes expoſitores dicit: Vidēs ciuitatē fleuit ſup
illā. & ſubditur: veni t dies in te & circūdabunt te inimici tui vallo,
& coanguſtabunt te vndiq; & ad terrā proſternent te, & filios tuos
qui in te ſunt. Cuius cauſa ſubditur: Eò q̄ nō cognoueris tēpus vi-
ſitationis tuę. ſ. per Chriſtū tibi prędicantē, ita q̄ captiuitatis factæ G
per Romanos cauſa fuit malitia Iudęorū Chriſtū nō recipiēdo, ſed
ipſum crucifigēdo. Et ideo dicere, q̄ cauſa hui⁹ captiuitatis fuit pec-
catum vituli, nō bn̄ cōſonat veritati euāgelij: ideo aliter dicendū, q̄
dies vltionis hîc accipit̄ p mortalitate quā induxit dn̄s ſuper pplm
Iſraël poſt occiſionē factā p Leuitas. vn̄ ſtati
ſubdit̄. a ¶ Percuſſit ergo dn̄s &c. vn̄ Triplex mors pro adoratione vituli
dicit Rab. Sa. q̄ ppl's poſt adorationē vituli
fuit punitus triplici morte. Prima fuit in po-
tu aquæ, de quo facti fuerunt morbidi & in-
flati, & etiam aliqui ſtatim mortui. Secun-
da fuit gladio Leuitarum. tertia fuit mortali-
tate à deo immiſſa: De qua dicitur. Percuſſit
autem dominus populum. Et per hoc vno
modo ſoluit̄ cōtrarietas pdicta de trib⁹ mili-
bus & de vigintitrib⁹ milib⁹, vt dicat̄ qđ gladio Leuitarū ceciderūt
tria milia. Alijs aūt punitionib⁹ tot ceciderunt, q̄ in vniuerſo bene
aſcenderunt ad vigintitria milia. Poteſt etiam dici aliter: quòd dies
vltionis hîc accipitur iudicium futurum, quod in pluribus locis ſa-
cræ ſcripturæ vocatur dies vltionis. non enim omnia punit deus
in præſenti, ſed multa reſeruat extremæ vltioni, & ſic pars illius pu-
nitionis vſq; tunc reſeruatur.

## ADDITIO

¶ In ca. xxxij. vbi dicitur in poſtilla: Videns autem populus.

**ADDITIO I.** Nō fit mētio in litera de hoc quod dicit Ra. Sa. ſ. q̄ AEgyptij q aſcen-
derūt cū Iudęis de AEgypto, icitauerūt filios Iſraël ad idolatriā, ſed
pplo hoc cōiter attribuit: cū tn̄ ſcriptura cōſueuit exprimere ſimiles
incitatiōes cū cōtingūt. vn̄ Nu. xi. g. vbi agit̄ de pctō ppli i loco qui
vocat⁹ eſt: Sepulchra cōcupiſcētię, qđ qdē pctm̄ fuit incitatum per
AEgyptios inter eos miſtos. dicit̄ in litera: Vulg⁹ qppe pmiſcuum
qđ aſcēderat cū eis, flagrauit deſiderio carnium &c. quod etiam in
propoſito expreſſiſſet ſi ſimiliter contingeret, & ideo dictum Rab.
Salo. in hoc loco nullum habet fundamentum.

¶ In eo. c. xxxij. vbi dicit̄ i poſt. Quare hic nō fit mētio de Hur &c.

**ADDITIO II.** Ex hoc quod hîc nō fit mētio de Hur non ſequit̄ q̄ fuit inter-
Hur quō mortuus fect⁹ à pplo, eò q̄ ipſum argueret de ſcelere. poſſibile em̄ eſt, qđ p-
uent⁹ fuiſſet morte naturali vel aliter impedit⁹, ſic vt nō iteruenijſſet F
in illo actu. Nō em̄ eſt veriſimile, quòd ſcriptura prætermiſiſſet ex-
primere actū tā vtuoſum & narratiōe dignū & exemplarē. Aaron
etiā hoc retuliſſet Moyſi i ſuā excuſatiōnē. Silr & Moyſes redarguiſ-
ſet pplm de homicidio tā nephādo: nullū tn̄ iſtorū legit̄. vnde dicta
Ra. Sa. i hoc loco ſunt fictitia, nec ſequunt̄ eū in hoc alij expoſitores
Hebręorū. ¶ In eo. c. xxxvij. vbi dicit̄ i poſ. Qđ cū vidiſſet Aaron.

**ADDITIO III.** Licet inſania ppli circa cultum iſti⁹ idoli & ei⁹ veneratione ma-
xima fuerit, nō tn̄ veriſimile eſt, q̄ quātūcūq; appetit⁹ in eis corrū-
peret̄, q̄ iudicū rōnis tātū in ſe extinctū fuiſſet, q̄ iudicaſſet rē penit⁹
inaiatā fuiſſe deū, niſi i eo apparerēt aliq̄ ſigna mōſtruoſa, vel quaſi
miraculoſa. vn̄ qdā dicūt & veriſilr, qđ ille vitul⁹ videbat̄ exercere
q̄dā opa ſilia opib⁹ vitę, ſicut eſt comeſtio & hmōi, qđ potuit eſſe
opatione dęmonū, q in vitulo fabricato hoc faciebāt vt eos attrahe-
rēt ad idolatriā, ſicut ſolēt facere, dādo rn̄ſa in idolis, vt hoīes deci-
piāt: put cōiter tradit̄ in legēdis ſanctorū, & ſic ille vitulus aure⁹ nō
erat ver⁹ vitul⁹, ſed incętum videbatur comedere fœnū. Dicitur in
Pſal. cv. c. fuiſſe i ſilitudinē vituli comedētis fœnū. Ad hoc etiā facit
illud qđ Aarō dixit Moyſi. Egreſſus eſt vitul⁹ iſte &c. vt. j. patebit.
¶ In eo. ca. xxxij. vbi dicit̄ i poſ. ſcđm Ra. Sa. & alios doctores Heb.

**ADDITIO IIII.** Scđm doctores Hebręorū tm̄ q̄tuor pcepta erāt i pri-
ma tabula, primū. ſ. Ego ſum dn̄s. ſcđm: Nō erūt tibi dij alie. tertiū:
Nō aſſumes nomē dn̄i tui i vanū. q̄rtū: Memēto vt diē ſabbati ſcti-
fices. Cętera vò ſex in ſcđa tabula, q̄rū primū ē: Honora patrē &c.
¶ In eo. ca. xxxij. vbi dicit̄ in poſtil. Hæc autem fractio tabularum.

**ADDITIO V.** Fractio tabularū nō videt̄ eſſe ppria ſignificatio euacuationis
legaliū in aduētu Chriſti. principalia em̄ q̄ in tabulis cōtinebant̄ erāt
moralia & valde ppinqua iuri naturali, q̄ nō ſunt euacuata in ad-
uentu Chriſti: Sed melius videt̄ dicēdū, q̄ fractio tabularū ſignificat
trāſlationē legis, de qua ad Heb. vij. b. Tranſlato ſacerdotio, neceſſe
eſt vt legis trāſlatio fiat. Vn̄ primę tabulę ſignificabāt legē veterem
imperfectam, quā irritauerunt tranſgreſſores, ſecundæ verò tabulæ
quæ factæ ſunt poſt recōciliationem: ſignificant legem nouam: per
quam populus eſt deo reconciliatus. ¶ In eo. ca. xxxij. vbi dicit̄ in
poſ. Ideo videt̄ quod dixerit mendacium. d. Egreſſus eſt hic vitulus.

**ADDITIO VI.** Licet qdā Hebręorū expoſito. teneāt, q̄ Aarō nō pec-
cauit in facto vituli, introducentes quaſdā excuſationes friuolas, ad
quarū euacuationem ſufficit autoritas ſcripturę. j. Deu. ix. c. vbi de
hac materia tractās dicit: Aduſum quoq; Aaron &c. ex quo patet Quō Aarō peccauerit
manifeſtè Aaron in hoc caſu grauiter peccaſſe: nō tn̄ videtur dicen-
dū (put qdā voluit) q̄ peccaſſet pctō idolatrię: qđ qdē pctm̄ eſt ma-
ximū ſimpliciter inter pctā, vt habet̄ in glo. Leui. xv. Aaron em̄ nō
legit̄ adoraſſe nec coluiſſe vitulum: nec alios ad hoc induxiſſe, ſed ſo-
lùm feciſſe & fabricaſſe vitulū, & qa in hoc facto min⁹ recto occa-
ſionē dedit alijs idolatrādi, idcirco pprie cōmiſit peccatum ſcādali
actiuè, inq̄tū ex tali facto inordinato alijs prębuit occaſionē ruinę.
Circa qđ attendēdū, q̄ talis ruina populi nō fuit ab eo intenta. qđ
patet ſic: Nam ppl's ab Aaron nō petiuit, vt faceret ſibi deos quos
colerēt, ſeu adorarēt, ſed dixerūt: Surge fac nobis deos, qui nos pce-
dāt &c. ſ. ad ducatum itineris, vt nubes vel angelus ſolebat eos pce-
dere in via, quibus nō debebat̄ diuin⁹ cultus: ex pnitate tn̄ ppli ad
malū, facto vitulo, & apparētibus in eo operationibus diaboli ali- H
quibus ſimilitudinib⁹ operū vitę, vt ſuprà dictū eſt, ſtatim adoraue-
runt & dixerūt: Hi ſunt dij tui Iſraël: & ſic idolatria ppli fuit omni-
no pter mentē Aaron ſecuta, ſicut nec in prima petitione populi
hoc includebat̄ vt dictū eſt. Et huic ſententię conſonat planus ſenſus
literę. nam cùm Moyſes dixiſſet ad Aaron: Quid tibi fecit hic popu-
lus, vt induceres ſuper eum peccatum magnum? In quibus verbis
videbat̄ Moyſes attribuere ipſi Aaron, q̄ induxiſſet pplm ad idola-
triā, qđ eſt ſimpliciter peccatum magnum, vt dictum eſt. Ad hoc
reſpondit Aaron excuſans ſe ab hoc, qđ populum ad idolatriam
induxiſſet dicens: Tu enim noſti populum iſtū, q̄ pnus ſit ad ma-
lum &c. quibus verbis bene cōſideratis Aaron nō excuſauit ſe per
timorē dicens: timui populum: ſicut Saul. j. Re. xv. f. ſed ex pnitate
populi ad malū. q. d. hoc peccatū tam magnū ex pnitate eorum ad
malum pceſſit, nō ex inductiōe nec intentiōe mea. Qđ Aaron pba-
uit ex hoc qđ ſequit̄: Dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos pręce-
dāt &c. id eſt nō petierāt à me deos ad colendū vel ad adorādū. ab-
ſit enim à me q̄ hoc facerem: & ſequitur: Egreſſuſq; eſt vitulus iſte:
ſcilicet in tali ſimilitudine vitę q̄ pplm inclinauit ad idolatriā, vt di-
ctū fuit ſuprà eo. ca. in additione. iij. Nec curauit Aaron exprimere
qđ ipſe formaſſet opere fuſorio vitulum, qa hoc nō fuit motiuum
principale erroris populi, ſed ſimilitudo vitalis quę in eo erat, & ſic
compendioſè narrauit ea quę ipſe fecerat, vt in glo. Ex q̄bus patet
q̄ Aaron excuſauit ſe à peccato idolatrię, qđ eſt maximū nō tamen
à pctō ſcādali actiui, qđ quidē ſcandalum fuit per accidens, non per
ſe, eò q̄ fuit pręter intentionē: vt dictū eſt. Nec etiā mendacium lo-
cut⁹ eſt Moyſi. eſſet em̄ abſurdū, q̄ p mendacia excuſaret ſe à Moy-
ſe q à deo nouerat veritatē facti. vnde Aug. in hoc loco put in glo.
Cōpendioſè locut⁹ eſt Aaron, nō dicēs q̄ ipſe formauerit vt exiret:
an excuſatiōis cauſa timēdo mentitus eſt, tanq; in ignem periturum
aurum proiecerit, atq; ipſo non id agente forma vituli exiuit, quod
ideo nō eſt credendū, qa nec latere Moyſen poſſet verum, cum quo
deus loquebat̄, & fratrē de mendacio non redarguit. Hæc ille. Patet
ergo ex ſn̄ia Augu. quod nō eſt dicendum, q̄ mendaciter fuit locu-
tus Aaron: tum quia loquebat̄ cum illo qui ſciebat veritatem à deo
ſcilicet Moyſe: tum qa nō fuit redargutus de mēdacio &c. Si autem
querat̄, quid intēdebat Aaron in fabricatione vituli, cùm ipſe ſcie-
bat q̄ vitulus ille nō poſſet deducere populum, nec etiam intende-
bat, vt adoraret̄ vel coleretur vt deus. Ad hoc pōt dici q̄ fortè in-
tendebas

A tendebat illudere populū,qui ipſum Aaron incitabat ad faciēdum illud quod manifeſtè excedebat potentiā ſuā,ſcilicet facere deos qui eos p̄cederent,qđ videtur ridiculū.Et iſto modo legiť de Helia: qui illudēdo prophetas Baal,vt patet.iij.Reg.xviij.co.dicebat eis: Clamate voce maiori:deꝰ em̄ veſter in diuerſorio eſt: forſitā loquitur aut certè dormit,vt excitetur.Sciebat enim Helias,ꝙ iſta quæ dicebāt de Baal nō erāt vera,& tamē vt exſtimationē prophetarū Baal oſtenderet eſſe fatuā & inanē,ſic illudebat eos.Siľr in ꝓpoſito, cùm Aaron ſciuiſſet ipſum nō poſſe facere qđ petebāt:finxit ſe tamē hoc attentare ſeu facere,formādo vitulū quem ſciebat inutilem ad hoc qđ petebāt ipſi,vt ęſtimationē eorū vanā eſſe oſtēderet: quo qđem fabricato,qa per oꝑationē diaboli in eo appuerunt aliqua oꝑa ſiſia opibꝰ vitę,vt dictū eſt,ppl'us ex ſui ꝓnitate ad malum adorauerūt. Vñ licet intētio Aaron in hoc nō fuerit peruerſa,factū tamē eiꝰ fuit minꝰ rectū tanꝗ habēs ſpem mali à quo eſt abſtinendum iuxta doctrinā Apl'i.j.Theſ.v.d.Ab omni ſpe.mali abſtinete vos &c.pręſertim cū ipſe nouiſſet ꝓnitatē populi ad malū, & ſic Aaron peccauit pc̄tō ſcādali,quia per ſuū factū minꝰ rectū p̄buit ppl'o occaſionē ruinę.Nec eſt ſimile de verbis Heliæ ad ꝓphetas Baal.Dicta em̄ Heliæ prędicta non p̄buerūt occaſionē ruinæ ꝓphetis Baal, quia iam ipſi erāt peſſimi idolatræ:ſed hoc factū Aaron licet nō p̄buerit cām ꝑfectam idolatrādi,p̄buit tñ occaſionē,in quo manifeſtū eſt,ꝙ grauiter peccauit,nō pc̄tō idolatriæ vel mēdacij,ſed pc̄tō ſcandali actiui vt dictū eſt:quod quidē peccatum Aaron nō celauit à Moyſe, ſed cōfeſſus eſt cùm reſpondit:Ne indigneť dñs meus,q.d.licet merear indignationē ex facto inordinato,tñ factū ſic contigit.Tu enim noſti.exponatur vt ſuprà.vnde & Moyſes nō replicauit redarguendo eū de mandacio nec de peccato magno idolatriæ, ſed orauit deum pro ipſo ſeorſum à ppl'o,& nō cū tanta inſtātia orationis, vt patet. Deutero. ca.allegato,eò ꝙ lōgè minꝰ peccauerat ꝗ̄ populꝰ.Si enim à peccato à Moyſe ſibi impoſito ſe per mendacia excuſaret,ꝑuerſius ſe haberet ꝗ̄ populꝰ qui vindictā diuinā à Moyſe illatā patiēter ſuſtinuit,de quo non legiť ppl'm reſtitiſſe nec murmuraſſe. Ex qua quidē expoſitiōe literę cōſona tolliť quędā obiectio malitioſa, quā

B quidā nō bñ ſentiētes in hoc loco inducūt dicētes: quòd Aarō qui idolatrare fecit ppl'm:nec pc̄m̄ ſuū cōfeſſus eſt,ſed potius per mendacia ſe excuſauit,ſtatim fuit aſſumptus ad ſummum ſacerdotium, nulla mētione facta de pœnitētia interpoſita. Quæ quidē obiectio manifeſtè aſſumit falſum,vt patet ex dictis. Nec tamen peccatum Aaron debet multùm aggrauari ex magnitudine nocumenti quod in populo fuit ſubſecutū:qa euentus ſequens nō addit ad malitiam ſeu bonitatē actus,niſi ſit pręuiſus & intētus ab agente,vt in prima ſecūdæ.q.xx.ar.v.in cor.q.quod nō fuit in ꝓpoſito, vt dictum eſt. Cōcordat etiā huic ſentētiæ,qđ immediatè ſequitur: Videns ergo Moyſes populū ꝙ nudatus eſſet &c.ſpoliauerat em̄ eū Aaron &c. Circa qđ cōſiderādū,ꝙ ſi populus ex inductione Aaron peccaſſet, vt contrarium opināntes dicunt, populus fuiſſet excuſabilis ſaltem à tanto,cū in abſentia Moyſi ipſi Aaron debebant obedire tanquam rectori:& ſic principalitas huiꝰ peccati erat attribuēda ipſi Aaron, tāꝗ principali actori & īductori.ppl'o verò ex cōſequēti: ſed qa ſic nō cōtigit in facto,vt dictū eſt,ideo hmōi peccatū principaliter fuit in ppl'o,cui etiam principaliter pœna debebať:qua ratione Moyſes tanꝗ iudex rectus primò inquiſiuit, vtrū Aaron induxiſſet ppl'm ad peccandū dicēs:Quid fecit tibi populus,vt induceres ſuper eum peccatū magnū:poſtꝗ verò certificatꝰ eſt de oppoſito ꝑ reſpōſionem Aaron modo ſuprà expoſito,ſtatim miſit manū ad exercendā vindictā in trāſgreſſoribus.vñ ſequiť:Stās in porta caſtrorū. vnde verba p̄dicta cū diciť: Vidēs ergo Moyſes ppl'm,qđ eſſet nudatus &c.intelligenda ſunt de manifeſtatione ſceleris,prout in ſecunda expoſitione poſtillatoris,& eſt ſenſus,quòd vidit Moyſes per inquiſitionē ſupradictā, qđ huiuſmodi ſcelus manifeſtè ſeu apertè erat in populo.vñ qđ dicit:Nudauerat em̄ eū Aaron:intelligiť de hoc qđ Aarō apuit Moyſi facti veritatē vt dictū eſt.Si aūt dicať ꝙ Moyſes nō debuiſſet credere Aaron in hoc facto,eò ꝙ loquebatur ꝓ ſe.Dicendū ꝙ Moyſes rationabiliter cōfidebat Aaron in hoc,ꝙ ſi fortè illud peccatū magnū ex fragilitate vel aliâs cōmiſiſſet, non illud celaret,ſed potiꝰ cōfitereť & peteret veniā pręſertim Moyſi quem ſciebat eſſe verū ꝓphetā dñi,vt dictū eſt.Licet em̄ quādoꝗ contigit vt ſancti viri incurrāt magna pc̄tā,tñ cū à deo vel eius nūcio reqruntur,ſtatim confitentur,vt legitur de Dauid.ij.Reg.xij.d.

An oēs Leuitę īculpabiles

¶ In eodem ca.xxxij.vbi dicitur in poſtilla:Ex hoc dicit Rab. Salo. quod nullus de filijs Leui.

ADDITIO VII. Hęc opi. Ra.Sa.ē cōmunis apud oēs expoſitores Hebręorū antiquos,nō ſic intelligēdo, ꝙ nullus de Leuitis fuit culpabilis ī facto vituli,qa fortè multi eorū nō reſtiterūt colētibus ſeu adorantibꝰ,in quo erāt culpabiles,nō tñ idolatrauerūt cōſenſu mentis,nec facto exteriori, ꝓut clarè & determinatè.Ra.Moy.AEgyptius tradit in ſuo Directore neutrorū. dicēs de idolatria.ca.j.

C Quòd licet populꝰ Iſraëliticus pluries idolatraſſet ſeu ad idolatriā declinaſſet, Leuitæ tñ nūꝗ idolatrauerunt.vnde nō valet qđ obijciť de Aaron. Nā licet in fabricatione vituli non fuerit ſine culpa,nō tñ dicēdū eſt qđ idolatrauerit,vt in pręcedēti additione oſtenſum eſt.Similiter videť tenēdū circa peccatū occiſiōis Chriſti ſcilicet ꝙ Leuitę ꝓut à ſacerdotibꝰ diſtiguunť,nō fuerūt ꝓcipes in illo crimine peſſimo,in ꝗ cęteri ſtatꝰ Hebręorū fuerūt rei, vt plenius deo duce eſt tractandū in quadam additiōe ſuꝑ Ioh.xj. ¶ Ad hoc autem quod obijcitur,de hoc quod dicit: Occidat vnuſquiſꝗ fratrem ſuum,ſatis reſpondetur in poſtilla.

¶ In eo.ca.xxxij.vbi diciť in poſ.Sed tūc occurrit duplex difficultas.

ADDITIO VIII. Scđm ſanctū Tho.in prima pte.q.xxiiij.in reſponſiōe ad primū argu.Liber vitę poſſet dici tripliciter ſicut & liber militię.Primo em̄ mō pōt dici liber vitę,ſcriptio eorū qui ſunt electi ad vitā ęternā,ſicut liber militię pōt dici in quo ſcribunť electi ad militiā.Scđo mō pōt dici liber vitæ,in quo ſcribunť ea ꝗ ducūt ad vitā ęternā:ſicut liber militiæ pōt dici in ꝗ tradiť ars militaris,& iſto mō nouū & vetꝰ teſtamētū dicunť liber vitę:ꝓut in glo. ſuper illud Eccl.xxiiij.c.Hæc oīa liber vitæ ſunt. Tertio mō pōt dici liber vitę illa vis diuina qua fiet,vt cuilibet ī memoria reducanť facta ſua, ſicut & liber militię dici pōt in ꝗ recitanť facta militū,& iſto mō ītelligiť illud Dañ.vij.d.Libri apti ſunt. Quarto etiā modo diciť liber iuſtorum,vt in.ij.Reg.j.ca.In quo libro facta exemplaria iuſtorum vel ſanctorum intelliguntť ſcribi ad memoriā futuram:vñ in ꝓpoſito licet à libro vitę primo modo vel tertio modo intellecto Moyſes nō petiuiſſet deleri,petiuit tñ deleri à libro vitę ſcđo & q̄rto modo intellecto.petebat em̄ Moyſes,ꝙ lex nō denoīareť noīe ſuo: nec etiā ꝙ geſta ſua in eductione ppl'i de AEgypto & in alijs ſimilibꝰ in memoriā reducereť ex ꝗ ppl's pp quē laborauerat erat ꝑpetuò cōdēnādꝰ.Qđ aūt diciť in pſal.lxviij.f.Deleanť de libro viuentiū &c.ītelligiť de libro vitę primò modo intellecto,eò ꝙ in libro ſic ītellecto dicunť ſcribi aliq ſcđm qđ prout in poſtilla,ſcđm iſtā expoſitionē Moyſes nō petiuit aliq impoſſibile,nec cōtra charitatē, vt patet cōſiderāti,& qa etiā talis deletio à libro ſcđo & q̄rto modis accepto videť habere rōnem pœnę,ideo reſpōdet dñs:Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.q.d.tu qui nō peccaſti, non debes deleri. D

Liber vitæ

¶ In eo.ca.xxxij.vbi diciť in poſtilla:Ex hoc aūt ꝙ dicit.Ra.Sa.ꝙ in omni infortunio.

ADDITIO IX. Ratiōabiliter obijcit poſtillator cōtra aſſerētes,ꝙ ꝑ diē vltionis intelligiť hîc captiuitas babylonica vel Romanorū,prout in poſtilla. Pōt etiam vlterius confirmari prima ratio poſtillatoris,quæ ſumitur ab autoritate veteris teſtamenti ſic: Nam ratio quare deus reddit iniquitatem patrū filijs ac nepotibꝰ in tertiā & quartā generationē, cōmuniter ſumitur ex hoc ꝙ filij & nepotes pluries inueniuntur imitatores paterni ſceleris:qđ nō habet locū in peccato vituli:qđ peccatū omnes cōmittētes dimiſerūt,& pro eo ſuſtinuerūt diuinā vltionē patienter vt patet expreſſè in hoc ca.ſimiliter in ſequenti ca.habetur, qđ ppl's luxit,& in ſignū triſtitię & cōtritionis depoſuerunt ornamenta ſua. Poſtremi etiam eorum vſꝗ in p̄ſentē diē hoc peccatū, ſcilicet vituli deteſtanť,vt eſt manifeſtum.vnde dicere,qđ deus exercet in eis vindictā ꝓpter hoc peccatū etiā hodiernis temporibus, videtur dicere cōtra diuinā miſericordiā, ꝗ nunꝗ pœnitentibus & dimittētibus, peccata dimittere denegat.Itē circa hoc attendendū eſt,ꝙ hęc expoſitio Ra.Sa.in hoc loco nō eſt ſolū falſa, ſed etiā malitioſè fabricata. Nituntur enim cellare, qđ deſtructio ciuitatis Ieruſalē per Titū & Veſpaſianū facta quę fuit acerbiſſima,ſimiliter & captiuitas eorū hodierna ꝗ excedit cæteras in duratione & ignominia & hmōi, fuerūt ſicut & ſunt in vltionem occiſionis Chriſti ab eis inductæ, & ideo volūt iſta attribuere peccato vituli,qđ nullū habet fundamētū,ꝓut deo duce videbitur, vbi propriè de hac materia fuerit tractādum.

An vitulus fecerit aliꝗ opera vitę.

REPLICA correctorij cōtra Bur.fingentē. In ca. xxxij.cū poſtillator exponeret illū locū. Qđ cū vidiſſet Aaron ædificauit corā eo altare,per hunc modum, quod Aaron videns ppl'i maximā pronitatem ad vituli adorationem,nitebatur impedire per dilationes, ſperans reditum Moyſi,& ſic ędificauit altarę, ędificato altari fecit proclamationem ſolennitatis in craſtinum &c.Hîc Burgen. dicit, quòd veriſimiliter viſus eſt populo vitulus ille exercere quędam opera ſimilia operibus vitæ,ſicut eſt comedere & cętera huiuſmodi:quod fieri potuit illuſione dæmonū, & cętera quę ibi ponit.Hæc autem Burgen.cum fingentibus fingit, vt excuſet inſaniam populi Iudaici, cū aliquando Iudęus fuerit,quaſi iudiciū rōnis in eis nō fuerit ſic abſorptum, vt crederēt rem penitꝰ inanimatā eſſe deum.Simile ar.pōt fieri,ſi vitulum viuum crederet eſſe deum, & multò fortius conflatilem comedentem fœnum crederet eſſe deum.non enim oportet hîc dubitare de oppreſſione iudicij rōnis ꝑ malitiā populi abundantem & fortiſſimam cōplacentiam

E mam cōplacētiā ad idolatrandū. Quid em̄ dubitabit iudiciū ratio-
Queſtio nis abſorptū, vbi tradunť obliuioni ea etiā quę in vacuis mentibus
herēt: de qb⁹ diciť Pſal. cv. d. Obliti ſunt deum qui ſaluauit eos, qui
fecit magnalia in AEgypto, mirabilia in terra Chanaā, terribil a in
mari rubro. Vbi videatur gloſa magiſtralis de extrema illius popu
li obcęcatione: vnde ad eorū inſaniā palliādā non oportet fingere
Nota vitulum illū comediſſe. Nam beat⁹ Aug. primo mirabilium ſacræ
ſcripturę ca. xv. vult ꝙ filij Iſraël in deſerto cū adorare idolū vellēt,
nō aliā ſtatuā ꝗ̄ vitulū fecerūt, quia vitulus in AEgypto iuxta ſepul
chrū Ioſeph ſculptus adorabatur ab AEgyptijs, à quib⁹ Iudæi didi
cerūt. vide ibi beatū Augu. Idem dicit gloſ. interli. infrà ſup verbo:
Fecit eis vitulū &c. & tamen in AEgypto illū vitulū cōedere nō vi-
derūt, nec p̄dicta figmēta ſunt ad ꝓpoſitū literę p̄ſētis, cū diciť: Qđ
cū vidiſſet Aaron, ędificauit corā eo altare &c. Nā hîc nō diciť po-
pul⁹ in vitulo aliqd vidiſſe, ſed ſol⁹ Aaron quē conſtat circa vitulū
deceptū nō fuiſſe, quaſi ꝑ opationē diabolicā inclinat⁹ fuiſſet ad vi-
tulū colēdū: quia & ipſe Burgeñ. nullū malū imponit ipſi Aarō ni-
ſi factū ſcandali actiui: & cū ſufficeret ad illā infamiā populi malitia
& ꝓnitas ad idolatrādū, nō eſt theologicè dictum, ꝙ diuina permiſ
ſio acceſſerit, ꝑmittēdo dęmōēs, vt ꝑ huiuſmodi exercitium vitæ in
vitulo populū ſic peculiariter deductū ſeducerent, & alia ꝑs excu-
ſatiōis illi populo remaneret, quaſi ſeduct⁹ eſſet deo ꝑmittēte. ꝓpte
rea ſimilitudo de paganis recipientib⁹ reſpōſa in idolis, & iſtis peſſi
mis Iudęis quā Burgeñ. adducit non valet, nec probat vitulum cō-
flatilē apparēter comediſſe, ꝑ hoc qđ adducit de Pſalmo: In ſimili
tudine vituli comedētis fœnū: qa nō vult litera Pſalmi, qđ cōflatile
comeſtionē exercuerit, vel aliqđ aliud opus ſimile opi vitæ, ſed qđ
verus vitulus comederit fœnū, cui iſtud idolū fuit ſimile in figura
& forma artificiali, nō in actu comedēdi: ideo diciť eos mutaſſe glo-
riā dei nō in vitulū, ſed in ſimilitudinē. i. idolū & imaginē veri vitu-
li comedētis fœnum. Nec ideo dixit Aaron: Egreſſus eſt hic vitulus
quaſi greſſus ille vituli aliqd operis vitæ oſtenderit, qa egreſſus ille
fuit ope fuſorio, ꝓut probat beatus Auguſ. & glo. ſuprà preallega.
¶ In eo. ca. vbi poſtillator dicit fractionem tabularum ſignificare
legis veteris euacuationē tempore euāgelij. Burgeñ. dicit ſignificare
trāſlationē, vtrūq; pōt ſtare ſecundum diuerſam applicationē. Al-
legoricè neutrū tñ ad literalem ſenſum videtur pertinere. ¶ In eo.
ca. ponit Burgeñ. digreſſionē modicū facientē ad literæ veritatem,
quia multa extra literā p̄ſupponit cōtra quādam ſui ipſi⁹ regulā p̄-
tenſam poſitā in queſtiōe ſua p̄ambula. Supponit enim, ꝙ vitulus
ſit viſus à populo exercere opa vitę, vt comedere & hmōi, qđ ex li-
tera nō habeť, vt ſuprà oſtēſum eſt in correctorio primo huius ca.
Item ſupponit ꝙ populus non petiuit deos vt coleret, ſed vt habe-
ret eos ductores, ꝙ etiā ex litera nō ſequitur: imò ex litera iūcta glo-
ſa habeť oppoſitum, qa diciť in gloſa interli. ſuper verbo: Fecit eis
vitulū: bouē in AEgypto adorauerūt, & fortaſſis aliud idolū nō ſuſ
cepiſſent. vñ patet ꝙ ppl's petijt deos quos coleret, imò vt ducto-
F res eos nemo expeteret, niſi eis cultum exhiberet propoſuiſſet, à quo
enim

em̄ qs petit in ea neceſſitate conductus beneficiū, reſtat vt ei debitū G
exhibeat cultū ad deū verum, cum non habuiſſet recurſum ad deos
poſtulatos habebat animū inclinatum vt videtur, nec petierunt eos
vt colūnam vel angelū, qa hmōi in ſcripturis deos vocari non eſt
cōſuetū. Supponit Burgeñ. tertiò, ꝙ Aaron coram Moyſe ſe non
excuſauit ꝑ timore, quaſi populū ꝓnū ad occidendū timuiſſet, qa
ꝓnitatē populi ad malū, ad ſolā idolatriam reſtringit. Sed hui⁹ ſup-
poſitiōis oppoſitū patet ex litera iūcta glo. interli. ſup verbo: Tolli-
te inaures &c. Ibi em̄ diciť: Nō eſt auſus reſiſtere, quia ſciebat popu-
lum pronū ad occidendum. Item Burgeñ. nititur Aaron excuſare
à mēdacio quaſi Moyſi q cū deo locut⁹ fuit, mētiri nō poſſet, & qa
Moyſes eū de mendacio non redarguit: Sed ille rationes non ſunt
ſufficiētes: deus em̄ loquendo ꝓphetis nō loquiť ſemꝑ de omnibus
imò quędam cellat, ꝓut dixit Heliſęus. iiij. Reg. iiij. Dominus cellauit
à me, & non indicauit mihi. In ꝓpoſito em̄ patet ex litera, qđ deus
Moyſi pctm̄ Aaron nō ſpecificauit, qa eum redarguit quaſi pplm̄
ad idolatriam induxiſſet, de quo ſe excuſauit, vt dicit Burgeñ. in
eadem digreſſione. Patet igitur primā rationē nō valere: Nec ſcđa
valet, quia non ſequiť: Moyſes non redarguit Aaron de mendacio:
igiť mētit⁹ nō fuit: fortaſſe mandaciū eius nō attēdit, ſed deo ſuppli-
cando commiſit. Cętera quæ in hac digreſſione ponit, tranſeant vt
addita, cū contra poſtillatorē militare non videantur. ¶ Item in eo.
c. vbi poſtillator exponit, quomodo Moyſes ſe petijt deleri de libro
vitæ &c. Burgeñ. addit quaſdam inuolutiones dicens: Librum vitę
accipi tribus modis. Primo modo ꝓ inſcriptione ad vitam æternā,
& illo modo dicit Moyſen non petiſſe ſe deleri. Sed hoc dictum eſt
contra beatū Augu. & glo. dicentes: Securus quidem hoc dixit, vt
à ſequētib⁹ ratiocinatio cōcludať, id eſt vt qa deus nō deleret Moy
ſen de libro ſuo, populo illud pctm̄ remitteret &c. vñ patet librū vi
tæ hîc accipi ꝓ inſcriptiōe ad vitā ęternā. de alijs enim acceptiōibus
libri quas ponit Burgeñ. non eſſet talis cōſequētia ad propoſitum.
Quid enim magnū ſi Moyſes non ſcriberet in biblia quā dicit Bur.
librū vitę ſcđo modo dictū: Ad ꝓpoſitū cōſequētiæ quā bea. Aug.
intendit & glo. eſt ꝙ vi diuina ad memoriā reducantur facta cuiuſ-
libet, quā dicit librū vitæ tertio modo dictum: quia hęc diuina vis
eſt liber apertus, & erit tam bonis vel malis, vt dicitur in glo. Dañ.
vij. Similiter de libro quarto mō dicto, qa ille nō diciť ſimpliciter li-
ber vitę ſanctorū, in quo ſcripta ſunt facta exēplaria iuſtorū, nō em̄
magnū eſt in illo libro nō ſcribi: qa multorū ſanctorū geſta nō ſunt,
imò & multa geſta ſanctiſſanctorū ſcripta nō ſunt, vt diciť Ioh. vlti.
Cum illa igiť diſtinctiōe Burgeñ. modicū facit ad veritatem literę:
nec reſpondet rōnibus poſtillatoris, quę faciūt cōtra queſtionē prin
cipalē, ſed nec concluſio Burgeñ. pōt eſſe vera, qua dicit ꝙ Moyſes
ſolùm petiuit deleri de libro vitæ, ſecundo & quarto modo dicto,
quia ad petitionem Moyſi dominus reſpondit. Qui peccauerit mi-
hi, delebo eum de libro meo. certum tamen eſt multos ſanctos qui H
domino fuerunt grati in libro ſecundo & quarto modo dicto non
ſcribi: quia nec in libro ſcripturæ, nec in libro vitæ ſanctorum.

## GLOS. ORDI.

Cap. XXXIII.

Locutuſq; &c. Vade &c. Aug. Deus irat⁹ videť dicere: Tu & popul⁹ tuus quē eduxiſti, alioquin dixiſſet: Tu & populus meus quem eduxi. Sed quādo idolum popoſcerūt, ita locuti ſunt: Moyſes hic homo, q eduxit nos de terra AEgypti &c. liberationem ſuam in hoīe cōſtituēdo. Hoc eis mō replicať, cū diciť: Tu & popul⁹ tuus, quē eduxiſti de terra AEgypti: qđ illis crimē eſt, nō Moyſi. Volebat em̄ Moyſes, vt in domino ſpē ponerēt, & in ei⁹ miſericodia, ſe ab illa ſeruiture liberatos crederēt: cui⁹ tñ apud deū erat tm̄ meritū ꝑ dei gratiā, vt ei diceret: Sine me, † vt iraſcar cōtra eos. Qđ vtrūq; iubētis ſit, cū ait: Sine me, aut quaſi petētis, vtrūq; videť abſurdū: Nā ſi de⁹ iubebat, famul⁹ iobediēter nō parebat, & deū hoc à ſeruo ꝓ bñficio petere nō decebat, q poterat eos etiā ipō nolēte terere. Significat ergo his vbis deus velut plurimū ꝓdeſſe apud ſe illi populo, ſic ab illo viro diligi, quē ſic dñs diligebat, vt eo modo admoneremur cū merita noſtra nos grauāt ne diligamur à deo, releuari nos apud eū illorū meritis poſſe quos verè diligit. Nam cū à deo diciť homini, Sine me & cōteram eos, hoc eſt, cōtererē eos, niſi diligerenť à te: Quaſi, noli eos diligere: & cōterā eos: quia ne id faciā, dilectio tua intercedit. Obtēperādum eſſet dño dicēti: Noli eos diligere, ſi hoc iubēdo dixiſſet, & nō potius admonēdo & exprimēdo, quid illū ab eorū ſupplicio reuocaret; nec tñ etia illo intercedēte, ſine flagello diſciplinę populū dere-
liquit.

† & iratus cōterā eos Gen. 22. g.

liquit. Neſcio em̄ q̄ mō, vt ſic eos diligeret ipſe Moyſes, deus illos occulti⁹ diligebat, qui manifeſta voce terrebat. a ¶ Vade &c. Aug. Continuò tanquā ad ipſum Moyſen, adhuc loquatur occulta cōuerſione q̄ Grēcè ἀποστροφή dicitur, ait ad populū: Mittā angelū meū ante te &c. Magna & mira ſacramēti ꝓfunditas, tanꝗ̄ maiorē miſericordiā poſſet angelus habere, quàm dominus, qui populo duræ ceruicis parceret, & tamen per angelum

- ꝗ̄

* &

## Cap. XXXIII.

Locutuſq; eſt[a] dominus ad Moyſen dicens: Vade,[b] *aſcende de loco iſto, tu &[c] populus tuus quē eduxiſti de terra Ægypti, in terrā quā iuraui A-[d] braham, Iſaac, & Iacob dicēs: Se-

a ¶ Non meus. b ¶ Non ego ¶ Sicut ſupra dictum eſt.

a ¶ Hic oſtendit ſe pro patribus hoc facere non quia illi ſint digni.

## NICO. DE LY.

Cap. XXXIII.

Ioſ.2.a. quo dictū eſt in lege, nō mentiemini, ex illo non licuit in tali caſu vel cauſa mentiri? Sed magis, ꝗ iniuſtū erat mendaciū, ideo ꝓhibitū, nō quia ꝓhibitū, ideo iniuſtum. Forſitan ergo ſicut obſtetrices nō remuneratæ ſunt, quia mentitæ ſunt ſed quia infantes liberauerūt: & ꝓpter hanc miſericordiam veniale fuit peccatum, nō tñ nullū. Sic Raab liberata ꝓpter liberationē exploratorū, ꝑ qua fuit veniale peccatū. Sed ne putet quiſq; in cæteris peccatis, ſi ꝓpter liberationē hominū fiant, ita poſſe cōcedi veniā: multa enim mala intolerabilia & deteſtanda talē ſequūtur errorē. c ¶ Nō mētiemini. Cognationē peccatorū oſtēdit. Multa putamꝰ parua, q̄ ſunt maxima, vt mēdaciū, piuriū, q̄ furto ſunt cōiuncta, & rectè, ꝗ hæc fur
Matt.14.a. to cooperant̃. d ¶ Nō periu. Lxx. Nō leuabitis nomē meū in iniuſtū iuſiurandū. in iniuſto eſt, nō ſolū qđ p̄uaricatur, ſed etiā qđ iniuſtè cuſtodit̃, ſicut iuramentū Herodis ad filiā Herodiadis: talia iuramenta nō debent fieri, vel ſi fiāt cuſtodiri. e ¶ Nec pol. Maledicendo; quia iuſiurandū tranſgredi non potes. Deus enim ꝑ quē
Iohe.2.c. iuras, intantum vult bona: vt ſi mala minetur, non tamen inferat: ſi pœnitentes videat, vt pietatē impendat. Vnde addit: Ego dominus, pius ſcilicet miſericors, præſtabilis ſuper malitia. f ¶ Non facies calumniā. Aug. Omnia quæ prohibentur committi in proximum, ad hoc vnum referenda ſunt qđ dictum eſt: Non nocebis proximo. Nā qđ ſequit̃: Non rapies, niſi ad hoc referatur, ne rapiē
Moraliter do noceatur, euenit vt nō rapiendo quis noceat. nam gladius inſanienti rapiendus eſt. g ¶ Nec vi oppri. &c. Paulatim auditorē erudit, & quæ videntur parua, magnis coniungit: vt qui defi-

nita malorū pœna terrentur, abſtineant à minoribus. Quæ enim ſo C
ciantur in mādato & in pœna. Qui enim in vno offenderit, omniū Iaco.2.b.
reus eſt. Ideo vim calumniæ coniungit. Nec differt quō quis res ſuas perdat, vel fraude vel potentia, vel quolibet alio mō. h ¶ Non morabitur. Merces, ſcilicet qua forſitā viuit cum vxore & filiis & parentibus. Si differt̃ deficit victus, etiā ſi in craſtino recipiat vim & calūniā pertulit: ꝗ interī vñ viueret, ñ habuit. i ¶ Opꝰ
mercen. Merces p̄dicatoris ex verbo eſt p̄dicationis, qđ nō debet apud nos morari. i. otioſum eſſe vſq; mãe, in futurū. ſ. ſeculum qui huic nocti ſuccedit, in quo eſt lux inextinguibilis. Ex ꝓuentu enim diſcipuli creſcit merces magiſtri. k ¶ Nō maledices. Surdo maledicere eſt abſenti & non audienti derogare. Coram cæco offendiculum ponere, eſt diſcretam quidem rem agere, ſed ei qui lumen diſcretionis nō habet, ſcandali occaſionem præbere.

☞ Nō facies

a ſ Conteres. ſ Alias tondes.
ſegetes terræ tuæ, †non tondebis a
†nō metes totum angulum agri tui
vſq; ad ſolum ſuperficiem terræ, b
a necremanentes ſpicas colliges, ne
ſ Iuſtos, ſanctos.
ſ Quæ non intelliguntur.
que in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, ſed
ſ Gentilibus.
a ſ Diligenter tractanda.
pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. Ego dominus deus
a ſ Pro vobis pauper & peregrinus in mundo.
ſ Qui omnia dedi, deſidero aliquid mihi dari.
a ſ In quo proximus læditur.
b c veſter. Non facietis furtum, non c d
ſ Aliquo modo.
mentiemini, nec decipiat vnuſ- e
d quiſque proximum ſuum. †Non f
e periurabis in nomie meo, nec pol g
lues nomen dei tui: Ego dominus.
a ſ Gloriam eius in te transferendo.
f Non facies calumniam proximo h
g h tuo, nec vi opprimes eum. Non i k
a ſ Merces operis quam meruit.
i morabitur opus mercennarij tui
k apud te vſque mane. Non ma- l
a ſ Inobedienti. vnde: Eſa. 42.c. Surdi audite, & cæci venite ad videndum. Hi non ſunt maledicendi, ſed docendi & corrigendi.
b ſ Ignoranti.
ledices ſurdo, nec coram cæco m

## Nicolaus de Lyra.

a ¶ Non tondebis. Aliqui expoſitores dicunt ꝙ vera litera eſt, tundes id eſt cōteres, & dicit̃ à tundo is, ſed hoc non videtur verum, quia hîc nō loquit̃ ſcriptura † Mar.5.c.
de tritura ſegetū, ſed de collectiōe earum. & ideo vera litera eſt: Nō tōdebis. i. nō ſecabis. b ¶ Vſq; ad ſolū. Quia ſicut dicunt aliqui, debebat dimitti ſtipula pauperibus colligenda. Sed hîc nō eſt intellectus ſcripturæ, ſed magis de ſpicis prope terrā non ſeminatam exiſtētibus. Vnde in Hebręo habet̃: Non finies vel complebis angulū terræ tuæ ad metendū; quia in colli Tob.4.c.
gendo meſſem ſuā non debebat aliquis ꝓcedere vſq; ad extremitates campi ſui, vbi meſſis partim conculcatur à tranſeuntibꝰ, partim à beſtijs corroditur. propter qđ illud qđ remanet nō eſt magni valoris: & ideo lex p̄cepit illud dimitti pauperibꝰ, ſicut & ſpicas fugientes manus metentiū, & alia q̄ ſubduntur. & patet litera: c ¶ Non fa. Hîc cōſequenter ordinat̃ affe D
ctus ratiōalis ad omnes ꝑ innocentiā. Ratio eñ naturalis dictat nulli eſſe nocendū. & ideo primò ꝓhibet nocumentū facto & occultè, cū dicit̃: Non fa. fur. Qualiter aūt iſtud ſit intelligendū, dictū fuit plenius Exod. xx. ſecundò ꝓhibet nocumentum verbo, cū dicitur: d ¶ Non mentie. Licet eñ omne mendaciū ſit fugiendū generaliter, tñ hîc ꝓhibet̃ mendaciū pernitioſum ſpecialiter. ideo ſequitur: e ¶ Nec decipiat. Cōſequenter ꝓhibetur nocumentū verbo iuramento, firmato cū dicit̃: f ¶ Nō periu. in no. meo. Et quia ꝑ tale iuramentū non ſolū fit iniuria ꝓximo q lędit̃, ſed etiā ipſi deo q̄ in teſtem falſitatis adducit̃. ideo ſubdit̃: g ¶ Nec pol. no. Cuiꝰ ratio ſubiungit̃: Ego dominus: & ideo mihi honor & reuerentia debetur. Conſequēter prohibet̃ nocumentū facto aperto, cū dicitur: h ¶ Nō. Calūnia eñ eſt extorſio rei alienę cū quadā appatēti rōne, ſed nō vera. i ¶ Nec. Motu volūtatis iniq̄ abſq; ratiōis allegatiōe. Calumnia
k ¶ Nō mo. op. i. merces operis ſui, ꝗ tales cōiter ſunt pauperes de quotidiano labore viuentes, & ideo nō poſſunt expectare ſolutionē abſq; ſuo detrimento. l ¶ Non maledices. Hîc accipit̃ ſurdus non ſolū priuatus ſenſu auditus, ſed etiā non audiens, ſicut eſt abſens. m ¶ Nec coram cæco pones offendi. Similiter hîc nō accipitur cæcus non ſolùm priuatus viſu, ſed etiam non videns, vel non aduertens offendiculum. Dicit etiam Ra. Sa. hîc, ꝙ cæcus hîc intelligitur ignorans vel ſimplex, de quo prohibetur dari ſibi ſcienter conſilium malum in aliquo negotio. ideo ſubdit̃:

Sed timebis

Moralit. ✱ a Cum meſſueris ſegetes terræ tuæ &c. Per hoc datur intelligi, ꝙ de omnibus bonis à deo datis homini, debet indigentibꝰ miſericorditer ſubuenire, & maximè de bonis ſpiritualibus, quæ cōmunicata alijs non diminuunt̃, ſed potius augmentātur. l ¶ Nō maledices ſurdo. Per ſurdum hîc intelligitur quicunque nō intelligens alterius maledictum, ſiue ſit ſurdus corporaliter, vel abſens localiter, vel ignorans idioma maledicentis. m ¶ Nec coram cæco pones offendiculum. Dando ſimplici occaſionem ruinæ. Matthe. xviij. a. Quicunque ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ſibi vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

E a ❡ Non facies. Summam & perfectam iuſtitiam lex maxime in præſentibus conſtituit, recto itinere procedens, prius prouidens pauperibus, deinde potentes & principes erudiens. Oſtendit enim non debere perſonam accipi, nec furtum vel calumniam facere, nec periurare: quæ & ſi diuitibus & potentibus aliquãdo contingunt, propria tamẽ pauperũ pctã ſunt,
Proũ.30.b. qui ad hæc paupertate videnť compelli.
Vnde Salomon: Aut ægeſtate compulſ⁹
furer, & periurem nomẽ dei mei. Vi autẽ
opprimere & mercede priuare, & ſurdũ
ac cęcum irridere, diuitũ & potentũ ſunt.
b ❡ Non eris crimina. Eſic. Lxx. Non
ambulabis in dolo in gẽte tua. Dauid quo
q; coniungit dolo homicidiũ. Vnde: Vi-
Pſal.5.c. rũ ſanguinũ & doloſum abominabitur
dñs. Dolus enim eſt occultus gladius, vt
velociter dolum fugiamus, qui tanto cri-
mine eſt cõiunctus. c ❡ Non ſta. Qua-
ſi non te coniunges his qui proximis inſi-
diantur, ſicut multi alijs ſociati faciunt, qđ
per ſe non poſſunt. d ❡ Non quæras
vltionem. i. ne vlciſcendi libidine rapia-
ris dum arguis, vt lætari vel conſolari ve-
lis de alieno malo, ſed potius conſulere illi
quem arguis. Vnde ſecundum Lxx. ſequi
tur: Non iraſceris filijs populi tui. Sic eñ
Etc.19.h. recté ira definita eſt, quæ ſit vlciſcendi li-
Mar.18.c. bido. e ❡ Iumenta tua. Hæc ad literã
Luc.17.a. videntur eſſe ridicula, nec à prophetis &
ſpiritualibus viris ſunt obſeruata. Vnde
Reg.1.c. Dauid dicit: Ponite filiũ meum Salomo-
nem in mulam meam. Oportebit autem
ſecundum literã, ea q̃ ex tali cõmiſtione
Proũ.31.b. naſcebanť, abominari. Vnde: Mulier quo
q; fortis iueniet lanã & linũ, & operata eſt
F vtile manibus ſuis. f ❡ Homo ſi dor-
Mat.5.g. mie. Cum prohiberet iumenta miſceri cũ
Mar.12.c. iumẽtis alterius generis, eos. ſ. qui ſunt ſub
Gal.5.c. iugo Chriſti ſuſcipere iugum legis, opor-
Iaco.2.c. tune hoc ſubdidit oſtendens, quia & ante
Myſticé aduentum Chriſti quicunq; exterius mi-
†Deu.22.b. ſcebatur Iudæis, indigebat ſacrificio veri
arietis. ❡ Homo ſi dor. &c. Nota quanta
diffierentia libertatis & ſeruitutis. In libera
enim deſpõſata mors adulterij pœna eſt.
In ancilla autem nubili, & ſecundum Lxx.
Cuſtodita homini. i. deſponſata, ſacrificiũ
iubetur offerri, non mortem inferri. Spiri
tualiter tñ hæc intelligẽda ſunt. g ❡ Nu
bilis. Lxx. Cuſtodita homini. i. ſynagoga
cuſtodita legi, quæ Chriſto nõ poterat de
ſpondi, priuſq; moreretur litera legis. Vñ:
Mortui eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſi-
Ro.7.a. tis alterius. ancilla eſt ſynagoga, ſecundum
illud: Abrahã duos filios habuit, vnum de
Gal.4.c. ancilla, & vnum de libera. h ❡ Vapula
bunt ambo. Lxx. Viſitatio erit eis, id eſt
liberabuntur â ſeruitute legis, ſecundum
q; filijs Iſrael de AEgypto liberandis dicit:
Viſitans viſitaui vos. i ❡ Et non mo-
Exod.3.c. Quamuis eñ ſcđm literã agerent, nõ ſm
ſpm, qa legiſlatoris intẽtionẽ ignorabãt, facili⁹ tñ aſſeqbanť veniã.

a p ❡ Praua dicendo uel agendo.
pones offendiculum, ſed timebis a
❡ Qui iſta prohibet.
dominum deum tuum, quia ego
a ſum dominus. Nõ facies quod in- b
iquum eſt, nec iniuſté iudicabis †. c
❡ O iudex.
a ❡ Vt pro paupertate a iuſtitia declines, quia deus iuſtus iudex nec debes eſſe miſericordior illo.
Nec conſideres perſonãm paupe d
a ❡ Quia nemo potentior deo, cuius eſt iudicium, cuius perſonam geris in iudicando.
ri, nẽc honores uultum potentis. e
b Iuſtè iudica proximo tuo. Non e- f
ris criminator, nec ſuſurro in po- g
c pulis. Non ſtabis contra ſangui- h
nem proximi tui: Ego dominus.
a ❡ Quemlibet hominem. b ❡ Quamuis aſtute odiſſe fingas, ut corrigas. vnde: Nolite quaſi inimicum exiſtimare illum, ſed corripite ut fratrem.
Non oderis frãtrem tuum in cor- i
a ❡ Non latenter detrahendo.
de tuo, ſed pũblice argue eum, †ne k l
❡ Conſentiendo.
d habeas ſuper illo peccatũ. †Non m
a ❡ Mihi uindictam. & ego retribuam dicit dominus. Ro 12.d.
quærãs ultionem, †nec memor e- n
❡ Vt uindices. a ❡ Hæc eſt totius legis confirmatio & abbreuiatio. Plenitudo enim legis eſt charitas.
ris iniuriæ ciuium tuorum. †Dili- o
a ❡ Lxx. proximum.
ges amicũm tuum ſicut teipſum:
❡ Qui ueram charitatem erga uos habeo. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam u t animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Iohan.15.b.
Egõ dominus. † Leges meas cuſto-
a ❡ Populares.
e dite. Iumẽnta tua non faciès coire p
a ❡ Cum Iudæis & Gentibus.
cum altẽrius generis animãtibus.
a ❡ Eccleſiam tibi commiſſam. b ❡ Catholica doctrina & hæretica.
Agrũm non ſeres diuẽrſo ſemi- q
a ❡ Cultura Chriſti & idolorum. Non poteſtis deo ſeruire & mãmonę. Matth.6.c.
ne. Vẽſte quę ex †duobus texta eſt r
❡ Particeps factus doctrinæ, & commiſtus ei per legis cõuerſationem.
a ❡ Per uerbum doctorale.
f non indueris. Homo ſi dõrmierit s
cum muliere coitu ſeminis q̃ ſit an
❡ Per culpam. ❡ Per naturam.
❡ Sanguinis Chriſti.
g cillã etiam †nubilis, & tamẽ pretio
a ❡ Qua libertate Chriſtus nos liberauit.
non redẽpta, nec libẽrtate donata,
h i †uapulabunt ambo, & non mo- t

❡ Quando

ſtabis contra ſan. iungens te illis qui machinantur in morte inno G
centis. i ❡ Non oderis. ex rancore & odio diſſimulans pecca
tum ſuum, donec poſſis deſtruere eum. k ❡ Sed publice. id
eſt voce expreſſa, ſecundum illud Matth. xviij. b. Si peccauerit in te
frater tuus, vade & corripe eum &c. Si autẽ per hoc quod dicitur
publicæ, intelligatur correptio facta in pu
blico ſeu iudicio, tunc eſt intelligendum
de peccatis quæ poſſunt probari. & tunc
talis correptio pertinet ad iudicem exeq̃n
do, ad accuſantem & teſtes denuntiando
& teſtificando. l ❡ Ne habeas ſuper
illo peccatum. Si enim correctionem
fratris ſui aliquis omitteret, vt in peius rue †Deut.1.c.
ret, faceret contra charitatem. m ❡ Nõ Ro.2.b.
quęras vltionem. liuore vindictæ. po- Eph.6.b.
teſt tamẽ quæri amore iuſtitię. n ❡ Nec Act.10.f.
memor eris iniurię ciuium tuorum Iaco.2.b.
ſcilicet ad vindicandum liuore vindictæ.
poteſt tamen haberi memoria ad vindi-
ctam amore iuſtitiæ. o ❡ Diliges ami
cum tuum ſicut teipſum. Li ſicut non
importat æqualitatem, ſed imitationis ſi-
militudinem: quia amicabilia ad alterum
veniunt ex amicabilibus ad ſeipſum, vt ha
betur. ix. Ethicorum. p ❡ Iumẽta tua. Diuiſio
Hîc conſequẽter ordinatur homo q̃tùm
ad motũ vegetabilis, ſecundũ autẽ Philo-
ſophum. ij. de anima, duo ſunt opera ani-
mæ vegetatiuæ. ſ. generare & alimento ~publicè
vti. Vſus verò alimenti duo reſpicit. ſ. nu- †ne ꝓpter
tritionẽ & augmentũ. Primò igiť ordinať ip̃m iucur-
homo reſpectu generationis. Secundò re- uas pctm̃
ſpectu augmenti, ibi: Quãdo ingreſſi fueri †Ecc.10.a.
tis. Tertiò reſpectu nutritionis, ibi: Ego do †nec ſerua
minus. Circa primum ordinatur homo in bis odiũ cũ
generatione aliorum ab homine, inquan- filijs popu-
tũ alia per hominem ad generandum ap- li tui
plicantur. & quantũ ad hoc dicit: Iumẽta
tua. quia ex aſpectu talium poſſent homi- H
nes aliqui induci ad beſtialitatis vitium, †23. q. 4. c.
quod eſt coitus cum beſtijs. Præcipitur e- cum in lege
tiam hoc in deteſtationem idolatriæ, quia
idolatræ colentes cæli militiam, in coniun
ctionibus planetarum faciebant coniun-
ctiones diuerſorum animalium. & eadem
ratione diuerſa ſemina in eodem agro cõ-
iunctim ſeminabant, & veſtibus ex pluri-
bus contextis, vtpoté ex lana & lino vel
ex diuerſis coloribus vtebantur in vene-
ratione ſiderum: propter quod talia pro- †lana &
hibentur. Dicit autem Ioſephus, quòd ve lino
ſtis ex duobus contexta, alijs niſi ſummo
ſacerdoti prohibebatur, quia in veſtibus
ſummi ſacerdotis erant tales varietates: &
ideo non erant licitę alijs. Secundô ordi- † deſponſa
natur homo reſpectu generationis in ſpe- ta viro
cie humana, per hoc quod excluditur illi-
citus coitus, cùm dicitur. s ❡ Homo
ſi dormierit cum muliere coitu ſe-
mi. quæ ſit an. etiam nobilis, ſcilicet †vel vapu
genere, vendita tamen in ancillam. In He- labit ipſa
bræo habetur: Quæ ſit ancilla & parata vi
ro. Vbi dicit Ra. Sa. quôd ſcriptura loquitur de ancilla Chananęa
affidata ſeruo Hebręo, quorum matrimonium erat inchoatum ſed
non perfectum, & tunc fornicatur cũ Iudæo libero: quia licet He-
bræi liberi non poſſint contrahere cũ Chananæa, ſerui tamẽ pote-
rant de voluntate dñi, vt dicit. t ❡ Vapulabunt. In Hebręo ha
betur: Vapulabit ipſa id eſt verberatur ipſa, cuius cauſa ſubditur:

Quia non

## *Nicolaus de Lyra.*

a ❡ Sed time dñm deũ. q. d. licet non debeas tales perſonas timere, tamẽ debes cauere à nocumentis eorum timore dei, qui videt & vindicabit. conſequenter ordinatur rõnalis affectus q̃tùm ad iudices, cũ dicitur: b ❡ Non facies quod iniquum. pœnã indebitam alicui imponendo. c ❡ Nec iniuſte iu. motus fauore vel odio, ſententiã iniuſtam ꝓnuntiando. d ❡ Nec conſide. nõ prohibetur condeſcentio ad pauperes in his quæ poſſunt fieri abſq; læſione iuſtitiæ, ſed in his tantùm per quæ iuſtitia læderetur. e ❡ Nec honores vult. Licet enim potentes rõne ſui ſtatus ſint præ alijs minoribus honorandi in cõmunib⁹, nõ tñ in his ꝑ q̃ iuſtitia lęderet. f ❡ Non eris crimina. detegens crimẽ proximi tui manifeſtè. g ❡ Nec ſuſurro. faciens hoc occultè. h ❡ Non

ſtabis cõtra

Moralit * p ❡ Iumenta tua non. &c. Per iumenta ſignificantur ſubditi ſimplices, qui non ſunt permittendi cùm hęreticis & malis hominibus habitare: quia de facili decipiuntur. q ❡ Agrum non ſe. diuerſo ſe. Per agrum intelligitur eccleſia quæ non eſt ſeminanda doctrina habente admiſtum cùm veris falſa. r ❡ Veſte q̃ ex duo. cõtex. qđ moraliter facit qui habitũ partim religioſum & ꝑtim ſecularẽ induit, ſilr̃ ille qui ſub habitu religioſo ſeculariter viuit.

*Poma quæ

A ☞ a ¶ Quando ingreſſi. Permanet in propoſito oſtendens fructum bonum ante Chriſti aduentum nõ habuiſſe Iudæos, cùm dicit fructum non eſſe edẽdum in triennio nec mundũ, ſed quarto anno mundandũ, nec dicitur quæ ſit mundatio. Spiritualiter ergo intelligendum eſt quod dicitur. ¶ Quãdo ingreſſi fueritis &c. Terram vocat diuinã ſcripturam quã primò Iudęi ſuſceperũt. Vñ plãtare ligna pomifera pcepti ſunt. Lignorũ aũt plantatio, meditatio legis eſt & pdicatio, ſcd'm qd' dicitur:

1. Cor. 3. b. Ego plãtaui, Apollo rigauit &c. Bona quidem mandata erãt tanq̃ ligna pomifera,

†expiabit ipſum — ſed illi quod debebant nõ faciebant, tñ ſequentes literã. Fruct⁹ ergo. i. operatio legis triennio erat immunda, ab Abrahã vſque ad Dauid, à Dauid vſq; ad tranſmigrationẽ Babylonis, inde vſq; ad Chriſtum, ſicut

Mat. 1. a. Matthęus diſtinxit. Quarto anno fructum legis ſanctum commendat & laudabilem, non tamen adhuc eſſe Iudęis eſibilem. Fructus enim legis in quarto anno. i. in aduentu Chriſti, ſanctus & laudabilis, quem ſanctumſctõrũ faciebat, cuius opera laudabilia & glorioſa. Vñ & in paralytico grabatum portãte glorificabãt deum, q dedit talem poteſtatẽ hominib⁹: ſed nondũ edebat Iudęus, quia nõ cõuerſus. In qnto verò anno, id eſt pdicãtibus apl'is, fructũ eius ederunt quicũq; crediderũt.

Mat. 9. a.

*eorum

Mat. 23. a. b ¶ Et plantaueritis. Moraliter, Grego. Ligna pomifera opera virtutibus fœcunda. Prẹputia auferimus, cũ de inchoationis infirmitate ſuſpecti, primordia operum noſtrorum non ap-

Moraliter probamus. Poma quæ germinant, noſtris

B eſibus non aptamus, quia cùm primordia laudantur boni operis, non debet hoc paſcere animum operantis, ne dum laus ſuauiter capitur, fructus boni operis intempeſtiuè comedatur. Qui igitur inchoatæ virtutis laudem receperit, quaſi plantati ligni fructum ante tempus comedit. Vnde: Vanũ

Pſal. 126. a. eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquã ſederitis. Ante lucẽ ſurgere, eſt ante claritatem retributionis ęternæ in pſentis vitę nocte gaudere. c ¶ Non comede. Totum Iudeorum & Gentilium radit fermentum. Vñ nũc phibet à legis ſeruitute, nũc à Gentilium errore. ¶ Allego. Augu. Nõ comedere ſuper mõtes, eſt ſuperbis cogita-

Allegoricè tionibus non paſci, de quibus Eſaias: Om̃is

Eſa. 40. a. mons & collis humiliabitur. Non augurari volucribus, non attendere quæ rapiunt ſemen pietatis. Comam in rotundum tondere, eſt cogitationes dęmonibus conſecrare. Barbam radere, eſt virtutis perfectionem corrumpere, fictè operando. Carnem non incidere, eſt delectationes nõ ſuſcipere, quæ & animæ nocent & corpus corrũpũt. Stigmata, praua, doctrina quæ aĩę infigitur & difficulter aboletur. d ¶ Non auguriabimini &c. Per partem totum ſignificat, omnes huiuſmodi ſuperſtitiones condemnans. Qui enim talia curat obſeruare, deum videtur infamare, tanq̃ plus ſciẽtiæ auibus q̃ hominibus contulerit. e ¶ Neq; in rotund. Sicut Barbari faciunt, debet quiſque eſſe contentus naturalibus ornamentis, ne creatorem videatur accuſare, tanq̃ impotentem: opus ſuum perficere, nec in honore dęmonum cicinnos nutrire & fouere, ſicut ſtudent pagani puerorum capita dęmonibus offerre, quod maximè hîc videt phibere. f ¶ Stigmata. Legiſlator etiam curam noſtri decoris gerit, ne carne abutamur in his etiam quæ corpus deturpant. g ¶ Filiam tuam. Carnalem, vel animam. Vnde Pſal. Erue à framea deus animam meam, & de manu canis vnicam

Pſal. 21. d. meam. Hæc recedendo à deo fornicatur cum dęmonibus.

☞ Sabbatha mea

rientur, quia non fuit libera. Pro a b
delicto autem ſuo offeret domino
ad oſtium tabernaculi teſtimonij

¶ Chriſtum. ¶ Chriſtus.

arietem, †orabitq; pro eo ſacer- c

¶ Alias peccato.

dos & pro delicto eius coram do-
mino, & repropitiabitur ei, dimit-
a tetur q; peccatum. Quãdo ingreſ- d
b ſi fueritis terram, & plantaueritis e

a ¶ Non approbantes operum primordia.

in ea ligna pomifera, auferetis prę- f

a ¶ Opera quæ incipiunt.

putia eorum. Poma quæ germi- g
nant, immunda erunt uobis, nec h

¶ In aduentu Chriſti.

edetis ex eis. Quarto *anno om̃is i
*fructus ſanctificabitur laudabilis

¶ Prædicantibus apoſtolis.

domino. Quinto autem anno co k l
medetis fructus, congregãtes po-
ma quæ proferunt. Ego dominus m

¶ Lxx. Non comedetis ſuper montes, ſicut in feſtis idolorum. comedebant Gentiles.

c deus ueſter. Non comedetis †cum
d ſanguine. Nõ auguriabimini, nec n o
e obſeruabitis ſomnia. Neq; in ro- p
tundum attondebitis comam, nec

¶ Lxx. ne corrumpas faciem barbæ.

a ¶ Sicut Gentiles ſpem reſurrectionis non habentes: Vnde: Ne contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. 1. Theſal. 4. c.

radetis barbam. Et ſuper mor- q
tuo non incidetis carnes ueſtras,
f neq; figuras aliq̃s, aut ſtigmata fa- r

¶ Qui debes corrigere.

cietis uobis: Ego domin⁹: Ne pro s
g ſtituas filiam tuam, ne cõtamine-

## *Nicolaus de Lyra.*

☙ a ¶ Quia non fuit libera. Et iõ non habebat, vñ offerret p peccato ſuo, q a ſeru⁹ & ancilla quicqd habẽt, eſt dñi ſui. & dato q haberet, tñ offerre non poterat in templo, cùm eſſe alienigena. nec erat adhuc deſponſata Iudęo, ſed de viro coeunte cum illa qui Iudęus & liber erat, & offerre de ſuo poterat, ſubditur: b ¶ Pro delicto autem ſuo offe. &c. & q intelligatur de ſolo viro, patet per hoc qd' ſubdit: c ¶ Orabitq; p eo ſa. Vel aliter, quia nõ

fuit libera

fuit libera, in hoc redditur cauſa quare ipſa & vir fornicans cum ea non incurrunt pœna mortis: quia de libera ſimpliciter affidata viro Hebræo ſi fornicetur, dicit Deutero. xxij. d. q vterq; debet mori. C

d ¶ Quando ingreſſi. Hîc conſequẽte ordinatur homo circa augmentationẽ in vegetabilibus ſiue plantis, cùm dicitur. ¶ Qñ igreſſi fueritis terrã. Ex quo patet, q iſtud præceptum non erat obligatorium ante ingreſſum terrę promiſſionis. e ¶ Et plãtaueritis in ea lig. po. Per hoc intelligũtur fructus generaliter etiam vinearum. f ¶ Auferetis præputia eorũ. i. primò flores ſeu gemmas ne erumpãt in fructus, duplici de cauſa. Prima eſt, quia arbores poſtea ſunt minus vtiles, quando nimis citò faciũt fructum. Scd'a, quia idolatrę tales fructus tanq̃ primitiuos reputabant dijs gratioſos, & eos idolis offerebant, ideo ſeqtur. g ¶ Poma quæ ger. tribus primis annis, quia aliquando non auferebant pfectè flores vel gemmæ ex negligẽtia vel obliuione. h ¶ Immunda erunt vo. ratione prædicta. i ¶ Quarto anno omnis &c. lauda. domino. In Hebręo habet, Laudantibus dominum. quia fructus q̃rti anni offerebantur domino, & cedebant in vſum ſacerdotum. k ¶ Quinto autem anno, & deinceps. l ¶ Comedetis fructus: quia domini arborum poterãt inde comedere, vendere & dare pro ſua voluntate. m ¶ Ego dominus. Hîc conſequenter ordinatur homo reſpectu nutritionis, in hoc q phibetur eſus ſanguinis, cuius rõ frequenter in præcedentibus expreſſa eſt. n ¶ Non auguriabimini. Hîc ordinat humana vita q̃tùm ad actum ſenſualẽ, inquantũ phibentur auguria & ſuperſtitiones, in quib⁹ fiebant quędã apparitiones p illuſiones ſenſuum. & quantũ ad hoc dicitur: Nõ auguriabimini. Auguriũ eſt propriè diuinatio p garritũ ſeu volatũ auiũ: tamen hîc accipit generaliter p omni diuinatione ſupſtitioſa, quę fit in vigilia, & maximè quę fit ex aliqua illuſione ſenſuum exteriorum. o ¶ Nec obſerua. ſom. in quibus fiunt frequẽter illuſiones dęmonũ, per motionẽ ſenſuũ interiorũ. qualr aũt diuinatio poſſit fieri p ſomnia, dictũ fuit Geñ. xl. Sciendũ etiã, q aĩalia & aues & etiã piſces, eò q carẽt ratione, & totaliter ducũtur impetu naturali, frequẽter percipiunt immutationẽ cõtinentis futura de ppinquo. & ſecũdũ hoc mouent ad aliqua, ſicut delphini imminẽte tẽpeſtate de pfundo maris exeũt ad ſupficiẽ: & p hoc nautæ pnoſticãt de tempeſtate futura. & hoc modo cõiecturare de futuris pcedentibus ex cauſa naturali per motũ auiũ, aĩalium ſeu piſciũ, inquantũ pſentiunt impreſſionẽ cauſę agentis, nõ eſt ſupſtitioſum, ſed licitũ. Prognoſticare aũt de futuris ad quæ nõ ſe extẽdit cã naturalis, vel ſi ſe extendat, non tñ fit pgnoſticatio p ſigna naturalia modo pdicto: ſed modo ſupſtitioſo, eſt illicitũ. p ¶ Neq; in rotun. Hoc præcipit in deteſtationem idolatrię, qa idolatrę faciebãt talia. Vnde dicit Baruch. vj. c. Sacerdotes ſedent habentes tunicas ſciſſas, & capita & barbam raſam. q ¶ Et ſuper mortuo. quia idolatræ hoc faciebant, vt habetur. iij. Reg. xviij. e. vbi dicit q ſacerdotes Baal incidebant ſe cultris & lanceolis donec perfunderentur ſanguine. r ¶ Neq; figu. ali. aut ſti. in veſtra carne, qa talia ſunt ſigna pactorũ cũ dęmonibus. s ¶ Ne proſtituas filiam tuam. Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de pſtitutione ad fornicationem corporalẽ. Alio modo de proſtitutione ad fornicationem ſpiritualem & corporalẽ.

*autem

†aliqui habent carnẽ cũ ſanguin c

†6. 17. d.

D

Augurium

Somnia

☙ Sacerdotes

Moraliter *g ¶ Poma quæ ger. Per poma germinantia intelliguntur bonorum operũ primitiua, q̃ p tanto dicunt immũda, qa nõ ſunt ab alijs comedenda, nec de ipſis debet operãs gl'iari, qa de facili põt in oppoſitũ tranſmutari. p ¶ Neq; in rotun. Moraliter comam in rotundũ attõdet, q ipſam ad excitationẽ carnal' laſciuiæ curioſè diſponit. Silr barbã radit, qui virilitatẽ animi in fœmineã mollitiem conuertit. q ¶ Et ſuper mor. Moraliter aũt hoc faciũt, q de morte amicorũ imoderatè triſtant, & cõtra deũ murmurãdo loquũt. r ¶ Neq; figu. Moraliter hoc faciunt hypocritę triſtes, qui exterminant facies ſuas, vt appareãt hominibus ieiunãtes, Matth. vj. b.

E a ℭ Sabbatha mea cuſt. Ab vno ſabbatho omne legiti-
mum otioſum ſabbathum appellatur. Sic ab vna generali abſtinẽ
tia ſtudet legiſlator per ſingula currere, præcipiẽs nos ab omni ma
lo abſtinere. vnde addit: Et ſanctuarium meũ metuite. Sicut enim
qui dignè accedunt, ſanctificant, ſic qui iniquè præſumunt, & im-
mundi accedunt, quantũ eſt in ſe polluũt,
ſicut Nadab & Abiu. Vnde Apoſtol⁹: In
Ẽ.10.a. ter vos multi infirmi & imbecilles &c. In-
de additur: Ego dominus ſanctus. ſ. & etiã
in ſanctis habitans, & ſanctorum vindicãs
1.Cor.11.g. iniuriam. b ℭ Ad magos. Lxx. Ventri-
culos, id eſt phytones, vł falſos prophetas,
qui de ventre cordis ſui fabulas quaſdam
& fœtentes doctrinas proferunt. c ℭ Ne
que ab ariolis &c. Lxx. Veneficis, qui
dęmonum ſcilicet nomina inuocant, & ali
quando corpus curant, vt animam inter-
ficiant. d ℭ Coram cano capite In ſe-
nibus eſt ſapientia, & in multo tẽpore pru
Iob.12.b. dentia. Hinc Paulus ait: Preſbyteri dupli-
1.Tim.5.c. ci honore digni habeantur, maximè qui la
borant in verbo & doctrina. e ℭ Si ha-
bitauerit. Terra à deo nobis data, eſt vir
tutum ſcilicet cultura, & bona doctrina.
Si quis ergo ad fidem noſtram conuerti
voluerit, & ciuis terræ noſtræ aſcribi non
affligamus eum, nec imponamus graue iu
gum, ſicut Phariſęi de quibus dicitur: Al-
Mat.23.a. ligant onera grauia & importabilia, digi-
to autem ſuo nolunt ea mouere. Sit vo-
bis ſicut indigena, qui ſcilicet nutritus eſt
in fide, & creuit in pietate. Hinc Petr⁹ ad
eos qui credentes de gentibus circuncide-
re volebant, ait: Quid tentatis deum, im-
Act.15.b. ponere iugum ſuper ceruices diſcipulo-
F rum. f ℭ Nolite facere & cætera. In
præcedentibus pręcipit in iudicio iuſtitiã
ſeruari, hîc in ponderibus & menſuris, &
ne abutamur ad iniuſtitiam iuſtitiæ termi
nis: hæc enim termini ſunt vendentib⁹ &
ementibus, ſicut leges iudicibus: vt ab omi
iniuſtitia contra proximum caueať. Quod
enim diuiti agrorum poſſeſſiones & pecu
niæ theſauri, hoc pauperi menſura vini &
Moraliter tritici, & huiuſmodi. ℭ Origenes. Mo-
raliter. Nolite facere &c. In iudicio mentis
†& hin li- non debemus iniuſtè agere, nec menſuras
quidorum naturalis iuſtitiæ corrũpere, aliter noſtra,
Mat.7.a. aliter proximi peccata iudicantes. In quo
enim iudicauerimus, iudicabitur & de no
bis, & in qua menſura menſi fuerimus, re-
metietur nobis. g ℭ Statera iuſta &c.
Stateras quoque diuinas, & menſuras di
†ſtatuta uinas iuſtas habeamus, id eſt leges diuinæ
ſcripturæ, ſanctè & iuſtè cuſtodiamus: ni-
Mat.15.a. hil noſtrum inferentes, nihil ſuum auferen
tes, ne nobis iſtud dicať: Quare tranſgredi
mini mandatũ dei ꝓpter traditiones vr̃as.

a ¶ Id eſt habitatores terræ. ¶ Corpus quod eſt de terra in quo dominatur omnis iniquitas fornicante anima.
b ¶ Lxx. fornicatione.
tur terra, & impleatur piaculo. a
a ¶ Feriationes ab omni malo.
a Sabbatha mea cuſtodite, & ſan-
a ¶ Ne indigne intretis.
¶ Qui in ſanctis habito.
ctuarium meum metuite. Ego do
b minus. Non declinetis ad magos, b
c neque ab ariolis aliquid ſciſcitemi c
ni, ut polluamini per eos. Ego do d
d minus deus ueſter. Coram cano e
a ¶ Deferendo. ¶ Vt maiores quoq; tibi aſſurgant.
capite conſurge, & honora perſo f
¶ Ætate vel ſapientia.
nam ſenis, & time dominum de-
e um tuum. Ego ſum dominus. Si
a ¶ Nouiter conuerſus. b ¶ Virtutum cultura, doctrina bona.
habitauerit aduena in terra ueſtra,
a ¶ Fidelis: ſanctus.
& moratus fuerit inter uos, †ne ex g
¶ Quod infidelis fuit.
probretis ei, ſed ſit inter uos quaſi
a ¶ Nutritus & doctus in fide. b ¶ Diliges proximum tuum ſicut teipſum.
indigena, & diligetis eũ quaſi uoſ-
¶ Ante fidem.
metipſos. Fuiſtis enim & uos ad- h
¶ Alieni a deo. ¶ In mundo.
a ¶ Qui omnes volo ſaluari, & neminem perire.
uenæ in terra Ægypti. Ego domi
f nus deus ueſter. Nolite facere ini- i
a ¶ Accipiendo perſonã. b ¶ Iuſte iudicate filij hominũ.
c ¶ Genus ſequentium ſpecierum.
quum aliquid in iudicio, in regula, k
a ¶ Metallorum. b ¶ Vini vel olei aut ſimilium.
c ¶ Qua ponderatur argentum & huiuſmodi.
g in pondere, in menſura. Statera l m
iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus n
¶ Non alius.
modius, †æquusq; ſextarius. Ego
a ¶ Cuius vos ſerui. b ¶ A quo creati. c ¶ Qui in multis feci voluntatem ueſtram.
dominus deus ueſter, qui eduxi
¶ Nolite eſſe ingrati ſed. a ¶ Tanquam theſaurum.
uos de terra Ægypti. Cuſtodite o-
a ¶ Ne prætereat vnus apex aut vnum iota.
mnia †præcepta mea, & uniuerſa
iudicia, & facite ea. Ego dominus.

d ℭ Ego dominus deus veſter. A quo debetis inquirere veri-
tatem per prophetas à me inſpiratos. e ℭ Coram cano capit.
Hîc conſequenter ordinatur homo quantũ ad conuictum ciuilẽ,
in quo requiritur reuerentia ad antiquos. & ideo ſubditur. f ℭ Et
honora perſonam ſenis. Quod eſt intelligendum de ſeniorib⁹
& ſapientia ornatis, vt dicit Rab. Sa. Se-
cundò ad ciuilem conuictum requiriť hu-
manitas ad extraneos. & quãtum ad hoc di-
citur: Si habitauerit aduena &c. & ſubdiť:
g ℭ Non exprobretis ei. Et ſubditur
cauſa. h ℭ Fuiſtis enim &c. Fatuũ eſt
enim exprobrare alterius defectũ in ſeipſo
exiſtẽtem: quia hoc eſt ꝓprium defectum
reducere ad memoriam. Tertiò ad ciuilẽ
conuictum requiritur iuſtitia ad oẽs, quia
nulla cõmunitas ſtare poteſt abſq; iuſtitia,
etiam illorum qui aduerſantur iuſtitiæ, cu
iuſmodi ſunt latrones. niſi enim inter ſe iu-
ſtè diuiderent latrocinia, ſtatim inter eos
oriretur diſcordia, & eorum ſocietas depe
riret. quãtum igitur ad obſeruationem iuſti-
tię dicitur: i ℭ Noli. fa. ini. a. in iu. &c.
Accuſando, teſtificando, ſeu ſentẽtiã profe
rendo. k ℭ In regula. Et vocatur hîc re
gula illorũ menſura q̃ linealiter menſuran
tur, ſicut panni in quorũ menſuratione vl
na eſt regula. l ℭ In pondere. Et vocať
hîc pondus menſura eorũ q̃ ponderibus
mẽſuranť. ideo ſubditur: m ℭ Statera iu †nõ affligetis eũ, vel
ſta. Menſura autẽ hîc propriè accipiť pro inferetis ei
determinata continẽtia vaſorũ, quib⁹ liq-
da vel arida mẽſuranť. iõ ſubdiť: n ℭ Iuſt⁹
modius &c. Moraliter iniquum habẽt H
iudicium qui facta propria bñ, aliorũ ma- Moraliter
lè interpretanť. Inęqualem regulam qui re-
tinendo odium implorãt veniam; ſed qua
menſura menſi fuerint; remetietur eis. Inę-
quale pondus qui defectus aliorum pon- Matt.7.a.
derant multum, ſuos autem parum. Inæ-
qualem menſuram qui grauia alijs impo-
nunt; & digito ſuo nolunt mouere.
ℭ In capitu. xix. vbi dicitur in poſtilla: Lo-
cutus eſt dominus &c.

## Nicolaus de Lyra.

Sacerdotes enim idolorum quando volebant abuti aliqua
puella, fingebant quòd deus qui colebatur in idolo diligebat eam,
& volebat vti eius concubitu: & parentes puellæ credentes ſacrifi
cium facere deo ſuo, mittebãt eam de nocte ad phanum idoli, vbi
ſacerdotes ea abutebanť in tenebris, & illa credebat ſe à dijs cogno
ſci. Et factum conſimile narrat Ioſephus. xx. antiquitatum Romæ
Ioſeph⁹ de Paulina & tẽplo Iſidis accidiſſe tẽpore Tiberij Cæſaris, ſcilicet Paulinam pulcherrimam
fœminam per ſacerdotes Iſidis deceptam: qui in phano Iſidis quen
dam iuuenem amore eius accenſum, loco numinis de nocte ad illi⁹
concubitum propter pecuniam eis promiſſam & datam admiſe-
runt, propter quod idem imperator phanum fecit dirui, & ſacer-
dotes crucifigi. a ℭ Et impleatur terra piaculo, id eſt peccato
nefario, ſecundum qđ habetur Iudic. xx. a. Nunq; tantum nefas, &
tam grãde piaculum factum eſt in Iſraël. b ℭ Nõ declinetis ad
magos, ſcilicet ad quęrendum aliquid ab eis, & dicuntur magi q
ſuperſtitioſè diuinant per aſtra. c ℭ Nec ab ariol. Qui in extis a-
nimalium ſacrificatorum dęmonibus ſuper aras idolorũ diuinãt.
d ℭ Ego

## ADDITIO I.

In hoc cap. non ſolũ replicantur pręcepta
decalogi per totum ferè: vt patet literã in-
tuenti: ſed etiam multa ſuperadduntur, q̃
ad perfectiorẽ modum obſeruandi prædi
cta præcepta pertinẽt. Vnde & iſtud capi
tulũ apud antiqſſimos Hebręorũ ſpeciali-
ter à ſui principio vſq; ad illũ locũ vbi di-
ciť: Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſum inclu
ſiuè, notabiliſſimũ reputať. & qa in ei⁹ ex-
poſitione poſtillator valde breuiter ſe ex-
pediuit, ideo circa eius declarationem vlterius inſiſtendum videtur.
ℭ Circa qđ primò inquirendũ videť, q̃ fuit ratio iterationis præce
ptorũ decalogi à Moyſe in hoc loco. licet em̃ prout quidã dicunt,
hæc iteratio fuerit ad maiorem firmitatẽ, vt & magis mentib⁹ eorũ
memoria præceptorũ infigereť, tñ hoc nõ videť literæ conſonũ, cũ
Moyſes non ꝓcedit hîc vt repetitor legis ſicut in Deuteronomio,
ſed ſolùm vt primò ſeu nouiter de mandato dei ea proponens.
Non enim dicitur: Hæc præcepit vobis dominus in Sinai, ſed
ſimpliciter loquitur pręcipiendo, ac ſi hactenus non fuiſſent à deo Philoſoph.
eis præcepta: ſaltem ſub forma qua hîc traduntur. Ad quod vi-
detur dicendum, quòd prout dictum fuit Exod. xx. capitu. in pri-
ma additione: Sicut in ſcientijs ſpeculatiuis ex notioribus & con
fuſis proceditur ad minus nota, & magis determinata, vt patet in
j. Phyſico. Ita etiam oportet eum qui vult inducere hominẽ ad vir
tutem per obſeruantiam præceptorum de actibus virtutum, vt ex
illis eum inſtituere incipiat, quæ ſunt notiora & faciliora. Et ideo in
decalogo primo tradito à deo faciliora & cõiora pręcepta ponun
tur, tam in his q̃ ordinant ad deũ, q̃ in his quæ ordinãt ad ꝓximũ,
vt ibidẽ fuit latius expoſitũ. vñ in datione legis cũ ppl's eſſet nõ ſo-
lùm rudis, ſed q̃ſi nouiter incipiẽ in diſciplina virtutũ, idcirco nõ
fuit eis

A fuit eis expreſſus protunc modus obſeruandi illa præcepta prout
poteſt cadere ſub lege diuina,ſcilicet vt p̄cepta illa ex interiori mo-
tu tanꝗ̃ volentes & eligẽtes implerent,ſed ſolũ fuerunt eis ꝓpoſita
ſaltẽ pro maiori pte quãtũ ad actus exteriores, prout poſſunt cade
re ſub lege etiã humana,q̃ de exteriorib⁹ tm̃ iudicat. In hoc autem
loco cũ iã populus licet rudis eſſet,tñ magis eruditus in hmõi diſci
plina tanꝗ̃ expertus in multis & variis iudiciis diuinis,q̃ inter ipos
contigerãt,p̄cepta decalogi eis iterant̃,exprimẽdo ſeu innuẽdo mo
dũ ea obſeruãdi,ꝓut ſub lege diuina cadere debet.ſ.vt ex motu in-
teriori ad opa virtutũ exteriora procederet:Qđ ſic patet:Nã circa
parentũ obſequiũ in datione legis dicitur.Honora patrẽ tuũ & ma
trẽ.Quod quidẽ p̄ceptũ impleri põt ꝑ ſolos actus exteriores. Ho-
nor enim qui eſt exhibitio reuerẽtię in ſignũ virtutis,vt habet̃ in.j.
Philoſoph. Eth,in ſolo actu exteriori põt ĩpleri,in q̃ ſigna reuerẽtię demõſtrãt̃:
In hac autẽ iteratione dicit̃:Vnuſquiſq; matrẽ & patrẽ ſuũ timeat.
Conſtat autẽ ꝙ timor eſſentialiter in interioribus conſiſtit, qđ eſt
difficilius implere q̃ primũ,& etiã dat modũ quo impleri debeat
præceptũ illud.ſ.Honora prẽm tuũ & matrẽ.ſ.ꝙ tal' honoratio ex
terior procedere debet ex timore interiori.ſ.filiali ſeu reuerentiali.
Idẽ patet in ſcđo p̄cepto hîc tradito,cũ dicit̃:Sabbatha mea cuſto-
dite.In prima em̃ traditione decalogi habet̃:Memẽto,vt diẽ ſabba-
thi ſanctifices,vbi ſabbathũ ponit̃ in ſingulari,hîc aũt dicit̃ ſabba-
tha in plurali,qđ nõ vacat à myſterio:vñ glo.Nota ꝙ nõ ait ſabba
thũ,ſed ſabbatha,qa intelligibilis reqes non ab vno ſed ab oib⁹ car
nalibus qeta eſt & abſoluta:& iõ in hoc loco pri⁹ ſabbathorũ no-
mẽ in diuina ſcriptura poſitũ eſt,vt ſcias qa ſabbathũ plena & pfe-
cta qes eſt.Hæc in glo.❡ Et attẽdẽdũ, ꝙ licet fortè qđ dicit̃ in hac
glo.ꝙ ſabbathũ plena & pfecta eſt qes,intelligit̃ de reqe æterna,tñ
ſatis datur intelligi,quia qes ſabbathi,ꝓut cadit ſub pręcepto legis
vniuerſalis debet eſſe ab oib⁹ impeditiuis qetis eiuſdẽ,quod non in
telligitur cũ dicit̃,ſabbathũ in ſingulari: vnde patet ꝙ hæc iteratio
difficilior eſt,& pfectiorẽ modũ p̄cipit in obſeruatione ſabbathi,
q̃ prima ꝓpoſitio.ſ.in datione legis.❡ Idem patet in ꝓhibitione
idolatriæ,de qua hîc dicit̃:Nolite cõuerti ad idola &c.Hic em̃ act⁹
interior in hmõi ꝓhibitione videt̃ cõtineri.Cõuerſio em̃ humana
ꝓpriè intelligit̃ in corde.Vñ Iohel.ij.d. Cõuertimini ad me in to-
to corde veſtro.Quæ qdẽ ꝓhibitio ſe extendit etiã ad illos qui cul
B tus ſeu ſupſtitiones idolorũ mentaliter approbant,licet exterius ni
hil horũ oſtendãt,qđ nõ fuit in datione legis circa hoc expſſum,&
qa fortè ex hoc aliqs putaret:ꝙ tota ꝓhibitio idolatriæ conſiſteret
in mente,ſic ꝙ qui mẽtaliter idola nõ coleret,licitè poſſet eis ꝑ act⁹
exteriores exhibere cultum,prout fortè quidã æſtimauerunt.ideo
ſubdit. Nec deos conflatiles facietis vobis:vt intelligatur,ꝙ licet
quis in mente ad idola non conuertatur,fabricat tamẽ ea per actũ
exteriorem,nihilomin⁹ eſt tranſgreſſor huius præcepti. ❡ Simili-
ter circa prohibitionẽ periurij infrà, paucis interpoſitis dicit:Nõ
peierabis in nomine meo , nec pollues nomen dei tui.Circa quod
in prima particula ſuperaddit̃,ꝙ non ſolũ in nomine dñi tetragrã
maton ꝓhibet̃ periuriũ,vt in prima traditione decalogi vbi dicit̃:
Non aſſumes nomen dei tui inuanũ,vbi pręfictũ nomẽ magnũ ex
primitur,ſed etiã in quocunq; noĩe diuino ꝓhibet̃ piuriũ.In ſcđa
verò pticula cũ dicit̃:Nec pollues nomẽ dei tui:ſupaddit̃ alia prohi
bitio.ſ.ne qs quaſi obligat⁹ iuramento aliqd malũ cõmittat,ſicut
legitur de iuramento Herodis ad filiã Herodiadẽ:talis enim iurans
cuſtodiendo iuramẽtum,videtur nomen dñi polluere,vt in gloſ.
❡ Similiter circa ꝓhibitionẽ homicidij dicit:Nõ ſtabis cõtra ſan-
guinem ꝓximi tui.In quo auxiliũ & cõſiliũ vel fauorem homicidij
videtur ꝓhibere.Nec ſolũ iſta,q̃ in actib⁹ exteriorib⁹ cõſiſtunt,ſed
etiam cor cordis prohibetur cũ dicit:Non oderis fratrẽ tuũ in cor
de tuo &c.Sed qa iſta negatiua ſunt,nec cõphendũt intẽtionem le-
giſlatoris circa ordinationẽ hominis ad ꝓximũ,iõ finaliter cõcludit
dicens:Diliges amicũ tuũ.i.ꝓximũ,ſcđm trãſlationẽ.Lxx ſicut teip
ſum.In hoc em̃ mandato toti⁹ legis cõfirmatio & abbreuiatio cõſi
ſtit.vñ Rom.xiij.ca.Qui diligit ꝓximũ,legem impleuit.❡ Similiter
circa prohibitionẽ furti addit:Nec decipiat vnuſqſq; proximũ ſuũ.
Non facias calumniã nec vi opprimes, & multa alia quæ ſequũtur
ad prohibitionem cuiuſcunq; iniuriæ ſeu damni,q̃ in bonis proxi
mi poteſt inferri,vel etiam in eius fama,vt cũ dicitur:Non maledi-
ces ſurdo,nec eris criminator,nec ſuſurro in populis.Nec in dire-
ctione actuum ignorantis,cũ dicit̃:Nec corã cæco pones offendi-
culum,nec etiã pręſtando fauorem iniuſtũ in iudicio,cũ dicit:Nec
iniuſtè iudicabis,nõ cõſideres perſonã pauperis.Conſtat autem ꝙ
omnia p̄cepta prędicta negatiua quib⁹ ꝓhibent̃ iniuriæ vel nocu-
menta quęcũq; ꝓximo inferẽda poſſunt impleri ſine hoc ꝙ homo
diligat ꝓximũ.Põt em̃ homo nõ habere odium fratris ſui in corde
ſuo,nec querere vltionem ab eo,& oĩa hmõi:& tñ cũm hoc nõ dili
gere eum.Cũ em̃ amor & odiũ ſint paſſiones contrariæ , poſſibile
eſt,vt quis neutrã habeat circa proximũ,ſicut poſſibile eſt,ꝙ aliqđ
corpus

corpus nec ſit album nec nigrũ. Vñ ſequitur, ꝙ licet quis imple C
ret oĩa pręcepta negatiuã prædicta circa fratrẽ,non tamẽ ex hoc ſe
quitur,ꝙ implet præceptũ de dilectione ꝓximi circa eum:ille tñ
qui diligit ꝓximũ ſuũ ſicut ſeipſum.oĩa p̄dicta p̄cepta negatiua cir
ca proximũ implet.Cui⁹ ratio eſt.Nã in hoc pręcepto de dilectio
ne ꝓximi licet nõ importetur ęqualitas dilectionis:eò ꝙ amicabilia
ad alterũ venerunt ex amicabilibus ad ſe,vt patet.ix.Eth.Importa-
tur tñ per hoc præceptũ dilectionis,ꝙ homo velit bonũ ꝓximo
ſuo,cuiuſcunq; generis bonorũ exiſtat,vtputa bonũ corpis & bo- Philoſoph⁹
nũ aĩæ,& bonũ honoris ſeu famæ,& oĩm aliorũ q̃ licitè hõ poſſet
ꝓ ſe velle,ꝗ̃uis pri⁹ ſibi & poti⁹ iſta bona vellet,& hoc importat̃ ꝑ
hoc ꝙ dicitur:Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſum.Nã poſtq̃ enume
rauit omniũ malorum genera quæ prohibentur inferri proximo,
ſubdit:Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum,vt intelligat̃,ꝙ ſicut ho
mo diligendo ſeipſum,non ſolũ omnia mala p̄dicta,inq̃;tũ in ſe eſt,
à ſeipſo amouet,ſed etiã eorũ contraria,ſcilicet bona ſibi procuret,
pari modo ꝓximũ diligit, ſeruato tamen ordine charitatis,qui in-
telligitur in hoc ꝙ dicitur:Sicut teipſum. Exemplar enim prius &
potius eſt exemplato.❡ Ex quib⁹ ſequit̃,ꝙ implere hmõi mandatũ
de dilectione ꝓximi, perfecti⁹ eſt q̃ implere cætera mandata circa
eum præter præceptum dilectionis:nã per impletionem iſti⁹ præ-
cepti affirmatiui virtualiter implentur omnia alia negatiua circa ꝓ
ximum,ſed non ecõtra,vt dictũ eſt. ❡ Sequitur etiã ex dictis,ꝙ p̄-
ceptum de dilectione proximi, prout in lege diuina traditur,non
eſt de præceptis iuris naturalis primò per ſe notis. Manifeſtum eſt
enim,ꝙ talia præcepta prima iuris naturalis ſunt eadem apud oẽs:
ſed conſtat ꝙ præcipui Philoſophi qui de naturali dictamine ratio
nis maximè ſcrutati ſunt,vt Peripatetici,hoc non inuenerunt:nam
tractantes de amicitia, quæ apud eos virtus eſt:vel non ſine virtu
te,vt in.viij.Ethi.ipſam poſuerunt ſolùm eſſe inter viros virtuo- Philoſoph⁹
ſos,quorum alter alterum veraciter cognoſceret eſſe talẽ,quod eſt
de rariſſimè contingentibus,quod non eſſet ſi de primo dictami-
ne rationis naturalis hoc præceptum eſſet.❡ Sed cõtra hoc vide-
tur ſentire ſanctus doctor in prima ſcđæ.q.c.arti.ij.in reſponſiõe
ad primum argumentũ,vbi dicit ꝙ p̄cepta de dilectione dei & ꝓ-
ximi ſunt prima & cõia legis naturæ,quæ ſunt ꝑ ſe nota rõni hu-
manæ,vel per naturã vel ꝑ fidẽ.Et idẽ in eadẽ.q.arti.xj.in corpore
quæſtionis dicit,ꝙ quædã ſunt præcepta rectiſſima,& adeò mani
feſta,ꝙ editione non indigent,ſicut mãdata de dilectione dei & ꝓ-
ximi:& hoc videtur tenere in multis alijs locis,quod valde miran- D
dum eſt ꝓpter pręd:cta:niſi fortè ſanct⁹ doctor loquat̃ in ſtatu na
turæ integræ,nõ autem in ſtatu naturæ lapſæ:qđ tñ nõ intelligitur
bñ ex verbis ſuis,p̄ſertim cũ hanc rõnem aſſignet,quare iſta duo p̄
cepta nõ fuerunt poſita inter p̄cepta decalogi: Quæ quidem ratio
aliam admirationẽ inducit.Nã ſi hæc duo pręcepta iõ non ponun
tur inter præcepta decalogi,qa ex ſui manifeſtatione,editione non
indigent,multò minus debuiſſent poni inter præcepta ſupaddita
decalogo,quorũ rõ non eſt cuilibet manifeſta,ſed ſolũ ſapientibus
ſcđm ipſum in eadẽ.q.❡ Sequit̃ etiã ex dictis,ꝙ hoc p̄ceptũ de di-
lectione ꝓximi eſt difficilius cæteris p̄ceptis,q̃ ordinant ad ꝓximũ:
qđ ſic patet:nã q diligit ꝓximũ ſicut ſeipſum, ꝓmptè & delectabi-
liter exercet erga ipſum ſic em̃ opa amicitiæ, erga ſe talia opa exer-
cet.Ille aũt q nõ diligit ꝓximũ ſicut ſeipſum,licet alia p̄cepta negati
ua ſuprà dicta impleat,abſtinendo ſe ab odio proximi & alio no-
cumento ſibi inferendo,non tñ eſt neceſſe,vt hoc faciat promptè
& delectabiliter:poſſunt em̃ iſta impleri timore pœnæ , vel quadã
ſimulatione ſine promptitudine,nec delectatione,qđ non cõtingit
in eo qui ꝓximũ diligit ſicut ſeipſum:Nã cũ amor ſit cauſa delecta
tionis,ſub præcepto de dilectione ꝓximi cadit:vt implens hmõi p̄
ceptum cũ delectatione & hilaritate,opa amicitiæ exerceat erga ꝓ
ximum,vt in prima ſcđæ.q.c.arti.ix.in reſponſione ad tertiũ argu
mentum.Et ſic ex vi hmõi pręcepti datur modus adimplendi alijs
pręceptis ad ꝓximũ ordinantib⁹,licet ex vi aliorũ præceptorũ quę
non dãtur de dilectione,ſed de abſtinendo à nocumento vel odio
ꝓximi:talis modus nõ cadat ſub præcepto.❡ Concordat aũt huic
expoſitioni,ꝙ in prima traditione decalogi ꝓponit̃ vt p̄ambulũ,
Ego ſum dñs deus tuus,qui eduxi te de terra Aegipti.In quo oñdi
tur,ꝙ deus volebat eos inducere ad obſeruantiam præceptorum
ex recognitione beneficij redemptionis accepti.In hac autem ſecũ-
da iteratione decalogi præmittitur vt præambulum.Sancti eſtote
quoniam ſanctus ſum ego dñs de⁹ veſter.In quo oſtenditur,quòd
hîc intendit eos inducere ad præceptorũ obſeruantiã ex imitatio
ne diuinæ ſanctitatis.Conſtat autem,quòd altior modus veniendi
ad virtutẽ ſeu ad opera virtuoſa eſt,cũ quis imitari intendit diui-
nam bonitatẽ ſeu ſanctitatẽ quantũ humana fragilitas ꝑmittit ; q̃
cũm quis ex recognitione beneficij accepti ad hoc inducitur,ſicut
maior eſt perfectio ſeu bonitas diuina in ſe conſiderata quæ infi-
nita eſt , quâm ſi conſideretur ex certo beneficio alicui impenſo
quod ſemper

E quod ſemper eſt finitũ, vnde hoc dictũ: Sancti eſtote &c. nõ videt intelligendũ vt concluſio p̃dictorũ, ꝓut poſtillator dicit, ſed magis vt p̃ambulũ ſequẽtiũ. Nõ em̃ ſolũ in hoc p̃ambulo exhortat̃ ad ſeparationẽ ab oibꝰ immũditijs ſeu turpitudinibꝰ corꝑalibꝰ quæ in p̃cedẽti capitulo tractant̃, ſed etiã ab immũditijs ſp̃ualibꝰ & intriſecis, de q̃bus in hoc capitulo tractat̃, vt dictũ eſt: & ideo dicit: Qm̃ ego ſanctꝰ ſum dñs deus veſter. Sanctitas em̃ diuina non ſolũ eſt à contagijs corꝑalibus, à quibꝰ etiã ſp̃us maligni ſunt immunes, ſed etiã à ſpiritualibꝰ quibuſcũq;. Si autẽ quærat̃, quare inter prędicta pręcepta in hoc capit'lo cõtẽta omittit̃ p̃ceptũ (Nõ mœchaberis) Dicendũ ꝙ in p̃cedenti capi. fuerũt multa ſuꝑaddita illi p̃cepto. Similiter & infrà in hoc capitulo quædã alia eidẽ ſuꝑaddunt̃, idcirco hîc nõ iteratur cũ alijs. Præcepta aũt de (nõ concupiſces rẽ ꝓximi tui) ſatis includunt̃ in hoc pręcepto de dilectione ꝓximi: in quo conſtituit finẽ hmõi iterationis. Finis em̃ p̃cepti charitas eſt. j. Tim. j. a. Vnde ea quæ ſequunt̃ cũ dicit̃: Leges meas cuſtodite: Iumenta tua non facias &c. pręcipuè pertinẽt ad ceremonialia, vt ex ipſis patet, & exponant̃ ꝓut in poſtilla. Si aũt quęrat̃ de ordine horũ pręceptorum, quare deuiat ab ordine primæ traditionis, q̃a ibi incipit à p̃ceptis ordinãtibꝰ ad deũ, hîc aũt de his q̃ ꝑtinent ad ꝓximũ: Dicendum, ꝙ prima traditio ſequit̃ ordinẽ dignitatis, q̃a illa q̃ ordinant in deũ ſunt potiora. In hac aũt ſecũda traditione, q̃a dilectionẽ ꝓximi principalr̃ exprimere intẽdebat, reſeruata explicatione primi p̃cepti charitatis, qđ maius & ſummũ p̃ceptũ legis eſt, ad vltimam explanationẽ legis. ſ. in Deu. vj. Qñ iã auditores erãt magis ꝓuecti, ſcriptura ſequit̃ ordinẽ noſtræ cognitionis ſenſitiuæ, ſcđm quam ꝓximus eſt nobis magis notus q̃ deus, iuxta illud. j. Ioh. iiij. d. Qui nõ diligit ꝓximũ ſuũ quẽ videt, deũ quẽ non videt, quõ poteſt diligere? Et ideo p̃poſuit primũ pręceptũ de obſequio parentũ, in quo matrem antepoſuit patri: eò ꝙ etiã ſcđm noſtrã cognitionẽ mater primò innoteſcit filio q̃ pater. Adiungit etiã huic pręcepto de cuſtodia ſabbathorũ, qđ ꝑtinet ad pręcepta ordinãtia in deũ, q̃a eſt p̃ceptũ affirmatiuũ, & ſic hæc iteratio incipit ab affirmatiuis. Cætera autẽ ordinant̃ diuerſimodè, in qua ordinis diuerſitate dat̃ quodammodo intelligi pluralitas præceptorum, ſcđm quã cuiuſlibet eorum obſeruantia neceſſaria eſt ad ſalutẽ. Quia vt Iaco. ij. b. Qui in vno deliquerit, factus eſt oĩm reus. Introducit̃ aũt in hac iteratione. Si immolauerit hoſtiã pacificã dño, vt ſit placabilis, ad oñdẽdũ,
F quòd actus ꝙ actus interior mẽtis (de quo in hac iteratiõe potiꝰ intendebat q̃ in prima traditione) eſt apud deũ principaliter acceptꝰ. Vñ in Hebręo habet̃: Si immolaueritis hoſtiã pacificã, dño ſit placabilis, & eſt ſenſus vt ſit acceptabile obſequiũ deo, ſic vt nihil p̃termittat̃ de agẽdis circa ipſam: Et exẽplificat de hoſtia pacifica, q̃ minimũ locũ tenet in ſacrificijs, innuendo, ꝙ ſi de ceremonijs aliquid omittatur, totum eſt prophanum. G

¶ Item in hoc. c. xix. vbi dicitur: In Hebręo habet̃, videt̃ eſſe addendum, ꝙ in Hebręo vbi in hoc loco dicitur ſecundum Rab. Sa.

## ADDITIO II.

Et parata viro, eſt vnũ vocabulũ obſcurũ, qđ ſcđm Ra. Moy. Gerundeñ. ſignificat cõcubinã, & ſic ſcriptura loquit̃ de ancilla Chananęa, q̃ eſt cõcubina alicuiꝰ liberi Hebręi, cũ quo nõ cõtraxit matrimoniũ, ſed eſt ei cõiuncta in cõcubinatu: & ſic tales non incurrunt pœnã mortis, cùm nõ ſit ibi adulteriũ. vnde dicit̃: Vapulabit ipſa, id eſt verberabit̃, quia nõ fuit libera, & ſic nõ habet vnde offerat ꝓ peccato ſuo. Vir verò ꝓ delicto ſuo offert &c. ꝓut in poſtilla.

¶ In eo. ca. vbi dicit̃ in poſt. Auferetis p̃putia e. videt̃ eſſe addẽdũ.

## ADDITIO III.

Qđ in Hebręo habet̃ in hoc loco: Pręputiabitis p̃putia eorũ, & eſt ſenſus, ꝙ illi fructꝰ ſunt immũdi ꝓpter rõnes in poſtilla allegatas: & ideo reputãdi ſunt ſicut p̃putia quæ apud Hebręos refutanda ſunt tanq̃ ſuperflua & inutilia: vnde ſequitur: Poma quæ germinant, immunda erunt vobis. Ex quo patet ꝙ nõ auferebant̃ primi flores ſuũ gẽmę, ne erumperẽt i fructꝰ, prout dicitur in poſtil. ſed permittebantur creſcere: & tamen eſus eorum erat illicitus.

tate, & abſque pauore habitabitis l
a ¶In futuro. b ¶Perfectam. ¶Non huius mundi. Vnde: non ueni mittere pacem &c.
in terra ueſtra. Dabo pacem m
a ¶Qui poſuit fines t. pa. Pſal. 147. a. b ¶Moriemini in ſpe retributionis. ¶A ſtrepitu mundi.
in finibus ueſtris, dormietis &
a ¶Iuſtus ut leo cōfidit. ¶Quia nō habebitis, p ᵭ terreamini.
non erit qui exterreat. Au n

E morum & poſſeſſionibus agrorum aliquam veſtri memoriam ſculpere cupientes. a ¶Nec inſignem. Cumulum auri & argenti aut pretioſorum lapidum in quibus ſeducūtur auari, ſicut Gētiles in idolis. b ¶Cuſtodite. ab omni malo abſtinendo, & omni bono vacando: hoc eſt enim verū ſabbathū. c ¶Si i præce. Quid fieri, qd vitari deberet, pdixit. In

Bñdictiões ſeruantium mandata fine ꝙ obſeruantibꝰ pmia, ꝙ puaricātibus ſupplicia debeant, enumerat. ¶Si in p. Hęc ad literā ſtare nō poſſunt. Multū em in pceptis dei ambulauerūt, & multa aduerſa paſſi ſunt. Illud magis attendere oportet, qa cuſtodientibus mādata. xxx. benedictiones lex in pſenti ca. pdicit, quas diſtinctas in Lxx. editiōe interptū repies, qa dñs cùm eſſet annorū. xxx. venit ad baptiſmū, vt in pfecta ætate donorū pfectionē oſtenderet. Extūc enim euangeliū pdicauit, in quo eſt oīs plenitudo vitæ & retributiōis, ꝙ in hoc ca. ſignificant. ¶Orige. Si lex carnalis eſt, carnaliter obſeruata, carnales tribuit benedictiones. Si autem vt Paulo videt, ſpiritualis eſt ſpiritualiter intellecta, ſpiritualem dat obſeruata benedictionē, aut nō obſeruata maledictionē. vñ: Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali &c. Ideo autē ait, in omi benedictiōe: qa ſciebat multa implenda ꝙ mandant in lege, & in vnoquoqꝫ, pprios agones in quibus benedictionē qui vinceret mereret. Iuſtꝰ verò quiſqꝫ & pfectus oi benedictione pōt benedici, vt capiat benedictiōes Leuitici, & libri Numeri, & Ge. & Noe ad Sem & Iaphet, bñdictiōes Iſaac ad Iacob, & Iacob ad Ioſeph, & Ephraim & Manaſſem, & tandē ad. xij. patriarchas. Ne em illis ſolis conuenire viderent,

Luc. 3. e.

Premiū obſeruationis legis

Ro. 7. c.

Eph. 1. a.

Num. 6. d. & 23. Gen. 9. d. & 27. d. 48. c. & 49

F ideo Apoſtolꝰ ſpūales nominauit, vt qcūqꝫ in ſpū vel virtute, vel omniū vel alicuiꝰ iſtorū fuerit, poſſit bñdictionis alicuius vel omniū pticeps fieri, ſi ſimilē ſpm & virtutē habuit, ſicut Iohānes venit in ſpū & virtute Heliæ. d ¶Mādata mea. Quale eſt illud: Qui ſabbathū non cuſtodit ab omni ſynagoga lapidet, & hmōi. e ¶Dabo vobis pluuias &c. Lxx. Et dabo, & ſuperfluū eſt, conſuetudine locutionis noſtrę, ſed more ſcripturarū additū. f ¶Temporibus. Orig. Tempore opportuno, non ebrio, non in alijs occupato: prudenter ergo conijciat doctor cui miniſtret pluuiam & tritici menſurā, & cui debet lac dare, non det eſcam. g ¶Terra gignet. Lxx. Ligna campi dabūt fructum ſuum. i. motus animę, qui altiores ſunt motibus terrę. id eſt carnis noſtræ, quorū fructus ſunt charitas, iuſtitia, manſuetudo & ſimilia. h ¶¶Pomis arbores. Origeñ. Non poteſt arbor mala bonos fructus facere: neqꝫ arbor bona, fructus malos facere. Arbor bona, iuſtitia, prudentia, pietas, ſapientia, & alię multę quibus conſitus eſt paradiſus. Super omnia eſt arbor vitæ. ſ. ſapientia de qua dicitur: Lignū vitę eſt his qui apprehenderunt eā. i ¶Apprehendet meſſium tri. Anima quæ germinat ex verbo dei, cęleſti pluuia rigata germen pducit ad meſſem. Meſſis autem purganda eſt in area. i. ſenſus in medio pferendus, & cum cęteris doctoribus vel diuinis voluminibus cōferendus, vt ſi quid inane & paleę aut ariſtę ſimile fuerit, ſpū diſcretionis excutiat, & ſolū triticū cōſeruis in tēpore diſpenſandū remaneat. ¶Apprehendet. Panis enim cor hominis confirmat, vinū lętificat, ꝙ de cōtinentia, de obſeruantijs & de cuſtodijs mandatorum dicunt, frumentū vident, ex quo conficit panis qui corda cōfortat. Ea verò ꝙ ad ſcientiā ptinēt & occultorū exploratiōe lętificant mentē, vino & vindemię cōparant. Cor em lætatur cū †obſcura explanant. k ¶Vindemiā. fructū animę. Vindemia enim arbor eſt. Hæc autem ſimul habere i. corpore & anima fructificare, magnę benedictionis eſt. ¶Eſic. Congregās em anima virtutes ſuas mox deſiderat alias. Vñ: Quę retrò ſunt obliuiſcens, ad priora me extendo. l ¶Vindemia. Orige. quaſi dicamus: Seminaui quę legis ſunt, poſtea oraui vt dominus daret nobis pluuiā, in tempore facta eſt meſſis: iterum ſemino de prophetica ſcriptura, auditorū noualia, poſt hęc de euangelijs ſemino. Poſſumus per totum annū ſeminare, poſſumus & de apoſtolicis

Luc. 1. b.

Num. 15. d.

1. Cor. 3. a. Gal. 5. d. Lu. 6. f.

Prouer. 3. c. Tropolog.

Pſal. 103. c.

†occulta

Allegoricè

Phil. 3. c.

Gal. 6. b.

apoſtolicis literis multa ſemina iacere: in ſpū ſeminemꝰ, vt de ſpū metamus vitam æternā. m ¶Panem veſtrum. ſcilicet qui de cælo deſcendit, & dat vitā mundo, non qui plus abundat malis quàm bonis. n ¶Abſqꝫ pa. Si corpus ſtabile fuerit, & aīa fructificauerit, ſecuri erimꝰ in terra nr̄a, qa caro nō cōcupiſcet aduerſus ſpiritum. Et gla. G

Ioh. 6. e.

Gal. 4. c.

## *Nicolaus de Lyra.*

latria. a ¶Nec inſi. in quo phibet idolatria in imaginibus lapideis. b ¶Cuſtodite. i. ſolennitates quæ vocant ſabbatha, quia in eis erat ceſſatio ab operibꝰ ſeruilibus, vt patet ex ſupradictis. c ¶Et pauete ad ſanctuariū. id eſt habete reuerentiā ad ipſum, & non ad idolatriæ locum. d ¶Ego dñs. Hîc cōſequēter inducit populꝰ ad obſeruantiā pdictorū p pmiſſiones bonorū ſi ea obſeruauerint, & primò promittit eis vbertas terræ, cùm dicit: e ¶Dabo vobis pluuiā temporibus ſuis. id eſt competentibus ad fructificationē terræ naſcentiū. h ¶Apprehendet meſſium tritura vindemiam. Hoc eſt dictū, tanta erit copia bladi, ꝙ nō poterit colligi ante tempus vindemiæ. Secundò pmittit eis ſecuritas ab hoſte cùm dicit: l ¶Et abſqꝫ pauore habi. &c. Quia ſine ſecuritate fertilitas parum aut nihil valet. n ¶Auferam ma. be. &c.

Moralit. Ita ꝙ non nunt in huiꝰ capituli principio ſuperiꝰ ſunt poſita vſqꝫ ibi: d ¶Si in præceptis meis ambulaueritis. Vbi obſeruantibus dei mandata pmittūtur bona tēporalia, ſub quibꝰ intelligunt bona ſpiritualia principaliter eſſe pmiſſa. Cuius ratio eſt, qa dei pmiū principaliter intentū, nō eſt minus bonū, ſed maiꝰ ꝙ opus meritoriū. Nā finis melior eſt his ꝙ ſunt ad finē: bonū aūt tpale minꝰ bonū eſt, ꝙ opus meritoriū: ppter qd ſub bonis tēporalibus hîc pmiſſis intelliguntur bona ſpiritualia principaliter pmiſſa, cū dicitur: e ¶Dabo vobis pluuias, id eſt doctrinas ſalutiferas; Deut. xxxij. b. Cōcreſcat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquiū meū. f ¶Tēporibus ſuis. Quia tempus eſt loquendi, & tempus docendi, Ec. iij. b. f ¶Et terra gignet germen. Per terrā intelligit corpus humanū, qd fuit de terra formatum, vt dicitur Gene. j. b. igitur terra gignet germen ſuum, quando corpus humanum exercitatur p opus meritorium. g ¶Et pomis arbores replebuntur. i. vires animæ interiores bonis actibus, interioribus applicabuntur. h ¶Apprehendet meſſium tritura vindemiam. Per meſſes intelliguntur Gentiles. vnde dicit ſaluator de Gentilibus Iohā. iiij. d. Ecce regiones iam albæ ſunt ad meſſem. Per vindemiam verò ſignificatur conuerſio generalis Iudæorum. Eſa. v. b. Vinea domini exercituum domus Iſrael. Quam conuerſionem præceſſit cōmunis conuerſio Gentilium ſignificata per trituram meſſiū. Quia tamen ante Gentiles aliqui de Iudęis fuerunt conuerſi. ſ. apoſtoli ad prędicationem Chriſti, & plures alij ad prædicationē Petri, vt patet Act. ij. & iiij. Ideo ſubditur: i ¶Et vindemia occupabit ſementem. Et hoc eſt qd dicit Apoſtolus, Rom. xj. a. Cęcitas ex parte contigit in Iſrael, vt plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Et bene ex parte & non ex toto. Nam aliqui Iudęi illuminati fuerunt per Chriſti fidem ante Gentiles, ſed communis conuerſio Gentilium præcedit communem conuerſionem Iudęorum. k ¶Comedetis panem veſtrum in ſaturitate. Hîc eſt panis euchariſtiæ, qui dat hîc plenitudinem gratię, & poſtea dabit ſacietatem glorię. l ¶Et abſqꝫ pauore habitabitis in terra veſtra. Nam in primitiua eccleſia fideles ſaltem quo ad multos, perſecutionibus non terrebātur, ſed magis conſolabantur, Acti. v. g. Ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. m ¶Dabo pacem in finibus veſtris. ſcilicet cordis, de qua dicitur Lucæ. ij. b. Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. n ¶Auferam malas beſtias, id eſt dęmonum furias quorū H

A a ℭ Et gladius non. Quia pax erit in finibus veſtris, modò ex concupiſcentiis ſunt bella & lites. b ℭ Inimicos. Occiſi ieiunio, oratione, & ſimilibus. vnde: Hoc genus nõ eiicitur niſi cum oratione, & ieiunio. c ℭ Corruent co. Lxx. In cõſpectu veſtro morte veſtra. ſ. mortificatis membris veſtris quæ ſunt ſuper terram i. fornicatione, immunditia & huiuſmodi.

Matt. 17. c.
Col. 3. a.
Tropolo.

d ℭ Perſequen. Orig. Sicut quinarius ſapientes indicat & inſipientes, ita centenarius fideles & infideles. Abraham centenarius crediđiſſe & iuſtificatus eſſe deſcribit̃, & pctõr cẽtũ ãnorũ maledict⁹ erit. hîc quo cꝫ cẽtũ infideles qnqꝫ ſapiẽtes pſequunt̃: & cẽtũ fideles nõ tã numero cꝫ pfectiõe ſignati, multa infidelium milia. Hi ſunt doctores qui fugant innumeros dęmões, ne credentes decipiãt. ℭ Lxx. Expellent qnquaginta cẽtũ. Quinquaginta ſpiritualẽ hoĩem ſignificãt, q omnia diiudicat & à nemine diiudicat̃, q pfecta & diſcreta vtit̃ ſciẽtia: hic cꝫuis aſtutũ & validũ dæmonẽ, q ſupra cẽtũ, vel q legio appellat̃, ppter obedientẽ ſibi aliorũ multitudinẽ, perſeq poteſt & vincere. e ℭ Et cẽtũ. q nõ tm ſubtilẽ ſcientiã, ſed & vitã pfectã habẽt, q ſpũaliter decuplant̃, & iõ cẽtũ dicunt̃. ſ. q cẽtenos afferũt fruct⁹. ℭ Reſpiciã. Cui⁹ reſpectus, ſalus. Reſpexit dñs Petrũ & fleuit amare. Si ſol ſegetẽ nõ reſpiciat, manet infructuoſa. Segentem cordis noſtri reſpicit deus, & radijs verbi ſui nos illũinat, auget & multiplicat vt magni efficiamur: ſicut magnus factus eſt Iſaac, & magnus Moyſes, & magn⁹ Iohãnes. g ℭ Creſcere: In operib⁹ bonis, vt parua fiant magna. vnde: Qđ vni ex minimis meis fe. mi. &c. h ℭ Multiplicabimin. Vt pauca fiãt magna vel multa. Vñ: ſi qđ eſt aliud mandatũ in hoc verbo reſtaurat̃: Diliges pximũ tuũ ſicut teipſum. i ℭ Comedetis. Orig. Vetus lex & pphetæ, vetera veterũ q̃ ante legẽ fuerũt ab initio mũdi. venerunt euangelica noua & apoſtoli: his ſuperuenientib⁹ vetera pijcim⁹, legẽ. ſ. ſcđm literã, vt ſtatuam⁹ ſcđm ſpiritũ. Añ etiam cꝫ veniret hõ de cælo, & naſceret̃ hõ cæleſtis, eram⁹ oẽs terreni, ſcđm imaginem terreni, ſuperueniẽte nouo homine depoſuim⁹ veterẽ, & induim⁹ nouũ. k ℭ Ponã ta. ſi pdicta habem⁹, abiecto veteri homie innouatũ eſt cor noſtrũ. Venit ad nos de⁹, & habitat in nobis. l ℭ Nõ abij &c. Ori. Audeo & dico, qa anima dei Chriſt⁹ eſt, ſicut & verbũ dei ſapĩa dei & virt⁹ dei. Tale eſt ergo acſi dicat: nõ abijciet vos filius me⁹. m ℭ Anima. Aug. Animã ſuã de⁹ vocat voluntatẽ ſuã. Nõ enim eſt animal habẽs corpus & animã, neqꝫ ſubſtantia ei⁹ ſimilis eſt animæ q̃ eſt creatura eius, ſicut ipſe teſtat̃: Omnẽ flatũ ego feci. Sicut ergo cũ oculos ſuos & labia ſua, & cætera mẽbrorũ corpaliũ vocabula dicit, nõ accipimus eũ forma corpis definitũ: ſed p hęc intelligim⁹ effectũ opationũ vel ꝟtutũ: ſic cũ dicit, anima mea, volũtatẽ ei⁹ debem⁹ accipe. Perfectè qppe et ſimplex illa natura q̃ dicit̃ de⁹, ñ cõſtat ex aĩa & corpe & ſpiritu, nec ipo ſqũ mutabilis eſt, ſicut aĩa, ſed ſpũs eſt de⁹ & ſemp idẽ eſt apud quẽ nõ eſt trãſmutatio. Hic aũt acceperũt Apollinariſtæ occaſionẽ, q dicũt animã nõ habuiſſe Ieſũ. n ℭ Ambu. Hõ fact⁹. vñ: Hic eſt de⁹ nr̃, & nõ reputabit̃ ali⁹ ad eũ, poſt hæc in terra viſus eſt, & cũ hoĩbus conuerſatus eſt. o ℭ Quod ſi. Obedientiũ bona pcedenti ca. expſſit: quę autẽ ſint pũaricatorũ mala, pſenti capitulo oſtẽdit, quorũ q̃dam ad literam Iudęi paſſi ſunt. Omnia ꝟò ẜm ſpiritum. p ℭ In egeſtate. verbi dei. vnde: Datus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire: Quia intellectum legis tranſgrediebantur, vt euangelicũ teſtamentum irritum facerent, obſcurè loquebat̃ eis, ne intelligerent. C

Reſpectus dei.
Luc. 22. g.
Gen. 15. b. & 17. c.
Eſa. 65. d.
1. Cor. 2. d.
Gen. 21. b.
Exod. 11. a.
Luc. 1. b.
Matt. 25. d.
Ro. 13. c.
B
1. Cor. 15. f.
† ppls me⁹
Col. 3. b.
Col. 3. c.
1. Cor. 1. c.
† Deu. 28. b.
Eſa. 57. d.
* ied
* oĩa
Ioh. 4. c.
Iaco. 1. c.
Baruc. 3. d.
† terrore et tremore, & febre, quæ
Ioh. 6. f.

a ¶ Dæmones. ¶ Non has corporales, quia neqꝫ erunt bonæ neqꝫ malæ. b ¶ Hoſtilis afflictio.

a feram malas beſtiãs, & gladius a

a ¶ Corpus & animam.

non tranſibit terminõs ueſtros.

a ¶ Lege dei armati. b ¶ Dæmones.

b Perſequemini inimicõs ueſtros, & b

a ¶ Occiſi ieiunio. ¶ Si caſtus ſis, excidit ante te libido: ſi pius, impietas.

c d corruent corã uobis. Perſequen- c

a ¶ Qui ſpiritualiter quinque ſenſibus vtuntur, b ¶ Aſtutia perfectos.

tur quĩnqꝫ de † uobis cẽntum alie

a ¶ Finitum pro infinito. b ¶ Contrarias virtutes.

e nos, & cẽntum ex uobis dẽcem

¶ Spirituales. a ¶ Spiritus quod eſt verbum dei.

milia. Cadent inimici ueſtri glã-

a ¶ Non ſuſtinentes faciem veſtram.

f dio in conſpẽctu ueſtro. Reſpici- d

g h am uos & creſcere faciam, † mul

¶ Opere complebo. ¶ Prædictum.

tiplicabimini & firmabo pactum

a ¶ Quæ per legem & prophetas promiſſa ſunt & in benedictionibus patriarcharum.

i meum uobiſcum. Comedetis uẽ e

a ¶ Promiſſa legis & prophetarum. b ¶ Euangelicis promiſſis.

tuſtiſſima ueterum, & ueterã nõ- f

a ¶ Tanquam maioribus. b ¶ Tanquam ſuperflua nouis comparata.

uis ſuperuẽnientibus proiiciẽtis.

a ¶ Firmiter, b ¶ Eccleſiam. ¶ Lxx. teſtamentum nouum.

k Põnam tãbernaculum meum in g

a ¶ Quia eſt catholica & communis.

l mediõ ueſtri, & non † abiiciet uos h

¶ Sed.
¶ Si quis eſt purificatus, vt ſit capax dei, in eo ambulat deus.

m n anima mea. Ambulabo inter i

a ¶ Eſſe apparebo.

uos, & erõ ueſter deus, uóſque e- k

ritis † mihi populus. Ego domi

a ¶ Cum ſeruiretis.

nus deus ueſter, qui ẽduxi uos de

¶ Dæmonum. a ¶ Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, Iohan. 8. d.

terra Ægyptiorum, ne ſeruiẽtis

a ¶ Peccatorum. ¶ Quas impoſuerant, qui uos ad captiuitatem deduxerant opere.

eis, & qui confregi cãtenas ceruí- l

cum ueſtrarum, ut incederetis e- m

¶ Ad deum. ¶ Aure cordis.

o recti. † Quòd ſi non audieritis n

a ¶ Opere corporis. b ¶ Sed traditiones veſtras.

me, nec fecẽritis õmnia mandata

a ¶ Ad libitum veſtrum exponendo.

mea, * ſi ſpreueritis legẽs meas, &

a ¶ Non ad voluntatem meam, ſed veſtram interpretando.

iudicia mea cõntempſeritis, ut non faciatis * ea, quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego quoque hæc faciam uobis: Viſitabo uos o

a ¶ Iræ, inuidiæ.

p uelociter in † egeſtate & ardorẽ, p

a ¶ Interiores. Vnde excęcati dicebant: Si dimittimus eum ſic omnes credent in eum. Iohan. 11. f.

qui cõficiat oculõs ueſtros, & con

a ¶ Vnde clamabant, quouſqꝫ animam noſtram tollis.

ſumãt animas ueſtras. † Fruſtra q

*Nicolaus de Lyra.*

Fugietis nemine. ita cꝫ non nocebũt perſonis veſtris nec bonis. Tertiò pmittit̃ eis fertilitas in ple, cũ dicit̃: d ℭ Reſpiciam. ſicut pmiſſum fuit Abrahę, Ge. xv. Ideo ſubdit̃: Et firmabo pactũ meum vobiſcũ. e ℭ Comedetis ve. i. fruct⁹ terræ ita abundabũt, & tam bonæ collectiõis & maturitatis erunt, cꝫ poſſent valde diu ſeruari & comedi à vobis: ſed dimittetis pter nouos ſuperueniẽtes. Quartò pmittit̃ eis diuina familiaritas cum ſua protectione, cũ dicit̃: g ℭ Ponã. Vbi p ſigna euidẽtia apparebit effect⁹ pœnitẽtiæ meæ in reſponſionib⁹ diuis & cõſilibus. h ℭ Et nõ. quaſi abominabiles, imô habebit vos valde amabiles. i ℭ Ambu. ptegẽdo & conſolando. k ℭ Et. per verũ ſpũalẽ cultum. l ℭ Cõfregi. i. abſtuli à vobis duriſſimam ſeruitutẽ Ægypti, qua tenebamini aſtricti. m ℭ Vt ince. Mod⁹ enim depſſorũ eſt incedere inclinato capite, & qñ liberant̃, caput eleuare. n ℭ Quod ſi. Hîc cõſequenter inducit̃ popul⁹ p cõminationes, & cõminat̃ eis dñs quatuor mala, ſi nõ ſeruauerint pdicta: & hoc cõtra q̃tuor bona, q̃ ſunt obſeruãtibus promiſſa. Promiſerat enim obſeruantibus ſecuritatem ab hoſtibus. Et ideo non obſeruantibus priõ comminat̃ impugnationẽ hoſtiũ, cũ dicit̃, Qđ ſi nõ audieritis &c. Sequit̃: o ℭ Viſita. pueniẽte ex incurſu hoſtiũ. vnde ſubditur: q ℭ Fruſtra. quæ ab hoſtibus deuorabit̃.

† veſtris
† multiplicare faciã vos

* furias, quorũ p Chriſtũ reſtricta eſt poteſtas. a ℭ Et gladius. i. dæmonũ virt⁹ nõ pualebit ſup vos. põt autẽ aliter exponi litera ab illo loco, abſqꝫ pauore habitabitis in terra, de terrra viuentiũ, vbi non eſt pauor hoſtiũ, ſed etiã ibi pax, q̃ exupat oẽm ſenſum. infernales etiã beſtiæ nõ habẽt ibi acceſſum, nec p cõſequẽs timet̃ ibi gladius eorũ. b ℭ Perſe. i. dæmones. c ℭ Corã vo. Fugientes: Iaco. iiij. b. Reſiſtite diabolo et fugiet à vobis. Põt hoc etiam exponi de apoſtolis & alijs viris ſctis, q fugabãt dæmones à corpibus obſeſſis. d ℭ Reſpiciã. oculo. ſ. clemẽtiæ. d ℭ Et creſcere. Qđ patet impletũ in multiplicatione eccleſiæ. e ℭ Comedetis. i. accipietis vobis illa quæ pmiſſa fuerũt antiqs patrib⁹. Vnde dicit Chriſtus aplis, Luc. x. d. Multi reges & pphetę voluerũt videre q̃ vos videtis, & nõ viderunt. f ℭ Et vete. p vetera ſignificant̃ bona terrena, q̃ promittebantur in veteri teſta, Eſa. j. e. Si audieritis me, bona terrę comedetis. per noua verò intelligunt̃ bona ſpiritualia & cæleſtia, quę pmittunt̃ in nouo, Mat. v. a. Beati pauperes ſpiritu &c. Tẽpore verò noui teſtamẽti multi à ſe abijciunt bona terrena & tẽporalia, vt cõſequant̃ ſpũalia & æterna, vt manifeſtè patet in paupib⁹ religioſis. g ℭ Ponã. i. eccleſiam meã, de qua dicit̃ Apoc. xxj. a. Ecce tabernaculũ de. cum &c. h ℭ Et nõ. ſocietatẽ veſtram refugiendo, Mat. vl. d. Ecce vobiſcũ ſum &c. n ℭ Quod ſi. hîc cõſequenter trãſgreſſoribus mãdatorũ ſuorũ deus cõminat̃ mala tẽporalia, ſub qbus intelligunt̃ mala ſpiritualia, cũm dicit̃: o ℭ Viſitabo vos. ſubtrahendo à vobis bona gratię & glorię. p ℭ Et ar. permittendo accẽdi in vobis ignẽ cõcupiſcẽtię, & poſtea ignẽ gehẽnę. q ℭ Fruſtra. id eſt fruſtra facietis opus bonum de genere,

Moralit̃
† abominabitur
D
Malac. 2. a.
† Deu. 28. d

 * ab hoſti-

E ☞ a ¶ Fugietis nemine. Quia Gentiles nõ pſequentᷣ ad ex
Philip.3.c. pellendũ, ſed feſtinãtes ſalutẽ eorũ ſ'm illud: Sequor aũt, ſi quomõ
cõprehendã. b ¶ Sinautem. Huiuſmodi diſtinctionibus fre-
quenter vtitur, quia Ieſus frequẽter po
Matt.23.d. pulum Iudæorum cõuertere voluit, il-
li autem noluerunt. vñ: Quoties volui
congregare filios tuos, & noluiſti. Hoc
autem maximè attẽdendum, quia cùm
ſeptem correctiones comminetur, cõ
tritionem ſuperbæ duritiæ, & dationẽ
cęli ferrei &c. ſex tantũ, non ſeptem enu
merat. Sed quia ſeptenarius perfectus
eſt numerus, præſentis vitæ omni-
modam plenã & integrã vindictam ſi-
gnificat. c ¶ Addam correp. Lxx.
Et apponam caſtigare vos ſepties &c.
etiam hîc ſuperfluum eſt. Septies autẽ
pro omni numero eſt accipiendum.
d ¶ Et conteram ſuperbiam du-
† vel fortitudinis ritiæ ve. Qua dicitis ſemen Abrahæ
ſumus, & nemini ſeruiuim⁹ vnq̃: ideo
Ioh.8.d. gentibus ſeruietis. e ¶ Gladiũ. ſpiri
Eph.6.c. tus, qđ eſt verbum dei, qđ per prædi-
catores Iudæos cõuincit, ne vetus teſt.
habere cum euangelio contradicant.
f ¶ In vrbes mittam. Prophetas in
quibus fideles munitiones & ſalutem in
ueniunt, inimici fugientes capiuntur, il
lic moriuntur apertis de Chriſto pro-
An Iudęi habeant panem doctrinæ phetijs reſiſtere non valentes g ¶ Ita
vt decem &c. Panem doctrinę non
habẽt Iudęi, exceptis decem præceptis,
quia veram prophetarum expoſitionẽ
Chriſtum in pleriſq; prophetarum prę
dicantem fugiunt: alia quæ ſunt in lege
nolunt ſpiritualiter accipere, nec poſ-
ſunt ad literã ſtare. Locus enim deſtru-
ct⁹ eſt, in quo ſacrificia fiebant & obla-
tiones, præterea & multa ſunt in eis ri-
F denda, ſicut lepra parietũ, veſtium & ſi
milia. Sed decem mandatorum etiam li
tera cuſtodiri & impleri digna eſt, nec
mandatum ſabbathi cõtrariũ eſt. Quã-
uis enim decem mandatis inſertum ſit,
nõ tamẽ ex eis eſt. Si autem ſpeciale po-
nimus mandatum: Ego ſum dominus
Oſee.12.c. & à me deus tu⁹, q eduxi te de terra AEgypti,
de domo ſeruitutis. perfectũ decem mã
datorum numerum inuenimus. Præ-
terea ſpiritualẽ requiem ſignat, in qua
non licet operari ſeruilia. Hæc ergo ſo
la panem faciunt in populo Iudæorũ,
in clibano vno legali. ſ. & reddunt ad
pondus non dilatando ſcilicet, ſed re-
ſtringendo ſenſus. Cæleſtis verò doctri
Matth.5.d. na & euangelica ſenſum dilatat, vt mu-
lierem videre ad concupiſcendũ adul-
Ioh.3.c. terium dicat: & odiũ fratris homicidiũ.
Ideo nõ ſatiantur qui his panibus nutri
Moyſes propheta untur. h ¶ Sinautem &c. Non ſo
Deut.18. lùm legiſlator eſt Moyſes, ſed & pro-
pheta. ait enim: Prophetam ſuſcitabit
vobis dominus de fratribus veſtris, ip
ſum audite ſicut me. Qui cum in alijs
Chriſti figuram geſſerit, in hoc quo-
Matt.24.a. que eum expreſſit. Sicut enim domin⁹
de excidio vrbis, de fine mundi prædi-
xit, ſic & ipſe. Nam quæ hîc dicuntur
ad vltimam captiuitatem pertinent,
quam Iudæi ſuſtinuerũt, quia in Chri-
ſtum manum miſerunt. Nec ſolùm ad
literam, ſed etiam ſpiritualiter puniti
ſunt, quia & legem prę uaricati ſunt, &
autorem legis blaſphemauerunt.
i ¶ Carnes filiorum: Id eſt diſcipu-
los quos vobis aſſumitis in filios ad
eãdem doctrinam verbis callidis &
animam corrumpentibus inducatis.
☞ Cadetis inter

a ¶ Quia non eſt fertilis terra. b ¶ Doctrinam prophetarum.
c ¶ Gentilibus in Chriſtum credentibus, quibus inuidetis.
ſerẽtis ſemẽntem, quæ ab hoſtibus de†
a ¶ Vultus domini ſuper faciem, mala &c. Pſal.33.c.
uorabitur. Ponam faciẽm meam con- a
a ¶ In ſalutem gentium offendentes.
tra uos, & cõrruetis coram hoſtibus b
a ¶ Tanquam doctoribus.
ueſtris, & ſubiiciẽmini his qui oderunt
a b uos: Fugietis nemine perſequente. Sin c d
¶ In correctione.
c autem nec ſic obedieritis mihi, addam
a ¶ Perfectionem pœnę: quia noluiſtis corrigi.
correptiones ueſtras ſeptũplum, pro e
d pter peccata ueſtra, & conteram ſu-
perbiam † duritiæ ueſtræ: Daboq; cæ f
a ¶ Vt non pluat uobis doctrinam.
lum uobis déſuper ſicut ferrũm, & ter g
a ¶ Diuinam ſcripturam vobis infructuoſam.
rãm æneam. Conſumetur incaſſum h
a ¶ Quem diuinis ſcripturis impenditis, quia praue intelligitis.
b ¶ Exterior homo. c ¶ Virtutum.
lãbor ueſter, nõ proferet tẽrra gẽrmẽ, i
¶ Mentes. ¶ Fructus deo acceptabiles.
nec arbores poma prębebunt. Si am- k
a ¶ Non enim recte incedunt, qui legis ſenſum & propheta-
rum ſubuertunt.
bulaueritis ẽx aduerſo mihi, nec uolu-
a ¶ Non iam correctiones, ſed pœnã ſecundũ iniquitatem ueſtrã.
eritis audire me, addam plãgas ueſtras
a ¶ Perfectam vltionem.
uſque in ſeptuplũm propter peccata
a ¶ Dæmones, de quibus dictum eſt: Omnes beſtiæ agri lu-
dunt ibi: Iob.40.c.
ueſtra: Emittamq; in uos beſtiãs agri, l
a ¶ Gentem pecoribus ſimilem.
quæ conſumant uos & pẽcora ue- m
a ¶ Tam in numero quam in dignitate.
ſtra, & ad pãucitatem cuncta redigant,
a ¶ Quia nec aquam vitæ habent, nec deum ſuſcipiunt hoſpitẽ.
dẽſertæq; uiæ fient uiæ ueſtræ. Quòd
ſi nec ſic uolueritis recipere diſcipli-
¶ Præuaricantes legem.
nã, ⁎ ſed ambulaueritis ex aduerſo mi
a ¶ Inferendo vltionem.
hi, ego quoq; contra uos adũerſus in-
a ¶ Qui prius corripuerã vt ſicut creſcit iniq̃tas creſcat & pœna.
¶ Perfecte.
cedam, & percũtiam uos ſepties pro-
pter peccata ueſtra, inducamq; ſuper n
¶ vel vltionis. a ¶ Vtriuſq; violati.
c uos gladium ultorem fœdẽris mei.
f Cumq; confugeritis in urbes, mittam o p
peſtilentiam in medio ueſtri, & trade-
mini in hoſtium manibus. Poſtquam q
a ¶ Firmamentum ſpiritualis doctrinæ.
g confregero bãculum panis ueſtri, ita ut r
a ¶ Decem legis mandata ¶ Lege.
decẽm mulieres in uno clibano co-
¶ Doctrinæ. ¶ Diſtricti ſenſus.
quant panes, & reddant eos ad pon- s
a ¶ Quia arcta & praua doctrina eſt.
dus, & comedetis & non ſatũrabimini.
a ¶ Vox Chriſti qui ait: Si crederetis Moyſi crederitis for-
ſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit.
h Sinautem nec per hæc aũdieritis me,
a ¶ Detrahentes doctrinæ & miraculis.
ſed ambulaueritis contrã me, & ego in
a ¶ Inducendo captiuitatem. ¶ Cum ſancto ſanctus eris, &
cum peruerſo peruerteris: Pſal.17.d.
cẽdã aduerſus uos in furore cõtrario,
a ¶ Perfecta vltione. b ¶ Id eſt ſicut multiplica-
ſtis peccata, ita multiplicabo pœnas.
& corripiã uos ſeptẽm plãgis propter
a ¶ Sicut Maria filia Eleazari, Vt ait Ioſephus.
i peccata ueſtra, ita ut comedãtis carnes t

⁓uorabitᷣ. a ¶ Ponam faciem meam. id eſt intẽtionem ad G
vos perſequẽdum, ideo ſubditᷣ: Et corruetis corã hoſtibus veſtris.
& ſubditur: c ¶ Fugietis nemi. per. Ex nimio pauore, qđ eſt
valde turpe. Secundò contra fertilitatẽ
quam promiſerat ſeruantibus manda-
ta, cõminatur non ſeruantib⁹ ſterilitatẽ
cũ dicitur: d ¶ Sinautem nec ſic
obedieritis mihi ad cor. i. pœnas
vos affligentes. e ¶ Septuplum. i. p
fectè, quia ſeptenarius numerus perfe-
ctionem ſignificat. f ¶ Daboq; cęlũ
vobis de ſuper ſicut fer. Quia nec
ros nec pluuia deſcendet inde ſuper ter
ram fœcundandam. g ¶ Et terram
æneam: id eſt ſiccam, & omnino in-
fructuoſam. Tertiò cùm dicitur:
k ¶ Si ambulaueritis &c. Contra
fœcunditatem prolis comminatur eis
paucitatem plebis. vnde ſequitur:
l ¶ Emittamq; in vos beſtias agri.
id eſt feroces. m ¶ Quę cõſumant
vos. Deſertęq; fiant viæ veſtræ pro-
pter paucitatem habitatorum in terra.
Et non ſolùm comminatur eis paucita
tẽ ex deuoratione beſtiarum, ſed etiam
ex gladijs inimicorum. vnde ſubditur.
n ¶ Inducamq; &c. ſuper. i. tranſ-
greſſionum fœderis mei. o ¶ Cum-
q; confugeritis in vrbes: à facie gla-
dij. p ¶ Mittam peſtilentiam in
medio veſtri, et trademini hoſtiũ
ma. Ita q̀ non poteritis ibi ſaluari, ſed
præ nimia miſeria & fame cogemini
vos tradere hoſtib⁹ veſtris. q ¶ Poſt-
quam confrege. ba. pa. id eſt ſuſta-
mentum cibi. r ¶ Ita vt decem mu
lieres &c. id eſt ita parum habebunt
de paſta, q̀ vnus paruus clibanus ſuf-
ficit pro decem domibus. s ¶ Et red
dant eas ad pon. id eſt diſtribuant
in domibus ſuis ad pondus propter H
paucitatem. Dicit autem hîc Ra. Sa. q̀
in hoc comminatur eis dominus cor-
ruptionẽ bladi & paſtę, intantũ q̀ pa-
nes inde formati in furno poſiti frange
rentur in partes minutas, q̃ extractę de
furno diuiderentᷣ ad pondus, vt quęli-
bet mulier haberet partem ſuam debi-
tã. Vlterius cõminatur eis paucitatem
cauſatam ex ſeipſum, cũ dicitur: Sinau
tem nec per hæc audieritis me,
ſed ambulaueritis &c. Sequitur:
t ¶ Vt comedatis carnes filio-
rum veſtrorum & filiarum ve-
ſtrarum. Qđ fuit impletũ in obſidio- Moralit
⁓ne Samarię
⁎ † ¶ Ab hoſtibus deuorabi-
tur. id eſt à dęmonibus ꝑpter finem
intentiõis peruerſę: q̃a bonũ illud non
facietis ꝑpter deũ, ſed propter finẽ ma
lum. b ¶ Et corruetis coram hoſti
bus. id eſt coram dęmonib⁹, qui faciẽt
vos ruere de peccato in peccatũ, et fina
liter in infernũ. c ¶ Fugietis nemi
ne perſe. id eſt peccabitis ex veſtra ma
litia abſq; tentatione alia. f ¶ Da-
boq; cælum vo. &c. ſicut. i. ſubtra-
hã à vobis miſericordiæ meæ teneritu
dinẽ. g ¶ Et terram. Nã ad ſubtra-
ctionẽ diuinæ gratię ſequitᷣ mentis ob-
ſtinatio, q̃ p terram ęneam deſignatur.
h ¶ Cõſumetur incaſſum, labor.
Quia ſine gratia nõ valet exercitiũ cor
poris vel mentis in operibus de gene-
re bonis: propter quod ſequitur:
i ¶ Nõ proferet. Quę de facili poſ-
ſunt applicari, ideo dimitto, & ad pro-
lixitatem vitandam.

A a ¶Cadetis inter rui-
nas. Cadit enim popul⁹ cum Pha
riſęis ſpiritualiter cadētibus, quos
quaſi idola admirabat̃ ppl's tradi
tionib⁹ eorũ intent⁹. b ¶Vrbes
veſtras. Ad literam vel libros ꝓ
phetarum, in quibus ſanctitatis
fructum nõ inueniunt. c ¶Tũc
placebunt terræ ſabbatha. id
eſt requies ſcilicet vobis feriãtib⁹
& à lege remotis, cùm in lege &
prophetis voluntatem veſtrã nõ
inueniatis. d ¶Terrebit eos.
Sicut foliũ fructum, ſic litera ab-
ſcondit ſpiritum: aufer folium, ac
cipe fructum. e ¶Sonitus folij
volan. hyperbole: quia etiam le-
uiſſima quæque formidabunt.
f ¶Cadent nullo perſe. Nõ
enim perſequimur eos, ſed ſequi-
mur vt reuocemus. g ¶Corru
ent. Diſputantibus nobis cũ eis,
diuerſa proferunt teſtimonia al-
ternatim: ſed alternis conturba-
buntur verbis, alter alterum con
turbat dum ſubuenire videtur.
h ¶Incircunciſa mens eorũ.
Quia incircunciſi corde, vitiorũ
polluti præputio, non enim quæ
in carne eſt circũciſio. i ¶Tunc
orabunt ꝓ impietatibus ſuis
& recordabor fœderis mei.
Lxx. Peccata ſua placita habebũt,
pœnas ſcilicet quas ꝓ peccatis pa
tiẽtur. k ¶Quod pepigi cũ
Iacob & Iſaac & Abraham.
Nota q̃ temporis & generis or-
dinem mutauit. Lxx. quoque nõ
dicunt teſtamenti Iacob, Iſaac &
Abraham, ſed teſtamenti Iacob,
B teſtamenti Iſaac, teſtamenti Abra
ham, tria teſtamenta innuentes le-
gem, ſcilicet prophetas, & euange
lium. Antiquior lex, antiqui pro-
phetæ, euangelium nouum, quod
præ gratiæ plenitudine præponi
tur velut Iacob, qui tempore &
generationis ordine erat nouiſſi-
mus. Coniungitur verò tanq̃ co
gnata & conuenientia. l ¶Ter-
ræ quoq; memor ero, q̃ cum
relicta fuerit ab eis. Scripturę
ſcilicet quam mandabo eiectis Iu
dęis, qui eam prę̃uaricati ſunt vel
præuaricabãtur, & prauè interp̃-
tabantur. m ¶Attamen etiam
cum eſſent in terra hoſtili.
Bene in fine capituli blanditur, &
quos minis terruerat, promiſſis
conſolat̃. n ¶Nõ peni. Cæcitas
ex parte contingit in Iſrael donec
plenitudo gentiũ ſubintraret &c.
Nec ſic

(margin: †ponã cadauera vrã ſuper; †ꝑficiet terra ſabbatha ſua; Rom. 2. d.; Nota.; †impulſi; †ꝓpter iniq̃tates ſuas; †liqueſient; † vel tunc hũiliabit ſe)

*Nicolaus de Lyra.*

ne Samarię, vt habet̃. iiij. Re-
gum. vj. & in obſidione Ieruſalẽ
per Titum & Veſpaſianum, vt
dicit Ioſephus libro de Iudaico
bello. Quarto ibi: a ¶Deſtruã
excelſa veſtra, & ſimulachra
confringam & cæter. Contra
diuinam familiaritatem quam ꝓ-
miſerat obſeruantibus mandata
eius, comminatur eis ſubtractio-
nem ſui auxilij, & totalem deie-
ctionem, cùm dicitur: Deſtruam
excelſa ve

filiorum ueſtrorum & filiarũ ueſtrarum. De- a
a ¶Principes, doctores. b ¶Virtutes falſas.
ſtruam excelſa ueſtra, & ſimulachra confrin-
a gam. †Cadetis inter ruinas idolorũ ueſtrorum
¶Quam pro peccatoribus poſui & neglexiſtis.
& abominabitur uos anima mea, intantum, ut b
a ¶In quibus non habitem.
b urbes ueſtras redigam in ſolitudinem, & deſer
a ¶Templum, ſacrificia. b ¶Sicut ante.
ta faciam ſanctuaria ueſtra, nec recipiam ultra c
b ¶Sacrificiorum. b ¶A uobis auferendo. a ¶Scripturam.
odorem ſuauiſſimum: Diſperdamq; terram ue-
a ¶Admirando. b ¶Gentiles quos putatis inimicos ueſtros.
ſtram, & ſtupebunt ſuper ea inimici ueſtri, cùm d e
a ¶Scripturam intelligentes.
habitatores illius fuerint. Vos autem †diſper-
a ¶Vt ſitis ſicut prius erant Gentiles deum non habentes.
dam in gentes, & euaginabo poſt uos gladi-
a ¶Verbi dei. b ¶A deo vel a ſanctis. c ¶Ad literam, Vel ſcripturarum munitiones.
um, eritq; terra ueſtra deſerta, & ciuitates ue-
a ¶Scripturæ ſcilicet veteris teſtamenti.
ſtræ dirutæ. Tunc †placebunt terræ ſabbatha f
a ¶Quibus ſola & deſerta erit a vobis. b ¶Conuicti & ſubditi nouo teſtamento & ſi nolitis.
ſua, cunctis diebus ſolitudinis ſuæ Quando fue
a ¶Ab inquiſitione vrã. b ¶Quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore pctõris Eccl. 15. b.
ritis in terra hoſtili, ſabbathizabit & requieſcet
in ſabbathis ſolitudinis ſuę, eò quòd non requie
a ¶Polluta iniquitatibus veſtris. b ¶Tempore veteris teſtamenti.
uerit in ſabbatis ueſtris, quando habitabatis in
a ¶Poſt cladem & captiuitatem. b ¶Timent enim literam legis quam putant diſcordare a nouitate euangelij.
ea. Et qui de uobis remanſerint, dabo pauorem
a ¶Gentilium ad fidem conuerſorum. b ¶Non vox, ſed tantum ſonus eorum.
d in cordibus eorũ, in regionibus hoſtium. Ter- g
a ¶Literæ legalis, quam vident eccleſiam negligere, & ſpiritum in ea quærere. b ¶Conſortium fidelium.
e rebit eos ſonitus folij †uolantis, & ita fugient
¶Verbi quod audient a fidelibus.
f quaſi gladium. Cadent nullo perſequente, & h
a ¶Diſputationes.
g corruent ſinguli ſuper fratres ſuos, quaſi †bella
a ¶Quaſi victi.
fugientes. Nemo ueſtrum inimicis audebit re-
ſiſtere, peribitis inter gentes, & hoſtilis uos ter
a ¶Nouum teſtamentum. b ¶Firmamentum erroris veſtri. c ¶Conuerſi.
ra conſumet. Quòd ſi de †his aliqui remãſerint i
a ¶In ſtudio legis. b ¶Vt ſupra. ¶Quam polluunt etiam conuerſi ſemper ad legem ſuſpirando.
tabeſcent †in iniquitatibus ſuis, in terra inimi-
a ¶Quæ imitantur.
corum ſuorum, & propter peccata patrum ſuo
a ¶Pœnitendo.
rum & ſua, † affligentur, donec confiteantur
a ¶Quibus ipſi ſimiles.
iniquitates ſuas, & maiorum ſuorum, recor-
a ¶Verba mea negligendo. b ¶Vel ex toto auerſi vel ficte conuerſi.
dentur quibus præuaricati ſunt in me, & ambu
a ¶Peruerſus contra peruerſos.
lauerunt ex aduerſo mihi: Ambulabo igitur &
a ¶Vnde: Ad æmulationem vos adducam, in omnem gentem, Rom. 10. d.
¶Vnde: Secundum euangelium quidem inimici propter vos. Ro. 11. d.
ego contra eos, & inducam illos in terram ho-
a ¶Pœnitendo.
h ſtilem, †donec erubeſcat incircunciſa mens eo-
i rum. Tunc orabunt pro impietatibus ſuis, &
k recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Ia-
l cob & Iſaac & Abraham. Terræ quoque me-
a ¶Quia deſolata ab illis.
mor ero, q̃ cùm relicta fuerit ab eis, †cõplacebit
a ¶Ipſi enim ſolitudinem fecerunt.
ſibi in ſabbathis ſuis, patiens ſolitudinẽ propter
¶Preuaricationis ſibi conſcij.
illos. Ipſi uerò rogabũt ꝓ peccatis ſuis, eò quòd
a ¶Non facientes vel male intelligentes. b ¶Non veſtras.
abiecerit iudicia mea, & leges meas deſpexerint
m n Attamẽ etiã cùm eſſent in terra hoſtili, non pe-

excelſa veſtra, id eſt loca alta in q̃- C
bus idolis immolatis. b ¶Et
abominabitur vos anima
mea, intantum, vt vrbes ve-
ſtras redigam in ſolitudinẽ
& cæte. Subtrahendo effectum
præſentiæ meæ, etiam à templo.
ideo ſubditur. Et deſerta faciã ſan-
ctuaria veſtra. c ¶Nec recipiã
vltra odorem ſuauiſſimum.
Diſperdamq; terrã veſtram.
Id eſt ſacrificia quæ tempore obe
dientium tantùm fuerunt mihi o-
dorifera & placita. d ¶Et ſtupe
bunt ſuper ea inimici veſtri. †diſpergã
De tanta abiectione veſtra.
e ¶Cũ habitatores illi⁹ fue
rint. Vos autem diſperdam
in gentes, & euaginabo poſt
vos gladium. Quod adimple-
tum eſt, quando rex Aſſyriorum
tranſtulit Iudęos, & in ciuitatibus
eorũ habitare fecit extraneos, vt
habetur. iiij. Regum. xvij. Cõmi-
natur etiam perſecutionem & ab
iectionem in terra aliena, cùm di-
citur: Vos autem diſperdam in
gentes: & euaginabo poſt vos gla
dium. f ¶Tunc placebunt
terræ ſabbatha ſua cunctis
diebus ſolitudinis ſuæ. Tunc
enim quieſcet à cultura propter
defectum habitantium, eò quòd
tempore quietis ipſius, ſcilicet an-
no ſeptimo & quinquageſimo nõ
permittebatur quieſcere propter
cupiditatem Iudęorum, & ideo
tunc reddetur ſibi quies maior, &
prolixior quàm fuerit ſubtracta.
g ¶Terrebit eos ſonitus fo- Terror folij volantis
lij volantis, & ita fugiẽt qua
ſi gladium. Quia homines in †gladium
D terrore poſiti ad modicum fre-
mitum credunt adeſſe aduerſa-
riorum impetũ. h ¶Cadent
nullo perſequente, & corru- †ijs
ent ſinguli ſup fratres ſuos,
quaſi bella fugiẽtes. Nemo
veſtrum inimicis audebit re
ſiſtere, peribitis inter gentes,
& hoſtilis vos terra conſum.
Quia homines ex terrore fugien-
tes frequenter cadunt in præcipi-
tia, & aliquando cadunt mutuis
gladijs non diſtinguentes ſocios
ab aduerſarijs, vt habetur Iudicũ †recordẽ
vij. f. de fugientibus coram Gede-
one & ſocijs eius. i ¶Quod &
ſi de his aliqui remanſerint,
tabeſcẽt in iniquitatib⁹ ſuis.
in terra inimicorum ſuorũ:
& propter peccata patrũ ſuo
rum & ſua, affligentur do.
Hîc conſequenter inducitur po-
pulus ad obſeruantiam mandato
rum per conſolationes; quia quã-
tuncunque fuerint abiecti, ſi aliq̃
remanſerint, & afflictione dante
eis intellectum peccata ſua reco-
gnouerint, & pro ipſis orauerint, †ꝑfecit ſabbatha ſua
promittitur eis diuina cõſolatio.
vnde ſubditur: Tunc orabunt
pro impietatibus ſuis, Et re-
cordabor fœderis mei & cę.
k ¶Terræ quoque memor
ero, quæ cum relicta fuerit.
& cæte. Reducendo ibi habitato
res ſuos. Cætera patent ex dictis.

E a ℭNec ſic deſpexi. Qui ſalutem omniũ volo. ideo poſt
1.Tim.2.b. tantas iniquitates etiã Iudæorũ reliquias ſaluo. b ℭHæc ſunt.
Vſq; ad certũ tẽpus legis literã ſignificat obſeruandã. Iudęis quoq;
os obſtruit, qui etiã nunc volũt implere literã, cũ ille iam venerit, q
tunc Iudæis lac per Moyſen dedit, non eſcã: per ſe autẽ pfecta do-
1.Cor.3.a. nauit. Ideo ait: Inter ſe & filios Iſraël vſq;
Eſa.35.b. quo. ſ. veniat & apiant oculi cæcorũ, & au
diant aures ſurdorũ, vt relicta ſupficie lſæ
transferat legẽ ad pfectionẽ gratiæ, nõ ſol-
Matt.5.b. uendo ſed implẽdo. c ℭIn montem Si
Pſal.83.b. nai. Nõ in Sion. vñ: Videbit deus deorũ
in Sion. Et alibi: Ex Sion ſpẽs decoris ei⁹.
Pſal.49.a. Deus manifeſtè veniet. Et in Malac. Subitò
veniet ad tẽplũ ſuũ dñator, quẽ vos quę.
Malach.3.a ℭIn ca.xxvj. vbi dicit in poſtilla: Ponam
tabernaculum meum in medio veſtri.

ſReliquiæ ſaluæ fient.
a nitus abieci eos, neq; ſic deſpexi, ut
conſumerentur, & irritum facerem
pactum meum cum eis. Ego enim
a ſVt ſim dominus deus eorum in conſpectu gentium.
ſum dominus deus eorum, & recõr
dabor fœderis mei priſtini, quan-
do eduxi eos de terra Ægypti in
conſpectu gentium, ut eſſem deus
b eorum: Ego dominus deus. Hæc
a ſNullo interrogante data. b ſQuæ domino interrogato iudicata ſunt.
d ſGenerales.
ſunt præcẽpta atq; iudicia & legẽs
ſAntequam ueniret.
quas dedit dominus inter ſe & inter
c filios Iſraël in monte Sinai per ma-
num Moyſi.

## ADDITIO I.

Licet plan⁹ ſenſus literæ hui⁹ qđ dicitur: Ambulabo inter vos, poſſit intelligi. ſ. vos ptegẽdo & cõſolãdo, put in poſtilla, tñ vlteriori ſenſu intelligit & magis pprie, cũm deus in carne aſſumpta erat ambulaturus greſſib⁹ corpalib⁹ inter illos: & ſic illa promiſſio fuit impleta in aduentu Chriſti, qñ Chriſt⁹ in ppria pſona diuina ambulauit
Ambulare deum inter homines inter filios Iſraël, & erat eis de⁹. ſ. apl'is cum quib⁹ cõuerſabat q eũ cõfitebant dicẽtes: Tu es Chriſt⁹ fili⁹ dei viui. Vnde ſup illud verbũ: Ambulabo inter vos. Gloſa: Homo factus. vnde: hic eſt deus noſter, & nõ reputabit ali⁹ ab eo, poſt hæc in terra viſus eſt, & cũ hominib⁹ cõuerſat⁹ eſt. Hęc in glo. Quę nõ eſt æſtimanda myſtica expoſitio, ſed lſalis. Nã ex hoc q dicit: Ponã tabernaculum meũ in medio veſtri, iã intelligebat ambulatio diuina cum eis, dando diuina reſpõſa, & ptegẽdo & cõſolando, prout ſuprà fuit tactum Exo. in additione.xxxiij. Quæ quidẽ ambulatio ibidem dicit: Cũ eis, eũ Moyſes hæc petendo diceret: Obſecro dñe, vt gradiaris nobiſcũ. hîc autẽ nõ dicit ſic: ſed ambulabo inter vos, & ero de⁹ veſter, quaſi manifeſtè innuẽs, q ambularet inter eos q̃ſi vnus ex eis. ſ. ver⁹ homo. & cũ hoc tñ eſſet ver⁹ deus. vñ ſubiungit: Et ero de⁹ veſter. Et notandũ q Ra. Moy. Gerũdeñ. in ſua ex-
F poſitione multa de hoc tradidit, inter q̃ ſic dicit: Quòd in futuro tẽpore. ſ. Meſſię pueri Iſraelitici ſunt demõſtraturi deũ digito, iuxta illud, Eſa.xxv.c. Ecce deus noſter iſte, expectauimus eũ. Itẽ & antiqui noſtri dixerũt, futurũ eſt, q deus exercebit cum iuſtis in hoc ſeculo, in futuro tempore. ſ. tpe Meſſię. Quæ quidẽ pmiſſiones nunq; fuerunt impletæ, ſed implebunt in tempore pfectionis. Hæc ille. Quæ quidẽ verba manifeſtè cõſonant catholicę veritati, ſcđm quã ver⁹ Meſſias, q eſt ver⁹ deus, demõſtratus fuit digito à pueris Hebręorum in die ramiſpalmarũ, vt habetur Mat.xxj. Qui quidẽ Chriſt⁹ ſæpe exercitatus eſt, & cõuerſatus cũ iuſtis. ſ. cũ apl'is tã
†De pœn. di.1.aũ.c. quẽ pœnitet. §. itẽ q donũ. quã uer⁹ homo. Quæ qdẽ pmiſſiones p ut iſte autor cõfitet, nunq; fuerũt impletæ tempore veteris teſtamẽti, ſed ſpectabant impleri tempore Meſſiæ. Vtinam iſte autor intellexiſſet ſeipſum, vt bene ageret. ℭIn ca.xxvj. vbi dicit in poſtilla: Quòd ſi audieritis me. Hîc conſequenter inducit populus per comminationes &c.

## ADDITIO II.

Iſtæ maledictiones cõminatoriæ, quæ in hoc cap. continent prout communiter exponunt, ſunt ppheticæ: qa oĩa pœnalia hîc cõtenta contigerunt illi populo in diuerſis & varijs temporib⁹. Sed circa hoc eſt aduertendũ, q. j. Deuter.xxviij. ponuntur aliæ maledictiones ſeu comminationes, quæ in multis aſſimilantur iſtis & inter vtralq; ſecũdum Ra. Moy. Gerũdeñ. qui inter omnes expoſitores Hebręorum de

G Hebræorum de hac materia magis propriè ſcripſit, eſt quædã differẽtia nõ modicũ attendẽda. ſ. q cõminationes prophetice in hoc cap. contentæ pertinẽt ad captiuitatẽ Babylonicã, in qua fuerunt plenariè impletæ. Cõminationes verò contentæ in Deut.xxviij. pertinent ad captiuitatẽ Romanã, in qua fuerunt plenariè impletæ, & in qua etiã hodie ſcđm ipm durãt. Ex qua quidẽ cõſideratiõe, ſi bñ attendat, put i pdicto .c. Deu. dño diſponẽte declarabit, cõfundi poſſet error Iudęorũ improuidè ſpectantiũ pñtis captiuitatis redẽptionẽ per Meſſiã inaniter ab eis ſpectatũ. Quòd aũt cõminationes pphetice in hoc ca. cõtentę ptinent pprie ad captiuitatẽ Babylonicã, patet ex multis q̃ ab ipſo Ra. Moy. narrãt in ſua expoſitiõe in hoc loco. Quorũ duo q̃ vident ſufficere ad ppoſitũ cõcludendũ ad pñs oñdã cæteris omiſſis, vt tractent in cap. ſupradicto Deu.xxviij. vbi deo duce pleni⁹ tractabunt. ℭPrimũ quidẽ. ex quo patet q hmõi cõminationes ppheticæ in hoc ca. cõtentæ ptinent ad captiuitatẽ Babylonicã: nã in hoc loco aſſignat tanq; cã præcipua deſtructionis eorũ pctm idolatrię, in quo fuerũt freqnter puaricati Iudęi tẽpore tẽpli primi, put patet. iiij. Reg.xxi. & in q̃plurimis alijs locis. vñ hîc dicitur: Deſtruã excelſa vr̃a, & ſimulacra cõfringã: cadetis inter ruinas idolorum veſtrorũ quod quidẽ pctm nõ inuenitur tempore templi ſecundi, ſed potius ſacerdotes & alij viri iuſti: qui tunc temporis populo præſidebant reſtiterunt idolatriæ vſque ad martyriũ, vt patet. j. Machab. ℭSecundũ verò, ex quo patet propoſitum ſupradictum, ſumitur ex parte durationis hui⁹ captiuitatis. ſ. Babylonicæ, quæ ex iudicio diuino fuit commenſurata tempori quo non ſeruauerunt ſabbatha terrę. vnde dicit hîc: Tunc placebunt terræ ſabbatha ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ, qñ fueritis in terra hoſtili ſabbathizabit & requieſcet, eò q non requieuit in ſabbathis veſtris, quãdo habitabatis in ea. Ex quo patet q tot annis terra eorum nõ requieuit in ſabbathis, quot annis fuerunt in captiuitate Babylonica. ſ. lxx. annis. Vñ. ij. Paralip. vlti. d. de duratiõe captiuitatis Babylonicæ dicitur: Et complet ſermo ex ore H
Hieremiæ prophetæ: & celebraret terra ſabbatha ſua. Cunctis eñi diebus egit ſabbathum vſq; complerent. lxx. anni. Quæ quidẽ cõmenſuratio annorum habetur expreſſè Hiere.xxxix. quod non põt dici de captiuitate eorum hodierna, quæ hodie trãſcendit mille & quadringentos annos, & tot annos vltrà. Ex quib⁹ patet, q maledictiones comminatoriæ cũ alijs ad hoc pertinẽtib⁹ in hoc capitulo cõtentę intelligunt eſſe totalr implete i deſtructiõe Ierl'm p Chaldęos, licet ptialr q̃dã earũ fuerũt iplet ę ẽt in alia captiuitate, cũ dicit hîc: Vt comedatis carnes filiorũ & filiarũ vr̃arũ, qđ fuit ipletũ in obſidiõe Ierl'm p Chaldęos. Iuxta illud Threñ.iiij. b. vbi de his q̃ cõtigerũt i obſidiõe Ierl'm tpe Chaldęorũ dicit: Man⁹ mulierũ miſericordiũ coxerũt filios ſuos, facti ſunt cibus earũ. Idẽ ẽt fuit impletũ in obſidiõe Ierl'm p Titũ ſcđm Ioſeph. vt habet in poſtil. & ſic de qbuſdã alijs hîc cõtẽtis, q̃ in vtraq; obſidione ſeu captiuitate contigerũt. Omnia tñ in hoc capitulo cõtenta integralr cõtigerunt in prima captiuitate Babylonica tm̃, nõ autem in ſecũda vt dictũ eſt.

Cõminationes variæ.

*Replica* correctorij contra Burgeñ. Sed quod notat Burgeñ. capitulo.xxj. vt promotiuum Chriſtianæ fidei tranſeat, dummodo cum ſenſu principali qui eſt de Chriſto, ſenſus literæ primarius qui eſt de gubernatione populi per deſertum non abijciatur: & ſic terminantur replicę in Leuitico.

## Cap. XXVII.

Locutusq; eſt domin⁹ a ad Moyſen, dicens: Loquere filiis Iſraël,
a & dices ad eos: †Homo qui †uotũ fecerit
a ſTotam uitam.
b & ſpopõderit deo ãnimã ſuam ſub
ſId eſt drachmas.
æſtimatione dabit pretium. Si fue-
ſFirmus & fortis.
c rit maſculus à uiceſimo anno uſq;

†pmutare volueritvotũ ſcđm æſtimationẽ aĩarũ dño

GLOS. ORDI.

Locutus q;. a ℭHomo qui. Cap. XXVII. Plena ſunt hæc verba prudẽtia, q̃ oporteat agi vel minimè, ſupius pręcepit, nũc vel ex toto vel ex parte agentium dignitatẽ exponit, quid pfecta vita, qd mediocris qd incipiẽs cognitionis dei habeat, differentias quoq; ętatũ deſcribit. b ℭAnimã. Aquila & theodotio admirabile. Simmachus'
Tropolog. ſi ſe ſẽpauerit. Lxx. honorẽ aię ſuę. c ℭA viceſi. Qñ pubes, fortis' valid⁹ virtutib⁹ & opib⁹ cõtra ſpũales inimicos. vñ: Omnis maſcu
Num.1.a. lus à viginti annis & ſuprà: omnes qui ambulant in virtute ſua huiuſmodi pretium

## NIC. DE LY.

Diuiſio

Locutusq; eſt dñs ad Moyſen. Cap. XXVII. Hęc eſt quarta ps principalis hui⁹ libri, put dictũ fuit à principio: In qua agit de ſolutionib⁹, & etiã redẽptionib⁹ votorũ, quę ſunt q̃dã oblationes ſpeciales. & primò agit de voto obligatis, ſecũdò de cõſecratis, ibi: Om̃e qđ dño conſecratur. tertiò de decimis, ibi: Omnes decimę, Prima in duas: quia primò agit de redemptiõe votorũ. Scđò remouet circa hoc dubiũ, ibi: Primogenita &c. Circa primũ, primò agit de voto circa perſonam

ca perſonam

A huiuſmodi pretiū,conuerſatio.ſ. & vita & retributio quā ꝓ ſe offert deo:quiquaginta ſicli ſunt.i.ſpiritualis vita. Quinq̄geſimo enim die ſpūſſanctus aduenit, & quinq̄geſimo anno plenariæ datur liberatio & terræ reſtitutio. A.xx.annis vſq; ad.xl.intellect⁹ perfectus,fortitudo,& filiorū ꝓcreatio. Qui autē & intellectū habet & fortitudinem,vt q̄ intelligit,faciat: & filios ſpirituales deo facere pōt, ꝓtium eius eſt.l. drachmæ.i.perfect⁹ fruct⁹,& pfectionis corona,de qua dicit: Eſtote perfecti,ſicut & pater veſter perfect⁹ eſt. a ¶ Siclos. Vel didrachmas, ſexagenariū fructū ſ. magnū quidē,ſed centenario minorē, quia mulier eſt quæ viro minor eſt. Mulieres tñ ſi ad ſummam menſurā puenerint,& infirmitatem ſuā intētiōe fortitudinis trāſierīt,maſculi pñt appellari. vñ: Mulierē fortē qs inueniet ¶ Qui ergo verā cōtinentiam habet xxx.ſicli vel didrachmę hui⁹ æſtimatio eſt.i.ſexagenari⁹ fruct⁹.vñ: Vidua eligatur non minus.lx.annorum. b ¶ A quinto. Qui ſenſatus eſt,& ꝓficere incipit, ſed conuerſatione ieiunij non pōt ornari.c ¶ Vſque. Qui proficere cœpit ſenſib⁹ quinq;. prouectus enim hic eſt ad virtutem,& perfectionē.xx.enim annorum fortes ſunt atque valentes.d ¶ Maſculus dabit.xx. ſic.vel didrachmas.i.xl. drachmas.i. obolos quadringentos. Quadragenarius verò ieiunij & orationum prouectum ſignificat. Tot enim diebus ieiunauit Moyſes,& Helias,& ipſe Chriſtus,& pōſt à diabolo eſt tentatus. e ¶ Fœmina decem. Vel didrachmas.i.xx.drachmas vel ducētos obolos,cuſtodiam.ſ.decem mandatorum, quę duplicātur ſcd'm literā & ſpiritum,in quibus non eſt præceptum ieiunium, q̄ pro uectos decet necdū pfectos.f ¶ Ab vno. Vnius menſis eſt,qui nunc in fide genitus eſt,quibus dicitur: Quaſi modo geniti infantes rationabiles ſine dolo, lac concupiſcite &c.g ¶ Quinq;. Vel didrachmæ.ſ. vt maſculus duplices ſenſus habeat,& quæ ſenſibiliter audit intelligibiliter ſuſcipiat. Sic enim ad perfectionem ducitur,ꝓpter quod centum obolorum eſt pretium eius: centenari⁹ autē perfect⁹ eſt.h ¶ Pro fœ. Pro fœmina tres didrachmæ.i.fides patris & filij & ſpūſſancti,vt corde credat,ore confiteatur,& ſint ei duæ didrachmæ.ſit aūt ei talis fides ad pfectiōnē. Tres em̄ didrachmę ſex ſunt drachmę,&.lx.oboli,qui numerus perfectiōne ſignificat. Vnde popul⁹ Iſrael ſexcenta milia,i.lx.miliades habet. Erāt em̄ in eis mediocriter perfecti,quaſi iā participes euangelicæ conuerſationis.i ¶ Sexagenarius. Qui excellentiā conuerſationis ꝓmiſit,ſicut virginitatē,vel mūdi abrenūtiationē,ſed infirmat⁹ eſt.k ¶ Dabit quī decim. Vel didrachmas, q̄ ſunt triginta drachmæ. Tres em̄ fructus bona terra reddidit,centenariū.i.virginē eſſe vel mundo abrenunciare. Sexagenarium.ſ.continentiā. Tricenariū,id eſt caſti coniugij cōuerſatiōem. l ¶ Si pauper. Qui multū peccauit,ideo interpretat⁹ eſt Aquila, ſi exceſſit.m ¶ Stabit. Si enim quemlibet nobis ſubditum dei ſeruitio obtulerimus,i miniſteriū noſtrū recipe nō debemus, ꝓmittētes pro eo vel meliorē vel minus bonū. n ¶ Quātum ille eſti. id eſt quantum viderit eū poſſe ſatiſfactionis imponet,ſed ſi locuplex eſt,vt diſtribuat pecuniā,ſi ſanus ieiunet,oret,laboret.o ¶ Animal. Quia differentias oblationum, quæ ex nobiſipſis ſunt & gradus expoſuit,iam corū quæ nobis tanq̄ pecora ſubditi ſunt,quā ſit oblatio ſancta exponit. p ¶ Sanctum erit. Scd'm legem immaculatum & mundum: veluti ſi filium, diſcipulum, ſeruum,vel quemlibet nobis ſubditum deo obtulerimus. q ¶ Quod. Vt ſi duplex oblio, & inimicus erubeſcat,qui oblationē mutare ſuggerebat.r ¶ Animal im. Eſt,quæ nō ſimul & vngulam findūt, & ruminant immūda ſunt. Vngulā findunt q̄ literam & ſpiritum diſtinguunt. rumināt aūt,qui meditando legis continuam habent intentionem. Qui ergo filium talē vel ſeruū vel diſcipulum deo offert, qui nō ex malitia ſed ex infirmitate,nec ruminat, nec vngulam findit,adducat eum ad ſacerdotē qui dijudicans vtrum bonum an malum ſit ſtatu.pretiū.i.moderatū imponet iugū.i.mediocrem conuerſationē,vt declinet.ſ.a malo,& prouehatur ad meliora,inter deterius ſcilicet & melius ſcd'm Symmachū,vt poſſit domino offerri. ¶ Sciendum eſt,q aliud eſt ſanctificare, aliud eſt ſanctū eſſe,aliud deo offerri,aliud dei eſſe. Quod em̄ ſanctificat & offert ſctm̄ incipit eſſe qd' nō erat,& paulatim augmētatur. Qd' ſanctū eſt & dei eſt,non eget augmento,quia pfectū eſt. Bonū eſt ergo alio rum doctrina & auxilio ſanctificari,ſed melius eſt talē eſſe qui ſeipſum & alios poſſit ſanctificare,qd' paucorum eſt. Sanctificat ergo domum dñō,qui familiam ſuā & cognationem tā ſenſibilē q̄ intelligibilē purē & ſanctē vult conuerſari,vt ſit eccleſia dei. Si autem per ſe non eſt idoneus hoc facere ſacerdos,debet cōſiderare vtrum bona an mala ſit. Ex diuerſis enim conſtat perſonis, & ſecūdum quod poſſit,debent iniungere eis. s ¶ Quintam partem. Mentem ſcilicet quæ regit quinque ſenſus, ſine qua virgines fatuę ad nuptias nō ſuſcipiuntur. Homo ſi

Act.2.b. — Mat.5.g. — Pro.31.b. — †mulier — 1.Tim.5.a. — Exo.34.d. — 3.Reg.19.b — Mat.4.a. — B — 1.Pe.2.a. — †bonū pro malo vel malū pro bono — Roma.10.c — Exo.12.f. — *ſcd'm eſtimationem ſacerdotis fuerit — Mat.13.b. — Allegoricē — C — Sctificari & ſctm̄ eſſe — Mat.25.a.

ſpiritualem uitam
ad ſexageſimum annum, dabit
a vel didrachmas. b id eſt centeſimum fructum.
a quinquaginta ſiclos argenti ad men a
a Quaſi cui hæc perfectio deeſt,ſed ad aliam proueħi cupit.
ſuram ſanctuarij: ſi mulier, trigin
a Senſatus ſed nondum perfectus.
b ta. A quinto autem anno uſq; ad b
re rubrũ venerint, niſi fortè in itinere pergentibus quidam ſin⁹ ma
ris occurrerit, iuxta quem caſtrametati ſunt. Aliud eſt enim tranſi-
re mare, aliud in proximo figere tabernacula. Ex quibus monemur
etiam poſt euangelicam doctrinam, & cibos dulces triumphorum
apparere nobis interdum mare, & pręterita diſcrimina poni ante
oculos. ¶ Iſidor. Octaua eſt in ſolitudine סין Sin, in qua tendi- Octaua
tur vſque ad montem Sinai. Sin autem rubus vel odium interpre
tatur: quia cũ venerimus in locum eccleſiæ, de quo nobis dominus
locutur⁹ grãde odium meremur inimici. ¶ Iſidor. Nona mãſio. Nona
eſt רפקה Daphca quæ dicitur pulſatio, quaſi pulſate & aperie- Matt.7.a.
tur vobis: Senſus quoque eſt manifeſtus: quia poſtqꝫ venerimus in
locum eccleſiæ: incipimus in ſacramenta pulſare. ¶ Iſidor. Decima Decima
in אלוש Alus, quod interpretatur fermentum, quod tollens mu- Matt.13.c.
lier miſcuit farinæ ſatis tribus, donec fermentaretur totum: ibi mur Exod.16.c.
murans populus accepit veſpere coturnices, & mane alterius diei
manna. Et bene in decima manſione manna tribuitur, quia poſt Vndecima
decalogi perfectionem angelorum panis manducatur. ¶ Iſidor.
Vndecima manſio eſt in רפידים Rephidim, quæ interpretatur Exo.17.b.
diſſolutio fortium, vel remiſſio manuum. In hac ſitienti populo
fons de petra Oreb in ſimilitudine Chriſti erupit. Ibi Ieſus in typo
ſaluatoris contra Amalec militat, & in ſigno crucis dęmonum ad-
uerſum nos tentamenta ſurgentia deuincuntur. Illuc venit Iethro Exod.18.d.
ad Moyſen dans ei conſilium.lxx. ſeniorũ & in typo eccleſiæ ex gẽ
tibus congregatæ quia legis imminutio euangelio ſuccedente com
pletur. Pulchrè diſſolutio vel ſanitas Rephidim dicitur, vel ꝓpter
diſſipatum Amalec, vel propter ſanatum Iſrael. Ceteræ in ſuis locis
cõuenientius exponẽtur.

Cap. I.

A LOcutuſq; &c. a ¶ Omniũ vi. Ori. Aſs. Lxx. Ois q pcedit in virtute, Iſrael &c. q ergo pcedit ĩ virtute nũerat̃, & in virtute tm̃ Iſrael. Eſt em̃ virtus animi quã Grecorũ philoſophi docẽt, q̃ nõ p deo, ſed pro gloria exercetur humana. Eſt & Aſſyriorũ virtus, vel Chaldeorum in Aſtrologiæ ſtudijs, ſed non Iſraëlitica, nec ad deum ptinẽs. Sola verò apud deũ virtus Iſraelitica numerat̃, q̃ à deo docet̃ p ſcripturas diuinas diſcit̃, p fidẽ euãgelicã & apoſtolicã tradit̃. b ¶ Principes. Augu. Quid eſt q ſingulos de ſingulis tribubus eligi iubet principes, eoſq; vocat χιλιάρχους, quos qdam Latini tribunos vocãt vel appellauerunt. χιλιάρχοι aũt à mille videntur dici. Sed cũ cõſiliũ daret Iethro Moyſi,

Eod. 18. d. qđ etiã deus approbauit, de populo ſub principib9 ordinãdo, ne oẽs cauſe Moyſen onerarent, χιλιάρχους dicit cõſtituẽdos ſup millenos hoĩes, ἑκατοντάρχους, ſup cẽtenos, πεντηκοντάρχους ſuper qnquagenos, & δεκαδάρχους ſuper denos: ab ipſis numeris quib9 preeſſent cognominatos. Nũqd & hĩc ſic accipiẽdi ſunt χιλιάρχοι, q ſinguli eſſent ſup millenos? Nõ. neque em̃ oĩs populus Iſrael. xij milia tunc fuerũt. Singulos em̃ elegit de ſingulis tribubus, q̃ nõ millenos, ſed multa milia cõtinebãt. Nomẽ ergo cõmune eſt cũ illis qui in Exodo appellabant̃ χιλιάρχοι, q vnuſquiſq; illorũ eſſet mille hominũ princeps: iſtorũ aut vnuqſq; multorũ miliũ princeps, quia ſiue à mille ſiue à milib9,

Ij. 22. a. eadẽ cõpoſitio nõis reſonat vt vocẽt χιλιάρχοι. c ¶ De tribu Rub.

B Raba. Moraliter. Ruben primogenitus Iſaelis, q interp̃tatur videns filios, vel vidẽs in medio, primitiuam

†egrediendum ad pugnam in ecclesiã ſignificare põt, q̃ fuit in Ieruſalem: quã ipſe dñs in apoſtolis primũ fundauit, quẽ ſignificat Eliſur. i. pater me9 fortis. Ipſe em̃ eſt de quo

Pſal. 23. g. dicit̃: Dñs fortis, dñs potẽs in prelio. Hic ergo Rubẽ ſub tali principe videt filios: id eſt fideles ad ſe cõfluen-

Act. 2. g. tes. Vñ: Predicãte Petro baptizati

Act. 4. f. ſunt vna die tria milia. Et: Multitudinis credẽriũ erat cor vnũ & anima

Moraliter vna. ¶ Rabanus. Moraliter. Princeps tribus Ruben eos generaliter ſignificat, q bene cõuerſantes in medio

# *LIBER NVMERI,*

*Hebraicè,* וידבר *uaiedabber, id eſt, Et locutus eſt.*

Cap. I.



¶ Quaſi quæ dicuntur, vt verba domini penſentur.

LOCVTVSQVE eſt dominus ad [a]
a ¶ Sapientiſſimum Hebræorum.
Moyſen in deſerto Sinai, in taberna- [b c]
a ¶ Noui teſtamenti.
culo fœderis prima die mẽnſis ſecundi, an- [d]
¶ Mundo.
no altero egreſſionis eorum ex Ægypto di-
cens: †Tollite ſummam uniuerſe congrega- [e]
tionis filiorum Iſraël per cognationes & do- [f g]
mos ſuas, & nomina ſingulorum, quicquid [h]
a ¶ Non fœminini cui obſtat infirmitas. b ¶ Quia hęc ætas apta bello.
ſexus eſt maſculini à uiceſimo anno & ſuprà [i]
a ¶ Non ſola ætas ſed virtus requiritur Iſraelitæ.
[a] omnium †uirorum fortium ex Iſraël, & nu- [k]
a ¶ Lex & ſacerdotium ſpirituali ſenſu annumerant primatũ eccleſiæ & officia ſingulorum, quia ſecundum tenorem legis per veros ſacerdotes omnis eccleſiæ ordo diſponi debet.
merabitis eos per turmas ſuas tũ & Aaron,
[b] eruntq; uobiſcum principes tribuum ac do- [l]
morũ in cognationibus ſuis, quorũ iſta ſunt
a ¶ Pater meus fortis. b ¶ Alias. qui interpretatur abſconditus.
[c] nomina. De tribu Rubẽ Eliſur fili9 Sẽdeur.

## *NICO. DE LYRA.*

LOcutuſq; eſt dñs ad Moyſen. Ex prę CAP. I. dictis in pręcedentibus libris patet, q ſicut in libro Gene. agitur de fidelis populi electione, cui lex erat danda, ſic in Exodo agitur de legis datione populo iam electo, & à ſeruiture AEgyptiaca liberato. Verũtamẽ q̃uis in Exo. ſit data lex q̃tũ ad p̃cep ta moralia, iudicialia, & ceremonialia: hoc tñ eſt breuiter & ſuccinctè, & iõ in alijs libris ſubſequẽtib9 additę ſunt aliq̃ leges ordinationẽ populi dñi magis ſpecificantes, & ad tria p̃dicta reducunt̃. In Leuitico vò ſunt additę leges vel p̃cepta, q̃ ſpecificãt ordinationẽ ppl̃i reſpectu cultus diuini, vt viſum eſt ibidẽ. Conſequẽter aũt ĩ hoc libro Numerorũ addunt̃ illa q̃ ſpecificãt ordinationẽ populi reſpectu cõuictus mutui. Imminebat aũt tũc populo pficiſci ad terrã ſibi promiſſam, & ideo primò ponunt̃ illa quę ptinẽt ad ordinationẽ populi pficiſci debẽtis: Secũdò q̃ ptinẽt ad ordinationẽ ipſius actu pficiſcẽtis. x. ca. Tertiò quæ ſpectant ad ordinationem ipſius ad terminum accedentis. xxxiiij. ca. Circa primum conſiderandum, q in populo debenti pficiſci, neceſſariò requiritur q aliqui ſint ſubditi & obedientes, & alij ſint regẽtes: quia vbi non eſt gubernator populus corruet, Prouerb. xj. b. Et ideo primò ponit̃ ordinatio ſubditorũ, & ſecũdò rectorũ. vij. ca. Circa primũ primò ponit̃ ordinatio populi ſecũdũ legẽ cõmunẽ, ſecũdò q̃tũ ad ſpecialem obli-

lẽ obligationẽ. vj. ca. Circa primũ adhuc primò p̃mittit̃ ordinatio C populi ſubditi, ſecđò remotio impedimẽti. v. c. Circa primũ cõſiderãdũ, q in populo ſubdito cõiter ſunt tres ſtat9 vel ordines. ſ. agricolæ, milites, & deo ſeruiẽtes. Primus nõ habet hĩc locũ, qa popul9 tũc habebat panẽ de cęlo collatũ ſine labore, vt dictum eſt Exo. xvj. Et ideo primò agitur de ordinatione bellantiũ, ſecundò de ordinatione deo miniſtrãtiũ. iij. c. Circa primũ adhuc primò p̃mittit̃ numer9 bellatorũ, ſecũdò eorũ ſitus circa tabernaculũ. ca. ij. Circa p̃dictã numerationẽ primò ponit̃ p̃ceptũ dñi, ſecũdo executio mãdati, ibi: Hi nobiliſſimi pricipes. Circa primũ dicit̃ ſic: Locutuſq; eſt dñs. Iſta dictio copulatiua q; copulat hũc librũ, ad p̃cedẽtẽ: & eſt ſenſus: ſicut ĩ p̃cedẽti lib. locut9 eſt dñs ad Moyſen de ordinatione ppl̃i in cultu diuino, ſic in iſto de cõuictu ppl̃i ordinato. b ¶ In deſerto. Anteq; inde recederẽt verſus terrã pmiſſiõis. c ¶ In taber. Quia ex q̃ fuit erectũ ibi. loq̃bat̃ dñs ad eũ: tabernaculũ aũt fuit erectũ mẽſe primo, prima die mẽſis anni ſecũdi exitus filiorũ Iſrael de AEgypto: dñs aũt iſta dixit Moyſi p mẽſem pòſt, ſicut ſtatim ſubdit̃: d ¶ Prima die. Et patet: e ¶ Tollite. Dicit Ra. Sa. q ſimile eſt hoĩ habẽti peculiũ valde dilectũ, ppter qđ numerat ipſũ frequẽter. Popul9 Iſrael erat q̃ſi peculiũ dei, vt hr̃ Exo. xix. & iõ numerus eius exprimit̃ in exitu de AEgypto, D vt hr̃ Exo. xij. Itẽ numerat9 fuit poſt caſum de adoratiõe vituli, vt hr̃ Exo. xxx. & xxxj. Hĩc vò ſil̃r p̃cipit̃ nũerari. Et q hęc numeratio ſit alia ab illa patet, quia de argẽto illi9 numerationis factę ſunt baſes tabernaculi, vt hr̃ Exo. xxx. & iõ illa nũeratio p̃ceſſit fabricationẽ & erectionẽ tabernaculi: iſta autem quę hĩc præcipuè ſecuta eſt erectionem tabernaculi per menſem, vt iam dictum eſt. f ¶ Per cogna. i. trib9: voluit em̃ dñs q nõ ſolũ ſcire t̃ nũerus multitudinis ĩ gñali: ſed etiã cuiuſlibet trib9 p ſe & in ſpeciali. g ¶ Et domos. Quia in vna tribu erãt multę familię ſicut in tribu Leui erant Caathitę, Meraritæ, Gerſonitæ: & faciebant diuerſas domos. h ¶ Quicquid. Et ſic mulieres excludebãtur ab iſta nũeratione. i ¶ A vice. an. quia iuniores non mittebant̃ ad p̃lium. k ¶ Virorũ for. Ad excludendum ſenes, qui iam erant emeritę militię. l ¶ Eruntq; vobiſcum prin. Fuerũt em̃ adiũcti ĩ hoc negotio Moyſi & Aarõ, quia qlibet eorũ magis cognoſcebat illos de tribu ſua

Moraliter. a ¶ Locutuſq; eſt. In hoc capl̃o deſcribit̃ ppl̃i numeratio p Moyſen & Aaron, & xij. principes ppl̃i. ¶ Myſticè per Moyſen ducẽ, & Aarõ põtificẽ intelligit̃ ipſe Chriſtus, q ſimul dux eſt populi Chriſtiani & ſacerdos ſumm9. Per xij. principes intelligunt̃ apoſtoli & eorũ ſucceſſores: p populũ nũeratũ, popul9 credẽtiũ ad p̃dicationem apl̃orũ, Chriſto tñ pricipaliter operãte: ppter qđ ipẽ dicit Ioh. xv. a. Sine me nihil poteſtis facere. Nũerant̃ aũt hĩc potẽtes ad bella pcedere, p qđ ſignificant̃ fideles q̃diu ſunt de corpore militãtis ecclię. Dicunt̃ aũt ſexcẽta tria milia qngẽti qnquaginta: Per ſexcẽta tria milia, q eſt maior nũer9, ſignificat̃ multitudo credẽtiũ obligatorũ ad p̃cepta decalogi adimplẽda in fide trinitatis, eò q iſti numeri reſultãt ex multiplicatione & repletione denarij & ternario. Per qngẽtos vò qnq̃ginta, q eſt minor numer9: itelligũt̃ illi q nõ ſolũ tenent̃ ad decalogi p̃cepta, ſed cũ hoc ad cõſilia, eò q qnq̃ginta numer9 eſt ſpũiſancto appropriat9: quia ſpũſſanct9 dat9 fuit apl̃is in ſigno viſibili qnq̃geſima die à feſto paſchali, pfitẽtib9 aũt in religione, q ſe obligãt ad obſeruationẽ cõſiliorũ ſaltẽ aliq̃rũ: tãta dat̃ gr̃a quãta dat̃ in baptiſmo: vt refert Hiero. in vitas patrum quingẽti vò reſultãt ex replicatione quinquaginta: vt de ſe patet.

Moraliter

Q ij Leuitę aũt

a ❡Exauditio interpretatur,& ſignificat deuotionem eccleſiæ Gentilis,de qua in auditu auris obediuit mihi.
b ❡In hac dominatur Salamiel. id eſt pax mea deus Ieſus.ſ.pax noſtra.qui fecit vtraque vnum,cū ſigna potentiæ ſuæ per fidelium verba & opera demonſtrauit.

a De tribu Simeon, Salamiel fi-
b lius Suriſaddai. De tribu Iuda,
c Naaſſon filius Aminadab. De
❡Merces.
d tribu Iſſachar, Nathanael filius
e f Suar. De tribu Zabulon, E-
❡Robuſti.
liab filius Helon. Filiorum au-
a ❡Augmentum. b ❡Frugifer vel creſcens.
g tem Ioſeph de tribu Ephraim,
a ❡Deus meus audiens.
b ❡Populus meus inclytus.
h Eliſama filius Ammiud, De
a ❡Reddidit mihi deus.
i k tribu Manaſſe, Gamaliel filius
a ❡Redemptionis validæ.
l Phadaſſur. De tribu Beniamin,
a ❡Pater meus iudex.
b ❡Qui tentatio iniquitatis vel humilitatis meæ interpretatur.
m Abidan filius Gedeonis. De
tribu Dan, Ahiezer filius Ami-
n ſaddai. De tribu Aſer, Phegiel
o filius Ochran. De tribu Gad,
p † Eliaſaph filius Duel. De tri-
bu Nephthali Ahira filius † E-
a ❡Virtutibus præclari,doctrina eximij merito,eccleſia principantur.
nan. Hi nobiliſſimi principes a

☞ medio fratrū ſubditorū curā gerūt,ſermone & exēplo īſtruūt quos
E tāq̃ filios ad dei militiā nutriūt. In hac tribu princeps eſt אליצור Elizur,ſeu Eliſur.i. pr̄ me⁹ fortis,vel pr̄ me⁹ coāguſtās,fili⁹ Sedeur, id eſt abſcōditi. Qui enim autoritate magiſterij, & paterna diſciplina ſubditos bene regit, & corrigit, nec foris ad laudem humanam,ſed in abſcondito cordis ad dei gl'iam iure princeps eſt tribuū & domorū.i. cōiugatorū,cōtinētiū, virginū,& vtriuſq; ſexus curā gerēs.a ❡De trib.Sim.Rab. Simeon gn̄aliter oēs obedientes ſignificat quorū princeps eſt Salamiel Hebraice שלמיאל Sellumiel.i.retribuēs mihi deus,vel pax mea deus. Filius Suriſaddai,i.continentis ab re i.abſtinētis ab illicito vel ab re.i. ſine cauſa: cū ille q iuſtā dei retributionē cogitat corde pacifico trāquillus & humilis in cœtu filiorū fideliū venerādus appet. Qui em̄ ſe humiliat,exaltabitur. Tales em̄ omnē intētionē ſuam ad dei placitū cōuertūt,& ſecūdū qd' ī ſcripturis continet' fiducialiter ſe obedire ꝓmittūt dicētes: Ad te leuaui oculos meos,q habitas in cælis.b ❡De tri.Iu.Moraliter. Idē poſſunt ſignificari in Iuda oēs qui recte īuocāt nomē dn̄i,nec ſēſu nec v'bo diſſentiētes à norma fidei,q̄rū merito Naaſſon princeps eſt,qui ſcilicet non ſolùm alios prædicando inſtruit,ſed etiā virulēta vitiorū iacula corpus ſuū caſtigādo in ſemetipſo interficit,ſecūdū illud: Caſtigo corpus meū & in ſeruitutē redigo &c. ❡Allegoricè. Iuda de quo reges,q interpretat' cōfeſſio vel laudatio,hic populū ſignificat eccleſiæ,cuius caput eſt leo de tribu Iuda.i. Chriſtus. Verè em̄ fidei laudatio vel cōfeſſio.i.recta prædicatio tm̄ in eccleſia eſt. Naaſſon ergo.i.ſerpētinus, vel auguriū fili⁹ Aminadab.i. ſpontanei populi,ſaluator intelligit' de patriarchis deo deuotis famulis genitus,q p mortē ſuā deſtruxit diabolū. In ſerpēte em̄, vn̄ primū mortis cauſa.i.peccatū proceſſit; mors figuratur. vnde: Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto: ſic exaltari oportet filiū hominis &c. c ❡De tribu Iſſachar. Rabanus. Iſſachar monachos non incongruè exprimit, q omnib⁹ mundi negotijs ſpretis,dono dei,id eſt ſpirituſancto protegente, præmium æternum diſtricta vita,voluptate mortificata quærunt, & pompam mundi calcantes,humilia amplectentes,ſoli deo placere cupiunt. d ❡Nathanael filius Suar. Allego. Qui piè exercent ſe vt mercedem in cælis accipiant,eorum princeps eſt Nathanael, id eſt deus meus vel donum dei filius Suar, id eſt puſilli Chriſti,ſcilicet qui inter homines puſillus apparuit: ipſe enim dux, & ipſe merces. e ❡De tribu Zabulon. Idem. Zabulon patientes figurat,qui contra omnia aduerſa munimine virtutum inuicti perſeuerant,quorū princeps ſolus deus eſt,ſine quo nihil poſſunt agere: dicentes cū Apoſtolo: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti: tribulatio an anguſtia &c. f ❡Eliab filius. Allego. Habitaculū fortitudinis habet principem Eliab,qui interpretatur deus meus pater deum ſcilicet,qui eſt pater fidelium, quos diſponit & regit. Et eſt filius Helon,id eſt quercus. Eccleſia enim rectè dicitur habitaculū fortitudinis,contra hæreticos ſcilicet & ſchiſmaticos.g ❡Ioſeph. Idem Ioſeph pater duarum tribuum, Chriſtū ſignificat patrem populorum duorum & lapidem angularem. Ephraim minor Manaſſe primogenito prelatus, Gentilem populū Iudaico platum, vn̄: Amen dico vobis,non inueni tantam fidem in Iſrael. h ❡Eliſama. Eliſama Chriſtum ſignificat,de quo dicitur: Factus eſt obediens patri vſque ad mortem &c. Qui de ſe ait: Quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo. Hic eſt filius Ammiud, id eſt populi inclyti,de ſtirpe ſcilicet regum,patriarcharum,& prophetarum. ❡Raba. Eliſama princeps in tribu Ephraim,ſignificat eos qui attētè verbū dei audiunt corde bono & optimo,& fructū afferūt in patientia. i ❡Manaſſes &c. obliuioſus, ea ſcilicet quæ retrò ſunt obliuiſcens & in anteriora ſe extendens; vt accipiat coronam vitæ, quam retribuet deus diligentibus ſe. k ❡Gamaliel. Gamaliel: reddidit mihi deus filius Phadaſſur, id eſt redemptionis validæ, princeps eſt in tribu Manaſſe, qui interpretatur oblitus vel obliuioſus: cū Chriſtus (quē ad vocādū populū Iudaicū pater in mūdū miſit) in regno ſuo gentē obliuioſam inuenit. Oblit⁹ eſt em̄ Iſrael creatoris ſui. Non tn̄ oēs perierunt,ſed cū plenitudo gentiū intrauerit omnis

Moraliter

Luc. 14. c.

Pſal. 122. a.

Moraliter

1. Cor. 9. d.

Allegoricè

Gene. 19. b.

Apoc. 5. b.

† Heliaſaph

Gene. 3. a.

F

Iohan. 3. b.

Allegoricè

Iohan. 15. a.

Rom. 8. g.

Allegoricè

Matt. 8. b.

Philip. 2. a.

Iohan. 8. d.

Lucæ. 8. b.

Philip. 3. c.

Iacob. 1. b.

Deut. 32. c.

Rom. 11. d.

rit, omnis Iſrael ſalu⁹ fiet. l ❡De tribu Beniamin. Beniamin Ieruſalem ſignificat,quæ eſt in tribu ſua,cuius populus ſcd'm prophetiam Rachel Bennoni.i. fili⁹ doloris fuit,quia graui dolore matrem affecit. Sanguinem enim prophetarum fudit,& in Chriſti necem conſpirans ait: Sanguis eius ſuper nos & ſup filios noſtros. In credentibus verò iuxta patris prophetiam, filius dextræ. Beniamin quoq; Gētilem populū pōt ſignificare, qui filius doloris fuit Chriſtianos pſequēdo. Filius etiam dextræ pōt dici,quia in iudicio ad dexterā dei erit, vel quia dextera.i.bōa opera facit. Hui⁹ populi Abidan.i. pater meus iudex filius Gedeonis: q interpretatur tentatio iniquitatis vel humilitatis princeps eſt. Quia Chriſtus (quē humilē Iudæus ſpreuit & diabol⁹ inique tētauit) caput eſt credētium, & Iudex venturus viuorū & mortuorū. ❡Moraliter. Beniamin filius dextræ, ſignificat eos qui fortiter pugnāt cōtra inimicos,& fortiter premunt tentationis ſtimulos, nec fœmineū aliquid vel molle in ſe dn̄ari permittunt. m ❡De tribu Dan. Dan iudiciū vel iudicans. Hi ſunt qui omnia diſcretè agunt, qui Abiezer.i. fratrem adiutorem ſibi principē cōſtituūt: quia ſecundū patrū regulā oīa faciūt,vel oīa bona ſua deo tribuūt. ❡Raba. Dan iudiciū vel iudicans. Abiezer frater meus adiutor, Amiſaddai; populus meus ſufficiens. In Dan ergo accipimus Gentiles,qui de frigore infidelitatis ad gratiam Chriſti confugerunt. Vnde in ſequentibus ad aquilonem iuxta tabernacula Dan primus caſtrametatur. Abiezer ergo filius Amiſaddai in hac tribu princeps eſt, cum eccleſiæ de gentibus apoſtoli Chriſti quaſi fratres verbo & opere ſufficientes principantur & fraterna dilectione ad ſocietatē ſpiritalis gratiæ hortant'. n ❡De tri. Aſer. Aſer beatus vel diuitias habens fideles virtutibus locupletes ſignificat: quibus principatur Phegiel.i. occurſio dei. Filius Ochrā qui interpretatur turbauit eos, Chriſtus.ſ. mediator dei & hoīm,qui humano generi periclitanti occurrit, & malignos ſpiritus repellendo turbauit. vnde & appropians allegauit vulnera eius infundens oleum & vinum &c. ❡Moraliter. In Aſer figurant' q cuncta cōſilio agūt,nec caducis rebus ſed virtutibus diuites eſſe volunt,ſubſtātiā ſuā pauperibus tribuunt,theſauros in cælo cōdunt vnde beati erunt. Retribuetur enim in eis,in reſurrectione iuſtorum. o ❡De tribu Gaad. Allegoricè vel moraliter. Gaad accinctus. Eliaſaph, dei mei protectio vel accenſio. Duel agnoſcens deum Gaad verò fidelium populum ſignificat,qui ſemper lumbos mentis accingit iuſtitia,& armis ſpiritualibus inſtructus,ſpiritales nequitias debellat,cui præſidet Chriſtus de ſtirpe patrum progenitus, verè deum agnoſcens & ei obediens,ſuos dirigens & protegens. ❡Poteſt etiam Gaad doctores exprimere,qui in procinctu conſtituti, hoſtibus reſiſtere parati ſunt inter quos excellit Eliaſaph,}qui ſcilicet cor leuat ad deū vnde petit auxilium, vnde gallus ſuccinctus lumbos & aries, nec eſt rex qui reſiſtat ei. p ❡De tribu Nephtali. Nephtali conuerſus vel dilatatus. Hic eſt fidelis populus, qui ab errore verſus per mundi terminos fidei abundantia dilatatus eſt. Cui dicit Eſaias: Dilata locum tentorij tui &c. Ahira, id eſt fratris mei amicus. Filius Enan id eſt fontis triſtitiæ, huic prælatus eſt: quia dei filius qui fratribus, id eſt Iudæis amicus fuit, quando per legem ſui notitiam tribuit,ipſe modo Gentilitati per pœnitentiæ triſtitiam conſulens,ad fidem conuertit,vt in exercitu ſuo annumerati; ipſius ducatu & regimine fruerentur in prælio ſpirituali. ❡Moraliter. In Nephtali intelliguntur ſancti qui charitatem fraternitatis etiā ad inimicos dilatant,& horum princeps eſt Ahira.i. ipſe dn̄s: q eos ſui amoris ducatu regit: quos nō iter ſeruos, ſed iter amicos cōſcribit. vnde: Iam non dicam vos ſeruos,ſed amicos &c.
☞ Per cognationes

G

Geneſ. 35. c.

Matt. 23. d.

Matt. 27. a.

Moraliter

1. 2. d.

H

† Henon

Luc. 10. f.

Moraliter

Eccle. 32. d.

Matth. 6. c.

Luc. 14. c.

Allegoricè vel moralr.

Prou. 30. d.

Eſaię. 54. a.

Moraliter

Iohā. 15. b.

*Nicolaus de Lyra.*

☞ tribu ſua,cū Moyſes & Aron. a ❡Hi nobiliſſimi principes multitudinis. &c. Hic conſequenter ponitur executio dicti mandati per perſonas prædictas; & patet litera vſque ibi:
☞ Leuitæ

a ¶Fidelium. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Act. iiij. f.
multitudinis per tribus & cognationes ſuas, & capita †exercitus Iſ-
¶Lex præcepit quæ ſacerdotem docet & inſtruit.
a ¶Lex. b ¶Sacerdotum.
raël, quos tulerunt Mòyſes & Aarõn cum omni uulgi multitudine,
a ¶Principio. ſ. noui teſtamenti.
a & congregauerunt primò die menſis ſecundi, recenſentes* per co-
gnationes, & domos, ac familias, & capita, & nomina ſingulorum,
a ¶A duplici. ſ. perfectione, hiſtoriali ſenſu legis & ſpiritali.
b à uicẽſimo anno & ſuprà, ſicut pręceperat dominus Moyſi. Nume
ratiꝗ ſunt in deſerto Sinai, de Ruben primogenito Iſraël per gene-
rationes & familias ac domos ſuas, & nomina capitũ ſingulorum,
a ¶Ad differentiam fœminarum. b ¶Ad differentiam paruulorum. c ¶Hoc addit ne in bellis ſenectus computaretur.
omne quod ſexus eſt maſculini à uiceſimo anno & ſuprà, proceden
a ¶Nouum teſtamẽtum. ſ. & vetus tenentes in veritate. b ¶Perfecti in operibus. c ¶Summæ perfectionis. d ¶Sanctiſpiritus confidentes auxilio qui in quinquageſima die ſuper diſcipulos venit.
tium ad bellum, quadraginta ſex milia quingẽti. De filijs Simeon
¶Numerati.
per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarũ recenſiti
ſunt per nomina & capita ſingulorũ, omne quod ſexus eſt maſculi-
a ¶Spiritale. b ¶Gloria perfectorum eſt principium, & in perfectione ſanctorum imperfectio eſt.
ni à uiceſimo anno & ſuprà ꝓcedentiũ ad bellum qnquaginta nouẽ
milia trecẽti. De filijs Gad, per generationes & familias ac domos
cognationũ ſuarum, recẽſiti ſunt per nomina ſingulorũ à uiginti an-
¶Bene vtentes ſenſibus corporis.
nis & ſuprà, oẽs qui ad bella ꝓcederẽt quadragintaqnq; milia ſexcẽti
quinquaginta. De filijs Iuda ꝑ generatiões & familias ac domos co-
¶Alij indigni numero.
gnationũ ſuarum, ꝑ nomina ſingulorũ à uiceſimo anno & ſuprà, o-
mnes q poterãt ad bella ꝓcedere, recẽſiti ſunt ſeptuagintaquatuor
a ¶Spiritalem intelligentiam legis habentes, in ſeptenario enim ſpiritus, in denario lex ſignificatur.
miliaſexcẽti. De filijs Iſſachar per generatiões & familias ac domos
a ¶Numerat deus multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. Pſal. cxlvj. a.
cognationum ſuarum, per nomina ſingulorũ à uiceſimo anno & ſu
prà, omnes qui ad bella ꝓcederent, recẽſiti ſunt quinquaginta qua-
¶Vel triginta. ¶Nouo inſtructi teſtamento.
tuor milia quadringenti. De filijs Zabulon per generationes & fa-
milias ac domos cognationũ ſuarum, recenſiti ſunt per nomina ſin
gulorum à uiceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterãt ad bella pro
a ¶Spirituſſancti gratia perfecti. b ¶Quatuor virtutibus principalibus perfecti.
cedere, quinquaginta ſeptem milia quadringenti. De filijs Ioſeph fi
liorum Ephraim per generationes & familias ac domos cognatio-
¶Id eſt numerati.
num ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorũ à uiceſimo anno
a ¶In modeſtia corporalium ſenſuum perfecti.
& ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere quadraginta miliã
quingenti. Porrò filiorum Manaſſe per generationes & familias ac
domos cognationum ſuarum, recẽſiti ſunt per nomina ſingulorum
à uiginti annis & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere tri-
¶Dilectionem dei & proximi amplectentes.
ginta duo milia ducenti. De filijs Beniamin per generationes & fa-
milias ac domos cognationum ſuarum, recenſiti ſunt nominibus
ſingulorum à uiceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bel-
c la procedere, triginta quinque milia quadringenti. De filijs Dan
per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum re-
cenſiti ſunt nominibus ſingulorũ à uiceſimo anno & ſuprà, omnes
a ¶Continentes. b ¶Coniugati. c ¶Virgines corpore & ſpiritu, centenarius enim virginitatem, denarius perfectionem.
qui poterant ad bella procedere, ſexaginta duo miliã ſeptingenti.
d De filijs Aſer per generationes & familias ac domos cognationum
ſuarum, recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à uiceſimo anno &
ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta milia
& mille quingenti. De filijs Nephthali per generationes & fami-
lias ac domos cognationum ſuarum, recenſiti ſunt nominibus ſin-
gulorum à uiceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterãt ad bella pro-
a ¶Fide trinitatis armati.
b ¶Scuto fidei, quæ in quatuor euangelijs continetur, perfecte muniti.
c ¶Nouit iuſtus animas iumentorum ſuorum. Prouer. xij. a.
cedere, qnquaginta triã milia quadringẽti. Hi ſunt quos numeraue-
a ¶Apoſtoli & apoſtolici viri. b ¶Supradicti viri.
runt Moyſes & Aaron & duodecim principes Iſraël ſingulos per

a ¶Per cognationes. Augu. Meritò quæritur quare per oẽs tribus dicitur ſecũdũ ꝓpinquitates eorũ, ſecũdũ populũ eorũ, ſecũdũ domos familiarũ eorũ, ſecũdũ capita eorũ, ſecũdũ numerũ noĩm eorũ: & hęc quinque ſimiliter omnino repetũtur, donec oẽs tribus cõpleãtur, quaſi aliud ſit, ſecũdũ propinquitates eorum, aliud ſecũdũ pplos, aliud ſecũdũ domos familiarũ, aliud ſecũdũ numerũ noĩm, aliud ſecũdũ capita: cũ potius videantur alijs ꝟbis idẽ ſignificare hęc oĩa. Nimirũ ergo ſi ipſe numerus aliquid ſignificat: vt hîc idẽ quinquies variè repetatur. Nam iſte numerus. i. quinarius: in quinque lib. Moyſi. i. in vete. teſta. maximè cõmendatur. Illa ꝟò quatuor quæ deinceps connectuntur. i. maſculina. a. xx. anñ. & ſ. Oĩs q ꝓcedit in virtute & recognitione eorũ, quæ ꝗuis & ipſa ꝑ oẽs tribus eodẽ mõ repetantur, habẽt neceſſariã differẽtiã. Cùm enim ageretur de nũero vniuerſę multitudinis ad vnã tribũ ptinẽtis, diſcernẽdus erat ſexus: iõ poſitũ eſt, omnia maſculina. Et ne paruuli etiã cõputarẽtur: adiunctũ eſt, à. xx. annis & ſuprà. Et ne in bellis ſenectus nũeraretur, additũ eſt, oĩs q ꝓcedit in ꝟtute. Et oĩa cõcluduntur ꝟbo eius opis quod fiebat, vt dicatur recognitio eorum. Recognitio enim fiebat cũ hęc hominũ milia cõputarentur. Quinque igitur illa propinquitas populus domus familiarũ & numerus noĩnũ, & caput: & iſta quatuor ſexus, ætas, virtus, recognitio: fortaſſis in ipſo numero aliquid ſignificant. Si enim horum duorũ numerorum alter multiplicetur ex altero; vt quinquies quaterni aut quaterquini ducantur viginti fiunt. Quorum numero etiam adoleſcentiũ ætas illa ſignatur, qui numerus memoratur quando intratur, ad terrã promiſſionis: Et dicitur illa ętas. xx. annorum, quæ non declinauerit in dexterã, aut in ſiniſtram, vbi videntur mihi ſignificari fideles ex vtroque teſtamento fidem verã tenentes. Nam vetus teſtamẽtũ quinque libris Moyſi maximè excellit, & nouum quatuor euangelijs. b ¶A viceſimo. Iſido. A viceſimo anno numerantur, qui ad bellũ eliguntur, quia ab hac ętate cõtra vnũquenque vitiorum bella naſcũtur. Ideo quę ad pugnam eliguntur, vt pugnent contra libidinem, ne luxuria ſuperentur. c ¶Triginta quinque milia. Boni cõiugati, quia ad ſignificãdũ tricenariũ index & pollex blando oſculo cõiungũtur. Vñ aliud triceſimum aliud ſexageſimũ, aliud verò cẽteſimũ. d ¶Sexaginta duo. Gibertus. Nõ puto ſilentio prætereundum, quod modò minores ſummę numerorum & minoris ſacramenti pcedunt. Maiores verò & maioris dignitatis ſuccedunt, vel econuerſo. Honore enim ſeinuicẽ milites Chriſti pueniũt, & ſuperiores inuicẽ arbitrantur. Audacius quoque aliquñ cõgrediuntur cõiugati quàm cõtinentes: cõtinentes quàm ꝟgines, & maioris ſunt meriti. Aliquñ ꝟò intermiſcẽtur ſummę, ne candor ꝟginitatis abhorrerent amplexum cõiugij, & in neceſſitatibus carnis virginitati & cõtinẽtię miniſtrãt cõiugati, vt diuini exercitus ſit cor vnum & anima vna. e ¶Septigẽti. Spiritalibus donis ꝓuecti, & ad dexteram dei locandi. Centenarius enim numerus primus in dexterã cõputatur, pollice & indice in coronã flexis: vñ iam dextera cõputat annos.

Marginalia: A — Quæſtio Auguſtin. — B — C — †miliũ — *eos — Viginti annorũ eligũtur viri — Matt. 13. b. — D — Tropolo.

E a ℂ Tribum Leui. Raba. In tribu Leui ſacerdotalis ordo ſignatur, qui ſuper tabernaculum teſtimonij conſtituitur, vt eccleſię. ſ. in qua condita ſunt dei teſtamenta curam gerat, & omnia vaſa. i. fideles ad ſpiritale miniſterium electi, ſine errore & vitiorum ſorde permaneāt. Hic enim ordo, quicquid ad ceremonias legis pertinet, procurare debet. Ipſius eſt enim populū docere quomodo ſecūdū legē honeſtè & ordinatè in eccleſia viuant. Ipſi tabernaculū portant & vtēſilia eius. Quia ſacerdotes compatiendo, infirmorū mores tolerādo & cōſolādo, quaſi humeris laboris & patientiæ eccleſiam portant. b ℂ Cū& pſi. fu. id eſt ſermone & exemplo diſponent, quomodo quiſque humiliatus in profectu virtutum gradiatur. c ℂ Quiſque exter. Augu. Alienigena q acceſſerit, moriatur. Hîc alienigena intelligendus eſt etiam de illis filijs Iſrael, qui non fuerant de illa tribu, quam tabernaculo ſeruire pręcepit, id eſt qui non fuerit de tribu Leui. Mirum eſt autem quomodo abuſiuè alienigena dicitur, quod magis alterius generis homines ſignificat, id eſt ἀλλόγενος & non magis ἀλλόφυλος quod ſignificat alterius tribus homines: quo nomine magis vtitur ſcriptura in aliarum gentium hominibus vt allophyli appellentur quaſi aliarū tribuū homines. ℂ Alleg. Qui ad ſacrum miniſterium indignus accedit, pœnam p̄ſumptionis nō euadit. Nemo em̄ debet ſibi ſumere honorem, niſi qui vocat̄ à deo tanq̄ Aaron. vnde: Ozias qui ſacerdotium vſurpauit lepra percuſſus eſt.

Moraliter

Agn⁹ alienigena qs dicatur.

Allegoricè

Allegoricè

Hebrę. 5. a. 2. Pſa. 26. d.

d ℂ Vnuſquiſque per tur. Alle. Orige. Vnuſquiſque ſecundū ſigna ſua incedat in caſtris: hoc pręcepit Moyſes, imò deus p̄ Moyſen. Poteſt aūt fieri, vt ęmulatione bonorum operū ab inferioribus ſignis ad meliora & magnificētiora perueniamus. Si em̄ in promptu habuerimus ſtudium meliorū. & poſteriora obliuiſcētes, ad anteriora extēdamur in reſurrectione mortuorū (vbi ſicut ſtella differt à ſtella, cuiuſque merita refulgebunt) ab inferioribus ad meliora ſigna & fulgētiora trāsferemur, & ſplendētiorib⁹ ſtellis ęquabimur. Et intātum poteſt in hac vita humana natura proficere, vt in reſurrectione mortuorum nō ſolū ſtellarum ſed etiam ſolis ſplēdori valeat æquari, quia fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno dei. Hinc ergo eſt ꝙ ſupponit ſecundū ſigna ſua per domos familiarū ſuarū. Quòd dicit per domos familiarum ſuarū, in Gręco idē eſt ſermo, quē ponit ibi Apoſtol⁹ ex quo oīs p̄rnitas in cælo & in terra noīatur. Quas ergo p̄rnitates Paulus, familias dicit Latin⁹ interpres, Iſtę ſunt ergo p̄rnitates vel familię, q̄s Paulus iā oſtendit in cælis, Moyſes ſub figuris legalibus deſcribit in terris, ſecūdum q̄s incedere nos monet: vt poſſim⁹ p̄rnitatib⁹ cæleſtibus ſociari. Sunt enim familiæ vel paternitates in cælo, ex qbus fortè eſt illa quā Paulus eccleſiam primitiuorū aſcriptā ī cælis nominat. Cui ſociabimur, ſi oīa ſecundū ordinē gerim⁹, ſi nihil inqetū, nihil inordiatū, nihil inhoneſtū inueniat̄ in nobis.

Allego.

Philip. 3. c. 1. Cor. 15. f.

F

Matt. 13. f.

† vexilla ſua

Epheſi. 3. c.

Hebr. 12. f.

domos cognationum ſuarum. Fueruntq́ omnes filiorum Iſraël per domos & familias ſuas, à uiceſimo anno & ſuprà, qui poterant ad bella procedere, ſexcentâ tria milia uirorum quingēti quinquaginta. Leuitæ autem in tribu familiarum ſuarum non ſunt numerati cum eis. Locutusq́ eſt dominus ad Moyſen dicens: Tribūm Leui noli numerare, neque pones ſummam eorū cùm filijs Iſraël, ſed conſtitues eos ſuper tâbernaculum teſtimonij, & cuncta uâſa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet. Ipſi portâbunt tabernaculum & omnia utenſilia eius, & erunt in miniſterio, ac per gyrûm tabernaculi metabuntur. Cùm proficiſcendum fuerit, depônent Leuitæ tabernaculum: cùm caſtrametandum êrigent. Quiſquis externorum acceſſerit, occidetur. Metabūtur autem caſtra filij Iſraël, unuſquiſq́ per turmas & † cuneos atque exercitum ſuum. Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria: ne fiat indignatio ſupra multitudinē filiorum Iſrael, & excubabunt * in cuſtodijs tabernaculi teſtimonij. Fecerunt ergo filij Iſraël iuxta omnia quæ pręceperat dominus Moyſi.

a ℂ Pro perfectione operum.
a ℂ Pro fide trinitatis. b ℂ Fortium.
ℂ Quia ſacerdotalis dignitas a plebeia multitudine remota eſt, vt in exemplum boni emineat.
a ℂ Sacerdotalem ordinem & miniſtros eccleſiæ.
a ℂ Cum plebeia multitudine, cui debet præeſſe.
a ℂ Eccleſiam in qua vtrunq́ teſtamentum ſeruatur.
a ℂ Fideles, qui ſunt vaſa electionis. Act. 9. c.
a ℂ Compatiendo, tolerando, conſolando.
ℂ Eccleſiam. ℂ Diuerſos ordines.
a ℂ Ne alicubi pateat aditus hoſti paſtorali cura vigilantes.
a ℂ Humiliari docebunt.
a ℂ Docentes qualiter ſpe erecti, ſtatu fidei, & conſtantia operum firmiter conſiſtant.

G tem primi fuit inhibitio dei, quæ tangitur cùm dicitur: c ℂ Tribum Leui. noli numerare neque pones &c. ſcilicet cum alijs filijs Iſrael, fuit tn̄ per ſe numerata, vt habet̄ cap. ſequē. ideo ſubditur: d ℂ Neque pones ſum. eorum cum filijs Iſrael. id eſt quando eos numeraueris, non aggregabis ſummam eorum cum ſumma aliorum, ſed erit p̄ ſe diſtincta, cuius ratio ſubditur cū dicit̄: e ℂ Sed cō. quia erant deputati ad aliquid maius, ſ. ad diuinū cultū, ideo nō ſunt numerati cū bellatoribus, quia nō tenebantur ire ad pręliū ad hoc vt bellarent. Attamen aliqui ſacerdotes tenebantur ire ad exhortandum bellatores, vt habetur Deut. xx. a. vbi dicitur ſic: Appropinquante iam pręlio ſtabit ſacerdos ante aciem, & ſic loquet̄ ad populum &c. Non tn̄ erat illis illicitū bellare, maximè in caſu neceſſitatis: vnde & Ionathas & Simon frater eius qui fuerunt ſummi ſacerdotes, fuerunt ſtrēnui pręliatores ſiue bellatores, vt habetur in lib. Macha. Officia autē Leuitarū qb⁹ debebāt eſſe intenti, & q̄ tanguntur hîc in generali, plenius exprimētur ca. ſeq. f ℂ Quiſquis externorum. i. alterius tribus. g ℂ Acceſſerit. volens exercere officia Leuitarum. h ℂ Occidetur. ſcilicet à dn̄o, tanquā indebitè vſurpās officium ſibi interdictum. Aliā etiam cauſam, quare Leuitæ nō fuerūt cū alijs numerati, inducit Ra. Sa. dicens ꝙ hoc fuit, quia ſententia mortis erat p̄uiſa à deo ſup̄ omnes bellatores, q fuerunt hîc numerati, vt habetur infrà. xxvj. ca. dn̄s autē nolebat ꝙ Leuitę huic ſententiæ ſubiacerent, eò ꝙ nō peccauerunt in adoratione vituli ſaltē pro maiori parte, vt dictum fuit Exodi. xxxij. f. i ℂ Metabuntur autem. Hîc conſequenter deſcribitur diſpoſitio caſtrorū circa tabernaculū, & primò in gn̄ali, ſecūdò in ſpeciali, ibi: Ad oriētem. Circa primū dicit̄: Metabunt̄ autē caſtra. i. diſponent tētoria. k ℂ Per turmas. eſt autē turma multitudo. xxx. bellatorū, & dicitur à turbo bas, quia diſpoſita eſt ad turbādū aduerſarios. ſi tn̄ ſit equitū dicit̄ propriè ala, ſi peditum turma. l ℂ Et cuneos. eſt autē cuneus multitudo bellatorū ſimul debitè coniunctorū, & dicit̄ à coeo is: quaſi coeūtes in vnum ſecundū aliquos aūt dicit̄ multitudo diſpoſita ad modum cunei, qui eſt inſtrumentum ad ſcindendum ligna: & ex hoc habet nomē, quia ad modum talis inſtrumēti diſpoſita eſt talis multitudo ad penetrandum & ſcindendum aciem aduerſariorum. m ℂ Porro Le. & cſi. tē inter tabernaculū & reliquū populū p̄ modū in. c. ſe. diſpoſitū n ℂ Ne fiat indi. ſi aliqui de alijs vellent accedere nimis prope tabernaculum. * a ℂ Leuitę autem. Per quod ſignificāt clerici gn̄aliter ſumpti, quia ſunt ad miniſterium eccleſię deputati, ſicut Leuitę ad miniſteriū tabernaculi, vt plenius dicet̄ in ſequētibus, p̄pter hoc clerici p̄ tonſuram & ordines ab alijs fidelibus ſunt diſtincti.

Diuiſio

H

* Leuitę

Moraliter

*GLO. ORDI.* CAP. II.

Locutuſque eſt dominus. Alleg. Orig. Lxx. Hō ſecūdū ordinē ſuū icedat & ſecūdū ſigna ſua, ſcd'm domos familiarum ſuarū

*Nico. de Lyra.*

a ℂ Leuitæ autē non ſunt numerati &c. cui⁹ cauſa ſubdit̄ in principio ca. ſecūdi. b ℂ Locutuſque eſt. Deſcripto numero bellatorū: hîc cōſequenter deſcribit̄ eorū diſpoſitio circa tabernaculū, p̄mittit̄ tn̄ rō quare Leuitę non ſunt numerati. ſecundò ſubditur diſpoſitio populi ibi: Metabuntur autem caſtra. Ratio autem primi

Cap. II.

Locutusq́ eſt dominus ad Moyſen & Aaron dicens: Singuli per

*NIC. DE LY.*

Locutusq́ eſt do. ad Moy. &c. Cap. II. Sequitur. p ℂ Singu. per. Signa p̄priè ſunt in veſtib⁹ & ſcutis qb⁹ bellatores mutuò ſe cognoſcunt: & ſuos ab aduerſarijs

Signa bellātium.

Moraliter. ℂ Locutuſque eſt domi. In hoc. c. agit̄ primò de Leuitarū officijs in gn̄ali, ſed. l. iij. c. de ipſis agitur magis in ſpeciali, propter quod ſenſus eorum myſticus ibidem magis propriè locum habet. Secundò deſcribitur ſitus caſtrorum per duodecim tribus circa tabernaculum, cùm dicitur: p ℂ Singuli per turmas ſuas &c. Signa atque vexilla & do * mus cognitionū

Moraliter

a ¶Animi vel corporis.
¶Quibus cuiuſque proprietates ſignantur.
b ¶Ne aliter incedat, q̄ ſigna ſua depoſcunt.

turmas ſigna[a] atq; uexilla[b] & do-
a ¶Alij familiarum: ſecundum Græcum paternitatum.
b ¶Nemo militans deo implicat ſe ſecularibus negotijs.ij.Timo.ij.a.

mos cognatiõnū[a] ſuarū caſtrame[b]
[a] tabuntur filij Iſraël per gyrū ta-
a ¶Qui ait: Ego ſum lux mundi de quo Zacharias; viſitauit nos oriens ex alto &c.

bernaculi fœderis. Ad orien-[a]
a ¶Confeſſores Chriſti.
b ¶Coniugatos, continentes, virgines

tem Iūdas figet tentoria per tur[b]-
a ¶Chriſtianæ militiæ.
b ¶Doctor & rector.

mas[a] exercitus ſui: eritq; princeps[b]
filiorum eius Naaſſon filius Ami
nadab: & † omnis de ſtirpe eius
¶vt ſupra.

ſumma pugnantium ſeptuagin-
ta quatuor milia ſexcenti. Iuxta
eum † caſtrametati ſunt de tribu
a ¶Qui pro eterna mercede laborant.

Iſſachar[a], quorum princeps fuit
Nathanael filius Suar, & omnis
a ¶Contra omnes ſpirituales nequitias.

numerus pugnatorum[a] eius quin
quagintaquatuor milia quadrin
¶Qui in Chriſto habent habitaculum fortitudinis.

gēti. In tribu Zabulon princeps

☞ ſuarum caſtr[a] collocent filij Iſrael ex aduerſo &c. Docuit q̄ exerci-
A tus dei de terra AEgypti exiens, & per deſertum tranſiens, viſitatus
eſt, id eſt numeratus per Moyſen & Aaron, & per ſingulas tribus
ſequeſtratus, ſub certo numero cenſitus. Quod nos exponentes, for
mam diximus eſſe prǣſcriptam, quomodo populus dei egrediēs de
AEgypto hui⁹ mūdi, & feſtinās ad terram
promiſſionis.i. ad locum virtutū, vel ad glo
riā regni cęlorū, quibuſdā ordinib⁹ & me
ritorū gradibus deducatur. Et per hęc oſtē
2.Tim.2.a. dimus futurorum bonorum magnificen-
tiam in lege obūbratam. Hęc verò lectio
docet qualiter ab his qui deo ſunt mancipa
ti, nec implicāt ſe ſecularibus negotijs, com
ponatur ordo caſtrorū dicens: Homo ſe-
cūdum ordinem ſuum & ſecundum ſigna
1.Co.14.g. ſua &c. Paulus quoque dicit: Omnia orna
tē fiant, & ſecundum ordinem. Vnus er-
go eſt dei ſpiritus, qui in Paulo & in Moy-
ſe loquitur: ſecundum ordinē Moyſes ince
di iubet i. caſtris, & Paulus in eccleſia ſecūdū
ordinem omnia fieri. Et Moyſes qui legi
miniſtrabat in caſtris cuſtodiri ordinem iu
bet. Paulus verò euangelij miniſter non ſo-
lūm in actibus, ſed etiam in habitu ordina-
tum vult eſſe Chriſtianum dicens: Mulie-
1.Tim.2.c. res ſimiliter in habitu ordinato. Vnde arbi
† exercitus eius, & nu‑ tror q̄ non ſolūm in officijs & in habitu
mer⁹ eorū ſeruari ordinem voluit, ſed ſignificant etiā
aliquem ordinem in anima, de quo dicitur
q̄ vnuſquiſq; incedere debeat ſecundum
† caſtrame- ordinem qui precipuè ex operum fructib⁹
tabūt &.j. indicatur. Nec minus, ex magnificētia ſen-
ſuum. Sępe em̄ accidit, vt qui humilem ſen
B ſum gerit & terrena ſapit, excelſum ſacerdo
tij gradū vel cathedram doctoris obſideat.
1.Cor.2.d. Et q̄ ſpiritał eſt, & â terrenis tam liber vt o-
Quis dicat mnia examinare poſſit, & â nemine iudica-
ordinē ſer- ri, inferioris ordinē miniſterij teneat, vel in
uare. plebis multitudine relinquatur. Sed hoc eſt
1.Cor.14.g legis & euangelij ſtatuta cōtemnere, & nihil
ſecundū ordinē gerere. ¶Orige. Vnuſ-
quiſque noſtrum etiam de cibo & potu ſollicitus, & omnem cu-
ram gerens in ſecularibus, vnam aut duas horas deputans, & ad
orationem in eccleſiam veniens, vel in tranſitu verbum dei audiēs
non incedit ſecundum ordinem, nec audit præceptum quod dicit,
vt omnia ſecundum ordinem fiant. Ordo enim eſt, primum quę-
rere regnum dei & iuſtitiam eius, & credere q̄ ſecundo loco hæc
nobis â domino apponantur. Omnis ergo homo debet incede-
re ſecundum ordinem ſuum, ſacerdos, diaconus, virgo, & quicun
Ordineſtāt que in profeſſione religionis videntur. Si enim petulans quid vel
certo quę- proteruum geſſerint, continuò arguet eos Moyſes dicens: Homo
que creata ſecundum ordinem ſuum incedat &c. Agnoſcat ergo quiſque or-
ſuo dinem ſuum & quid ſit dignum ſuo ordini intelligat, & ita libret a
ctus & ſermones, inceſſum quoque & habitum, vt cùm ordinis ſui
Roma.2.d. profeſſioni conueniat ne propter eum nomen dei blaſphemetur.
¶Origenes. Secundum ſigna ſua &c. Quibus ſcilicet cuiuſque
proprietas deſignatur. verbi gratia: Omnès ſumus ſimiles, ſed eſt
propria cuiuſque diſtinctio, vel in vultu, vel in ſtatura, vel in ha-
bitu vel in poſitione: per quæ Paulus, quia Paulus eſt, deſignatur:
& Petrus quia Petrus eſt & non Paulus. Et voce etiam vniuſ
cuiuſque ſigni diuerſitas datur, vt ex voce & loquela agno-
ſcas illum vel illum qui loquitur. Sic arbitror eſſe in animis
etiam ſigna diuerſa, & alterius quidem animi motus lenior eſt, mi
tis, placidus, tranquillus, æqualis. Alterius turbidus, elatus, aſpe-
rior, incitatior, petulantior. Alius circumſpectus, cautus, proui-
Eccleſi.8.a. dus, ſollicitus, impiger. Alius deſidioſus, remiſſus, negligens, incau-
ſecūdū aliā tus. In his alius plus, alius minus. Et fortaſſis quanta in ſpecie
literam. vultus diuerſitas, tanta & in animis. Vnde Salomon: Sicut di-
uerſi ſunt vultus à vultibus: ita diuerſa ſunt corda hominum.
Sed quiſque ſecundum ſua ſigna incedat, ne is cuius humilia &
deſpecta ſunt ſigna incedat elatior: q̄ animi ſui depoſcunt ſigna.
Omnes qui literas norunt, ſciunt eſſe vigintiquatuor, ſi Græca vi-
gintitria, ſi Latina literarum elementa didiſcerint, & ex his omnia
ſcribunt. Aliud tamen ſignum Alpha, quod Paulus ſcripſerit ha-
bet: & aliud quod Petrus: vnde & chirographa ſingulorum mani-
bus ſcripta, proprijs ſignis & indicijs agnoſcunt: & cùm ſint eadē
elementa, eſt tamen in ſimilitudine literarū diſſimilitudo ſignorū.
Veni ergo an motus mentis & animorum quibus concitant ad
aliquid ge
aliquid gerendū. Intuere chirographa & vide quomodo animus C
Pauli propoſuit caſtitatem, & animus Petri. Sed eſt propria quæ-
dam caſtitas Petri, & alia caſtitas Pauli, & ſi eadem videatur. Pauli
enim caſtitas eſt, quę requirit macerare corp⁹ & ſubijci ſeruituti, &
adhuc dicat: Ne fortè cum alijs prędicauero, reprobus fiam. Alte-
rius caſtitas iſtud non timet. Iuſtitia quoq;
habet aliqd ꝓprietatis in Paulo, habet & in 1.Cor.9.d.
Petro, ſic & cæteræ virtutes. Si ergo in his
nominibus quæ exempli cauſa poſuimus,
pōt fieri, vt cū vnū ſint ꝑ ſpiritū dei: ſit tū a
liqua diuerſitas in ipſarum ꝓprietate virtu
tūm, quantò magis reliqui homines ꝓpria
ſigna in motibus animorū & animæ virtu Caſtrame-
tibus gerunt. a ¶Per gyrum taberna. tatio circa
Raba. Circa tabernaculū omnes filij Iſrael tabernacu-
caſtrametabantur, ſunt terni per ſingulas lum.
plagas, vt non ſuperſit vel deſit aliquid ex
illis. Iudas & Iſſachar & Zabulon ad orien-
tem, Rubē Simeō, & Gad ad meridiem. E-
phraim, Beniamin & Manaſſe, ad occiden-
tem. Dan, Azer, & Nepthali ad aquilonem.
Tabernaculū vero eccleſiā tā veteris q̄ no
ui teſtamenti ſignificat. Principes aūt iuxta
tabernaculum caſtrametantes, patriar-
chas vel apoſtolos ſignificant, quorum
precibus & doctrina munitur eccleſia.
☞ Vniuerſi

*Nicolaus de Lyra.*

⁂ aduerſarij diſtingunt: vexilla eleuantur
in haſtis vel perticis, vt ad eorum aſpe- D
ctum bellatores dirigantur & vniantur.
qualia verò fuerint iſta vexilla, in textu non
habetur. Sed dicunt aliqui Hebræi, q̄ vexil
lum cuiuſlibet tribus erat ſimile in colore
lapidi poſito in rationali, in quo erat ſcul-
ptum nomen ſui patriarchæ: ita q̄ vexillū
tribus Ruben erat rubei coloris, ſicut & la Diſpoſitio
pis ſardius in quo erat ſculptum nomen caſtrorū cir
ipſius Ruben: & ſic de alijs. a ¶Ad o- ca taberna
rientem Iudas figet tentoria per tur culum.
mas. Hîc deſcribitur diſpoſitio caſtrorum circa tabernaculum
⁂ in ſpeciali
※ domus cognationum ſuarum caſtrametabuntur filiorum Iſrael
per gyrum tabernaculi fœderis. ¶Moraliter autem tabernacu- Moraliter
lum domini eſt anima iuſti: ſecundum illud Eccleſi.xxiiij.a. Qui crea
uit me, requieuit in tabernaculo meo. Habet autem iſtud taberna-
culum aſpectum ad orientem, per quem intelligitur expiatio ſor-
dis in ortu lucis gratiæ, ad meridiem ꝑ quē intelligitur inflāmatio
cordis: quia inde ꝓuenit virtus caloris. Ad occidētē, ꝑ quem intelli
gitur meditatio mortis, in qua occidit lux vitæ pręſentis. Ad aqui-
lonem per quem intelligitur colluctatio contra inſultum dęmonis:
ſecūdum qd̓ dicitur Hiere.j.c. Ab aquilone pandetur omne malū.
Igitur ad orientem ſunt, Iudas, Iſſachar, & Zabulō. Per Iudam qui
interpretat̄ confitens, intelligitur confeſſionis veritas. Per Iſſachar, q̄
interpretatur memorans dn̄m, orationis aſſiduitas. Per Zabulon,
q̄ interpretatur pulchritudinis habitaculum, conuerſationis puri-
tas. Per hæc enim tria ſordes cordium expiantur. Ad meridiem au
tem ſunt Ruben, Simeon, & Gaad. Per Ruben verò, qui interpreta
tur viſionis filius, intelligitur ſplendor veritatis intellectum perfi-
ciens. Per Simeon, qui interpretatur audiens: amor charitatis bo-
nis conſentiens. Per Gaad qui interpretat̄ felicitas, dulcor ſuauita-
tis reficiēs. Hæc enim tria inflammationē cordis cōcomitāt̄. Ad oc
cidētem verò ſunt Ephraim, Manaſſes, & Beniamin. Per Ephraim
qui interpretat̄ creſcēs, intelligit̄ ꝓfect⁹ ſpūaliū, ad quē mouet vitę
breuitas. Per Manaſſen, q̄ interpretat̄ obliuio, cōtemptus tꝑalium,
ad quē mouet eorū defectibilitas. Per Beniamin, qui interpretatur
filius dextrę: appetitus cæleſtiū, ad quē mouet eorū æternitas. Hęc
aūt tria meditationi mortis aſſociant̄. Ad aquilonē verò ſunt Dan,
Nepthali, & Aſer. Per Dan q̄ interꝑtat̄ iudiciū, intelligit̄ timor iudi
cij. Per Nepthali q̄ interꝑtatur implicatio, pudor opprobrij intelli
git̄ ſi qs implicet̄ vtilitati peccati. Per Aſer q̄ interpretatur beatitu-
do amor pręmij & hæc tria faciūt cōtra inſultū dęmonum fortiter
colluctari. De qua colluctatione dicit Apoſtol⁹ ad Ephe.vj.b. Nō
eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē, ſed aduerſus prin
cipes & ptātes, & aduerſus mūdi rectores tenebrarū harū, contra
ſpūalia neqtiæ. De qbus cōcedat nos triūphare leo de tribu Iuda,
qui eſt victor & benedictus deus.

a ¶ Vniuerſi qui in caſtris
E Iudę annumerati ſunt fue-
†numerus runt. His tribubus Iudas pręſidet
ſcilicet regalis tribus, de qua ortus
eſt Chriſtus humani generis rex
& ſaluator. b ¶ Meridia-
nam plagam erit princeps E
liſur filius Sedeur, & cũctus
exercitus pug. Hæc ſignifi-
cat antiquam dei plebem, quæ lu-
cem euangelij, vel legis ſuſcipiens
amore conditoris feruebat.
c ¶ Leuabitur autem ta-
bernaculum teſtimonij &c.
Myſticè. Tabernaculi erectio vel
Myſticè Tabernaculi erectio vl' poſitio. depoſitio, eccleſiæ ſitum ſignifi-
cat, quæ in credentibus erigitur,
in negantibus deponitur, in
quibuſdam ordinibus ſacris ſub
limatur in alijs iudicio ſacerdo-
tum excommunicatione humi-
liatur. d ¶ Ad occidenta-
lem plagam erunt caſtra fi-
liorum Ephraim &c. Raba-
nus. Dicamus adhuc aliquid qđ
adiuuet lectorem, quatenus bre-
Nota. uiter annotatis maiora conijcere
valeat. Quatuor ergo plagæ
mundi per quas caſtra filiorum
Iſrael diſponuntur circa taberna-
culum, conuocationem & diſpo-
ſitionem eccleſiæ ſignificãt. Oriẽs
†proficiſcẽtur enim vbi eſt introitus tabernacu-
li, initium bonæ conuerſationis
& confeſſionis, & perceptionem
baptiſmi, & primitiuam eccle-
ſiam exprimit: quæ in Ieruſalem
primũm ab apoſtolis fundata
eſt. Huic plagæ tribus Iuda,
Iſſachar, & Zabulon deputan-
tur: quia confeſſores Chriſti in
habitaculum fortitudinis, vbi
F pro æterna mercede laborent:
per illum habent introitum qui
ait: Ego ſum oſtium: per me
Iohã.10.b. ſi quis introierit, ſaluabitur. E-
Iohan.8.b. go ſum lux mundi. De quo
Lucæ.1.g. & Zacharias: Viſitauit nos
oriens ex alto &c. Plaga verò
auſtralis quam reſpicit meridia-
num latus tabernaculi, antiquã
dei plebem ſignificat: quæ lu-
cem legis accipiens, amore crea-
toris feruebat. Ibi Ruben, Si-
meõ, & Gaad caſtrametati ſunt,
quia ſancti patres intuitum men
tis ad videndam dei volun-
tatem acuebant, & obedien-
tiæ ſtudebant accincti armis iu-
ſtitiæ: vt dęmonio meridiano
poſſent reſiſtere. Plaga verò
aquilonis quam reſpicit alterum
latus tabernaculi: tenebris &
frigore infidelitatis vſque ad
aduentum Chriſti torpentem:
gentium multitudinem figurat:
vbi Dan, Aſer, & Nepthali ca-
ſtrametantur: quia cũm Iudæi
repuliſſent verbum dei: iuſto
iudicio de gentibus multiplica-
ta eccleſia & dilata: veram bea-
titudinem ſperat & optat. Oc-
cidentalis verò quæ vtrunque
parietem tabernaculi in ſe reci-
piens conſummat: impletionem
totius eccleſiæ, quæ in fine mun
di perficitur, deſignat: quan-
dò perſecutionę Antichriſti qui
bene

fuit Eliab filius Helon, omnis de ſtirpe eius
† exercitus pugnatorũ quinquaginta ſeptẽ mi-
a lia quadringenti. Vniuerſi qui in caſtris Iudæ
annumerati ſunt, fuerunt centum octoginta ſex
milia quadringenti, per turmas ſuas primi egre

a ¶ Qui mentis intuitum ad videndam dei voluntatem exacuunt.
b ¶ Quam reſpicit meridianum latus tabernaculi.

b dientur. In caſtris filiorum Ruben ad meridiã-
nam plagam erit princeps Eliſur filius Sedeur,
& cunctus exercitus pugnatorum eius, qui nu-
merati ſunt quadraginta ſex milia quingenti.

a ¶ Qui ſtudium obedientiæ deo impendunt.

Iuxta eum caſtrametati ſunt de tribu Simeõn,
quorum princeps fuit Salamiel filius Suriſad-
dai, & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui
numerati ſunt quinquaginta nouem milia tre-

a ¶ Qui accinguntur armis iuſtitiæ, vt diabolo poſſint reſiſtere.

centi. In tribu Gãd princeps fuit Eliaſaph filius
Duel, & cũctus exercitus pugnatorum eius qui
numerati ſunt quadragintaquinq; milia ſexcẽ-
ti quinquaginta. Omnes qui recenſiti ſunt in ca
ſtris Ruben centum quinquaginta milia, & mil
le quadringenti quinquaginta, per turmas ſu-
c as in ſecundo loco proficiſcent. †Leuabitur au
tem tabernaculum teſtimonij †per officia Leui
tarum & turmas eorum: Quomodo †erigetur,
ita & †deponetur. Singuli per loca & ordines ſu
d os proficiſcentur. Ad occidentalem plagam e-
runt caſtra filiorum Ephraim, quorũ princeps
fuit Eliſama filius Ammiud. Cũctus exercitus
pugnatorum eius qui numerati ſunt, quadra-
ginta milia quingẽti. Et cum eis tribus filiorum
Manaſſe, quorum princeps fuit Gamaliel fili-
us Phadaſſur, cũctusq; exercitus pugnatorum
eius, qui numerati ſunt, triginta duo milia ducẽ
ti. In tribu filiorum Beniamin princeps fuit A-
bidan filius Gedeonis, & cunctus exercitus pu
gnatorum eius, qui recenſiti ſunt, trigintaquin-
que milia quadringenti. Omnes qui numerati
ſunt in caſtris Ephraim, centum octo milia cen
e tum per turmas ſuas tertij proficiſcentur. Ad
aquilonis partem caſtrametati ſunt filij Dan,
quorũ princeps fuit Ahiezer filius Ammiſad-
dai, cunctusq; exercitus pugnatorum eius, qui
numerati ſunt ſexaginta duo milia ſeptingen-
ti. Iuxta eum fixere tẽtoria de tribu Azer, quo
rum princeps fuit Phegiel filius Ochran, cun-
ctusq; exercitus pugnatorum eius, qui numera
ti ſunt, quadraginta milia & mille quingenti.
De tribu filiorum Nephtali princeps fuit Ahi-
ra filius Enan. Cunctus exercitus pugnatorum
eius quinquaginta tria milia quadringenti. O-
mnes qui numerati ſunt in caſtris Dan, fuerunt
centum quinquaginta ſeptem milia ſexcenti, &
nouiſſimi proficiſcẽtur. Hic numerus filiorum
Iſraël per domos cognationum ſuarum & tur-
mas diuiſi exercitus, ſexcẽta tria milia quingẽti
quinquaginta. Leuitę autẽ nõ ſunt numerati in
ter filios Iſraël. Sic enim pręceperat dñs Moy-
ſi. Fecerũtq; filij Iſraël iuxta oĩa quę mãdauerat
dñs. Caſtrametati ſunt p̃ turmas ſuas, & profe- a

bene fructificauerint, probantur G
electi: & traditis impijs in obli-
uionem perpetuæ mortis, iu-
ſti locantur ad dexteram dei in æ-
ternum regnaturi. vnde bene E-
phraim, Beniamin, & Manaſſes
in hac plaga conſiſtunt. Leui-
tæ quoque ideo prope taberna-
culum ſunt, quos cæteræ tribus Quare Leuitæ prope tabernaculum.
quatuor plagis circumeunt: vt
qui tabernaculi curam gerunt, ſe-
curè diuinis vacẽt obſequijs, â fra
tribus ſuis extrinſecus contra ho-
ſtes muniti. Nunc quoque mi-
niſtri altaris ſic vndique munien
di & procurandi ſunt: vt ſecurẽ
poſſint diuinum implere offi-
cium. ¶ Occidentalem. Hæc
plaga vtrunque parietem taber-
naculi in ſe recipiens, in ſe iungen
do conſummat, & conſumma-
tionem eccleſiæ in fine mundi ſi-
gnificat, quando in fructu bono-
rum operum probabuntur ele-
cti, in obliuionem mortis traden
tur impij, ad dexteram dei loca-
buntur iuſti. e ¶ Ad aquilo †proficiſcentur
nis partem caſtrametati ſunt †& caſtra
filij Dan quorum princeps Leuitarum
fuit Ahiezer filius Ammiſad in medio
dai. Hæc plaga ſignificat multi- caſtrorum
tudinem gentium vſq; ad Chriſtũ †caſtrametabuntur
frigore infidelitatis torpẽtem, ſed
repulſis Iudæis iudicio dei in ec-
cleſia dilatata æternam beatitudi-
nem expectat.

*Nicolaus de Lyra.*

in ſpeciali ſecundum quatuor
partes orbis, & in qualibet parte H
erant tres tribus: vna principalis,
& aliæ duæ ſibi adiunctæ. Ad o-
rientẽ verò erat tribus Iuda prĩci
palis & trib9 Iſſachar & Zabulõ
ſibi adiũctæ. Ad meridiem trib9
Ruben principalis trib9 Simeon,
& Gaad ſibi adiũctæ. Ad occiden
tem tribus Ephraim principalis,
tribus Manaſſes & Beniamin ſi-
bi adiũctæ. Ad aquilonẽ verò tri
bus Dan principalis, tribus Aſer
& Nephtali ſibi adiunctæ. Et ſi-
cut erant diſpoſitæ in ſitu caſtro
rũ, ita & in motu ſuo modo: quia
tribus Iuda cum ſibi adiunctis
primô mouebat caſtra tribus
Ruben cum ſuis ſecundò, tribus
Ephraim cum ſuis tertiò, tri-
bus Dan cum ſuis vltimò: & ſe-
cundum hoc poteſt diuidi in qua
tuor partes: & patent. In qua
libet autem tribu hîc nomina-
tur princeps & numerus bella-
torum ſuorum, & poſtea nume-
rus ſimul aggregatus de tribus
tribubus ad vnam plagam ordi-
natis & ſecundum hoc patet lite-
ra vſque ad finem capituli vbi di-
citur: a ¶ E profecti per
familias ac domos patrum
ſuorum. &c. ſunt non tunc, ſed
poſtea: ſcilicet viceſima die men-
ſis ſecundi, vt habetur infrà capi-
tulo decimo. Sed hîc dicitur
modus illius profectionis: Et
ſic patet expoſitio literalis huius
capituli

A ¶Item Numeri.ij.ca.vbi dicitur in poſtilla:Aliam etiam cauſam, quare Leuitæ non fuerint cum alijs numerati inducit Rab.Sa.

## ADDITIO I.

Cauſa quā inducit Ra.Sa. non videtur valere. Sentētia em̄ lata infrà.xiiij.c.cōtra murmurātes tēpore exploratorū,fuit præciſè contra illos qui fuerunt numerati à.xx.anno & vltrà. In quo manifeſtè excludebantur Leuitę,qui à.xxx.anno fuerunt & vltrà numerati,vt.ſ.iiij.ca.& ideo ſtandum eſt rationi primę poſtillatoris.

In eo.ca.ij.vbi dicit in poſtil.Singuli p turmas ſigna & vexilla.

## ADDITIO II.

Secundum antiquos expoſitores Hebræorum,ſigna vexillorum,ſcilicet quatuor tribuū quæ præſidebant quatuor partibus, ſunt hęc:In vexillo Ruben erat figura hominis.Fuit enim vocatus à patre ſuo primogenitus. vnde,Gene.xlix.a.Ruben primogenitus meus.In vexillo autem Iudæ erat figura leonis,cui aſſimilauit eum pater ſuus dicēs:Catulus leonis Iuda.In vexillo Ephraim erat figura tauri.cui aſſimilauit eū Moyſes Deuterono.penul.c.Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius. In vexillo autem Dan erat figura aquilæ,eò quòd aſſimilauerat eum pater ſuus Iacob colubro,quod non eſt animal pulchrū,vt poneretur in vexillo.Moyſes autem aſſimilauit eum catulo leonis vbi ſuprà,quod ſignum pertinebat ad Iudam,vt dictum eſt,& ideo dicunt ꝙ fuit ſibi data aquila in ſignum conformiter ad quartum animal,de quo Ezechielis.i.vt in iſtis vexillis figurarētur iſta quatuor animalia Ezechielis,in quorum medio reſidebat deus ſcilicet in tabernaculo.

quod à ſolis Leuitis deberi tabernaculo ꝓcepit: hinc em̄ loqbatur C ☞.Ego tuli

cti per familias ac domos patrum ſuorum.

### Cap. III.

a HÆ ſunt generationes Aaron & b Moyſi, in die qua locutus eſt dominus ad Moyſen in monte Sinai,& hæc nomina filiorum Aaron. Primogenitus eius Nadab, deinde Abiu,& Eleazar,& Ithamar. Hæc nomina filiorum Aa- c ron ſacerdotum, qui uncti ſunt, & quorum repletæ & conſecratę manus,ut ſacerdotio fungeren- d tur†. Mortui ſunt* Nadab & A- e biu, cū offerrent ignem alienum in conſpectu domini in deſerto Sinai abſq; liberis, functiq; ſunt ſacerdotio Eleazar,& Ithamar, coram Aaron patre ſuo. Locu- f tuſq; eſt dominus ad Moyſen dicens: † Applica tribum Leui,& g h fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis ut miniſtrent ei,& excu i k bent & obſeruēt quicquid ad cul l m tum pertinet multitudinis corā tabernaculo teſtimonij,& cuſtodiant uaſa tabernaculi, ſeruiētes in miniſterio eius. Dabiſq; dono n Leuitas Aarō & filijs eius,quibus o p traditi ſunt à filijs Iſraël. Aaron autem & filios eius conſtitues ſuper cultū ſacerdotij. † Externus q

†Leui.10.a. &.16.a. infrà.26.g. 1.Pa.24.a.

†11.diſt.r. ver.Leuit.

## GLOS. ORDI.

B

### CAP. III.

HAE ſunt generatiōes Aarō &c. a ¶Sacerdotum qui vncti ſunt &c. Raba. Quatuor filij Aarō cum eo in ſacerdotium electi ſunt,ſed duobus in ſtatu ſuo manentibus:alij igne diuino exuſti ſunt,qa ignem alienum obtulerunt. Licet enim multi ex quatuor partibus orbis in eccleſia ſublimati,ſacerdotiū gerere videantur,illi tantùm in miniſterio perſiſtunt,qui vtriuſq; teſtamenti ſanam doctrinam ſpiritusſancti igne examinatā prędicant,& pro dilectione dei & proximi quicquid poſſunt,elaborant. Qui verò alienam doctrinam ſecularis ſcientię magiſterio confectam inducunt,& ſeculari cupiditate accenſi diuinum officium faciunt,igne diuinæ vltionis conſumuntur. b ¶Applica tribum. Aug. Accipe tribum Leui,& ſtatues eam in cōſpectu Aaron ſacerdotis,& miniſtrabunt ei,& cuſtodient cuſtodias eius,& cuſtodias filiorum Iſrael ante tabernaculum teſtimonij. Quas φυλάκας Græcus dixit:noſtri cuſtodias & excubias interpretati ſunt. Sed nimirū vigilię melius dicuntur,quę ſolent in caſtris ternarum horarum obſeruationem habere. vnde:Quarta vigilia noctis,venit ad eos ambulās ſupra mare,id eſt poſt nonam horam noctis, poſt tres ſcilicet vigilias. Et in multis locis ſcripturarū noſtri vigilias interpretati ſunt,quas Græci φυλάκας dicunt,vbi nulla dubitatio eſt ſpatia nocturni temporis ſignificari. Quòd puto & hîc accipiendum. Quomodo enim Leuitę iubentur obſeruare cuſtodias Aaron, & cuſtodias filiorum Iſrael.i. φυλάκας? Niſi fortè dictum eſt, ne putarent ab obſeruandis vigilijs,quæ propriè obſeruari in caſtris ſolēt,propter honorē quo ſeruiebant tabernaculo,immunes eſſe debere,cùm & ipſos oporteret propter opera tabernaculi non minus viciſſim obſeruare vigilias q̄ obſeruarent in alijs circunquaq; caſtris filiorum Iſrael. c ¶Externus. Aug. Alienigena qui tetigerit,morietur. Quærendum quomodo dixerit in Leuitico:Qui tetigerit tabernaculum ſanctificabit,cū hîc dicat,alienigena qui tetigerit,morietur,volens intelligi eos qui non eſſent de tribu Leui. An fortè hîc,tetigerit,morietur,ad obſequium duxerit ſeruitutis quòd

Quatuor filij Aarō electi cum eo in ſacerdotium.
Leuiti.8.a.
Leuit.10.a.
Vigilia q̄d ſit
Matt.14.c.
Leuit.6.c.

## NICO. DE LYRA.

### CAP. III.

HAE ſunt generationes Aaron. Hîc conſequenter deſcribitur ordinatio Leuitarum deo miniſtrantiū. Et primò tpe ſtatꝰ, ſecūdò tēpore motus.iiij.ca. Circa primum Leuitę primò ſeparantur.ſecundò numerantur,ibi. Locutuſq; eſt dominus.tertiò commutantur,ibi:Et ait dominus. Circa primū primò ponitur ratio ſeparationis ſacerdotum.ſecundò Leuitarū,ibi: Applica tribū Leui,tertiò vtrorūq; ſimul, ibi: Locutuſq; eſt dn̄s. Ratio autem ſeparationis ſacerdotum fuit,vt diligentius & liberius vacarent ſacrificijs offerendis. Dicit igitur: a ¶Hę ſunt generationes.ſcilicet ab alijs ſegregatæ. b ¶Aaron & Moyſi. Cùm filiorum Moyſi nō recordetur hîc,nec fuerint ſacerdotes,quare dicitur hîc:Hæ ſunt generationes Aaron & Moyſi. Ad quod reſpondet Rabi Salomon dicens,quòd Moyſes docuit Aaron & filios eius legem.& ſic reputatur pater eorum:quia qui inſtruit aliquem in lege,reuerendus eſt ab eo ac ſi eū genuiſſet. c ¶Hæc nomina filiorum Aaron ſacerdotum qui vncti ſunt. De iſta vnctione & repletione & cōnſecratione manuum dictum fuit Exo.xxix. d ¶Vt ſacerdotio fungerentur. Ad hoc enim fuerunt ab alijs ſegregati per vnctionem & conſecrationem,vt ſacerdotale officium debitè exequerentur:aliter eorum miniſterium non eſſet deo gratum,ſed magis pollutum,vt dictum fuit Exo.xxix. e ¶Mortui ſunt Nadab & Abiu.cū offerrent ignem alienum in conſpectu dei,vt habitum eſt Leuitici.x.a. Sed hîc replicatur vt oſtendatur cauſa, quare hîc non deſcribitur aliqua generatio ex eis deſcendens. f ¶Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen dicens. Hîc conſequenter exprimitur ratio ſeparationis Leuitarum,ſcilicet vt diligenter & liberè miniſtrent in officijs ſuis coram ſacerdotibus, & hoc eſt quod dicitur: g ¶Applica tribum Leui: Id eſt ſepara ab alijs in miniſterio tabernaculi. h Et fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis:vt ſint ſeparati ad miniſteria ſua. i ¶Vt miniſtrent ei.humiliter. k ¶Et excubent.vigilanter. l ¶Et obſeruent.diligenter. m ¶Quicquid ad cultum pertinet multitudinis.quia pro tota multitudine populi quæ tenetur deum colere, deputati ſunt ſpecialiter ad cultum dei. n ¶Dabiſque dono Leuitas Aaron & filijs.Id eſt gratis ipſi Aaron & filijs eius. o ¶Quibus traditi ſunt a filijs Iſrael. Et ideo ab eis recipient decimas,tanquam mercedem ſui laboris,non ab Aaron & filijs eius. p ¶Aaron autem & filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotij.qui conſiſtit in ſacrificiorum oblatione & thurificatione,& cæteris ad officium ſacerdotale pertinentibus. q ¶Externus. ☙qui ad miniſtrandum

*enim

D

†31.diſ.c.tenere.

Moraliter. a ¶Hæ ſunt generationes Aaron &c. In hoc capitulo agitur de officio ſacerdotum & Leuitarum,cùm dicitur. g ¶Applica tribum Leui &c. Officium verò ſacerdotum veteris legis erat offerre ſacrificia,& officium Leuitarū miniſtrare ſacerdotibus in ſacrificijs offerendis, per quod ſignificabatur quòd officium ſacerdotum nouæ legis eſt euchariſtiam offerre in miſſarum celebratione. Nam euchariſtia eſt ſacrificium nouæ legis figuratum per plura veteris legis ſacrificia,ſicut vnum perfectum per multa imperfecta. q ¶Externus qui ad mini. Per hoc ſignificantur,quòd offerens euchariſtiam non ordinatus in ſacerdotem morit̄ morte culpę,& incurrit pœnā mortis gehēnę

Moraliter

qui ad miniſtrandum acceſſerit, morietur. Locutuſq; eſt domi- a nus ad Moyſen, dicens: Ego tuli b Leuitas à filiis Iſraël pro omni c b primogenito, qui aperit uuluã in filiis Iſrael, eruntq; Leuitæ mei. †Meum eſt enim omne primoge c nitum. †Ex quo percuſſi primo- genita in terra Ægypti, ſanctifi- caui mihi quicquid primum na- ſcitur in Iſraël. Ab homine uſq; ad pec⁹ mei ſunt: Ego dominus. Locutuſq; eſt dñs ad Moyſen d d in deſerto Sinai, dicens: Numera e

a ¶Lxx. ex medio filiorum Iſrael.

a ¶Quamuis non ſint primogeniti, ſed apud deum: nõ priuilegio natiuitatis, ſed propoſito mentis iudicantur primitiui.

E

a ¶Ego tuli Leuitas. Auguſt. Quid eſt qđ Leuitas pro primogenitis filiorũ Iſrael ſibi deputat deus, ita vt primogenitis populi numeratis, qui plures inuenti ſunt q̃ erat numerus Leuitarum, argento redimerentur quinq; ſiclis pro vno datis; quod pro pecoribus non eſt factum, cũm & pecora Leuitarum pro primogenitis pecorum Iſrael ſibi eſſe voluerit. Quomodo deinceps primogenita eorum vel pecorũ eorũ pertinebant ad deũ, vbi iuſſit immũda primogenita, vel humana mutari ouibus? Quomodo non & pro iſtis deinceps primogenitis computabantur filij Leuitarũ? Manebat enim in poſteris eadẽ tribus, quæ poſſet pro primogenitis poſterioribus cõputari. Niſi quia illud iuſtum fuit, vt qui naſcerentur de illis, qui iam ad portionem domini pertinebãt, datã ꝓ primogenitis q de AEgypto exierunt, iam deus ꝓprios haberet tanq̃ ſuos de ſuis, nec poſſent iuſtè ꝓ illis computari, qui deinceps primogeniti deo debebantur: de vniuerſo quippe populo, & de vniuerſis pecoribus populi data eſt portio deo ꝓ primogenitis Leuitę. ſ. & pecora eorũ. Iã ſi qd genuiſſent, dei erat: & nõ poterat hoc tãq̃ à populo dari, qđ iã alienũ erat. Ac ꝑ hoc debita deinceps primogenita deo reddi oportebat, nec pro his cõputari poſteros Leuitarũ vel pecorũ eorũ. ¶Orig. Ego aſſumpſi Leuitas de medio filiorũ Iſrael ꝓ omi primogenito &c. Leuitę aſſumunt ꝓ primogenitis, cũ nõ ſint primogeniti. Leui em̃ tertius naſcit̃ de Lia. Primus nãq; eſt Rubẽ, ſecundus Simeon, terti⁹ Leui. Sed apud deũ nõ habent̃ primogeniti, q corpe & natiuitate ꝑcedunt, ſed quos ꝓpoſito mẽtis ipſe in ordinẽ primitiuorũ iudicat aſſumẽdos. Iacob natu poſterior, primogenitus iudicat⁹, & bñdictionẽ primat⁹, ꝓcurata diuinitus parẽtis cæcitate ſuſcepit. Ex ꝓpoſito em̃ cordis, qđ deo patuit, priuſq; in hoc mundo naſcerent̃: aut aliqđ agerent boni vel mali, dictũ eſt: Iacob dilexi, Eſau aũt odio habui. Filij ergo Leui primogeniti, nõ ſunt ſecũdũ carnẽ, ſed ꝓ primogenitis aſſumunt̃, vt ſit plus pro primogenito aſſumi, q̃ primogenitũ naſci. ¶Lxx. Ex medio filiorũ Iſrael &c. Tertius eſt Leui inter filios Iſrael, de quo ergo medio aſſumuntur Leuitę. Inuenio Sunamitẽ fiducialiter regi Iſrael rñdentẽ: In medio populi mei ego habito. Et de Chriſto Iohannem dicentem: Medius veſtrũ ſtat, quẽ vos neſcitis. Puto ergo eũ qui nunq̃ declinauerit ad dexterã vel ad ſiniſtrã dici poſſe medium ſtare, qui peccatum non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Et qa ſemp ſtat medius ſtare dicitur. Qui verò imitator eius eſt, ſicut Sunamitis, ſtare qdem nõ dicit̃, qa aliquando aut ad dexterã inclinat̃, aut ad ſiniſtram. Nemo enim mundus à ſorde, nec ſi vnius diei fuerit vita eius: habitare tamen dicit̃ in medio populi. Leuitę ergo aſſumunt̃ de medio filiorũ Iſrael. Leuitæ em̃ ſunt, qui nõ cognouerunt dexterã & ſiniſtrã ſuam ſed ſequentes Moyſen. i. legem dei, non pepercerũt patri vel matri. Et tu ergo ſi veniẽte tẽtatione & ira peccati, non inclineris ad dexterã vel ad ſiniſtrã, nec ꝑuariceris legẽ dei, ſed ſtes medius fixus & ſtabilis, nec curues genua tua peccato, nec pecudis caput. ſ. ſtultitiæ ſequaris imaginẽ, aſſumeris de medio filiorũ Iſrael, & in primitiuorum numero collocaberis. b ¶Aperit. Nõ quicunq; aperit vuluã, primatu dignus eſt. vñ: Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerũt ab vtero, locuti ſunt falſa. Quõ em̃ quis errare potuitã via dei, ſtatim vt de vẽtre matris exiuit? Aut quomodo potuit falſa loqui nup editus puer? Neceſſariũ eſt ergo ventrẽ & vuluã talem requirere cui poſſit cõuenire. Alienati ſunt peccatores à vulua &c. Et illa erit vulua, quã aperit oĩs primitiuus q̃ ſanctificat̃ dño. Aperuit dñs vuluã Lię q̃ erat clauſa, & peperit patriarchas. Similiter & Rachel vt pareret etiã ipſa cuius viſus erat perſpicax & decorus aſpectus. In multis verò ſcripturæ locis inuenies aperiri vuluas, quarum ſi ſingulas pro locis cõſideres, inuenies quomodo errãt peccatores à vulua, & alij aperiẽtes vuluã ſanctificant̃ in ordine primitiuorũ. c ¶Ex quo. Orig. Quia nõ prius ſanctificati ſunt primogeniti Iſrael q̃ ꝑcuterent̃ priogeniti AEgyptiorũ, & q̃ſi cauſam ſctificatiõis horũ interitũ ponit illorũ, vñ & hĩc intelligẽdũ eſt eſſe quoſdã etiã primogenitos in AEgyptijs. i. in cõtrarijs poteſtatib⁹ quaſi electos in malitia, & primos iter dęmones, q niſi ꝑcuſſi fuerint & extincti, Iſraelitarũ primogeniti ſanctificari nõ poſſunt. Hos autẽ percuſſit dominus me⁹ Ieſus Chriſtus, q eſt primogenitus oĩs creaturę qui principatus & poteſtates traduxit triumphãs eos in cruce. Aliter enim ſanctificatio primitiualis ad nos venire nõ poſſet. Vt autem nobis primogenitorũ ſanctificatiões daret, effectus eſt primogenitus ex mortuis, vt ſit primatum tenens in omnibus, & nos credentes reſurrectioni ſuæ & pro primitiuis aſſumeret, & in primitiuorum ordine collocaret. d ¶Numera filios Leui. Origenes. Recenſeamus attentius quomodo diſtribuuntur duodecim tribus per turmas ternas in quatuor partes, & per ſingulas cæli plagas certa ſtatione cõſiſtunt, & inueniemus Iudam ab oriente cũ Iſſachar & Zabulõ. Rubẽ ab occidente cũ Simeone & Gad. In meridie Ephraim cũ Bẽiamin & Manaſſe. In aglone verò Dan cũ Nephtali & Aſer. Quibus quaſi ꝑ quatuor cardines terrę, in circuitu locatis, in medio eorũ (vt deo ꝓximi circa tabernaculum dei conſtituuntur Leuitę. In caſtris quidem Iuda, quæ ſunt ab oriente Moyſes & Aaron. In caſtris verò Ruben, Gerſon. In caſtris verò Beniamin, Caath. Vbi Dan G

Quæſtio cur Leuitę pro primogenitis filiorum Iſrael deputãtur. Exod. 13. b.

† 15. q. 1. c. neqs.

† Adiſe qua Exod. 13. a.

Gen. 29. g. Primogeniti apud deũ

Gene. 28. a.

Malac. 1. a. F

4. Re. 4. c. Medius ſtatus quis dicatur.

Eſaiæ. 53. c. Iob. 15. b. ſecundum aliam literã

Deut. 33. a.

Aperire vuluam Pſal. 57. a.

Gen. 29. g. Gene. 30. d.

Sanctificatio primitialis quando facta.

Col. 1. c.

## *Nicolaus de Lyra.*

qui ad mini. Hĩc accipitur externus qcunq; nõ eſt de tribu Leuitica, ſi ſe ingerat miniſterio Leuitarum: & oĩs qui non eſt de filijs Aaron, ſi ſe ingerat officio ſacerdotum, ſicut dicit̃ infrà. xvj. ca. de ipſo Core qui fuit Leuita, nõ tamen de filijs Aaron q mortuus eſt, eò ꝙ voluit ſibi arripere officium ſacerdotis. a ¶Locutuſq; eſt dominus. Hĩc conſequenter ponitur ratio ſeparationis Leuitarum & ſacerdotum ſimul: erant em̃ vtriq; de tribu Leui: & ſic dicitur: b ¶Ego tuli Leuitas a filijs Iſrael. i. accepi mihi: Cuius ratio ſubditur, cũm dicitur: c ¶Pro omni. Quia omnes primogeniti filiorum Iſrael fuerunt deo obligati: ex quo ꝑcuſſit primogenitos AEgyptiorum, & loco illorum voluit deputari ſibi oẽs maſculos de tribu Leui: ad hoc enim fuerunt magis apti q̃ de alia tribu, quia nõ fuerũt ſic polluti in peccato vituli, vt ꝑdictum eſt. Ante em̃ legẽ datã ad primogenitos ꝑtinebat offerre ſacrificia, ſed quia primogeniti aliarum tribuum polluti fuerunt in peccato vituli, & inepti redditi ad prędictum officium, Leuitæ ſucceſſerunt loco eorũ. d ¶Locutus. Deſcripta Leuitarum ſeparatione, hĩc conſequenter agitur de eorum numeratione. Circa qđ præmittitur præceptum domini cũm dicitur: e ¶Numera. In tribu enim Leui erãt tres domus, ſcilicet Gerſon, Caath, & Merari, & quælibet domus

e ¶Numera filios. Hĩc agitur de officijs Leuitarum, & eorũ ſituatione circa tabernaculum per quatuor partes orbis. Gerſonitę ſituati fuerunt ad occidentalem partem, & eorum officium fuit cuſtodire & portare mollia. ſ. cortinas tabernaculi & atrij, & funes, & operimẽta pellium. Caathitę verò ad partem meridionalem, & eorum officium fuit portare vaſa ſancta. ſ. arcam teſtamẽti, propitiatorium, menſam, candelabrũ, & altare incenſi. Meraritæ verò ad aquilonẽ, & eorum officium fuit portare dura. ſ. tabulas tabernaculi, columnas eius & atrij & baſes & hmõi. Moyſes autem & Aaron cum filijs ſuis ad oriẽtalẽ ptẽ tabernaculi habentes curam toti⁹ populi. Sedm ſenſum allegoricum trib⁹ Leui ſignificat miniſtros eccleſiæ, q diuidunt̃ in quatuor ptes. ſ. prelatos, ſacerdotes, religioſos & clericos ſimplices. Igit̃ Moyſes & Aaron, quia fuerunt duces populi, Pſal. lxxvj. d. Deduxiſti ſicut oues populũ tuũ, in manu Moyſi & Aarõ. Ideo ſignificãt platos eccleſię, q ſunt duces ppłi Chriſtiani. Per hoc autẽ ꝙ Moyſes & Aarõ fuerũt ad orientẽ, vbi erat ingreſſus tabernaculi, ſignificatur, ꝙ ꝑ ordinationẽ prælatorum ad eccleſiaſtica officia cæteri ingredi debẽt. Meraritæ verò qui interpretãtur amari: & ſignificant religioſos habitantes in amaritudine pœnitentię & luctu pro peccatis proprijs & alienis. Hiero. ad Ripariũ. Monachus plangentis habet officium. Per hoc autem quòd Meraritæ portabant dura, ſignificatur quòd religioſi debent viuere in auſteritate, & non in mollitie delitiarum: ꝑ hoc aũt ꝙ erãt ad partem aquilonarẽ, vñ venit frigus, ſignificatur ꝙ religioſi debent vti cibis frigidis & veſtibus. Gerſonitæ verò qui portabant mollia, ſignificant clericos qui minus pondus habent cæteris in eccleſia. Et quia multi eorum viuunt in mollitie delitiarum, per quasfrequenter cadunt in alia vitia: quod ſignificatur per hoc quòd Gerſonitę erant ad occidentem. Caathitę verò qui portabant ſacra vaſa ſignificant ſacerdotes qui ſanctumſanctorum offerũt in altari. Per hoc autem quòd Caathitę erant ad meridiẽ. vnde prouenit feruor caloris, ſignificatur quòd ſacerdotes feruere debent ardore charitatis.

Secundum moralem

Externus

Primogeniti oẽs deo obligantur H

Moraliter

Allegoricè

[A] Vbi Dan caſtra conſtituit, locatus eſt Merari. Et ita in medio filiorum Iſrael ex omni parte per circumitum, quaſi inſerti cæteris, & innixi videntur eſſe filij Leui. Obliuiſcere ergo pauliſper terrena, & ſupra ipſum cælum greſſu mentis incede. Ibi require tabernaculum dei, vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus, & adſiſtit nunc vultui dei interpellans pro nobis. [Hebr. 7. d.] Ibi require quaternos ordines & ſtationes caſtrorum. Ibi Iſraelitica agmina & excubias cerne ſanctorum. Ibi primitiuorum ſacramenta rimare. Sed ego non audeo illuc ſolus aſcendere, præcedat Paulus cùm mihi viam oſtẽdat. Ipſe ergo apoſtolorum maximus, ſciẽs multas eſſe non ſolùm in terris, ſed & in cælis eccleſias (ex quibus ſeptem quaſdam Iohannes enumerat) [Apoc. 1. 2.] volens oſtendere quandam præterea eccleſiam primitiuorum, dicit ad Hebręos. [Hebr. 12. e.] Non enim acceſſiſtis ad ardentem & tractabilem ignem, ſed acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem dei viuentis Ieruſalem cæleſtem, & multitudinem angelorum laudantium, & eccleſiam primitiuorum aſcriptam in cælis. Moyſes ergò per quatuor caſtra populum dei diuiſum ſcribit in terris. Apoſtolus quatuor ordines ſanctorum in cælis, ad quorum ſingulos vnunquenque noſtrum dicit accedere. Non enim omnes ad omnes accedunt, ſed alij ad mõtẽ Sion, & paulò meliores ad ciuitatem dei viuentis Ieruſalem cæleſtem. His verò eminentiores accedunt ad multitudinem angelorum laudantium. Qui autem ſupra omnes iſtos ſunt, accedunt ad eccleſiam primitiuorum. Præpara ergo te & enitere quãtùm vales, ſi fortè actibus, vita, moribus, fide, & inſtitutis proficias, vbi poſſis accedere ad eccleſiam primitiuorum. [B] Si paulò inferior es, accede ad multitudinem angelorum laudantium, vel ad ciuitatem dei viuentis cæleſtem Ieruſalem, vel ſaltem ad montem Sion, vt in monte ſalueris. Tantùm ne in terra reſideas, ne in vallibus maneas, ne in demerſis & humilibus perſeueres. Ita aſſumuntur primogeniti Leui qui miniſtrant deo, & altari eius & tabernaculo, excubijsq́ perpetuis diuina miniſteria celebrant. a ¶ Leui per nomina ſua. Leui additus, vel aſſumptus. [Ordo doctorum] Hîc eſt ordo doctorum, qui per gratiam dei de mundo electus ad ſeruitium diuinum, cœtibus angelorum vnitur. vnde: Ego vos elegi de mundo. [Iohan. 15. c.] Et alibi: Sed ſunt ſicut angeli dei in cælo. [Matt. 22. c.] [Moraliter] b ¶ Gerſon & Caath & Merari. Filij Gerſon Lobni & Semei. Filij Caath, Amram & Ieſaar, Hebron & Oziel. Filij Merari Moholi & Muſi. De Gerſon fuere duæ familię Lobnitica & Semetica, qua. Tres filij Leui ſignificant prædicatores ſanctæ trinitatis, confeſſione inſignes, fide, ſpe, & charitate mirabiles. Nec huic expoſitioni eorum nominum interpretatio aliquo modo repugnat, ſed valde concordat. Interpretatur enim Gerſon aduena, Caath patientia, vel molares dentes. Merari amara, vel amaritudo. Miniſter enim dei aduenam ſe & peregrinum in mundo cognoſcit, & patiens eſt. Verbum dei dente diſcretionis molit, ſecundum auditorum capacitates; & ſeculum ſibi amarum oſtendens, alios à voluptatibus reuocat. Hi ab vno menſe numerantur, quia initium vitæ deo debent conſecrare, ne poſt multa ſcelera promoti faciant blaſphemare nomen dei. vnde: Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe &c. [1. Tim. 3. a.] c ¶ Hi poſt tabernaculum metabuntur. Filiorum Leui ordo conueniens oſtenditur. vbi ſcilicet qui primi ſunt in ordine, orientis plagam obſeruent [Moraliter] Moyſes & Aaron cum filijs ſuis habentes cuſtodiam ſanctuarij in medio filiorum Iſrael. Caathitę, vnde Moyſes & Aaron orti ſunt, meridianam plagan obtineãt, ſub cura Eleazari ſacerdotis, qui maior eſt in filijs Aaron. Poſt hos Gerſonitæ ad occidentalem plagam ſub cura Eleazari. Nouiſſimi Meraritæ ad ſeptentrionalem plagam, ſub cuſtodia Ithamar filij Aaron minoris. In his verò moraliter exprimitur, quòd miniſtri eccleſię debent diligenter ordinem ſuum ſeruare, nec maiora appetere, quàm proprius locus expoſcit. d ¶ Ad occidentem ſub principe Eliaſaph filio Lael. Vbi dies clauditur, aſtra occidunt. In his ſignificatur quòd miniſtri [C] tabernaculi debent concupiſcentiam fugere, carnalia deſideria dei adiutorio mortificare, diem vltimum & finem laboris expectare, vt mortui mundo, & viuentes deo dicere poſſint illud: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. [Gal. 6. c.]

☞ Ad meridiem

filios Leui per domos patrum ſuorum & familias, omnem maſculum ab uno menſe & ſuprà. [a] [b] Numerauit Moyſes, ut pręceperat dominus, & inuenti ſunt filij [c] Leui per nomina ſua, Gerſon & Caath & Merari. Filij Gerſon* Lobni & Semei. Filij Caath, Amram & Ieſaar, Hebrõ & Oziel. Filij Merari, Moholi & Muſi. De Gerſon fuere duæ familiæ, Lobnitica & Semeitica, quarum numeratus eſt populus ſexus maſculini ab uno menſe & ſuprà, ſeptẽ milia quingentorũ. [c] Hi poſt tabernaculum metabuntur ad occidentem, [d] ſub principe Eliaſaph filio Lael: † & habebũt [d] excubias in tabernaculo fœderis ipſum tabernaculum & operimentum eius, [e] [f] tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis & cortinas atrij, [g] tentorium quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet, [h] funes tabernaculi, & omnia utenſilia eius. [i] Cognatio Caath habebit populos, Amramitas, & Ieſaaritas, & Hebronitas, & Ozielitas. Hæ ſunt familiæ Caathitarum recenſitæ per nomina ſua, omnes generis maſculini ab uno menſe & ſuprà,

* ¶ Alias Lebni.

[Marginal notes: *per familias ſuas; †hi item cuſtodient]

*Nicolaus de Lyra.*

❧ & quælibet domus habebat plures familias. In domo enim Gerſon erant familię Lobni & Semei, & eodem modo dicendũ eſt de alijs. a ¶ Omne maſculum. ad excludendum fœminas. b ¶ Ab vno menſe. quia iſta numeratio fiebat ad commutandum filios Leui pro primogenitis aliarum tribuum, vt habetur infrà iſto ca. primogeniti autem debebant offerri domino talis ætatis. Conſequenter ponitur executio dicti mandati, cùm dicitur: c ¶ Numerauit Moy. ſcilicet ꝑ tres domos prædictas & familias earum, & in qualibet domo deſcribunur quatuor, numerus hominum, locus eis aſſignatus circa tabernaculũ, princeps eorum, & officium, vt patet literã diſcurrendo. Incipitur autẽ à domo Gerſon, cũ dicit: De Gerſon &c. & patet litera vſq; ibi: d ¶ Et habebunt excubias. i. diligentes cuſtodias. e ¶ Ipſum tabernaculum. i. cortinas de diuerſis coloribus quę erant immediatè ſuper tabulas. f ¶ Et operimentũ eius, quod erat triplex, ſcilicet de ſagis, de pellibus arietum rubricatis, & de hyacinthinis. g ¶ Tentorium quoque, quod appen. in introitu atrij taber. & quicquid ad ritum altaris pertinet. In Hebręo habetur ſic: Velum oſtij atrij, quod eſt ſuper tabernaculum & altare per circumitũ: & hęc videtur litera verior. [De velo tabernaculi] [D] Illa enim quæ pertinebant ad altare, cum ipſo altari erant ſub cuſtodia & cura Caathitarum, vt habetur. j. iſto ca. & ſequenti. Sed velum pendens in oſtio atrij erat ſub cura Gerſonitarum. Et quod dicitur in Hebræo, quod erat ſuper tabernaculum & altare per circumitũ, hoc eſt, quia prohibebat impetum venti à tabernaculo & altari quod erat infra atrium, vt exponit Rabi Salomon, & hoc patet per hoc quod habetur ca. ſequen. vbi hoc repetitur, quia ibi ponitur ante tabernaculum. h ¶ Funes tabernaculi & omnia vtẽſilia eius. Inter vtenſilia tabernaculi erat candelabrum & menſa propoſitiõis, & vaſa eorum, de quibus non poteſt dici, ꝙ eſſent ſub cura Gerſonitarũ, vnde in Hebræo habetur: Funes tabernaculi ad omne miniſteriũ eius. Ad Gerſonitas enim pertinebat portare & ſeruare mollia, inter quæ ſunt funes. i ¶ Cognatio Caath habebit populos, Amramitas. & Ieſaaritas &c. Hîc conſequenter proſequitur de ſecunda domo, & patet litera ex prædictis vſque ibi:

❧ Et velum

[Moraliter] *Secundum moralem ſenſum, dñi tabernaculum eſt anima fidelis, vt dictum eſt capitulo pręcedenti, ad eius quatuor latera debent eſſe actus quatuor virtutum cardinalium. ſ. prudentiæ, quæ eſt auriga virtutum propter quod ſignificãtur per Moyſen & Aaron duces populi qui erant in parte orientali, & ſic eſt actus prudentię qui ꝓcedit origine actus aliarũ virtutũ. Actus verò fortitudinis, qui habet ſuſtinere dura, ſignificatur per Meraritas qui dura portabant, & dicitur eſſe ad occidentem. nam difficile eſt ſuſtinere dura ſine caſu. Actus verò iuſtitiæ eſt ad meridiem, vñ venit maius lumen, & de iuſtitia dicitur libro Ethic. ꝙ videtur præclariſſima virtutum, & neq; Heſperus neq; Lucifer eſt ita admirabilis: Et ſignificatur ꝑ Caathitas portantes candelabrum luminis. Actus verò temperantię ꝗ reprimit ardorem carnalis concupiſcẽtiæ, eſt ad aquilonẽ vñ ꝓuenit frigus caloris repreſſiuus, ſignificatur per Gerſonitas qui aduenę interpretantur: nam temperati qui pauci ſunt reſpectu aliorum, quaſi aduenę ab eis reputantur. Ad maiorem autẽ intellectum prędictorum ponitur hîc ſitus caſtrorum circa tabernaculum.

E ☞ a ℂ Ad meri. Hæc ſignificat poſt luce ſcientiæ perceptā prædicatorem verbū patientiæ & ſolatij debere cum diſcretione proximis impendere. Sub Eleazaro .i. dei adiutorio, ſecūdum illud: Niſi dominus ędificauerit domū, inuanū laborauerunt qui

Allegoricè

ædificant eam. b ℂ In plaga. Extremi Meraritę ſub Ithamar (qui interpretat̃ amarus, vel vbi palma) plagā aquilonis ſortiti ſunt, vbi glacialis horror perdurat. In quo monentur ecclęſię miniſtri, ne ſecuritate torpeant, quia licet per ianuā fidei iā in eccleſiā intrauerint, lumen ſcientiæ perceperint, deſideria carnis mortificauerint: nondum tamen ad perfectam ſuauitatem, id eſt ad ęternam beatitudinē peruenerunt. Reſtat aliqd amarum, cum illo certandū eſt, qui ad aquilonem dirigit ſolium ſuum, cuius duritiam

Eſaię. 14. d. Iob. 41.

molliri impoſſibile eſt. vnde: Cor eius indurabitur quaſi lapis &c. Cùm autem ſuperabitur, adepta palma exultandum eſt & lætandum.

Allego. de orienta. plaga.

c ℂ Ad orientalem plagam. Orientalis plaga ortum fidei ſignificat, vbi Moyſes qui interpretatur aſſumptus de aqua, & Aaron mons fortitudinis cùm filijs ſuis caſtrametantur. Qui enim in eccleſia præſunt, quibus claues regni cæleſtis commiſſę ſunt, debent introitus ordinē

Matt. 6. c.

cognoſcere, & alijs prædicare. Quia oportet quenque in lucem fidei per portam cōfeſſionis ad aquam baptiſmi intrare, vt de aqua aſſumptus ſit filius adoptionis, & robore conſtantię gignens filios boni operis. Introitum fidei, per quem in eccleſiam ingreſſus eſt, diligenter cuſtodiat, ne otioſus & inutilis abijciatur. d ℂ Vigintiduo

F milia. Aptè numero vigintiduorū Leuitę intitulātur. Hoc enim numero comprehenduntur Hebræa elementa: & ſecundū quoſdam libri veteris teſtamenti. Miniſtri dei hac preſcriptione monentur: ſecundum legem dei viuere & docere, nec vllo modo excedere.

Tropolo.

e ℂ Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs Iſrael a menſe vno & ſuprà: & habebis ſummam eorum. Origenes, Multæ ſunt numerorum differentię, quæ ſcribuntur de filijs Iſrael. Sed poſt numerum filiorum Iſrael numerantur ſeorſum Leuitæ. Non enim fuerant recenſiti cum eis, & habetur eorum ſegregatus & præcipuus numerus, quo referuntur omnes ſimul vigintiduo milia reperti, nec plus nec minus. Poſt hos præcepit dominus numerari etiam primogenitos filiorum Iſrael eodem ordine, quo fuerant Leuitæ numerati, id eſt ab vno mēſe & ſuprà, & inueniuntur vigintiduo milia & ducenti ſeptuagintatres. Putas ne, per

†cape

hæc ſolam numeri hiſtoriam docere voluit Moyſes, & nullum his diuerſitatibus numerorum concluſit myſterium? Vigintiduo quidem numerus in ſcripturis diuinis principalibus cauſis aſcriptus ſæpe reperitur. Nam vigintiduo prima quidem apud Hebræos elementa tradunt eſſe literarum. Ab Adam vſq; ad Iacob, ex cuius ſemine initium duodecim tribus aſſumunt. xxij. patres fuiſſe memorantur. Tradunt etiam omnium creaturarum dei ſpecies intra vigintiduo numerum colligi. Propter hoc ergo Leuitę, id eſt qui deſeruiunt deo, & primogeniti filiorum Iſrael, ab hoc ſacrato numero intitulantur. Quòd autem in filijs Iſrael adduntur, cclxxiij. non otioſum videt̃:

†De voto c. magnę.

humani enim generis in carne generatio (ſicut aſſerunt periti talium) nouem menſibus in vulua continetur. Sed non prius ad partum moueri fertur, quàm decimi mēſis triduum trāſeat. Et ita ducenti ſeptuaginta tres dies illos indicant, qui ex nouem mēſibus, & triduo decimi menſis colliguntur, & ſimul ducenti ſeptuaginta tres dies iſti eos indicant, quibus humano generi in hūc mundum prębetur ingreſſus. Et ita in vigintiduobus omnium ſimul creaturarum rationibus myſticis ſumma colligitur. G

☞ In his verò

octo milia ſexcenti. Habebunt excubias ſanctuarij, & caſtrame-
a tabuntur ad meridianam plagam: Princepsq; eorum erit Eliſaphan filius Oziel, & cuſtodient arcam, menſamq; & candelabrum, altaria, & uaſa ſanctuarij in quibus miniſtratur, & ue- a
lum, cūctamq; huiuſcemodi ſupellectilem. Princeps autem b
principum Leuitatum, Eleazar filius Aaron ſacerdotis, erit ſuper excubitores cuſtodiæ ſanctuarij. At uerò de Merari erunt c
populi Moholitæ & Muſitæ recenſiti per nomina ſua, omnes generis maſculini ab uno menſe & ſuprà, ſex milia ducenti. Prin-

☞ Al's abihaiel.

ceps eorum Suriel filius Abihel,
b in plaga ſeptentrionali caſtrametabuntur. Erunt ſub cuſtodia eorum tabulæ tabernaculi, & uectes, & columnæ, ac baſes earum: & omnia quæ ad cultum huiuſcemodi pertinent, columnæq; atrij per circumitum cum baſibus ſuis, & paxilli cum funi- d
bus. Caſtrametabuntur ante ta- e
c bernaculum fœderis, id eſt ad orientalem plagam Moyſes & Aaron cum filijs ſuis, habentes f
cuſtodiam ſanctuarij in medio filiorum Iſraël. Quiſquis alie- g
nus acceſſerit, morietur. Omnes Leuitę quos numerauerunt Moyſes & Aaron iuxta † præceptum domini per familias ſuas in genere maſculino à menſe
d uno & ſuprà fuerunt uiginti- h
duo milia. Et ait dominus ad i
e Moyſen: Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs Iſraël à menſe uno & ſuprà, & †habebis ſummam eorum. Tol k
léſque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Iſraël: ego ſum dominus: & pecora l
eorum pro uniuerſis primogenitis pecorum filiorum Iſraël. Recenſuit Moyſes, ſicut præceperat dominus, primogenitos filiorum Iſraël, & fuerunt maſculi per nomina ſua à menſe uno & ſuprà uigintiduo milia ducenti ſeptuagintatres. Locutúſque eſt dominus ad Moyſen, dicens: † Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Iſraël, & pecora Leuitarum pro peco-

*Nicolaus de Lyra.*

De velo ſanctuarij.

☙ a ℂ Et ve. Quod diuidebat, ſanctū & ſanctumſanctorū, quia illa quę erant intra tabernaculum pertinebant ad Caathitas, inter quæ eſt illud velum, licet eſſet de mollibus. b ℂ Princeps autem principum Leuita. Quia ei reddebant rationem non solùm Caathitæ, ſed etiam illi qui erāt principes in alijs duabus domibus. c ℂ At vero de Merari erant populi. Hîc proſequitur de tertia domo, & patet litera vſque ibi: d ℂ Et paxilli cum

Funes varij

funibus. Iſtud videtur contrariari prædictis, ſcilicet quòd funes pertinebant ad Gerſonitas. Dicendum quòd aliqui funes erant inhęrentes immobiliter duris: & iſti pertinebant ad Meraritas, quia ad ipſos pertinebant dura, quę erant extra tabernaculum, ſicut ad Caathitas pertinebant dura quæ erant intra tabernaculum cum altari holocauſtorū quod erat extra, & hoc eſt quod dicit Rabi Salomon ſcilicet quòd aliqui funes inhęrebant columnis quibus appendebantur cortinę, & illi pertinebant ad Meraritas: aliqui inhęrebant cortinis, quibus immittebantur paxilli in terra fixi, vt cortinę non mouerentur à vento inferius, & illi pertinebant ad Gerſonitas. e ℂ Caſtrametabuntur ante tabernaculum H
fœderis. Hîc agitur vltimò de ſitu Moyſi & Aaron: qui erant ad orientalem partem cū filijs ſuis: & in hoc erant diuiſi ab alijs Caathitis, qui erant ad meridiem, cuius cauſa ſubditur cùm dicitur: f ℂ Habentes cuſtodiam ſanctuarij. Cuius introitus erat in parte orentali. g ℂ Quiſquis alienus acceſſerit .ſ. ſine licentia, morietur. Conſequēter ponit numerum omniū Leuitarum ſimul, dicens: Omnes Leuitæ &c. Sequitur. h ℂ Fuerunt vigintiduo milia. Si autem conſiderantur numeri partiales Leuitarum, prędicti faciunt vigintiduo milia & trecentos. Ad quod dicendum, quòd illi trecenti qui hîc tacentur fuerunt primogeniti: & ideo non debebāt hoc numero includi, quia iſta numeratio vltima erat illorum qui poterāt accipi pro primogenitis aliarum tribuum, quod non poterat fieri de primogenitis Leuitarum, quia ex ſeipſis erant obligati domino ratione primogenitur̨ę. i ℂ Et ait dominus ad Moyſen: Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs Iſrael. Hîc conſequenter agitur de commutatione Leuitarum pro primogenitis aliarum tribuum, quorum præmittitur numeratio, cùm dicitur: Numera primogenitos &c. & ſubditur commutatio, cùm dicitur: k ℂ Tolleſq; Leuitas mihi pro primogenitis filiorum Iſrael: ego ſum dominus &c. Id eſt ad obſequium meū. l ℂ Et pecora eorum pro vniuerſis. Dicit autē Ra. Sa. q; pecora mūda aliarum tribuum non intelliguntur hîc computata, quia immolanda erant dño, ſed immūda q̃ redimebantur pecunia, vt habetur. ĩ. xviij. ca. excepto aſino qui cōmutabat̃ oue, vt ibidē dicitur: Cętera patent ex dictis vſq; ibi:

† verbum quod præceperat dominus

☙ In pretio

A In his verò q̃ ex abundanti in primogenitis Iſrael inueniūtu, etiam myſterium humanæ generationis exponitur.

Myſticè a ℂ Quinq; ſiclos. Myſticè. Quiſquis
Ezec.45.d. initium conuerſationis & volūtatis vult
Leui.27.c. deo conſecrare, quinq; ſenſus corporis debet diligenter cuſtodire, ne per laſciuiam in errorem aut immunda deſideria deſluat: Sed iuxta ſiclum ſanctuarij, qui eſt oboli.xx.i. ſecundum decalogi doctrinam, quę in duobus præceptis charitatis conſiſtit, omnia opera ſua referat in
† redemptionem domum ſummi ſacerdotis & filiorū eius.

## Nicolaus de Lyra.

a ℂ In Pretio autem ducentorum ſeptuagintrium. ſ. primogenitorum aliarum tribuum. b ℂ Accipies quinq; ſiclos. à quolibet, quia non poterant redimi per perſonas Leuitarum, ideo redimunt̄ pretio. De quātitate autem ſicli dictum eſt Exodi.xxx. c ℂ Mille trecentorum ſexaginta ſiclorū. Tantùm em̄ aſcendit ſumma, ſi pro quolibet hoc modo redemptorum accipiantur.v. ſicli, vt patet ſi quis velit numerare. Ad euidentiā maiorē prædictorum, hîc deſcripta eſt figura ſituationis caſtrorū circa tabernaculum. Notandum quòd Vegetius libro de re militari dicit, q; optimus ſitus caſtrorū eſt in figura quadrata: & ideo ſic debent ſituari, niſi diſpoſitio loci impediat: propter quod caſtra Iſrael hîc poſui in figura quadrata.

C
† pretium autem redēptionis
Vegetius
† Exo.30.b.

ℂ In capitulo.iij. vbi dicitur in poſtilla: Aaron & Moyſi, cùm filiorum Moyſi non recordetur hîc.

## ADDITIO

Hęc ratio Ra.Sa. non videtur valere, eò q; Moyſes non ſolùm docuit Aaron & filios eius legem, ſed etiam totum populum vnde eadem ratiōe pater totius populi vel ſaltem doctorum legis debet reputari. Nec eſt dicendum, q; filij Moyſi non recordantur hîc; quia licet nō recordentur nominaliter, ſicut filij Aaron qui fuerunt ſacerdotes vncti, recordātur tamen generaliter in ſumma cognationis Amramitarum, de qua erat & Moyſes.

## GLOS.ORDI.

Cap. IIII.

Literaliter Locutuſq; eſt domin᷑. b ℂ Tolle ſum. Origenes. Cùm in tres ordines diuidantur filij Leui: & ex tribus nominibus principū ſinguli ordines cenſeant̄, etiā in ipſis diuerſitates quędā nō ſine myſterijs aſcribuntur. Nam filiorū Caath primus or-
B do ponitur, quia ex ipſo deſcendit Moyſes & Aaron, quibus ſumma ſacerdotij committitur. Ex ipſo em̄ naſcit̄ Amrā, ex quo naſcitur Moyſes & Aarō. Secundus ordo eſt Gerſon, q̄ primus quidē eſt natiuitate. Ait em̄ ſcriptura: Filij aūt Leui Gerſon, Caath, & Merari. Sed ex filijs Caath, duo rurſus ordines dirigūtur, & hi qui ex Aaron deſcendunt ſacerdotio mancipant̄, pars verò reliqua miniſtrat ſacerdotibus: & ideo in quatuor ꝑtes Leuitarum diuidunt̄ officia, vt ſacerdotio fungant̄ Aaron & filij eius, ſancta ſanctorū portent in humeris reliq; ex populo Caath: Quæ aūt ꝑtinent ad tabernaculū teſtimonij, vel ad atria ei᷑, & pelles ei᷑ vł etiā velamenta, & quęq; minus dura, & ad onus leuia ꝓcurant filij Gerſon. Columnas verò tabernaculi & baſes eius & ſeras portent filij Merari. Ideo ſignanter ſcriptura ait, vt recenſeatur virtus Merari. Virtute em̄ opus eſt ad hmōi portādas ſarcinas. Paulus verò libero iā & reuelato oculo mentis hæc omnia aſpiciēs & veteris teſtamenti velamē abijciēs, ait:
† Hoc eſt opus Quia prior populus in huiuſmodi conſtructionibus exēplarijs & vmbræ cæleſtiū deſeruiuit. Conſidera ergo ne fortè iſti quatuor ordines caſtrorum exemplum ſint & vmbra illorum
Hebrę.8.a. quatuor ordinum, quos ad Hebræos ſcribens Paulus enumerauit in cælis. Et rurſum Iſraeliticis quatuor caſtrorum ordinibus quaternos adijce Leuitarum, quæ nos non tam explanamus quàm contingimus, & purioribus ſenſibus & liberis à ſecularibus indicamus. ℂ Origenes Alia litera. Accipe numerum filiorum Caath &c. Ecce alius ordo numerorum introducitur. Numerati ſunt iam filij Leui ab vno menſe & ſuprà. Nunc autem numerantur filij Leui, à xxv. anno, ſed non vt in cæteris & ſuprà, ſed vſque ad quinquageſimum annum: & fit iſte pręcipuus numerus & electus. Additur autē his p̄dictis omnis qui procedit ad miniſtrandū ad opera tabernaculi teſtimonij: iſti ſunt qui numerant̄ meliore & præcipuo numero. Sicut enim in filijs Iſrael dicebat̄: Omnis qui ꝓcedit ab bellum de filijs

## Gloſ. ordi.

lum de filijs Iſrael, ita hîc om̄is qui procedit ad miniſterium, vt faciat opa in tabernaculo teſtimonij. b ℂ In taber. Origen. Tabernaculum teſtimonij ſunt omnes ſancti qui ſub teſtimonio dei cenſentur. In hoc tabernaculo ſunt quidam meritis & gratia celſiores, & ex his aliqui candelabrum dicuntur: fortè apl'i qui illumināt accedentes ad deum, & alij qui in hoc tabernaculum dei ingredientibus lumen ſcientiæ & doctrinæ oſtendunt, alij ſunt menſa, qui pane dei paſcunt animas eſurientes D

ribus eorum: Eruntque Leuitę mei: Ego ſum dominus. † In pretio autem ducentorum ſeptuaginta trium, qui excedunt numerum Leuitarum, de primogenitis filiorum Iſraël accipies quinque ſiclos per ſingula capita ad menſuram ſanctuarij. † Siclus habet obolos uiginti. Dabiſq; pecuniam Aaron & filijs eius pretium eorum qui ſuprà ſunt. Tulit igitur † pecuniam eorum Moyſes, qui fuerant amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Iſraël, mille trecentorum ſexaginta quinque ſiclorum, iuxta pondus ſanctuarij, & dedit eam Aaron & filijs eius, iuxta uerbum quod præceperat ſibi dominus.

ℊ Eorum.ſ.

*Quadrata caſtrorum Iſraël Figura.*




Cap. IIII.

Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen & Aaron, dicens: Tolle ſummam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familas ſuas à triceſimo anno & ſuprà, uſque ad quinquageſimum annum, omnium qui ingrediuntur ut ſtēt & miniſtrēt in tabernaculo fœderis. † Hic eſt cultus filiorum

ℊ Lxx. viceſimoquinto.

a ℊ Exponit opera filiorum Caath, in medio filiorum Leui ſecundum plebes ſuas in tabernaculo teſtimonij.

## NIC. DE LY.

Cap. IIII.

Locutuſq; eſt domi. Hîc conſequenter deſcribitur ordinatio Leuitarum tēpore motus. Et circa hoc primò ponitur officiorum diſtinctio, ſecundò numerorū collectio, ibi: Recēſuerūt igitur. Circa primū primò diſtinguunt̄ officia Caathitarū, ſecundò Gerſonitarū, ibi: Tolle ſummam etiam filiorū Gerſon, tertiò Meraritarū, ibi: Filios quoq; Merari. Circa primū ſciendū, q; ſacerdotes & Leuitę qui dicuntur Caathitæ, fuerunt de tribu Caath, ſed ſacerdotes qui deſcenderunt de Caath ꝑ Aaron, ex hoc habuerunt ſpeciale nomen, & dicuntur Aaronitę, & cum hoc etiā Caathitæ, alij autem Caathitæ tantùm. Primò ergo deſcribit̄ officium Aaronitarum, ſecundò Caathitarum, ibi: Cumq; inuoluerint. Circa primum dicitur ſic: e ℂ Tolle ſummā. ſeparatim ab alijs. f ℂ A triceſimo anno. Infrà. viij. ca. dicitur: à. xxv. annis & ſuprà. Dicendum quòd à. xxv. anno ponebantur ad diſcendum miniſteriū Leuitarum, ſed in. xxx. anno inſtituebantur miniſtri qui per experientiam videbantur apti, & repellebantur inepti. Ratio aūt quare nō inſtituebantur ante. xxx. annum eſt, quia vſq; tunc non perficitur robur hominis corpore, & mente vſq; ad quinquageſimum annum, & tunc incipit fortitudo corporis debilitari. g ℂ Hic eſt cul. i. illam partem q̄ dicitur ſancta. Et ſanctum ſanctorum

Diuiſio

Moraliter. d ℂ Locutuſq;. In hoc capitulo deſcribuntur officia Leuitarum in motu caſtrorum, & primò Caathitarum, cùm dicitur. g ℂ Hic eſt. ꝑ quod ſignificantur ſacerdotes nouę legis, vt prædictum eſt

Moraliter

Caath. Tabernaculum fœ-
deris & ſanctumſanctorum a
ingredientur Aaron & fi- b
lij eius, quando mouen-
da ſunt caſtra, & deponent
uelum quod pendet ante fo-
a res, inuoluentq́ eo arcam te-
b ſtimonij, & operient rurſum
uelamine † ianthinarum pel-
lium, extendéntque déſuper
pallium totum hyacinthi-
num, & inducent uectes. c
Menſam quoque * propo-
ſitionis inuoluent hyacin-
thino pallio, & ponent cum
ea † thuribula & mortario-
la, cyathos & crateras ad
c liba fundenda. Panes ſem d
per in ea erunt, extendént-
que † déſuper pallium coc-
cineum, quod rurſum ope-
rient uelamento † ianthina-
rum pellium, & inducent ue-
ctes. Sument & pallium hy
acinthinum, quo operient
candelabrum cum lucernis
& forcipibus ſuis & emun-
ctorijs, & cunctis uaſis o-
lei, quæ ad concinnandas
lucernas neceſſaria ſunt, &
ſuper omnia ponent operi-
mentum ianthinarum pel-
lium, & inducent uectes.
d Necnon & altare aureum
inuoluent hyacinthino ue-
ſtimento, & extendent dé-
ſuper operimentum ianthi-
narum pellium, inducént- e
que uectes. Omnia uaſa
quibus miniſtratur in ſan-
ctuario inuoluent hyacin-
thino pallio, & extendent
déſuper operimentum ian-
thinarum pellium, indu-
céntque uectes. Sed & † al- f
tare mundabunt cinere, & g
inuoluent illud purpureo ue h i
ſtimento, ponéntque cum
eo omnia uaſa, quibus in
miniſterio eius utuntur, id
eſt ignium receptacula, fu-
ſcinulas ac † tridentes, un-
cinos & batilla. Cuncta ua-
ſa altaris operient ſimul ue-
lamine ianthinarum pelli-
lium, & inducent uectes.
Cúmque inuoluerint Aa- k
ron & filij eius ſanctuarium
& omnia uaſa eius in com-

☞ eſurientes & ſitientes iuſtitiã: alij altare incen-
E ſi, qui orationibus & ieiunijs vacant die ac no
cte in tẽplo dei. Hi verò quibus arcana myſte
ria deus credidit, arca dicuntur teſtamenti dei.
Qui autem cũ omni fiducia ꝑ p̃ces & ſuppli-
catiões deum hoibus repropitiant, & pro de-
lictis populi interueniunt, propitiatoriũ ſunt.
Qui meruerũt multitudinẽ ſciẽtię, & abũdan-
tes diuitias in agnitiõe dei, cherubin pñt intel
ligi. Cherubin em̃ plenitudo ſciẽtiæ interpre-
† taxorum taꝛ. Sed hos oẽs qui per hæc ſingula deſignan
tur, portari neceſſe eſt & in humeris. Vt ego
opinor, angeli q ordinati ſunt ꝓpter eos q hę
reditatẽ capiũt ſalutis, eos portant. Cũ autem
ſolutũ fuerit tabernaculũ hoc, & cœperimus
ingredi ad illa ſancta, & pergere ad locũ ꝓmiſ
ſiõis, hi q verè ſunt ſancti, & in ſanctiſſancto-
rũ habẽt, angelis portãtib⁹ icedũt, & vſq; quo
reqſcat tabernaculũ dei, portantur in hume-
Pſal. 90. c. ris, & extolluntꝛ in manibus. Vñ: Qm̃ angelis
Matt. 4. a. ſuis mãdauit de te, vt in manibus tollãt te &c.
† ſcutellas & cochlearia Quod diabolus de ſaluatore intelligendũ pu-
tauit, ſed excęcat⁹ malitia, eloquia myſtica nõ
intellexit. Neq; enim ſaluator angelis indige-
bat, vt non offenderet. Angelis autem ſuis mã
† ſup eam dat deus pro populo ſuo, vt non offendat ad
1. Teſ. 4. d. lapidem pedem ſuũ. Hinc Paulus ait: Sed &
nos q viuim⁹, q reſidui ſum⁹, ſimul rapiemur
cũ illis in nubibus obuiã Chriſto in aëra. Ra
pienꝛ ergo ab angelis, q penitus purgati, & le
ues à delictis effecti ſunt. Portãtur ergo & co
lũnæ tabernaculi à quibuſdam & atria &c. q̃
refert ſcriptura, non ab Iſraelitis ſed à Leuitis.
a ¶ Inuoluentq;. Ne fortè aliqui videant
nudã & moriantur. Exterminaꝛ enim q ineffa
bilia ſacramẽta contingit, niſi meritis & ſcien-
Moraliter. tia in ſacerdotij gradũ ꝓmot⁹ fuerit. ¶ Ori-
F ge. Septem q̃dã ſpecies numerantur, q̃ operi
ri p̃cipiunꝛ. Primò aũt, vt omniũ p̃tioſiſſima
arca teſtamenti operiaꝛ velo, ſed & pelle de-
ſuper ianthina tegatur: Addiꝛ etiã aliud vela-
men deſuper hyacinthinum. Secundò menſa
operiꝛ. Tertiò candelabrũ. Quartò altare au
reũ. Quintò vaſa miniſterij. Sextò operimen
tum altaris cũ quibuſdam velamẽtis opponi
tur. Septimò opiꝛ & labrũ: & nihil horũ nu-
dũ relinquiꝛ. Deniq; addiꝛ: Nolite extermina
re de tribu ſua plebẽ Caath, vt. ſ. exterminan
dos ſe ſcirent, ſi fortè ad hæc mouẽda manus
ſuas mitterẽt, niſi vnũquodq; eorũ prius fuiſ
ſe à ſacerdotibus tectum. Redeamus ergo ad
tabernaculũ eccleſię dei viuentis: & videamus
quõ oporteat obſeruari hæc ſingula à ſacer-
dotib⁹ Chriſti. Si quis verè ſacerdos eſt, cui
ſacra vaſa. i. myſteriorũ ſecreta ſapientiæ com
miſſa ſunt, diſcat quõ hęc oporteat intra vela
men cõſciẽtię cuſtodire, nec facilè in publicũ
ꝓferre, aut ſi res poſſit ꝓferre, & imperitiori
bus tradere, ne nuda ꝓferat, ne aperta oſten
dat & penitus patẽtia, alioquin homicidiũ fa
cit & exterminat plebẽ. Exterminaꝛ em̃ oĩs q
ſecreta & ineffabilia ſacramẽta contigerit nõ-
dum meritis & ſcientia in ſacerdotij gradum
tranſlatus. Solis enim filijs Aaron. i. ſacerdo-
tibus arcã, & menſam, & candelabrũ, & q̃ ſu-
prà dicta ſunt, nuda videre cõceſſum eſt. Alij
autẽ hęc operta videãt, imò velata in hume-
† ſcopas & crateras ris portent. b ¶ Et operiẽt: Filij Aarõ ſa-
cerdotes, quibus oia nuda & aperta videre cõ
ceſſum eſt. c ¶ Panes ſemper. Augu. Et pa
nes qui ſemꝑ ſuper eã erunt. Nõ vtiq; ijdem
ſemꝑ, ſed ſimiles eorũ, q̃a illi auferebanꝛ, & re
centes quotidie ponebantur, dũ tñ ſine pani
bus mẽſa nõ relinquereꝛ. Ideo dixit, q ſemper
ſuꝑ eã erũt. i. q̃a ſemꝑ panes, nõ q̃a illi ſemper.
d ¶ Necnon & altare. Alia litera: Et ſuꝑ
altare aureũ adoperient veſtimentum hyacin
thinum; & adoperient illud operimento pelli
ceo ianthino: Poſſet iſta locutio videri, quã G
velut abſurdam, & nõ integram, Latini inter
pretes transferre voluerunt: id eſt ſuper altare
aureum adoperient veſtimentum hyacinthi
num, tãq; debuerit dici: & altare aureũ adope
rient veſtimẽto hyacinthino: nõ adoperiẽt ve
ſtimẽtũ hyacinthinum. Hoc videtur ſignifica
re, ꝙ ipſum veſtimẽtũ hyacinthinũ aliũde ad-
operiretur. Sed mihi videtur nõ tam genus
locutionis eſſe, q̃; ſubobſcurus ſenſus: hoc em̃
intelligi poteſt, Super altare aureum adope-
rient veſtimentum hyacinthinũ, vt ipſum ve
ſtimentum hyacinthinum alia re operiẽdum
præceperit, quod veſtimẽtum iam ſuꝑ altare
☞ eſſet ac ſi

## *Nicolaus de Lyra.*

* xpanum

a ¶ Et ſanctum ſan. i. ſecundã partem.
b ¶ Ingredien. Ad inuolendũ ea q̃ erãt in
tra tabernaculũ, quorũ materia & forma ex
poſitę ſunt Exo. xxv. c ¶ Et indu. Exo. xxv.
b. diciꝛ, ꝙ vectes arcę ſemꝑ erãt in ea, & nũq;
extrahebanꝛ, quõ ergo dicunꝛ hîc iduci in mo
tione caſtrorũ? Dicendũ, ꝙ inducebanꝛ ſuper
capulas portantiũ. d ¶ Panes. Etiã qñ por
tabaꝛ de loco ad locũ, erãt panes inuoluti cũ
mẽſa, ſicut & ignis in altari holocauſti, vt dice † taxorum
tur. ¶ Operient. Sequiꝛ: e ¶ Inducẽtq;.
Exo. xxv. vbi agiꝛ de factura cãdelabri, nulla
fit mẽtio de vectibus eius. Dicẽdũ, ꝙ licet nõ
haberẽt vectes trãſeũtes ꝑ annulos, ſicut habe
bat mẽſa, tamẽ qñ cãdelabrũ erat inuolutum,
ponebanꝛ vectes in ſuperficie operimenti, vt
meli⁹ poſſet portari, q̃a portabaꝛ in humeris,
vt habeꝛ. ſ. vij. ca. f ¶ Sed & al. ſ. holocauſto
rum. g ¶ Mundabunt. Ipſum eijciendo.
h ¶ Et inuo. Cũ alia ſint inuoluta pallijs hya H
cinthinis, quare iſtud altare iuoluebaꝛ purpu
reo? Dicit Ra. Sa. ꝙ hoc erat ad deſignandum
ignem deſubtus latentẽ. Dicit em̃ ꝙ ignis q
deſcẽdit de cælo, vt habeꝛ Leui. ix. in altari il-
lo ſemꝑ erat, ſed qñ mouebanꝛ caſtra, ponebaꝛ
deſuꝑ operimẽtũ ęneũ & palliũ deſuꝑ, nec cõ
burebaꝛ ſicut nec ad ventũ vel pluuiã extin-
guebaꝛ tꝑe q̃etis caſtrorũ ille ignis diſcooper
tus ſub diuo: & hoc diuino miraculo: Erant
em̃ in populo Iſrael aliqua miracula tranſeun
tia, ſicut diuiſio maris rubri, & conſimilia: ali
qua verò ꝑmanẽtia, ſicut deſcenſus mãnæ &
cõtinuatio ignis in altari, abſq; etiã extinctio-
ne, & cõſimilia. f ¶ Ponẽtq;. De q̃bus dictũ
eſt Exo. xxvij. k ¶ Cumq;. Hîc deſcribitur
officium ca-
* prædictum eſt: ipſi verò portabant arcã te
ſtamẽti, mẽſam, candelabrum, altare incenſi, & Moraliter
altare holocauſti, per quę quinq; ſignificanꝛ q̃ † altaris cineres remouebunt
debent eſſe in ſacerdotibus nouæ legis. Pri-
mũ eſt ſacræ ſcripturæ notitia ꝑ arcã teſtamẽ
ti ſignificata. Malach. ij. a. Labia ſacerdotis cu
ſtodiunt ſciẽtiam, & legẽ ex eius ore requirẽt,
qm̃ angelus dñi exercituũ eſt. Secundũ eſt ver
bũ doctrinæ: quod per menſam ſignificatur:
nã in hac menſa panis ſpiritualis proponitur.
Deutero. viij. a. Nõ in ſolo pane viuit homo,
ſed in omni verbo quod procedit de ore dei
Tertium eſt lumen exemplaris vitę, quod ſi-
gnificatur per candelabrũ. Matth. v. b. Nemo
accendit lucernam, & ponit ſub modio, ſed
ſuper candelabrum, vt luceat omnibus q in
domo ſunt. Quartũ eſt odor orationis deuo
tæ, & ſignificatur per altare incẽſi. Pſal. cxl. Di
rigatur oratio mea, ſicut incẽſum in cõſpectu
tuo Quintum eſt rigor diſciplinę, & ſignifica
tur per altare holocauſti. Roma. xij. a. Obſe
cro vos ꝑ miſericordiã dei, vt exhibeatis cor
pora veſtra hoſtiam ſanctã, deo placentẽ &c.
* Hoc eſt officiu m

A esset,ac ſi breuiter vtrunq; cōplecteret̃,vt veſtimēto hyacinthino
altare operiendum,& veſtimentum hyacinthinũ alio tegmine ope.
riendum. Subiunxit deniq; vñ operiri vellet veſtimentum hyacin
thinum,cùm adiecit; & adoperient illud operimento pellicio ian
thino. a ℂ Tunc intrabunt fi. Orige. Qui licet nō ſint ſacerdo
tes, quia eis tamen proximi ſunt,in humeris ſuis iſta portare poſ
ſunt. alij verò ſarcinas ſuas & miniſteria in plauſtris ponunt. Cùm
em̃ offerentur à ſingulis tribubus plauſtra,
quatuor ex his acceperunt filij Merari,duo
verò filij Gerſon. Illi verò q meliores ſunt,
Moraliter plauſtra non accipiunt. Intuere ergo cuiuſ
†miniſterij modi diuiſio ſit in officijs† diuinis & mini
diuini ſterijs,& quomodo quæ ſanctificata ſunt,
non portant̃ ab animalibus mutis, ſed ra
tionales debēt eſſe,homines qui in humeris
-ſup quos ſuis portant vaſa, qbus miniſtrant̃ ſancta
erit ſanctorũ. Grauiora verò & duriora nō tã
rationalibus q̃ mutis animalibus imponũ
tur,& in ipſis aliqua eſt differentia. Qui em̃
duriora & grauiora obſeruant miniſteria,
plura habent aĩalia. Quatuor .em̃ plauſtra
dant̃ filijs Merari. Filijs autē Gerſon, q erãt
propinqui filijs Caath,duo tm̃. Vñ oſten
ditur q; operibus durioribus & groſſiori
bus plures ſunt: q velut animalia inſeruiũt.
Ad ea verò quæ rationabilibus procuran
tur, pauci de minus inſtructis accedunt.
Nam ad illa quæ myſtica ſunt & ſecreta,&
ſolis ſacerdotibus patent,non ſolùm nullus
animalis homo accedit,ſed nec ipſi qui ha
bent aliquid exercitij & eruditionis: non
dum tamen meritis & vita ad ſacerdotalem
1. Cor. 2. d. gratiam aſcenderunt. Nec ſolùm per ſpecu
lum ea & in ænigmate vident,ſed etiã oper
†acceſſerit ta & velata ſuſcipiunt,& humeris portant,
ad vt ea magis actu q̃ ſcientiæ reuelatione co
1. Cor. 13. d. gnoſcant. Tales ergo nos exhibeamus, qui
digni efficiamur ordine ſacerdotij,ne velut
irrationabilibus onera grauiora imponan
B tur,ſed tanquã rationabiles & ſancti ſacer
dotalibus officijs deputemur. Gens enim
1. Petr. 2. b. ſancta & regale ſacerdotium ſumus tantũ,
vt acceptam gratiam vitę meritis ęquantes
digni habeamur ſancto miniſterio,vt cùm
deceſſerimus de hac vita,mereamur aſſumi
inter ſacerdotes dei,& miniſtrantes arcę te
ſtamenti,in arcanis ſcilicet miniſterijs,reue
2. Cor. 3. d. lata facie gloriam dei ſpeculemur,& ingre
diamur terram ſanctam,cuius hæreditatem
pręſtabit nobis dominus noſter Ieſus Chri
ſtus. b ℂ Nolite perdere. Orige
nes. Nolite exterminare plebem Caath &c.
Intellige prius collocationem tabernaculi
& ſanctaſanctorum, quæ interiecto à
ſanctis velamine dirimuntur, quæ vi
dere non licet niſi ſolis ſacerdotibus. Poſt
ea verò quomodo mouentibus caſtra
filijs Iſrael ſoluitur tabernaculum,& Aaron
& filij eius ſacerdotes,intra ſanctaſancto
rum operiunt ſingula operimentis ſuis,
& operta ibidem relinquentes, introdu
cunt filios Caath huic officio deputatos,
& faciunt eos eleuare humeris ſuis quæ
operuit manus ſacerdotalis: Ideo dicitur à
domino: Ne exterminetis de tribu ſua
plebem Caath: quaſi in eo exterminandi
eſſent, ſi ſanctaſanctorum nuda & pa
tentia contigiſſent,quæ nec intueri fas erat.
Si quis dignus eſt ex his qui deo mini
ſtrant,& diuina capere & videre myſteria,
quæ videre cæteri non valent: hic Aaron
& filij eius intelliguntur eſſe qui ingredi poſ
ſunt ad ea quæ alijs adire fas non eſt. Huic
ſoli reuelata patet arca teſtamẽti,& vrna ha
bens manna. Hic conſiderat propitia
† Hoc eſt torium, Cherubin, menſam ſanctam,
opus candelabrum luminis, & altare in
cenſi, qui ſcilicet verbo dei & ſapientiæ
myſterij s

myſterijs operã dat,& deo ſoli in ſanctis vacat. Sciat ſanè non ſibi eſ C
ſe licitũ operire ea quibus nō licet,ſed opera cæteris minus capaci
bus tradere portanda humeris. Cũ em̃ ex verbis myſticis pfecti do
ctores opera iniungũt populis,& plebs implet quæ mãdantur,ſed
non intelligit ratione,operta ſanctaſanctorum ſuper humeros por
tantur. Moyſes intelligebat,quæ eſſet vera circunciſio, quòd verũ
paſcha,quæ verę neomeniæ,& vera ſabbatha: & tamen ea per rerũ
corporaliũ ſpecies adumbrabat. Et cũ ſci
ret verum paſcha immolandũ eſſe Chriſtũ, 1. Cor. 5. c.
ouem corporalem immolari mandabat in
paſcha. Et de farinę azymis diem feſtum agi
cùm ſciret diẽ feſtum agendũ eſſe in azymis
ſynceritatis & veritatis. Hæc & huiuſmodi
erant ſanctaſanctorum,quæ cùm Moyſes
portanda cæteris traderet.i.rebus & operi
bus implenda,velata tñ communi ſermone
tradebat. Humeri autem opera ſignificant.
c ℂ Alij nulla &c. In eccleſiaſticis quoq;
obſeruationibus ſunt quæ omnibus facere
neceſſe eſt,non tamen ratio omnibus pa
tet. Quòd enim genua flectimus orantes,&
ex omnibus cæli plagis ad ſolam orientis
plagam vel partem conuerſi oramus; non
facilè patet cuiquam. Euchariſtiæ quoque Tropolo.
percipiendę

a motione caſtrorum, tunc intra
bunt filij Caath,ut portent inuo
luta,& non tangant uaſa ſanctua
rij ne moriantur. Iſta ſunt onera
filiorum Caath in tabernaculo
fœderis,ſuper quos erit Eleazar a
filius Aaron ſacerdotis: ad cu
ius pertinet curam oleum ad con b
cinnandas lucernas,& compo c
ſitionis incenſum,& ſacrificium d
quod ſemper offertur,& oleum
unctionis, & quicquid ad cul
tum tabernaculi pertinet,omni
úmque uaſorum quæ in ſanctua
rio ſunt. Locutúſque eſt domi
nus ad Moyſen & Aaron, di
b cens: Nolite perdere populum
Caath de medio Leuitarum: ſed
hoc facite eis, ut uiuant & non
moriantur, ſi † tetigerint ſancta
ſanctorum. Aaron & filij eius
intrabunt,ipſiq; diſponent ope
ra ſingulorum,& diuident quid
c portare quis debeat. † Alij nul e
la curioſitate uideant quæ ſunt
in ſanctuario prius quàm inuol
uantur,alioquin morientur. Lo f g
cutúſque eſt dominus ad Moy
ſen dicens: Tolle ſummam e
tiam filiorum Gerſon per do
mos ac familias & cognationes
ℂ Lxx. a viceſimoquinto anno & ſupra.
ſuas à triginta annis & ſuprà,
uſque ad annos quinquaginta.
Numera omnes qui ingrediun
tur & miniſtrant in tabernaculo
fœderis. Hoc eſt officium fa h
miliæ Gerſonitarum, ut por i
tent cortinas tabernaculi & te k
ctum fœderis, operimentum a l
liud, & ſuper omnia uelamen
ianthinum,tentoriúmque quod
pendet in introitu tabernaculi
fœderis, cortinas atrij & uelum m
in introitu, quod eſt ante taber
naculum. Omnia quæ ad altare
pertinẽt,funiculos & uaſa mini n
ſterij,iubente Aaron & filijs eius,
portabunt filij Gerſon,& ſcient
ſinguli cui debeant oneri manci
pari. † Hic eſt cultus familiæ
Gerſonitarũ in tabernaculo fœ

*Nicolaus de Lyra.*

officium Caathitarũ,quod erat portare
illa quæ erant inuoluta per ſacerdotes.
a ℂ Super quos. Dictũ eſt ca. præceden
ti,quòd erat ſuper omnes Leuitas. Dicendũ
q; erat ſuper Caathitas immediatè,ſed ſup
Gerſonitas & Meraritas erat mediatè.
b ℂ Ad cuius pertinet. Dicit Ra. Sa. q;
portabat illud in manu dextera. c ℂ Et
compoſitionis. in ſiniſtra. d ℂ Et ſacri
ficium quod &c.i. omni die de quo di
ctum fuit Exodi. xxix. portabat in brachio D
quantum requirebatur pro ipſa die ad offe † Alij non
rendum in hora quietis caſtrorum. Sequit; ingredient̃
e ℂ Alij nulla curioſitate videant vt videant
quæ ſunt in ſanctuario priuſquam. qñ operiẽt
Et ideo erat eis inhibitum ne intrarẽt taber ſanctuariũ
naculum,donec omnia eſſent inuoluta,nec
operimenta aliquo modo retraherẽt ad vi
dendum ea quę eſſent interius. f ℂ Alio
quin morientur; ſicut. j. Regum. vj. Be
thſamitæ mortui fuerunt,eò quòd viderũt
arcam domini nudam. g ℂ Locutuſq;
eſt dominus. Hîc deſcribuntur onera
Gerſonitarum,cùm dicitur; Tolle ſummam
etiam filiorum Gerſon. Sequitur: i ℂ Vt
portent cortinas tabernaculi: quæ
ſunt de quatuor coloribus. k ℂ Et
tectum fœderis. Id eſt operimentum de
ſagis. l ℂ Operimentum aliud: ſci
licet de pellibus. Iſta autẽ expoſita ſunt Exo
di. xxvj. m ℂ Et velum in introi
tu quod eſt ante tabernaculum &c.
In Hebræo habetur ſic: Velum oſtij atrij
quod eſt ante tabernaculum & altare p cir
cumitũ. Et hęc videtur verior litera, vt di
ctum eſt capitulo præcedenti. n ℂ Fu
niculos & vaſa miniſterij. In Hebræo
habetur: Funiculos & vaſa miniſterij ſui.
Et accipitur hîc vaſa, id eſt inſtrumenta, Vaſa
ſecundum modum loquendi Hebraicum.
Vnde & .j. Reg. xx. g. vbi dicitur de Ionatha
q; tradidit puero arma ſua. In Hebræo ha
betur vaſa ſua. Vaſa enim quibus mi
niſtrabatur

* h ℂ Hoc eſt officium. Per quos cleri Moraliter
ci ſignificantur, vt ſuprà dictum eſt. Ipſi
portabant cortinas & vela tabernaculi
operimenta & funes; per quę tria ſignifican
tur quæ debent

E percipiendę, vel eo ritu quo geritur explicandę, vel eorum quæ geruntur in baptiſmo verborũ, geſtorũ, ordinũ, interrogationũ, & reſponſionũ, quis facilè expliceт rationem? Hęc tamen (licet velata) humeris portamus, cùm ita implemus vt à magno pontifice & filijs eius tradita & commendata ſuſcipimus, niſi quis ſit inter nos Aaron, aut filius Aaron, quibus conceditur hęc nuda perſpicere: ita tamẽ vt ſciant ſibi velanda eſſe, niſi cæteris dari, & in opus proferri ratio popoſcerit. a ¶ A triginta. Tricenarius qui denario ter multiplicato componitur, integritatem fidei & perfectionẽ operis ſignificat, ſine quibus nemo accedere debet ad diuina miniſteria. Ioſeph tricenarius AEgypti ſuſcepit gubernacula: & Dauid regnum, quod ſeptuaginta .i. perpetua qete dignus compleuit. Et Ezechiel prophetię dona promeruit. Et quia per fidem aduerſa debent longanimiter ferri, & pręmia ſublimiter ſperari, arcæ vel templi altitudo, & tabernaculi longitudo .xxx. cubitis menſurantur. b ¶ Quinquaginta &c. In hoc quoque libro de hoſtium ſpolijs quidam offerunt in dona dei quinquageſimam portionem, qui nõ proceſſerunt ad bellum. Quidam verò quingẽteſimàm. In Geneſi quocꝫ vbi de tractabat de indulgentia Sodomorum, ſi fortè poſſent ad veniam peruenire, huiuſmodi myſteriorũ conſcius Abraham, à quinquageſimo numero cœpit pro indulgentia domino ſupplicare dicens: Si inuenti fuerint quinquaginta in ciuitate, non ſaluabis propter quinquaginta ciuitatem &c. Oportet ergo operari Leuitas in ſanctis vſcꝫ ad quinquaginta annos.
F Inferiores quidem opera, meliores verò opera operum. Horum autem ſuperiores ſpiritalibus officijs deſeruire, & introire in ſanctaſanctorum, & ibi operire quę operienda ſunt, & tradere filijs Caath portanda humeris, & manibus vehenda.
c ¶ Omnes qui ingrediuntur &c. Orig. Dicitur de Leuitis quod operentur à .xxv. anno & ſuprà, vſcꝫ ad quinquageſimum annum. Omnis, inquit, qui procedit ad opus operum, & ad opera quę portantur tabernaculi teſtimonij &c.
Nota diſtinctionem ſermonum, vbi de operibus filiorum Iſrael loquitur. Non dixit opera operum, ſed ſola opera: vbi verò de officijs Leuitarũ, dixit opera operum. Sicut enim ſunt ſancta & ſanctaſanctorum, ſic ſunt opera & opera operum. Vnde mihi videtur, quòd Moyſes vbi ſenſit eſſe quædam opera viſibilia quibus ineſſet myſtica intelligentia, hæc non ſolum opera, ſed opera operum dixit. Quæ verò communia & præſentis temporis intellexit, hæc tantùm opera nominauit. Sunt ergo opera operum: ſicut in præſenti lectione vel in Exodo, & in cæteris locis ſub occultis præcipitur myſterijs, & partim in pſenti, & partim in futuro explendis quæ non cuilibet, ſed ſolis Leuitis tradenda mandant, ſcilicet à .xxv. anno vſcꝫ ad quinquageſimũ: quia in .xxv. ſenſuum quincꝫ perfectio declaratur, vt quinquies quina numerentur. Quod indicat eum vocari ad opera operum in miniſterio peragenda, qui omni ex parte multiplicatis & purificatis ſenſibus inuenitur perfectus. d ¶ Ad annum quinquageſimum. Quinquageſimus autem annus remiſſionem & indulgentiam ſignificat. Nam

† vt faciant opus tabernaculi

Gene. 41. f.

Reg. 5. a.

Ezechi. 1. a.

3. Reg. 6. a.

Gene. 18. c.

Opera operum

Quinquageſimus annus.

deris. Erũtcꝫ ſub manu Ithamar filij Aarõ ſacerdotis. Filios quocꝫ Merari ꝑ familias & domos patrũ ſuorũ recẽſebis à trigĩta annis & ſuprà, vſcꝫ ad annos qnquaginta, oẽs qui ingrediunt ad officiũ miniſterij ſui † & cultũ fœderis teſtimonij. Hæc ſunt onera eorũ. Portabũt tabulas tabernaculi & uectes eius, columnas ac baſes earum, columnas quoque atrij per circumitum cũ baſibus & paxillis & funibus ſuis. Omnia uaſa & ſupellectilem ad numerum accipient: ſicꝫ portabunt. Hoc eſt officium familiæ Meraritarum, & miniſterium in tabernaculo fœderis, eruntcꝫ ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. Recenſuerunt igitur Moyſes & Aaron & principes ſynagogæ filios Caath per cognationes & domos patrum ſuorum, à triginta annis & ſuprà, vſcꝫ ad annũ quinquageſimum, omnes qui ingrediuntur ad miniſterium tabernaculi fœderis, & inuenti ſunt duo milia ſeptingenti quinquaginta. Hic eſt nũerus populi Caath † qui intrat tabernaculũ fœderis. Hos numerauit Moyſes & Aaron iuxta ſermonẽ domini ꝑ manũ Moyſi. Numerati ſunt & filij Gerſon ꝑ cognatiões & domos patrũ ſuorũ à triginta annis & ſuprà, vſcꝫ ad annũ quinquageſimũ, oẽs q ingrediũtur, ut miniſtrẽt in tabernaculo fœderis, & inuẽti ſũt duo milia ſexcẽti trigĩta. Hic eſt popul⁹ Gerſonitarũ, quos nũerauerũt Moyſes & Aarõ iuxta uerbũ dñi: Nũerati ſunt & filij Merari ꝑ cognatiões & domos patrũ ſuorũ, à triginta annis & ſuprà vſcꝫ ad annũ qnquageſimũ, oẽs q ingrediũtur ad explẽdos ritus tabernaculi fœderis, & inuenti ſunt tria milia ducenti. Hic eſt numerus filiorũ Merari quos recẽſuerũt Moyſes & Aarõ iuxta pręceptum dñi per manũ Moyſi. Oẽs qui recẽſiti ſunt de Leuitis, & quos * fecit ad nomẽ Moyſes & Aaron & principes Iſraël ꝑ cognatiões & domos patrũ ſuorũ à triginta annis & ſuprà vſcꝫ ad annũ qnquageſimũ ingrediẽtes ad miniſteriũ tabernaculi, & onera portãda, fuerũt ſimul octo milia quingẽti octoginta. Iuxta uerbum domini recenſuit eos Moyſes unũquẽcꝫ iuxta officiũ ſuum, & onera ſua, ſicut pręceperat ei dominus.

Al's imperium.

Nã qnquageſimus annus eſt qui iubilęus apud Hebręos dicitur, in quo poſſeſſionum ſeruitutis & debiti fit remiſſio. Et quinquageſimus dies poſt paſcha feſtus traditur in lege. Et dominus in euangelio inducens debitores cùm parabolam remiſſionis & indulgentiæ doceret, vnum in quinquaginta, & alium in quingentis denarijs fuiſſe dicit obnoxios. Quinquaginta autem & quingenti cognatus eſt numerus. Decades enim quinquaginta faciunt qngentos. ¶ Aliter quocꝫ hic numerus ſacratus eſt. Septem enim ſeptimanis ſi addat vnius numeri perfectio quinquaginta faciũt dies. Septuaginta quocꝫ ſeptimanis, ſi addat vnius decadæ cõſummatio fiunt quingenti.

G

Leui. 25. b.

Leuitic. 25.

Luc. 7. f.

## *Nicolaus de Lyra.*

miniſtrabatur in altari incenſi, & in altari holocauſtorum, portabant Caathitæ, vt prædictum eſt: Sed Gerſonitę portabant inſtrumenta quæ pertinebant ad officia ſua, ſicut martellos & cauillas, quibus funes cortinarum & aliorum operimentorum tabernaculi figebantur, & ſimilia.
a ¶ Eruntcꝫ ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. Immediatè, ſed ſub Eleazar mediatè. b ¶ Filios quocꝫ Merari. Hîc deſcribũtur onera Meraritarũ. vnde ſubditur: c ¶ Portabunt tabulas tabernaculi. Hęc expoſita ſunt Exo. xxvj. d ¶ Colũnas quocꝫ atrij. Hæc expoſita ſunt Exo. xxvij. f ¶ Recẽſuerunt. Hîc colligitur numerus Leuitarũ, & primò per partes ſecundum tres familias prædictas. ſ. Caathitarum, Gerſonitarum, & Meraritarum. ſecundò iſtas partes aggregando, ibi: Omnes qui recenſiti ſunt de Leuitis &c. & patet litera vſcꝫ ad finẽ ca. vbi dicitur: g ¶ Vnũquencꝫ. Quia aliqui fuerũt cantores, & aliqui melodiam facientes in cymbalis, & alijs inſtrumẽtis muſicis, de quibus non fecerat mentionem.
* tur, quę debent in clericis eſſe. Primum eſt ornamẽtum ſpirituale quatuor virtutum cardinalium, quod ſignificatur per cortinas & vela, quæ texebantur ex quatuor coloribus. Secundum eſt charitatis cõnexio, quę ſignificatur per funes. Tertium, eſt exterior honeſtatis conuerſatio, quæ per operimenta tabernaculi ſignificatur. e ¶ Hoc eſt officium familiæ Meraritarum. Per quos ſignificantur religioſi: ipſi enim portabãt dura, ſcilicet tabulas, vectes, columnas, & baſes. Tabulę verò ſimul coniunctæ per vectes & baſes, faciebant parietes tabernaculi, ſicut habetur Exodi. xxvj. per quod datur intelligi, quòd religioſi docendo populum, verbo & exemplo, & pro bono ſtatu populi deprecando, dati ſunt à deo quaſi murus defenſionis poſt prælatos eccleſiæ populo Chriſtiano, propter quod de malis religioſis dicitur Ezech. xiij. a. Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael &c. Per columnas verò ſignificatur, quòd ipſi ſunt vocati in partem ſollicitudinis ad ſupportandum onus eccleſię, & hoc ex fraterna charitate: prælatis autem hoc conuenit ex officij autoritate. Per hoc autem, ꝙ onera Leuitarum diſponebantur per filios Aaron miniſtros vt

† operãtur in tabernaculo

H

Moraliter Tria in clericis

Religioſi quid facere debeant.

* recenſeri

A ✻ tos, vt habetur Exo.xxviij. ſub patre ſuo, datur intelligi ꝙ omnia Moraliter eccleſiæ officia per ſũmum põtificem & prælatos eccleſię ſunt diſponenda. Itẽ ꝑ hoc ꝙ omnia prędicta portabãtur velata, ſignificatur quòd opa bona ſacerdotũ, clericorũ, & religioſorũ agenda nõ ſunt ad oſtẽtationẽ ſuã, ſed ad dei laudẽ & ꝓximi ædificationẽ, ita ꝙ opa ſint in aperto, tamẽ hæc intentio maneat in ſecreto cordis. ℭ Grego. Homel. xxxvj. Sic autem ſit opus in publico, quatenus intentio maneat ĩ occulto, vt de bono opere ꝓximis prębeamus exemplum, & tamẽ in intentione qua ſoli deo placere quærimus, optemus ſecretum.

Cap. V.

Locutusq; eſt dominꝰ ad Moyſen dicens: Pręcipe filijs Iſraël
a ❡ Eccleſiæ ne vitam polluant innocentium.
ut eijciãt de caſtris
a ❡ Hæreticum.
omnem leprõſum, & qui
a ❡ Superfluis cogitationibus abundat.
❡ Qui. ſ. luxu carnalium deſideriorum æſtuat.
b ❡ Opere.
ſeminẽ fluit, pollutusq; eſt ſuper
a ❡ Qui. ſ. mortuorum in peccatis impietatem & exempla ſequitur, & eorum ſordibus inquinatur.
mõrtuo, tam maſculum quàm
a ❡ Eccleſiæ.
fœminam eijcite de caſtris ne
a ❡ Contagione morum.
contaminent ea, †cùm habitaue-
a ❡ Nocentes cum innocentibus.
rint uobiſcum. Fecerúntque ita filij Iſraël, & eiecerunt eos extra caſtra, ſicut locutus eſt dominus Moyſi. Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad filios Iſrael: Vir ſiue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis quę ſolent hominibus accidere, &, per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum domini atq; deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum, & †reddent ipſum caput,
a ❡ Id eſt eo ſenſu corporis, quo malum intulimus, bona reddere ſtudeamus.
quintámque partem déſuper ei in quem peccauerint. Sinautem

*GLO. ORDI.*

Cap. V.

Allego. Locutuſque eſt dominus. a ℭ Omnem leproſum. Allego. Leproſi ſunt hæretici varijs errorum maculis polluti, non habentes vniformem colorem doctrinæ vel fidei: nec abſcõdunt imperitiam, ſed oſtẽdunt. Nulla verò falſa doctrina eſt, quæ non aliqua vera aliquando admiſceat. Vera ergo falſis permiſta in aliqua diſputatione vel narratione cuiuſlibet, tanquam in vnius corporis colore apparentia, ſignificant lepram tanquam veris falſiſqué colorum locis humana corpora variantem.

Myſticè. b ℭ Vir ſiue mulier. Ra. Myſticè. Hoc capitulo admonemur, vt ſi quid ꝑ negligẽtiam delinquimus, per confeſſionem & pœnitentiam diluamus & damnum reſtituamus. Si autem proximo damnũ intulimus, coram illo pœniteamus, & damnum reſtituamus. Si verò non ſupereſt confitendo, pœnitendo, & eleemoſynas largiendo, domino ſatiſfaciamus.

Literaliter ℭ Aug. Alia litera. Vir ſiue mulier quicunq; fecerit ab omnibus peccatis humanis, & deſpiciens deſpexerit & delinquerit, anima illa annunciabit peccatum ſuum quod peccauit, & reſtituet delictum: caput & quintas eius adiiciet ſuper illud, & reddet ei cui deliquit. (– per negligentiam) (B) Si autem non fuerit homini proximus, ita vt reddat illi delictũ ad ipſum: delictũ quod reddit dño ſacerdotis erit, excepto ariete propitiationis, per quẽ exorabit in illo pro eo. Hîc ea peccata intelligenda ſunt, quorũ in his rebꝰ perpetratio eſt, quæ pecunia reſtitui poſſunt. Non enim aliter diceret quomodo reſtituenda ſunt, niſi dãni pecuniaris fuiſſent. Iubet em̃ reſtitui caput & quintas. i. totũ illud quicquid eſt, & quintã eius partẽ excepto ariete, qui fuerat offerendus in ſacrificiũ, ad expiandũ delictum. Iubet autem quod reſtituitur ſacerdotis eſſe, id eſt ipſum caput & quintã, ſi nõ eſt ꝓximus ei, in quẽ cõmiſſum eſt. Vbi intelligit tunc dño reddendũ ꝙ ſit ſacerdotis, ſi nõ ſupereſt qui damnum paſſus eſt, nec proximus ei. i. hæres. Sed de ipſo homine nihil dixit. Sed cũ dicit: Si non furtiuè proximus, breuiter inſinuat tunc quæri ꝓximũ eius, ſi ipſe nõ fuerit. Si autem nec ꝓximus erit, dño reſtituetur, ne impunitum remaneat admiſſum. Quòd tamẽ nõ cadat in ſacrificiũ, ſed ſit ſacerdotis: Sic ſanæ verba ſcripturæ diſtinguẽda ſunt. Si autẽ non fuerit homini proximus, ita vt reddat illi delictum ad ipſum. Locutionis enim eſt qđ addidit, ad ipſum. Aut fortè ad ipſum, dixit, quòd ad ipſum pertineat. i. ipſe poſſideat. Deinde ſequit: Delictũ qđ reddit dño, ſacerdotis erit. Delictũ autẽ dicit, cùm reddit ea res, quę per delictũ ablata eſt.

(† conuerteret peccatũ ſuũ ĩ caput illiꝰ. i. reuerti faciet rẽ ĩ ſuũ locũ, ad poſſeſſorẽ ſuũ & ad eũ in quẽ peccauerat. lxx. & reſtituet peccatũ ſuũ ipſam ſummã. Alij ſic expiabunt peccatũ ſuũ cũ ſumma vel ſorte eiꝰ)

Queſtio. Exo. 22. a. c ℭ Reddent ipſum. Augu. Quæritur quomodo in Exodo legit. Si quis furatus fuerit vitulũ aut ouem, reſtituere debere quinq; vitulos vel quatuor oues, ſi occiderit vel vendiderit. Si autem quod abſtulerit ſaluum apud eum reperitur, duplum eſſe reſtituendũ: cùm hîc reſtitui iubeat caput & quintam. Quod longè eſt etiam à duplo: quantò magis à quadruplo, vel quinquies tantò. Niſi fortè quia hîc ait: Vir aut mulier quicunq; fecerit ab omnibus peccatis humanis, peccata ignorantiæ voluit intelligi peccata humana. Fieri enim poteſt, vt per negligentiam traijciat homo rem alienam in rem ſuã: quod ideo peccatũ eſt, quia ſi diligenter attenderet, nõ admitteretur. Et hæc voluit capite & quinta reſtitui, nõ ſicut furta mulctari. Nã ſi furta & fraudes hîc intellexerimus, quę nõ ꝑ ignorantiã, ſed furãdi vel fraudãdi animo cõmittunt. & iõ dicta humana q̃ in hoĩes fiũt, tũc ille (ni fallor) erit exitus q̃ſtionis huiꝰ, vt ideo q fe

cit non reddat

cit nõ reddat vel duplum, quia nõ reprehẽditur vel conuincitur: ſed ignorãtibus à quo factũ ſit, vel vtrũ factum ſit ipſe annũtiet delictũ ſuũ. Cùm em̃ dixiſſet ſcriptura: Vir aut mulier q̃cunq; fecerit ab oĩbus peccatis humanis, & deſpiciẽs deſpexerit & deliq̃rit. i. cõtẽnendo cõmiſerit, iſta adiũxit: anima illa annũtiabit peccatum quod peccauit, & reſtituet delictũ, caput & quintas eius. Fortè ergo tantùm, quia annuntiauit: & ideo nõ eo damno plectẽdus fuit, quo furẽ cõphenſum vel cõuictũ plecti oporteret. C

☞ Excepto ariete

*NICO. DE LY.*

Cap. V.

Locutusq; eſt dominus. Deſcripta diſpoſitione populi, hîc conſequenter deſcribitur remotio impedimenti. impeditur autem per corruptionem immunditię corporalis, iniuſtitiæ & ſuſpicionis. Et ideo primò tollitur corporalis immunditia, ſecundò corrigitur iniuſtitia, ibi: Locutusq; eſt dominus. tertiò examinatur diffidentia, ibi: Locutusq; eſt. Circa primũ tangit triplex immunditia de caſtris tollenda. ſ. leproſorũ, ſeminifluorũ, & ſuper mortuos pollutorũ, cùm dicitur: b ℭ Præcipe filijs Iſraël. Dicit Ra. Sa. quòd licet totus exercitꝰ Iſraël diceretur caſtra generaliter, tamen in ſpeciali erant ibi tria caſtra. Prima erant tabernaculum & atrium circa ipſum, & dicebantur caſtra deitatis: tum quia ibi colebatur deus; tum quia ibi cum Moyſe loquebatur. Secùnda erant habitationes Leuitarum circa atrium, prout deſcriptæ ſunt ſuprà, iij. c. Tertia erant reliqui populi habitationes. Dicit igitur, quòd leproſi eijciebantur extra tria caſtra predicta, ne inficerent alios, quia lepra eſt morbus infectiuus aliorum. Seminiflui eijciebantur de duobus primis, quia ibi requirebatur maior munditia, ſed permittebantur habitare in caſtris populi, quia non eſt morbus infectiuus aliorum. Polluti autem ex tactu mortui eijciebantur ex primis caſtris, quia non erat eis licitum ingredi atriũ, vbi vigebat cultus diuinus, donec eſſent mundati propter dei reuerentiã: permittebantur tamen eſſe in caſtris populi & Leuitarũ. c ℭ Locutusq; eſt dominus. Hîc conſequenter remouetur impedimentum, quod eſt iniuſtitia, quæ turbat pacem communitatis, & maximè in retentione rei alienæ. Et primò agitur de retentione rei non ſacræ, cùm dicitur: d ℭ Vir ſiue mulier cum. Illa quæ cõmunius accidunt ſunt circa defraudationem aliorum. e ℭ Et per negligentiam tranſgreſſi fuerint. negligendo cuſtodire mandata dei. f ℭ Confitebuntur peccatum ſuũ. non violentia teſtium: quia tunc tenerentur reddere duplum, vt habetur Exo. xxij. Sed lex iſta loquitur in caſu in quo aliquis pœnitentia ductus vult facere ſatiſfactionem proximo. g ℭ Reddent ipſum caput. id eſt ipſum debitũ. h ℭ Quintamq; partem deſuper ei in quem pecca. id eſt proximo quem defraudauerint. & iſta pars quinta ſuperaddit propter dãnum quod habuit ex rei ſuæ detẽtione, & vt homines eſſent minus proni ad retẽtionẽ rei alienę. i ℭ Sinautem. i. debeat recipere, ſicut eſt in reſtitutiõe rei vacãtis.

(Diuiſio) (Caſtra Iſra.) († inꝰ quorũ medio ego habito) (D)

☞ Dabunt domino

Moraliter. a ℭ Locutusq; eſt dominus ad Moyſen dicẽs: Pręcipe. Per leproſum intelligit hęreticus. per hominẽ qui ſemine fluit doctor verboſus: qui ad ſui iactantiam dicere ſtudet extranea. per hoc quòd diffluit ad falſa & periculoſa. per pollutũ ſuper mortuo ſignificatur diſcipulus doctrinã doctoris ſequẽs & approbans: & iſti eijciendi ſunt de caſtris ſcilicet de ſcholis & fidelium collegijs: ne ſua peruerſa doctrina alios inficiant & corrumpant. d ℭ Vir ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis &c. In quibus damnificatur proximus furto, fraude, vel dolo. f ℭ Confitebuntur peccatum, ſatiſfaciẽdo deo per pœnitẽtiam & proximo. Ideo ſubditur: g ℭ Et reddent ipſum. i. illud quod eſt ablatum. h ℭ Quintamq; partem. i. damnum quod ſuſtinuit de abſentia rei ſuæ. i ℭ Sinautem. tunc eſt vaga reſtitutio, & debet reddi domini. i. in pijs operibus expendendo ſecundum diſpoſitionẽ prælati vel confeſſoris diſcreti ſecundum aliquos, qui tenẽt in hoc locũ dei. Moraliter

E

Ioh.15.a.

Myſticè.

Pſal.109.a.

1.Cor.4.a.

† redimens vt reſtituat delictum ei, delictum reſtituitur

Allego.

† quo ipſe cōciliat, vel expiatur

† oblatiões

a ℂExcepto ariete. Arietis oblatio Chriſti paſſionem ſignificat, in qua maximè confidimus: quia ſine eo nihil poſſumus. Ipſe eſt ſacerdos, qui nos patri per oblationem carnis ſuæ reconciliat. Ideo illi munera noſtra offerimus, quo intercedente veniam mereamur. b ℂAd ſacerdotem. Chriſtum ſcilicet, cui dicitur: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Eius, ſcilicet iudicio cūcta reſeruās, ne fortè iudicet rem incertam. vnde: Nolite ante tempus iudicare quoadusq; veniat dominus &c. c ℂFarinæ hor. Ra. Farina hordeacea ſcientiam veteris legis ſignificat, quę bene hordeo comparat̄. Quia ſicut hordeum magno labore à paleis purgatum ad farinam perducitur, ita litera legis contrita mola diſcretionis farinam ſenſus ſpiritalis emittit. Et rectè decima pars ſati offertur, quia lex decem pręceptis cōſtat, cuius decima pars quodlibet mādatum eſt, contra quod praua vxor egiſſe dicit̄. Offertur ergo mulier ſacerdoti cum oblatione decimæ partis: cùm Chriſti iudicio ſecūdum legem diuinitus datam damnanda aut liberanda reſeruatur. d ℂNon fundet. Ra. &c. Non decet oleo adulationis vel indiſcretæ miſericordiæ, nec thure ſuperfluę laudis, vel inordinatæ orationis impœnitentes liniri, ſed zelo iuſtitiæ ſecundum præceptum domini vitium inſtanter & ordinatè perſequi. e ℂAquam ſanctam. Huic aquæ miſcet ſacerdos pauxillum terræ de pauimento tabernaculi, cum Chriſti decreto, commemoratio patriarcharum, prophetarum, & apoſtolorum intromiſſa reperitur. ☞ Scribetq; ſacer-

non fuerit †qui recipiat, dabunt[a] domino, & erit ſacerdotis, excepto ariete[b] qui offertur pro expiatione, †ut ſit placabilis hoſtia. Omnes quoq; †primitiæ, quas offerunt filij Iſraël, ad ſacerdotem[b] pertinent, & quicquid in ſanctuarium offertur à ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit. Locutus eſt dominus ad Moyſen dicens: Loquere ad filios Iſraël, & dices ad eos. †Vir cuius uxor[a] errauerit, maritumq; contemnens, dormierit cum altero uiro*, & hoc maritus deprehendere nō quiuerit, ſed latet adulterium[a], & teſtibus argui[b] non poteſt: quia non eſt inuenta in ſtupro: ſi ſpiritus zelotypiæ[b] concitauerit uirum[a] contra uxorem ſuam, quæ uel polluta eſt, uel falſa ſuſpicione appetitur, adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem ſati farinæ hordeaceæ: Non fundet ſuper eam oleum[a] nec imponet thus, quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio †inueſtigans adulterium. Offeret[a] igitur eam ſacerdos & ſtatuet coram domino, aſſumetq; aquam[a] ſanctam in uaſe fictili, & pauxillum †terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cūq; ſteterit mulier in conſpectu domini, diſcooperiet caput †eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificiū recordationis, & oblationem zelotypiæ. Ipſe autem*tenebit aquas[a] amariſſimas,

a ℂPatri. b ℂHumani generis. a ℂBonæ voluntatis verborum & operum. a ℂveræ Iſraëlitæ qui mente deum aſpiciunt. b ℂQui ſeipſum pro nobis obtulit ſponte. ℂNon alij alium. ℂEccleſia. ℂPatri. a ℂChriſti quia ad eius dignitatem & gratiam pertinet quicquid in eccleſia offertur. ℂDoctor. a ℂSubditus qui magiſtro in omnibus obedire debuit, ſicut vxor viro ſuo. ℂHæreticis ſcilicet ſe commiſcens. a ℂFornicatio fidei. b ℂIudiciario ſcilicet ordine conuinci. a ℂA vero magiſtro. a ℂAperto ſcilicet actu hæreſis. b ℂZelus ſcilicet iuſtitiæ & quis perditæ. a ℂLegitimum magiſtrum. ℂHæreſi. a ℂAdulationis vel indiſcretæ miſericordiæ. ℂQuia diuino iudicio iudicanda ſeruatur. a ℂDiuinam ſapientiam comprehenſam ſcilicet in vili litera legis. a ℂPeccati vindictam oſtendentes.

## *Nicolaus de Lyra.*

* coitu ſeminis

F ☙ a ℂDabunt domino & erit ſacerdotis. conuertendo in vtilitatē ſuam, quia de reſtitutione vaga debet miniſter dei & pauper ſuſtentari. b ℂExcepto ariete, q offertur pro expiatione, peccati ipſius defraudantis. Non ſolùm enim peccauerat cōtra proximū ipſum defraudando, ſed etiā contra deum mandatum ipſius trāſgrediēdo, & ideo ſicut per reſtitutionem fiebat ſatiſfactio homini, ita per oblationem arietis ſacrificium ipſi deo: de qua oblatione habetur Leuit. v. Secundò agitur de reſtitutione rei ſacræ, quia primitiæ & decimæ quodammodo inter res ſacras computantur, quia determinantur per legem deberi dei miniſtris, cùm dicitur: c ℂOmnes quoq; primitiæ, quas offerunt filij Iſraël. id eſt offerre tenentur, vt habetur Exo. xxiij. d ℂAd ſacerdotem pertinent. Dixerat enim in Exo. quòd debebant offerri in domum domini, & nō determinauerat ſcriptura cuius eſſent; ideo hîc expreſſit quòd ſunt ſacerdotis. vnde ſi aliquid fuerit retētū de ejs, debet ei reſtitui. Sequit̄: e ℂEt quicquid in ſanctuario offertur a ſingulis &c. Hoc nō poteſt intelligi de omnibus oblatis generaliter, quia aliqua totaliter incendebantur ad honorem dei, vt holocauſta: & aliqua ſecundum partem, ſicut hoſtię pro peccato: cuius pars non incenſa remanebat ſacerdoti, & hoſtia pacifica, cuius vna pars incendebatur, & aliam comedebat offerens, & alia remanebat ſacerdoti. & ideo dicendum quòd intelligitur de primitijs, quæ debebant dari ſacerdotibus ex determinatione legis, vt habetur Deute. xviij. & ideo ſi aliquid erat detentum, debebat ei reſtitui. Vnde in Hebræo habetur. Quæ vir ſanctificauit, eius erunt: id eſt ſacerdotis, & intelliguntur ſanctificata per determinationem legis vt primitiæ, vel per votum, ſicut ſi aliquis promiſit dare aliquid miniſtris dei. f ℂEt traditur manibus. Per hoc intelligitur, q ſacerdos non poterat talia accipere & tollere violenter de domibus dominorum: ſed ſolùm accipiebat ab alijs ſibi tradita. g ℂLocutuſq; eſt. Hîc conſequēter amouetur ſuſpicio adulterij, quod turbat pacem inter virum & vxorem & per conſequens totam familiam. Et primò circa hoc ponitur caſus, ſecundò examinatio eius, ibi: Adducet eam, tertiò effectus, ibi: Quas cum biberit. ℂCirca primum dicit Ra. Sa. quòd iſtud hîc dictum de ſacrificijs zelotypię immediatè ponitur poſt illud quod dictum eſt de retentione primitiarū, ad deſignādum quòd qui in hoc defraudat ſacerdotem, meretur vt confuſibiliter appareat coram ſacerdote, adducendo vxorem ſuam pro adulterij ſuſpicione. & hoc eſt qd' dicitur: h ℂVir cuius vxor errauerit. & patet litera. i ℂAdducet eam. Hîc ponitur examinatio dictę ſuſpicionis per ſacrificium zelotypiæ, cùm dicitur. k ℂOfferet oblationem pro illa. ſcilicet examinanda. l ℂDecimam partem. Non dicit ſimilę, quia eſt farina delicatiſſima, purgatiſſima ſicut in alijs ſacrificijs, quia iſtud eſt vile. m ℂHordeaceæ. Non triticeæ, eadem ratione. Adducit enim Rab. Sa. aliā rationem, quia hordeū eſt pabulum iumenti, cui adultera aſſimilatur. n ℂNon fundet ſuper eam oleum. Quia eſt fomentum luminis, adulterium autem fit in tenebris, ſecundum illud Iob. xxiiij. c. Oculus adulteri obſeruat caliginem. o ℂNec imponet thus. Quia ſignificat devotionem, vt dictum fuit Exodi. xxi. Hoc autem ſacrificium non offertur ex deuotione, ſed ex ſuſpicione adulterij. & hoc eſt quod ſubditur: ℂQuia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigās &c. Sequit̄. p ℂEt ſtatuet coram domino. ad tentandum ſi ex terrore confiteretur adulterium, & quia pro ea offerebat ſacrificiū. q ℂAſſumetq; aquam ſanctā. Dicit Ra. Sa. quòd vocatur ſancta, eò quòd accipiebatur de labro æneo de ſpeculis mulierum deuotarum facto. Ioſephus autem dicit, quòd dicitur ſancta, eò quòd ibi diluebatur nomen domini tetragrammaton ſcriptū in ſchedula, vt habetur infrà. r ℂEt pauxillum terræ de pauimento tabernaculi &c. eò quòd iſtud ſacrificiū fiebat p vili cauſa. s ℂDiſcooperiet caput eius. ad maiorem confuſionem ipſius, & vt ex hoc ſtupefacta recognoſceret adulterium. t ℂEt ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis. eò quòd fiebat pro ſuſpicione adulterij præteriti. v ℂIpſe autem tenebit aquas amariſſimas. non formaliter, ſed effectiuè: quia effectum amaritudinis faciebant in muliere, quando erat culpabilis. ☙ In quibus

G

Diuiſio

† memorię memorātis iniquitatē. lxx. memorationis cō memorans peccatum

† mulieris

* ſacerdos

† .2.q.5.c. conſuluiſti.

H

Maraliter

* h ℂVir cuius vxor errauerit, maritumq; contemnens dormierit cum altero viro &c. Per virum, doctor intelligens ſignificatur. Per vxorem eius ſapientia de qua dicitur, Sapientiæ. viij. a. Hanc amaui à iuuentute mea, & quæſiui mihi ſponſam aſſumere. De qua debet eſſe zelotypus, & maximè cum tradit eam in ſcriptis, timēdo ne ſit ibi fornicatio per cōmiſtionē aliquā falſorū cum viris. ideo ſubdit̄: i ℂAdducet eam, id eſt ad magis peritum & pbatū doctorē, vt examinet eā. Per hoc autē quod ſubdit̄, q mulier polluta putreſcat & moriebat̄ innocēs autē nō lędebat̄, ſed faciebat liberos, ſignificatur quòd doctrina habens commiſtionem falſorum cum veris, eſt occaſio mœroris: illa verò quæ pura eſt & ſana, gaudij & fructificationis.

† pulueris

A Allegoricè †maledictas vel deficere facientes †mūda eſto ab aqua iſta amara, maledicta vel deficere faciente

a ¶ Scribetq́ ſacerdos in libello &c. Quia. ſ. pœna peccatorum in ſcriptura ſancta explanatur. Quicunq́ autem eā piè & fideliter hauſerit: ſupplicia peccatorum, quæ in ea narrantur pertimeſcens & abſtinens à peccatis, fiet ei aqua amariſſima in ſalutem. Qui autem contempſerit, inflato vētre cōputeſcret femur eius, & erit in maledictionem & in exemplum: quia iuſto dei iudicio punietur, & erunt ei in opprobrium deſideria ſua & actus. b ¶ Dabit ei bibere. vt manifeſtetur peccatum illius, vel hîc ad correctionem: vel in futuro ad damnationem. Nihil enim occultum, quod nō reueletur. Hinc dominus ait: Sermo quem locutus ſum vobis, ille vos iudicabit in nouiſſimo die.

Matt. 10. c.

Iohā. 12. g.

## *Nico. de Lyra.*

a ¶ In quibus &c. Iſta congeſtio ſecundum Ioſephum non eſt aliud quàm dilutio ſchedulæ pdictę, ex cuius effectu ſequebatur maledictio ſuper mulierem, quādo erat culpabilis. Secūdum alios eſt imprecatio ſacerdotis ſuper mulierem, q̄tûm ad mala futura ſuper eam, quæ infrà exponuntur. b ¶ Si non dormiuit. Incipit à mulieris innocentia, quam debet prælatus deſiderare, & non culpā. Sequitur: c ¶ Det te dominus. id eſt omnes videntes te tibi maledicēt propter cōmiſſum adulterium. ¶ Vel aliter: quia maledicētes alijs ponent te in exemplum dicētes, ita tibi malè accidat ſicut tali mulieri, te denotātes. dicit exēplū, eò q́ alię mulieres exēplo, illius terrebūtur & formidabunt adulterari. d ¶ Putreſcere. Primò nominatur iſta pars corporis, qua primò committitur adulterium. e ¶ Et tumens. Quia in illa parte circa vmbilicum in mulieribus viget luxuria,

B ſicut dicit beatus Grego. Homi. xxxij. quia viris luxuria in lumbis conſiſtit, fœminis in vmbilico, teſtatur dominus &c. f ¶ Et reſpondebit. ſuper ſe recipiens prædictā adiurationem. & bis dicitur Amen, ſemel pro parte innocentiæ, & ſemel pro parte culpæ. g ¶ Scribetq́ ſacerdos in libello iſta maledicta. Secundum Ioſephum non ſcribebat niſi nomen domini tetragrammaton, ex cuius virtute veniebant ſuper mulieres iſtæ maledictiones. Secundum alios verò ſcribebat iſtas maledictiones prout in textu ſunt expreſſę, tamen videtur magis credendum Ioſepho, qui talia ſacrificia videre potuit & fortè vidit.

h ¶ Et dabit ei bibe. Etiam violenter, ſi nollet accipere. i ¶ Quas cum hauſerit. Sciendum tamen, quòd iſte hauſtus ſiue potatio mulieris non fiebat ante oblationem ſacrificij, ſed pòſt, licet modo contrario ſcribatur: quia non ſemper ſcribuntur geſta eodem ordine quo facta ſunt. Et ſequitur: k ¶ Tollet ſacerdos de manu &c. Hoc fiebat ante potationem. Ideo ſequitur poſtea, & ſic potum det mulieri. l ¶ Quas cum biberit. Hîc conſequenter deſcribitur veritatis manifeſtatio per effectum ſequentem, & patet litera vſq́ ibi: m ¶ Qđ ſi polluta non fuerit erit innoxia. Quia aquæ ei non nocebunt, ſed proficient. Ideo ſubditur: n ¶ Et faciet liberos. Quia ſi fuerit ante ſterilis, fiebat fœcunda. Dicunt etiam aliqui Hebræi, quòd virtute illius aquæ concipiebat etiam abſq́ virili ſemine, & hoc erat vnum de miraculis permanentibus, ſicut dictum eſt de deſcenſu mannę. o ¶ Maritus abſq́ culpa erit.

†in quibus cum execratiōe male- a
dicta cōgeſſit, adiurabitq́ eam &
dicet: Si nō dormiuit uir alienus b
tecum, & ſi non polluta es deſer-
¶ Vel non tenebunt.
to mariti thoro, †nō te nocebunt
aque iſtę amariſſimę, in quas ma-
ledicta congeſſi. Si autem de-
clinaſti à uiro tuo, atq́ polluta
es, & cōcubuiſti cum altero uiro,
his maledictionibus ſubiacebis.
Det te dominus in maledictio- c
nes exemplumq́ cunctorum in
populo ſuo. Putreſcere faciat fe- d
mur tuum, & tumēs uterus tuus e
dirumpatur. Ingrediantur aquę
maledictę in uentrē tuum, & ute-
ro tumeſcente putreſcat femur.
Et reſpondebit mulier: Amen, f
a amen. Scribetq́ ſacerdos in libel- g
lo iſta maledicta, & delebit ea a-
b quis amariſſimis, in quas maledi-
cta congeſſit, & dabit ei bibere. h

a ¶ Hoc fit cum ſanctę trinitatis confeſſio in ſacrificio legis inuenitur, que digne in ara fidei offertur.

Quas cū exhauſerit, tòllet ſacer- i k
¶ Adulationis.
dos de manu eius ſacrificium ze-
lotypię, & eleuabit illud coram
domino, imponetq́ * ſuper alta-
re, ita duntaxat, ut prius pugillū
ſacrificij tollat de eo quod offer-
tur, & incendat ſuper altare: &
ſic potum det mulieri aquas ama
riſſimas. Quas cum biberit, ſi l
polluta eſt, & contempto uiro
adulterij rea, pertranſibunt eam
aquę maledictionis, & † inflato
a ¶ Carnalis voluptas & actus.
uentre cōputreſcet femur: Eritq́
¶ Timoris & abſtinentię.
mulier in maledictionē & in exē-
plum omni populo. Quòd ſi pol- m
luta nō fuerit, †erit innoxia & fa- n
¶ bona opera.
ciet liberos. Iſta eſt lex zelotipiæ.
Si declinauerit mulier à uiro ſuo,
& ſi polluta fuerit, maritusq́ zelo
typię ſpiritu concitatus adduxe-
rit eam in conſpectu domini, &
fecerit ei ſacerdos iuxta omnia
que ſcripta ſunt, maritus abſq́ o
culpa erit, & illa recipiet iniqui-
tatem ſuam.

## Cap. VI.

LOcutus eſt do- p
minus ad Moy
ſen dicens. Lo-
quere ad filios
Iſraël, & dices
ad eos: † Vir q
ſiue mlier, cùm fecerint uotum,

culpa erit. ſi illa langueſcat vel moriatur. C Ex hoc patet, quòd illa purgatio non erat illicita tempore veteris teſtamenti. Item quia fiebat per diuinum miraculum, vt patet ex dictis: quod tamen non fit ad approbationem illicitorum.

¶ In ca. v. vbi dicitur in poſtil. Ideo ſubditur: Et faciet liberos: quia ſi fuerat ante ſterilis, fiebat fœcunda.

## *ADDITIO.*

Non me recolo legiſſe in voluminibus Hebræorum, quòd mulier innoxia ad huiuſmodi zelotypia virtute illius aquæ conciperet abſq́ virili ſemine, nec ad hoc concedendum litera nos cogit, quæ nihil aliud dicit, niſi faciet liberos, quod ſatis propriè poteſt intelligi de muliere quæ ex virili ſemine concipit filios. Pari etiam ratione diceretur quòd ſi aliqua virgo coniugata accuſaretur, modo prędicto, & à viro & eſſet innoxia, quòd illa virgo conciperet abſq́ virili ſemine, quod ſingulariſſimum fuit in virgine glorioſa. vnde ridiculum videtur dicere, quòd deus tantum miraculum faceret in facto zelotypiæ pro tam modica re: quæ ſolùm hoc pro liberatione totius generis humani facturus erat.

## *NIC. DE LY.*

### Cap. VI.

LOcutus eſt dominus. Poſtquam deſcripta eſt ordinatio populi quantùm ad legem communem, hîc conſequenter deſcribitur ordinatio ſecundum obligationē ſpecialem, ſcilicet Nazaræorum. Et ponitur iſtud capitulū immediatè poſt illa quæ dicta ſunt de muliere adultera, quia per illam populus peioratur: ſic econtrario per Nazaræos melioratur: & quia contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Sciendum tamen, quòd votum Nazarçorum in aliquibus erat perpetuum, vt in Samſone & Samuele & ſimilibus, in quibus præceſſit figura religioſorum noui teſtamenti. In aliquibus verò erat temporale, & de iſtis hîc agitur. ¶ Circa quod primò deſcribitur actus promiſſionis. ſecundò ritus profeſſionis, ibi: Omni tempore. Tertiò ſtatus perfectionis, ibi: Iſta eſt lex cōſecrationis. Quartò modus benedictionis, ibi: Locutus eſt dominus. Circa primum dicitur: q ¶ Vir ſiue mulier &c. id eſt diuino cultui ſpecialiter applicent per deuotionē & orationē.

✱illud

D Nazarçorū votum Diuiſio

† crepabit vterus eius & cadet

-& in exēplum

†ſed mūda & innocēs erit

A vino & omni

Moraliter. p ¶ Locutus eſt dominus. In hoc capitulo agitur de Nazaræi obſeruantia & eius oblatione. Circa quod notandum, quòd Nazaræi fuerunt in duplici gradu. Nam aliqui fuerunt Nazaræi ad totum tempus vitæ ſuæ, ſicut legitur de Samuele, j. Reg. j. & de Samſone Iudic. xiij. & iſti fuerunt figura religioſorū in noua lege, quorum votum per totam obligat vitam. Alij verò fuerunt Nazaræi ad tempus determinatum. & iſti voto peracto redibant ad vitā communem aliorū, propter quod nō fuerunt figura religioſorum. de quibus dicitur Lucę. ix. g. Nemo mittens manum ad aratrum & aſpiciens retrò, aptus eſt regno dei. Sed illorum fuerunt figura qui faciunt votū de aliquo opere ſupererogationis ad tempus exercendo: vt de peregrinatione vel alio pio opere, & q̄m illo tēpore debent religioſius viuere: Ideo ſubditur:

Moraliter

†35. diſ. vinolenti.

a ❡A vino & omniquod inebriare poteſt. Iſidorus In duodecima manſione, id eſt Sinai, pręcipitur Nazarę̨is vt vinum & ſiceram, & omne quod inebriare pōt non bibāt nec comedant. In ꝓuerbijs quoq; præcipitr vt potētes & iracūdi vinū nō bibāt, ne obliuiſcantur ſapientię. In Nazarę̨is continentium vita ſignatur, his vinum prohibetur: id eſt luxuria. Et ſicera, id eſt omnis voluptas terrena. Sicera enim ex diuerſo conficitur genere, ſicut voluptas ex diuerſa vitiorum paſſione. Illi enim non bibunt vinum, ſed ſiceram bibunt, qui ad decipiendos homines vmbras quaſdam & imagines ſimulant virtutum. Vua paſſa veſcuntur, qui ad humanos oculos abſtinentiæ pallore inficiuntur, vt gloriam capiant b hominibus. Acetum bibunt, qui poſt vitæ ſanctitatem ad vetuſtatem præteritorum labuntur vitiorum, & corruptione veteris nequitiæ delectantur. b ❡Nouacula non tranſibit: id eſt nec dolum, nec malitiam in mente retinebit ne polluatur, ſcilicet cęſaries capitis id eſt cogitatio mentis. Sed innocentiam teneat vſq; ad finem vitæ. Aliter enim non erit votum acceptabile. Qui autem perſeuerauerit, ſaluus erit. c ❡Super mortuū non ingredietur: Id eſt mortuum in peccatis nō imitabitur, nec iniquitatis eius viam ingredietur, ne ꝑdat laborem ſuum. Non enim qui inchoat ſed qui conſummat, coronabit̄. d ❡Nec ſuper patris: Id eſt nullus carnali eum retrahat affectus, omnis perſona, omnis dignitas, omnis conſanguinitas Chriſti ſeruitio poſtponenda eſt. e ❡Conſecratio dei: Id eſt ſpiritusſancti gratia in corde eius diffuſa eſt. vnde: Nolite contriſtare ſpiritumſanctum: in quo ſignati eſtis omnes. f ❡Omnis dies ſeparationis: Id eſt vſque in finem perſeueret ſine contaminatione peccati atque delicti. g ❡Sin autem mortuus fuerit. Id eſt ſi mortali peccato pollutum imitari voluerit: & vſq; ad conſenſum deſcenderit, ſciat neceſſe eſt eius continentiam eſſe pollutam & caput radendum, id eſt mentem purgandam à praua cogitatione & noxia delectatione. h ❡Radet illico. Tempore ſcilicet conpunctionis; quo cognoſcit ſe deliquiſſe, ſtatim ſe emendare ſtudeat, & ſemper ſimilem ruinam timeat. i ❡Duos turtures. Turtures caſtitatem, pulli columbarū ſimplicitatem ſignificant. Qui ergo vult ad reſurrectionem bonorum peruenire, offerat vero ſacerdoti, id eſt Chriſto, caſtitatē mētis & corporis, & ſimplicitatē in fide catholica per quam in eccleſiam intrat, vt per tanti pontificis opitulatione expietur. k ❡Et deprecabitur. Vnde: Aduocatus noſter apud patrem. Vel quia faciet nos deprecari ſecundū illud: Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹.

☞ Vt dies prio

*E. Moraliter. Prou. 31.a. †Nazarę̨i. †ſeparare. †ſeparabūt ſe. Matt. 10.c. †acino vuę vſq; ad corticē vel folliculum. 2. Tim. 2.a. Eph. 4.d. F. Miſticè. Quid turtures & pulli columbarū. Iohan. 1.a. Roma. 8.c. † expiabit eum.*

† ut ſanctificentur, & ſe uoluerint domino † conſecrare, à uino & omni quod inebriare poteſt, † abſtinebunt. Acetum ex uino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de uua † exprimitur, non bibent: uuas recentes ſiccáſque non cōmedent cunctis diebus quibus ex uoto domino conſecrantur. Quicquid ex uinea eſſe poteſt, ab † uua paſſa uſque ad acinum, non comedent. † Omni tempore ſeparationis ſuæ nouacula non tranſibit ſuper caput eius uſque ad completum diem, quo domino conſecratur. Sanctus erit creſcente cęſarie capitis eius. Omni tempore conſecrationis ſuæ, ſuper mortuum non ingredietur, nec ſuper patris quidem, & matris, & fratris, ſororiſq; funere contaminabitur, quia conſecratio dei ſui ſuper caput eius eſt. Omnis dies ſeparationis ſuæ ſanctus erit domino. Sin autem mortuus fuerit, ſubitò quiſpiam † coram eo, polluetur caput conſecrationis ei⁹, quod radet illico in eadem die purgationis ſuæ, & rurſum in ſeptima. In octauo autem die offeret duos turtures, uel duos pullos columbæ ſacerdoti in introitu fœderis teſtimonij facietque ſacerdos unum pro peccato, & alterum in holocauſtum, & † deprecabitur pro eo: quia peccauit ſuper mortuo, ſanctificabitq; caput eius in die illo, & conſecrabit domino dies ſeparationis illius, offerens agnum

*Interlinear glosses:* ❡In quo eſt luxuria. ❡Mentem. ❡Qualibet voluptate terrena. ❡Relabendo in voluptatem præteriti vitii. ❡Ne palleſcant abſtinentia pro vana gloria. ❡Alias omnibus diebus. ❡Quo tempus reſurrectionis ſignificatur. ❡Timore gehennæ, pro peccatis ſcilicet ſuis faciet gemere. ❡Vt ſuſpiret ſcilicet, deſiderio æternæ vitæ. ❡Mentem a carnali deſiderio erutam. ❡Vt omnes ſint ſancti & immaculati. ❡Vitam innocentem pro crimnoſa, ſimplicitatem pro verſutia.

f ❡Omni tempore ſeparationis ſu. Hîc conſequenter ponit ritus profeſſionis, & primò reſpectu perſonę proprię cùm dicit: g ❡Nouacula non tranſibit ſuper caput eius. Cuius ratio eſt, ad deteſtandum cultum idolatriæ, vbi ſacerdotes habebant capita raſa, ſecundum quod dicitur Baruch. vj. c. Sacerdotes ſedent habentes tunicas ſciſſas, & capita & barbam raſam. ideo fuit præceptum ſacerdotibus veteris legis, vt non raderent caput nec barbam, vt habetur Leuitici. xxj. a. Et eadem ratione Nazarę̨us nō radebatur tempore conſecrationis ſuæ, quia illo tempore erat deputatus diuino cultui, vt dictum eſt. Secūdò deſcribitur ritus ſuæ profeſſionis reſpectu aliorum, cùm dicitur: h ❡Omni tempore conſecrationis ſuæ ſuper mortuum nō ingredietur. Quia idolatræ in cultu ſuo vtebantur oſſibus mortuorum, & ideo ſacerdotes minores, quæ per tempora certa miniſtrabant non debebant ingredi ad mortuos, niſi val de propinquos: Summus autem ſacerdos qui ſemper debebat eſſe paratus ad diuinum obſequium, totaliter erat ſeparatus ab ingreſſu ſuper mortuum, vt habetur Leuitic. xxj. a. Et eadem ratione Nazaræus tempore quo implebat votum ſuum. Alia etiā ratio aſſignatur, ſcilicet ne per affectionem ad propinquos mortuos mens eius à contemplatione dei retardaretur vel impediretur. k ❡Sin autem mortuus fuerit ſubito quiſpiam coram eo: Id eſt in eodem tabernaculo in quo manet, vt dicit Rab. Sal. i ❡Polluetur caput conſecrationis eius. Eo quòd non habuit debitam diligentiam ſubtrahendi ſe & etiam quia debet imputare peccatis ſuis talem caſum impedientem ipſum. m ❡Quod radet illico. Quia ſicut præmittitur, ſanctus erit creſcente cæſarie capitis eius. Et quia illud incrementum à tempore quo incepit votum vſque tunc pollutum eſt propter caſum ſuperuenientem. ideo præcipitur talis raſio. n ❡Die purgationis ſuæ: Id eſt prima, in qua aſpergebatur aqua luſtrationis, & iterum ſeptima purgabatur etiam per ſacrificium, quòd notatur cùm dicitur: o ❡In octauo autem die offeret duos turtures. Et patet litera vſque ibi: p ❡Sanctificabitque caput eius. id eſt diſponet ad implendum votum. q ❡Et conſecrabit domino die ſeparationis illius. Quia in illis debebat eſſe intentus deuotioni & orationi & pijs operibus. r ❡Offerens agnum anniculum pro peccato, ita tamen. in memoriam illius agni, ꝑ cuius immolationem fuerunt liberati de ſeruitute AEgypti.

❧ Iſta eſt lex

*G. Nazarę̨i quare non raſi. † madeſactum eſt. † Leui. 11. a. H. † iuxta eum. Moraliter.*

✱ a ❡A vino & omni quod inebriare poteſt abſtinebunt. Per quod ſignificatur, quòd illo tempore debent eſſe in potu magis ſobrij. d ❡Vuas recentes ſiccaſque non comedent: Id eſt tunc debent eſſe in cibo magis parci. g ❡Nouacula non tranſibit ſuper caput eius: Id eſt non reſecabit aliquid de illis quæ cadunt ſub obligatione voti ſui. i ❡Super mortuum non ingredietur, nec ſuper patris quidem & matris & fratris ſororiſque funere contaminabitur. Id eſt nō conſentiet alicui in opere mortalis peccati. k ❡Sin autem mortuus fuerit quiſpiam, coram eo polluetur caput conſecrationis eius. Per quod deſignatur quòd opus bonum in charitate factum, ſi perueniat mortale peccatum, mortificatur.

✱ Cum dies.

## *Nico. de Lyra.*

❧ a ❡A vino & omni quod inebriare poteſt abſtinebunt: Quia talia ad peccata alia deducunt, ſecundum qđ dicitur Prouer. xx. a. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas b ❡Acetum ex vino & ex qualibet alia potione. In Hebræo habetur: Ex quolibet inebriatiuo. c ❡Et quicquid de vua exprimitur, non bibent. etiam agreſtem: ne per hoc appropinquarent ad potationem vini. e ❡Ab vua paſſa vſq;. In Hebræo habetur: A cortice vſq; ad granula, quæ ſunt in medio granorum vuæ, & per hoc intelligitur ꝙ nihil de vua penitus debeant guſtare.

Omni tempore ſe

☞ a ¶ Vt dies priore. Nihil de priſtina cōuerſatione præſumatur,
A ſed in ſola dei gratia confidat, cuius dono percipit veniā, & requiē
Ezech.18.f. ſempiternam. b ¶ Polluta eſt ſan. vnde: Cùm conuerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatē, omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur. c ¶ Iſta eſt lex cō. Poſtquam legiſlator Nazarę̄um inſtruxit quomodo mūdet: ſi eiꝰ cōſecratio ſup̄ mortuo polluat, addit qm̄o poſt cōpletū votū ſe p̄ſentet dn̄o, cū oblatione gratias redditurꝰ, myſticè innuēs cōtinētis vitā cū oblatione operis & mūditia cordis in fine bono dn̄o placiturā. d ¶ Agnum anniculum immaculatum in holocauſtum. Hunc offert qui totā ſpem ſuā in eius immolatione ponit, de quo dicit: Ecce agnus dei, ecce q̄ tollit peccata mūdi. Hūc in holocauſtū offert, cū ꝓ eius amore carnes mortificādo totā vitā ſuā ardore charitatis incēſam dn̄o cōſecrat. ¶ Augu. Alia litera. Et offeret munꝰ ſuū dn̄o agnū anniculum ſine vitio in holocauſtoma, & agnam anniculam ſine vitio vnā in peccatum. Hoc quidam transferre noluerunt velut locutionē inuſitatam vitantes & dixerunt pro peccato, & nō in peccatum: cū ſit ſenſus in ea locutiōe nō perturbādus. In peccatū enim dictū eſt: q̄a quod ꝓ peccato offerebaẽ, peccatū vocabatur, vnde: Eū qui nō nouerat peccatū, ꝓ nobis peccatū fecit, id eſt ſacrificium ꝓ peccato. Sicut ergo agnus in holocauſtoma, ſic & agna ī peccatū, vt ipſum pecꝰ eſſet peccatū, id eſt ſacrificiū ꝓ peccato. Sicut de ariete, quod ſequitur in ſalutare dicit, tanq̄ ſit ipſe ſalutare, cū ſit ſacrificiū ſalutaris: qđ poſtea repetendo manifeſtat. Nam & illud ꝓ peccato dicit, qđ prius dixerat ī peccatū. Et hoc ſacrificiū ſalutaris qđ prius dixerat in ſalutare. ¶ Rab. Tropol. Agnum offert in holocauſtum, qui deo exhibet ſimplicitatem cordis, cum deuotione charitatis. Ouē, quę innocentiæ exemplum oſtendit. Arietē vero pacificam hoſtiam: cū ſe in via dei bene regit, & carnem rebellē animæ imperio ſubijcit. e ¶ Et ouem. Ouem offert ꝓ peccato, q̄ Chriſtū innocētē ꝓ peccato humani generis fideliter credit oblatum. f ¶ Et arietem. Hoc fit cùm ipſum eſſe confidit, qui per diſpēſationem carnis cæleſtia & terreſtria pacificauit, euacuans omnem principatum & poteſtatē, quē deꝰ exaltauit, & donauit illi nomē, quod eſt ſuper omne nomē &c. g ¶ Et lagana. veterem legem ſpiritu ſancto dictatā & tēperatā ad vtilitatem humanā. h ¶ Abſq; fermento: quia ſpiritualis gratia in lege & in euāgelio rectè intelligētibꝰ patet. i ¶ Quæ offeret. meritū & laborē, cuiuſq; meditationē: & obſeruationē legis in conſpectu dei remunerādo præſentans, ſ. ad ingreſſum vitæ celeſtis, per acto boni op̄is certamine p̄ducit. k ¶ Arietem vero. dignū ſcilicet oſtendens mercede quietis perpetuæ, tāq; principē ſui vel aliorum & ducē optimū, q̄ ſe bene rexit & duxit in ſemita mandatorum dei: ſecundum doctrinam ſcripturarum, & gratiam ſpiritualium chariſmatum. ¶ Grego. Quid eſt ꝙ nazaræi capillos nutriunt: niſi ꝙ per vitam, magnę continentię p̄ręſumptionum cogitationes creſcunt. Sed quid eſt ꝙ deuotione completa nazaræus caput radere, & capillos in ignem ſacrificij ponere iubetur, niſi ꝙ tūc ad perfectionis ſummum pertingimus, cùm ſic exteriora vitia vincimus, vt etiā cogitationes ſup̄fluas à mente reſecemus: quas igne ſacrificij cremare, eſt diuini amoris flāma incendere, vt totum cor in dei amore ardeat, & cogitationes ſuperfluas cremās quaſi nazaræi capillos deuotionis perfectione conſumat. l ¶ Et armum coctum arietis tortam q; Fortitudinē. ſ. operis, coctam & probatā igne tribulationis, facit ſummus ſacerdos ſanctum ſuum offerre deo patri. C
✱ m ¶ Et laganum, ſcientiam. ſ. legis, dono ſpiritusſancti iuuans in opere cōſummare. n ¶ Eleuabit, bona. ſ. quæ continens operatur, patri præſentabit, & perpetua mercede faciet remunerari. o ¶ Sacerdotis. quia ad eius gloriā p̄tinet q̄cq̄d nazarę̄us bene voluit, & opere cōſummauit. Ipſe enim eſt qui operatur in nobis & velle & p̄ficere. p ¶ Poſt hęc. id eſt poſt rectā intentionē, diſcretā ꝑmiſſionem, op̄is p̄fectionē, & mercedis retributionem. q ¶ Bibe. plenè & liberè haurire ſpiritale donū. vn̄: Torrēte volupta. tuę potabis eos.

Marginal notes: † nazarę̄i; † nazarę̄atꝰ ſui; Ioh.1.d.; Auguſtinꝰ Literaliter; 2.Cor.5.d.; ✱ oblationem &; Tropolo.; B; † caput nazarę̄atꝰ ſui; Coloſ.1.c.; Phil.2.b.; Allego.; † tā pectus eleuatū ſiue oblatū quā armus; Phil.2.f.; Pſal.35.b.; ✱ deuotè

a anniculum pro peccato, ita tamen ut dies priores irriti fiant:
b quoniā polluta eſt ſanctificatio
c eius. Iſta eſt lex † conſecrationis: a
Cùm dies, † quos ex uoto deuotè b
decreuerat complebuntur, adducet eum ad oſtium tabernaculi fœderis, & offeret oblationem
d eius domino, agnum anniculum immaculatum in holocauſtum,
e & ouem anniculam immacula-
¶ Alij in peccatum.
f tam pro peccato, & arietem immaculatum hoſtiam pacificam:
¶ Scripturam · a ¶ Spiritalis alimoniæ. · ¶ Euangelicæ doctrinæ.
caniſtrum quoq; panum azymo
a ¶ Lætitiæ gratia ſpiritusſancti.
g rum qui conſperſi ſint oleo, &
a ¶ Malitię & nequitiæ.
h lagana abſq; fermento uncta o-
i leo, ac ✱ libamina ſingulorū, quę
¶ Chriſtus.
offeret ſacerdos corā domino, & faciet tam pro peccato quàm
k in holocauſtum. Arietem uerò immolabit, hoſtiam pacificam domino, offerēs ſimul caniſtrum azymorum, & libamenta quæ ex more debentur. Tunc rade- c
a ¶ Mens ſcilicet abſtinentis a cogitationibus ſuperfluis.
tur nazarę̄us ante oſtium taber- d
naculi fœderis † cæſarie conſecra
a ¶ Sacerdos ſcilicet. · b ¶ Præſumptionum cogitationes.
tionis ſuę, tolletq; capillos eius & e
¶ Diuini amoris.
ponet ſuper ignē qui eſt ſuppoſi
l tus ſacrificio pacificorum, & ✱ ar-
a ¶ Myſteria ſcripturarum obſcura reuelando.
mum coctum arietis, tortamque
a ¶ Scientia ſcripturæ.
abſque fermento unam de ca-
m niſtro, & laganum azymum unum, & tradet in manibus naza
¶ Id eſt cum eum corruptione carnis ſpoliauerit, & onere curarum liberauerit.
ræi poſtq; raſum fuerit caput ✱
eius. Suſceptáque rurſum ab
¶ Patris.
n eo eleuabit in conſpectu domi-
o ni, & ſanctificata ſacerdotis e-
a ¶ Quia noſtra ſapientia eius donum proprium eſt.
runt, † ſicut pectuſculum quod
a ¶ Carnalis voluptatis mortificatio.
ſeparari iuſſum eſt & femur. f
¶ Prædicta.
p q Poſt hæc poteſt bibere naza- g
¶ Prædicta.
ræus uinum. Iſta eſt lex na- h
zarę̄i, cùm uouerit oblationem

*Nicolaus de Lyra.*

⁂ a ¶ Iſta eſt lex conſecrationis. Hîc conſequenter deſcribitur ſtatus perfectionis, qui conſiſtit in complemento voti, qđ notatur cū dicitur: b ¶ Cum dies quos ex voto decreuerat complebuntur, adducet eum: id eſt ſeipſum, vt dicit Ra. Sa. vel adducet, refertur ad ſacerdotem, qui faciet venire nazarę̄um ad tabernaculū fœderis, vt offeratur eius oblatio. & ponūtur hîc ſacrificia de omni genere ſcilicet pro peccato, & in holocauſtum & hoſtia pacifica. ¶ Item oblatio de diuerſis generibus panū, ad oſtendendum quòd nazarę̄us debet eſſe paratus in omnibus quæ ſunt ad honorem diuinum. c ¶ Tunc radetur nazarę̄us ante oſtium tabernaculi. Quia creſcentia capillorum erat ſignū durationis voti, ſicut dictum eſt: Creſcēte cæſarie &c. & ideo voto completo radebatur in ſignum quod licitum erat ei redire ad communem modum viuendi, ſicut ante votum. d ¶ Ante oſtium. Non ſub diuo, ſed in vna exedra atrij. e ¶ Tolletq; capillos eius, & ponet ſuper ignem, qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorum & armum coctum. Cuius carnes coquebantur in caldaria, & in igne ſuppoſito illi caldarię ponebātur capilli. Cætera patent vſq; ibi: f ¶ Et femur. Hoc erat ſpeciale in ſacrificio nazarę̄i, quòd femur hoſtiæ pacificæ daretur ſacerdoti. In alijs autem habebat tantùm pectuſculum & armum dextrū, vt habetur Exo. xxix. & Leuit. vij. g ¶ Poſt hæc poteſt bibere nazarę̄us vinum. id eſt redire ad modum viuēdi ſicut ante votum. h ¶ Iſta eſt lex nazarę̄i, cum. quę ſcilicet data eſt. D
⁂ Exceptis his

Moraliter
✱ b ¶ Cum dies quos ex voto deuotè decreuerat complebuntur, addu. Hîc agitur de oblatione nazarę̄i in complectiōe voti ſui: & ponitur hîc triplex eius ſacrificium, Vnum in holocauſtum quod totum incendebatur ad honorem diuinum. Per quod ſignificatur, quòd homo tempore voti adimplendi: debet ad amorem diuinum magis quàm alias inflammari. Aliud autē ſacrificium erat pro peccato, per quód ſignificatur, quòd licet homo votum ſuum impleuerit tamen timere debet ne minus debitè fecerit. Tertium erat hoſtia pacifica pro gratiarum actione: per quod ſignificatur, ꝙ homo votum ſuū adimplens debet deo regratiari de hoc, ꝙ ſibi dedit gratiam adimplendi. Addebatur vltrà oblatio panū azymorum, per quos ſignificatur panis euchariſtię, quia votum adimplens debet in huius ſacrificij oblatiōe deuotè aſſiſtere. c ¶ Tūc radetur nazarę̄us &c. quod erat ſignū voti completi, & ſic licitum erat nazarę̄o redire ad communem modum viuendi, & ſimiliter in noua lege implēs votum ad illud amplius non tenetur.

Marginal notes: ✱ capiet ſacerdos; ✱ nazarę̄atꝰ

E a ℭLocutusq́ eſt. Moyſes legem, Aaron ſacerdotium, & filij eius ordinem eccleſiæ ſignificant. Docet ergo dominus per legem ſacerdotum ordinem, quomodo populum prædicatione ædificent, frequenti oratione & benedictione confirment. ℭ Raban. Moyſes multiplicē habet ſignificationē. Figurā habet Iudaici populi, dum tenet caudam ſerpentis. Significat enim Iudæos in fine mundi ad fidem Chriſti venturos. Legem quoque ſignificat, ſicut ſuprà oſtendimus. Chriſti perſonā gerit, electos ſuos de ſpiritali AEgypto per aquam baptiſmi liberantis, ſcilicet dum populum de AEgypto per mare rubrum educit, dum tabernaculum complet, erigit & vngit. b ℭBenedicat. Notandum, quia in hac benedictione nomen dñi tertio inducitur, vt ſancta trinitas intelligatur, à quo & per quē & in quo oīa bona ſunt petenda & impetranda, quia ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. c ℭEt cuſtodiat. benedictionē quam pcepiſti, ſua conſeruet gratia; Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. d ℭOſtendat. Oſtenſio vultus dei propitiatio eſt, & verę ſalutis oſtenſio. vnde: Oſtēde faciem tuam, & ſalui erimus. e ℭConuertat &c. Conuerſio vultus ſignificat miſericordiā, auerſio iram. vnde: Reſpice in me & miſerere mei. Et alibi: Quare auertis faciem tuam, & obliuiſceris inopiæ noſtræ. Rogandū eſt ergo vt cuius auxiliū auertimus à nobis peccādo, per pietatē ſuam vultum ſuū ſuper nos illuminare dignetur, vt eū ab inimicis eruens, tribuat perpetuam pacem. f ℭInuocabūt. Sacerdotum eſt nomen domini inuocare: domini autem quod petitur perficere. Nemo ergo ſibi tribuat quod ſola trinitas cui vult præſtat.

Moyſes multas habet ſignificationes.
Exodi.4.a.
† pro Nazaræatu ſuo.
Exo.14.c.
† q̄ potuerit offerre. nam non prohibet plura offerre ſi potuerit,
Nota de trinitate
Rom.11.d.
Pſal.126.a.
Pſal.77.b.
† 1.q.1.c.dictū à domino
Pſal.118.r.
Pſal.43.d.
† ponentq́

a ❡Abſtinentiæ conſecratæ.
ſuam domino † tempore cōſe-
a ❡Quæ ſcilicet ſponte faciet.
a crationis ſuæ, excēptis his quæ
† inuenerit manus eius. Iuxta
quod mente deuouerat, ita fa-
ciet ad perfectionem ſanctifica-
a tionis ſuæ. Locutusq́ eſt do- b
minus ad Moyſen dicens: Lo-
quere Aaron & filijs eius: Sic be- c
nedicetis filijs Iſraël: & dicetis eis:
a ❡Infuſione ſpiritualium chariſmatum.
b ❡Cuius eſt cuſtodire. vnde Pſal.cxxvj. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat &c.
b c d Benēdicat tibi dōminus & cuſto- d e f
d diat te: † Oſtendat dominus fa-
ciem ſuam tibi, & miſereatur g
e tui: † Conuertat dominus vul- h
tum ſuum ad te, & det tibi pa- i
f cem. † Inuocabuntq́ nomen me- k
um ſuper filios Iſraël; & ego be-
nedicam eis.

## Cap. VII.

FActum eſt autem in die qua l
a ❡Sanguine ſuo conſummans.
b ❡Chriſtus.
cōplēuit Mōyſes tabērna-
a Eccleſiam.
a ❡Ad petendam gloriam. ❡Oleo lætitiæ.
culum & erēxit illud, vnxit-
a ❡Gratia ſpiritali.
que & ſanctificāuit cum omni-
a ❡Electis in diuerſa miniſteria ordinatis.
bus vāſis ſuis altare ſimiliter &

## GLO. ORDI.

### Cap. VII.

F Allegoricè

FActum &c. g ℭTabernaculum. Alle. Eccleſiam vel pfectos, in quibus aromata virtutū & orationū adolentur, vl' humanitatē Chriſti: in qua hoſtiā noſtræ redemptiōis patri exhibuit. Ipſe em̄ ſacerdos, ipſe hoſtia & altare, qa in ptāte mortē tenēs ppria volūtate ſuſcepit. vnde: Nemo tollit aīam meā à me, ſed ego pono eā, & iterū ſumo eam.

Iohā.10.d.

## Nico. de Lyra.

a ℭExceptis hiſquæ. Quia ſi Nazaræus vellet facere maiora ſacrificia & oblationes, quàm ſint illa q̄ determinata ſunt in lege iſta, poterat addere ſecundum voluntatem ſuam & facultatem; ſed determinatis in lege non poterat defalcare. b ℭLocutusq́ eſt dominus. Hîc conſequenter ponitur modus benedictionis, quæ licet fieret ſuper filios Iſrael, ſpecialiter tamen fiebat ſuper Nazaræos: & hæc benedictio ipſius ſacerdotis determinatur, cùm dicitur: c ℭSic benedicetis &c. Et ponuntur ibi ſex per ordinem, cùm dicitur: d ℭBenedicat tibi dominus, gratiam iuſtificantem conferendo. e ℭEt cuſtodiat te, à pecti recidiuo: & gratiam datam continuando. f ℭOſtendat dominus. intellectū tuum in ſui cognitiōe illuminando. g ℭEt miſe. pœnam pro peccatis tuis præteritis relaxando. h ℭConuertat. ſuas conſolationes tibi immittendo. i ℭEt det tibi pacem. cauſas perturbationis auferendo. k ℭInuocabuntq́. Per hoc oſtenditur, q̄ ſacerdotes benedicebant populum miniſterialiter tantùm, verba benedictionis proferendo: ſed deus benedicebat effectum benedictionis cauſando.

## NICO. DE LY.

### Cap. VII.

FActum eſt autem. Deſcripta ordinatione quantùm ad communem populum, hîc conſequenter deſcribitur ordinatio præſidentium. Et deſcribitur primò deuotio principum, ſecundò pontificis officium, ca. viij. Primum oſtenditur dupliciter. Primum in oblatione partim cōbuſta, ſecundum in oblatione ſingulariter facta, ibi: Igitur obtulerunt. ℭCirca primum dicitur ſic: l ℭ Factum eſt &c. in die qua compleuit Moyſes. Occaſione huius literæ dubium eſt inter doctores de ordine iſtius hiſtoriæ. patet tamen quòd illæ oblationes factæ fuerunt ante numerationes populi ſuprà poſitas, licet poſterius ſint deſcriptæ: quia iſtæ oblationes factæ fuerunt in die erectionis tabernaculi: quæ facta fuit anno ſecundo egreſſionis de AEgypto menſe primo, prima die menſis, vt habetur Exodi. ca. vlti. Numerationes aūt prædictę factę ſunt eodem anno menſe ſcd'o, prima die menſis, vt habetur in principio huius libri. Dicūt igitur aliqui q̄ prima die anni ſecundi, in qua erectū eſt tabernaculū, incepit cōſecratio altaris & ſacerdotū, & durauit per ſeptem dies. Octaua aūt die inceperūt principes offerre, & durauit oblatio duodecim diebus. Sed hoc videt̄ contrariari textui, qui dicit q̄ in die erectionis tabernaculi obtulerunt, quæ quidem erectio iam præceſſerat ſeptem dieb9. Ideo alij dicunt, q̄ à die erectionis tabernaculi incepit dicta oblatio, & cōcurrebat cū conſecratione ſacerdotū ſeptē diebus. Sed tūc occurrit difficultas, quia ſeptē diebus cōſecratiōis ſacerdotū, ſolus Moyſes faciebat ſacerdotale officiū, quia ſacerdotes nō poterant offerre licitè, donec eorum conſecratio eſſet completa. In illis autē ſeptem diebus fiebant plura circa ſacerdotes & ſacrificia pro eis, vt habet̄ Exodi. xxix. & Leuiti. viij. Similiter in oblatione cuiuſlibet principis fiebant plures oblationes & ſacrificabantur animalia. xxj. vt patet in textu; & nō videtur probabile, q̄ ſolus Moyſes poſſet tot agere vna die, maximè continuando ſeptem

Diuiſio
G Quando factę fuerunt oblationes
† vel eleuet dominus faciē ſuam ad te. Chald. interp. auferat dñs irā ſuā à te

Moraliter. l ℭFactum eſt autem. Hîc agitur de oblatiōe principū in erectione tabernaculi, quę fuit duplex. vna pro deportatiōe tabernaculi & vtenſilium eius. & in hac oblatione duo principes ſimul combinati obtulerunt vnum plauſtrum, & quilibet vnum bouem. Per duodecim principes figurati fuerunt duodecim apoſtoli, & eorum ſucceſſores, qui ſunt epiſcopi, vt dicitur diſ. xxj. In nouo teſtamēto per cōbinationē principum gemina charitas. ſ. dei & pximi figuratur, q̄ prę cęteris debet in epis vigere. nā pro ſuo grege tenent̄ vitā exponere. Iohan. x. b. Bonus paſtor animā ſuam dat p ouibus ſuis, quod eſt actus maximus charitatis. Iohan. xv. b. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Et per hanc dilectionem offerunt plauſtrum, id eſt ſupportationem ſubditorum, quorum ſunt currus & aurigę, ſicut dicitur. iiij. Reg. ij. b. de Helia: Pater mi, currus Iſrael & auriga. Per bouem verò qui eſt animal aptum ad agriculturam, ſicut dicitur Prouer. xiiij. a. vbi verò plurimæ ſunt ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis, ſignificatur quòd prælati tenentur in agro dominico exerceri, ſcilicet extirpando vitia, & nutriendo virtutes. ℭAlia verò fuit oblatio principum pro vaſis & hoſtijs in obſequio tabernaculi. Licet autem ſinguli principes ſingulis diebus obtulerint per ordinem, vt habetur in textu, tamen vniformis fuit omnium oblatio. Quantùm autem ad vaſa quilibet obtulit acetabulū vnum, quod eſt inſtrumentum ad probandum arida ſi eſſent pro oblatiōibus apta, ſcilicet ſimilam, thus &c. Et phialam vnā: ſcilicet ad pbandū liquida, vt vinum & oleū. Per hoc autē ſignificat̄, q̄ plati debent opera ſua vitę actiuæ, q̄ ſignificant̄ p arida: & vitæ cōtēplatiuæ, quæ ſignant̄ p liqda: diligenter examinare, ne ſit ibi cōmiſtio appetitus laudis humanæ, vel aliquid aliud per qđ inepta reddant̄ in cōſpectu dei. & mortariolum ad terendū ſpecies ex qbus fiebant thymiamata & vnguēta, p qđ ſignificat̄ q̄ in platis eccleſię debent motus carnales cōteri exēplo beati Pauli di. j. Co. ix. d. Caſtigo corpus meū: & in ſeruitutē redigo: ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Quantùm autem ad ſacrificia qlibet princeps obtulit hoſtiā pro peccato, & hoſtiam pacificam pro gratiarum actione & holocauſtum incenſum ſuper altare. per quæ ſignificatur quòd prælati quantuncunq́ ſancti debent ſe peccatores reputari, & pro beneficijs à deo ſibi collatis gratias agere; & zelo fidei præ cæteris feruere.

Moraliter
H

mo eam. ℭ Principes Iſrael & capita. &c. Patriarchæ, prophetæ, & apoſtoli: qui doctrina, exemplo, & bene operando, deo grata munera obtulerunt, & ad conſtructionem eccleſiæ quicquid boni potuerunt, læto animo contulerunt. Poſſunt etiã tropologicè principes dici, qui apoſtolica doctrina inſtructi, tã corporis ſenſib⁹ q̃ animi affectib⁹ rectè principantur. Quorũ dona deo gratiſſima, q̃a vnanimiter ꝑlata. vñ: Si cõſenſerit duo ex vobis ſup terrã de omni re quãcũq; petierint, fiet illis à patre meo. b ℭ Sex plauſtra. Plauſtra quæ filij Iſraël Leuitis ad ſubuectionem tabernaculi obtulerunt, temporalia ſolatia ſignificant, quæ deuoti populi prædicatoribus compenſant, vt ſine cura & impedimento diuino vacent obſequio. Vt & qui euangelium annũtiant, de euangelio viuant. Si enim ſeminant ſpiritualia, non eſt magnum ſi metunt temporalia.

A. Tropolo. — Mat. 18. c. — Allegoricè — 1. Cor. 9. b.

ℭ Plauſtra, rectè fide & miſericordiæ affectu ornata, vt deo ſint accepta, duodecim ſunt boues. Qui enim in obſequio ſanctorum laborãt ſub iugo apoſtolicę doctrinę omnia honeſtè & ordinatè faciunt. Vel boues doctores accipimus qui in agro domini dignè operantur. De quibus dicit: Non alligabis os bouis triturantis. Qui enim apoſtolicam normam viuendo & prædicando cõſeruant, duplici honore honorandi ſunt. c ℭ Vnum bouem &c. Quia vnitas fidei & ſimplicitas intentionis cum pio labore in doctoribus maximè placet. Nec̨ ſilendum quòd duodenarius vnumquenq; hominem & temporis plenitudinem, & ſitum orbis videtur complecti. Homo enim tribus in anima, & quatuor in corpore qualitatibus conſiſtit. Si autem tria per quatuor, vel econuerſo multiplices, duodenarius exibit. Mundus quoque duodecim ventis terminatur. Et annus duodecim menſibus, & dies duodecim horis. Ex his omnibus colligimus, omnem hominem in omni loco, & in omni tempore ad tabernaculum dei cum debito obſequio properare debere. d ℭ Filijs autẽ Caath. Superius ſcriptũ eſt, quòd filij Caath portare humeris proprijs debent tabernaculum fœderis, ſanctumſanctorum arcam, altare, menſam, candelabrum, & omnia vaſa eorum pallijs inuoluta. Gerſonitarum verò officia eſſe, portare cortinas tabernaculi, & tectum & operimentum aliud, & ſuper omnia velamem hyacinthinum, tẽtorium quoq; quod pendet in introitu tabernaculi, cortinas atrij, & omnia quæ pertinent ad altare ęneum, funiculos & vaſa miniſterij. Meraritarum quoq; portare tabulas tabernaculi, vectes eius, columnas & vaſa eorum. Columnas quoq; atrij per circũitum cum baſibus, paxillis & funibus ſuis. Nota ergo quòd quæ ſancta ſunt non imponuntur portanda mutis animalibus, ſed rationabilibus. Quæ verò duriora ſunt & grauiora, mutis animalibus imponuntur, & in ipſis eſt differentia. Qui enim duriora & grauiora obſeruant miniſteria, plura habent animalia. Quatuor enim plauſtra danſ filijs Merari. Filijs verò Gerſon, qui filijs Caath proximi ſunt, duo ſufficiunt. Vnde oſtenditur quòd operibus durioribus & groſſioribus plures velut animalia inſeruiunt. Ad ea verò quæ à rationalibus procuranſ, pauci de minus eruditis accedunt. Myſtica verò & ſecreta ſolis ſacerdotibus patent, nullus animalis accedit, nec ipſi qui habere aliquid exercitij & eruditionis videntur. e ℭ Obtulerunt duces in dedicationem altaris die qua. Vnuſquiſq; pro poſſe ſuo, fidem, doctrinam, & operationem bonam ad profectum & honorem eccleſiæ debet offerre. f ℭ Vnctum eſt, oblationem ſuam &c. tẽpore incarnationis, quãdo poſt reſurrectionẽ & aſcenſionẽ ſuſceperũt diſcipuli ſpiritusſancti effuſionem. g ℭ Duces, prædicatores recti itineris duces. Qui licet eandem fidei doctrinam, & boni ꝑis eadẽ exẽpla offerant,

Deut. 25. a. — 1. Tim. 5. c. — Duodenarius nũerus — B — †oblationẽ ſuam — Miniſteria tabernaculi q̃ & ꝑ quos fiebant. — †ſcutella vna — 1. Cori. 2. d. — Act. 2. a.

offerãt, pro diuerſitate tamen loci & tpis oblationes diſtribuunt. C
h ℭ Acetabulum argente. Hæc habent os anguſtum, & anguſtiam literæ legis, & obſcuritatem prophetarum ſignificant. ℭ Varia vaſa ad offerenda libamina facta, variæ ſunt diſtinctiones verbi pro varia capacitate auditorum. Aliter enim ſapientes, aliter inſipientes, aliter diuites, aliter paupe-

ſ Altari⁹. a ſ Perfectis prædicatoribus. miniſtrant.

omnia uaſa eius: obtuleruntque

a ſ Diuerſorum ordinum vel eccleſiarum.

a principes Iſraël & capita familiarum quę erãt per ſingulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant, munera coram domino:

a ſ Tabulis cooperta, vt intus recipiant onera vel pannis ſtrata, vt dignius ſuſcipiant tabernaculi armamenta.

b Sex plauſtra tecta cum duode-

a ſ Quia vnum officium charitatis eſt acceptum tam animo q̃ corpore miniſtratum. Hilarem enim datorem diligit deus. ij. Cor. ix. b.

cim bobus. Vnum plauſtrum c obtulere duo duces, & unum bouem ſinguli: obtuleruntq; ea in b c conſpectu tabernaculi. Ait au- d tem dominus ad Moyſem: Suſcipe ab eis ut ſeruiant in miniſterio tabernaculi, & trades ea Leuitis iuxta ordinem miniſterij ſui. Itaq; cùm ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra & boues tradidit ea Leuitis. Duo plauſtra & quatuor boues dedit filijs Gerſon, iuxta id quod habe- e bant neceſſarium, quatuor alia plauſtra & octo boues dedit filijs Metari ſecundum † officia & cultum ſuum, ſub manu Ithamar fi- d lij Aaron ſacerdotis. Filijs autem Caath non dedit plauſtra & boues, quia in ſanctuario ſeruiũt, f & onera proprijs portant hume- e ris. Igitur obtulerunt duces in g

ſ Conſecrationem eccleſiæ.

f dedicationem altaris die qua unctum eſt, oblationem ſuam ante h altare. Dixitq; dominus ad Moy- i g ſen. Singuli duces per ſingulos dies offerant † munera in dedicationem altaris. Primo die obtu- k lit oblationẽ ſuam Naaſon filius Aminadab de tribu Iuda, fue-

a ſ Vas vbi acetum ponitur.

h rũtq; in ea † acẽtabulũ argenteum l pondo cẽtumtriginta ſiclorum:

*Nicolaus de Lyra.*

tinuando ſeptem diebus. Ideo dicit Rab. Salo. quòd duplex fuit erectio tabernaculi. Vna quotidiana, qua erigebatur mane & deponebatur veſpere. Alia ſtabilis, quæ permanebat vſq; ad motionem caſtrorum. Dicit ergo quòd prima erectio facta fuit ſeptem diebus vltimis anni primi egreſſionis de AEgypto, & in illis facta fuit conſecratio ſacerdotum & altaris, in quibus ſolus Moyſes fecit ſacerdotale officium. Octauo autem die q̃ fuit prima dies anni ſecũdi facta eſt prima erectio ſtabilis ipſius tabernaculi, & extunc continuata; & illa die ſacerdotes cœperunt miniſtrare: & officium ſuum exercere ſimul cum Moyſe: & eadem die incepit oblatio principum, & ſic eadem dies fuit dies erectionis tabernaculi, loquendo de erectione ſtabili, & conſecrationis ſacerdotum quãtũ ad perfectionem eius: quia tunc & non ante potuerunt miniſtrare, & oblationis principum quantùm ad eius inchoationem: quia non poterat fieri vna die illa oblatio, quę fiebat ſucceſſiuè duodecim diebus, qua compleuit Moyſes tabernaculum. Licet enim Beſeleel & alij artifices compleuerint opus exequendo, Moyſes tamẽ eos docebat & dirigebat ad faciendum opus, ſecundum exemplar quod in monte viderat, & ideo ei attribuitur completio tabernaculi, ſicut architectori. a ℭ Obtuleruntq; principes Iſraël & capita fami. &c. in oblatiõe ad opus tabernaculi fuerunt vltimi, vt habetur Exodi. xxxv. & ideo in dedicatione altaris tabernaculi feſtinauerunt & fuerunt primi. b ℭ Obtuleruntq; ea, id eſt plauſtra. c ℭ In conſpectu tabernaculi. Moyſes enim noluit recipere donec ſuper hoc ſciet voluntatem domini. Ideo ſubditur: d ℭ Ait autem dominus ad Moyſen. ſuſcipe ab eis vt ſeruiant. Et tũc ſuſcepit & Leuitis diſtribuit. e ℭ Iuxta id quod habebant neceſſarium quatuor &cæt. Gerſonitæ enim portabant mollia, vt dictum eſt ſuprà. iiij. capit. & ideo eis ſufficiebant duo plauſtra. Meraritæ autem portabant dura, quæ erãt magis ponderoſa: ideo data ſunt eis quatuor plauſtra. Caathitis autem non dedit plauſtra, cuius ratio redditur cùm dicitur: f ℭ Quia in ſanctuario ſeruiunt. & onera proprijs portant humeris. Et ideo portabant ea quæ erant intra tabernaculum, quæ erant ſanctiora in humeris ſuis. g ℭ Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris die qua vnctum eſt oblationem ſuam. Hìc conſequenter deſcribitur oblatio principum ſingulariter & ſucceſſiuè facta, cùm dicitur: Obtulerunt duces: Sequitur: h ℭ Ante altare. Volebant enim ſimul offerte quæ ſequuntur, ſed Moyſes noluit donec ſuper hoc ſciret voluntatem domini, ideo ſubditur: i ℭ Dixitq; dominus ad Moyſen: Singuli &c. Voluit enim dominus, quòd offerrent non ſcd'm ordinem natiuitatis duodecim capitũ tribuũ Iſraël, ſed ſcd'm ordinem vexillorũ & motionis caſtrorũ, qui ſuprà poſitus eſt. ij. ca. iõ ſubdit: k ℭ Primo die obtulit oblationem ſuam Naaſon &c. Iſtam autem primitatem in vexillis, & motionem caſtrorũ, ac etiã dignitatem regiam meruit tribus Iuda, quia primò ſecuta eſt Moyſen per mare rubrum, vt dictum fuit Exo. decimoquarto. l ℭ Acetabulum argen. In Hebræo habetur: Scutella argen-

† op⁹ ſuũ vel qđ habebãt neceſſarium — D — Trib⁹ Iuda q̃re ꝑfertur

 tea. Eras

E ter pauperes, aliter ſani, aliter infirmi docendi ſunt, aliter rudis populus Iudæorum ſub vmbra legis: aliter Chriſtianus in veritate euangelij legis myſteria explanata conſpiciens: in virum perfectum nutriendus eſt. ‹ſiclis›

a ℭ Phiala argentea habens ſeptuaginta ſiclos iuxta pond⁹ ſanctuarij: vtrũque plenum ſimila &c. Spiritualis ſcientia in lege & in euangelio eſt, quæ ſpirituali gratia miniſtrãte ad ſalutem hominum ſcripta & prolata eſt, hinc rite ſacrificium fit, quia nihil tam acceptum deo, quàm meditatio legis cum executione operis. ℭ Raba. Phiala prius de vitro facta. ὕαλος hyalos enim Græcè, eſt vitrum Latinè, & in ſummo lata lucem euangelij ſignificat, qua omnia legis & prophetarum ſunt explanata myſteria. Apoſtolicam quoq; doctrinam, qua omnia legis ęnigmata claruerunt. Bene autem acetabula ſunt centum triginta ſiclorum argenti, propter decalogum legis & ætatem legiſlatoris quæ centum viginti annorum fuit. Phialæ quoq; ſeptuaginta ſiclorum, vbi denarius numerus ſepties multiplicatus oſtendit mandata ſpiritus ſancti gratia eſſe complenda, F qui in nouo teſtamento manifeſtius datus eſt. Act. 4. f. b ℭ Mortariolum. Cor electorum diuina ſapientia plenum, continens aromata virtutum. vnde dicitur: quia multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.

c ℭ Ex decem ſiclis aureis plenum incenſo. Quia cum impletione decem mandatorum odorem doctrinæ & orationis emittunt, vt denarium ęternæ vitę accipere mereantur. d ℭ Bouem de armento: & arietem & agnum anniculum in holocauſtum: hircumq; pro &c. Hæc diuerſas perſonas præcedentium patrum ſignificant, qui nobis in exemplum ſunt. Alij enim doctoris officijs functi, alij in ducatum & regimem ſubditorum prælati: alij ſimplicitate & manſuetudine conuerſationis gratiſſimi: alij pœnitentia & fortiter & condignè acta acceptiſſimi. Horum enim omnium ad inſtructionem noſtram, plura exempla diuina prouidentia propoſuit: quatenus noſtram vitam ſemper in meliora reformare certaremus. ℭ Tropologi. Bouem offert, qui vtilem in eccleſia dei proximis laborem impendit. Arietem qui ſe & alios in via iuſtitiæ dirigit. Agnum anniculum qui ſimplex eſt & innocens. Hæc omnia in holocauſtum pro ſolius dei amore & deſiderio ęternæ vitæ. Hircum pro peccato offert: qui pro peccatis ſuis pœnitere & orare non deſiſtit. In ſacrificiũ pacificorum offert duos boues, qui cum bonis operibus implet ‹Tropolo.›

a phiala argentea habens ſeptuaginta ſiclos iuxta pondus ſanctuarij, utrũq; plenũ ſimila cõ-
b c ſperſa oleo in ſacrificiũ: † mortariolũ ex decẽ b
d ſiclis aureis plenum incenſo, † bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircúmque pro peccato, & in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hęc eſt oblatio Naaſon filij Aminadab. Secundo die obtulit Nathanaël filius Suar dux de tribu Iſſachar, acetabulũ argẽteũ appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, iuxta pondus ſanctuarij, utrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum habens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, c
& arietem, & agnum anniculum in holocau- d e
ſtum, hircúmque pro peccato, & in ſacrifi- g h
cio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. Hæc fuit i k
oblatio Nathanael filij Suar. Tertio die princeps filiorum Zabulon Eliab filius Helon obtulit acetabulum argenteum appendẽs centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, utrunq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircúmque pro peccato & in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc eſt oblatio Eliab filij Helon. Die quarto princeps filiorum Ruben Eliſur filius Sedeur, obtulit acetabulũ argenteũ appendens centũ triginta ſiclos phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, utrunq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocauſtũ, hircumq; pro peccato, & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Eliſur filij Sedeur. Die quinto princeps filiorum Simeon Salamiel filius Suriſaddai, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij utrunq; plenũ ſimila cõſperſa oleo in ſacrificiũ, mortariolũ aureũ appendẽs decem ſiclos plenũ incenſo, bouẽ de armento, & arietem, & agnũ anniculũ in holocauſtũ, hircũq; ꝓ peccato, & in hoſtias pacificorũ boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. Hęc fuit oblatio Salamiel, filij Suriſaddai. Die ſexto princeps filiorũ Gad Eliaſaph filius Duel, obtulit acetabulũ argẽteũ appendẽs centũ triginta ſiclos, phialã argenteã habentẽ ſeptuaginta ſiclos ad põdus ſanctuarij, utrũq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mor-

G implet duo præcepta charitatis, dei ſcilicet dilectionem, cuſtodiendo mandata eius, & proximi conſulendo neceſſitatibus, in quibus tota lex pendet & prophetę. Offert autem arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq;, qui quinq; ſenſus corporis in via veritatis fortiter ducit, & à peccatis cõpeſcit, & ſimplicitatis exempla proponit. Duo mi-

‹† cochleare vnum› ‹† vitulum vnũ de bobus›

*Nico. de Lyra.*

tea. Erat enim inſtrumentum vbi probabatur incẽſum & ſimilia vtrum eſſent accepta & apta ad offerendum. a ℭ Phiala argentea habens ſeptuaginta &c. In Hebræo habetur מזרק mizrath. Bacinus argenteus, in quo probabantur liquida. b ℭ Mortariolum ex decem ſiclis aureis plenum incenſo: bouem de armento & arietem &c. Dicunt aliqui quòd ibi terebatur incenſum. Sed hoc non videtur probabiliter dictum: tum quia de tam parua quantitate auri non poſſet tale inſtrumentum fieri: tum quia non eſt veriſimile, quòd inſtrumentum vbi terebatur incenſum, eſſet pretioſioris materiæ quàm illa vaſa in quibus probabantur offerenda. vnde & in Hebræo habetur כף Chaph. Cochlear ex decem ſiclis aureis &cę. cum quo ponebatur incenſum vel thymiama in thuribulo ad concremandum coram deo in altari incenſi. c ℭ Bouem H de armento: in memoriam ipſius Ioſeph qui vocabatur primogenitus taurus, Deutero. trigeſimotertio. d ℭ Et arietem. in memoriam Iſaac, pro quo fuit aries immolatus, Gene. xxij. e ℭ Et agnum anniculum: in memoriam agni paſchalis. f ℭ Hircumq; pro peccato. ad expiandum peccatum venditiõis Ioſeph: in qua fuit hædus occiſus, Gene. xxxvij. Vel quia eſt animal fœtidum, ideo offerebatur pro peccato, quod fœtet coram domino.

g ℭ Boues duos: ad deſignandum duas tabulas teſtimonij. h ℭ Arietes quinq;, ad deſignandum quinq; præcepta in vna tabula ſcripta. i ℭ Hircos quinq;: ad deſignandum alia quinq; præcepta ſcripta in alia tabula, & hoc ſecundum opinionem Hebræorum, qui dicunt præcepta quinque ſcripta fuiſſe in qualibet tabula, vt dictum fuit Exo. xxxij. k ℭ Agnos anniculos quinq;: ad denotandum quinque libros legis. Eodem modo exponendæ ſunt oblationes vndecim principum ſequentium. Et ſic patet litera vſque verſus finem capituli, vbi dicitur

In die, qua

tariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento & arietem & agnum anniculum in holocauſtum, hircumq́ pro peccato, & in hoſtias pacificorum pones boues duos, arietes quinq́, hircos quinq́, agnos anniculos quinq́. Hæc fuit oblatio Eliaſaph filij Duel. Die ſeptimo princeps filiorum Ephraim Eliſama filius Ammiud, obtulit acetabulum argenteum appēdens centumtriginta ſiclos, phialā argēteā habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, utrunq́ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenū incenſo, bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocauſtum, hircumq́ pro peccato, & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq́. Hæc fuit oblatio Eliſama filij Ammiud, Die octauo princeps filiorum Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos: phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, utrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircúmque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Gamaliel filij Phadaſſur. Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeonis obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarij, utrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircúmque pro peccato, & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeonis. Die decimo princeps filiorum Dan Abiezer filius Ammiſaddai, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, utrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircúmque pro peccato, & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos qninque. Hæc fuit oblatio Abiezer filij Ammiſaddai. Die undecimo princeps filiorum Aſer Phegiel filius Ochran obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, utrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocauſtum, hircúmque pro peccato, & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hęc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. Die duodecimo princeps filiorum Nepthali Ahira filius Enan, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, utrunque plenum ſimila oleo conſperſa in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircumq́ pro peccato, & in hoſtias pacificorum boues duos arietes quinq́, hircos quinq́, agnos anniculos quinq́. Hæc fuit oblatio Ahira filij Enan. Hæc in dedicatione altaris oblata ſunt à principibus Iſraël, in die qua conſecratum eſt, [a] acetabula argentea duodecim, phialæ argenteæ duodecim, mortariola aurea duodecim, ita ut centumtriginta argenti ſiclos haberet unum acetabulum, [a] & ſeptuaginta ſiclos una phiala, id eſt in commune uaſorum omnium ex [b] [c] argento ſicli duo milia quadringenti pondere ſanctuarij: mortariola aurea duodecim plena incenſo, denos ſiclos appendentia pondere ſan- [d] ctuarij, id eſt ſimul auri ſicli centumuiginti, boues de armento in holocauſtum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & [e] [f] libamenta eorum hirci duodecim pro peccato, hoſtiæ pacificorum, boues [g] uigintiquatuor, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hæc oblata ſunt in dedicatione altaris quando unctum eſt.

A a ℭ Duo mi. &c. Allegoricè. In vaſis argenteis, q̄ omnia duo milia & quadringentos ſiclos pōdere ſanctuarij habēt, pfectā doctrinā verbi dei, quæ ī duob⁹ teſtamētis cōſiſtit, accipim⁹, cui ſi rectè obedierimus, quadriga virtutū .i. prudētia, iuſtitia, fortitudine, & tēperātia ad ęternā beatitudinē nos pducit. Millenari⁹ em̄ duplicat⁹ oſtēdit, qa duo teſtamenta nobis ad beatitudinē viā demōſtrant. Quadringēta v̄ò qp cū pfectione bonorum operū in q̄driga v̄tutū illuc pueniamus: niſi em̄ bonis actib⁹ curraī, illuc nō puenitur.

B b ℭ Mortariola. Alle. Allego. Mortariola aurea duodeci, quorū ſingula denos ſiclos habēt, & ſimul omnia auri centū viginti ſiclos, corda electorū ſignificant ſcientiā legis in oībus ſeruare ſecūdū apoſtolicam doctrinam. Act. 2 a. Duodecies ei deni cētū viginti faciūt, quo nūero primitiua eccleſia ī Ierl'm ſpm̄ pacletū accepit, vnde ſubditur: Act. 2. a. c ℭ Pōdere &c. Sanctuariū em̄ eccl'ia eſt, cuius regulā fidei & intelligētię ſequētes oīa q̄ in lege & pphetis ſcripta ſūt nobis ſalubria eſſe credim⁹. C Quicquid aūt extra ecclię vnitatem ſentiī & ītelligitur aut ſeruatur, aīę dānationem parit.

d ℭ Boues &c. Boues arietes & agni duo denario numero cōprehenſi, illos ſignificāt, q vel in officio doctoris vel in pricipatu alicui⁹ honoris vel ſimpliciter viuentes oīa ſcd'm doctrinā apoſtolicā & pphceticā agere ſtudent.

e ℭ Hirci &c. Hi ſunt q pœnitētiā ſtudēt ſecundū regulam apoſtolicę fidei perficere.

f ℭ Boues &cæ. In his ſpūalis ſcientia cū bonorū operū pfectiōe ſignificaī, qa vigitiquatuor horis curſus diei pagitur: D lumē ſciētiæ & fidei omni Chriſtiano neceſſariū eē ſignificāt. g ℭ Sexaginta. Sexagenari⁹ .i. ſexies denari⁹ pfectionē mādatorum mōſtrat. Neceſſe ē enim vt plati ſubditi & pœnitētes omnia ſcd'm eccleſię doctrinā faciāt, quaten⁹ oblatio corū ritū & ordinē teneat pacificorū, vt dei gr̄am mereantur, non offenſam.

Cūq;

*Ni. de ly.*

a ℭ In die &c. Nō qd' illę oblatiōes oēs factę ſint illa die, ſed qa tūc ince-

a ℂ Cũq; &c. Greg. Quid eſt ꝙ Moyſes E crebrò intrat & exit, niſi quòd is qui intus in cõtemplationē rapitur, foris infirmantiũ negotijs vrgeť. Intus arcana dei cõſiderat, foris onera carnalium portat. Qui de rebus dubijs ſemper ad tabernaculũ recurrit, coram teſtimonij arca dñm conſulit, exēplum prębens doctoribꝰ: vt cũ foris ambigũt qd diſponant, ad mentem quaſi ad tabernaculum ſemper redeant, & velut coram arca teſtimonij deum conſulant. Sed de his in quibus dubitant apud ſe, intus ſacri eloquij

Mat.14.b. paginas requirant. vnde: Chriſtus in monte orationi inhæret, miracula in vrbibus exercet, imitationis viam bonis rectoribus ſternens, vt ſi iam ſumma contemplando appetunt, neceſſitatibus tamen infirmantium compatiendo miſceantur. Quia tunc ad alta † charitas mirabiliter ſurgit, cùm ad ima proximorum miſericorditer ſe attrahit. Et quomodo benignè deſcendit ad infima, valenter recurrit ad ſumma. b ℂ De propitiatorio. Quia per gratiam diuinæ propitiationis poſt culpam præuaricationis aperuit nobis deus viam veritatis. c ℂ Inter duos cherubin. Quia per angelicam viſionem, non in ſua ſubſtantia apparuit deus Moyſi. vnde:

Gal.3.c. Lex ordinata per angelos in manu mediatoris. Vel quia per vtrũq; teſtamētum conſona voce ad fidem veritatis nos erudit. Vel quia per filium qui in medio duorum teſtamentorũ in carne apparuit, locutus eſt pater humano generi.

† charitatis diuinæ

a ¶Prædicatores, populi doctores.

a Cumq; ingrederetur Moyſes ta- a

a ¶Scripturam ſanctam, ſcilicet meditando: vnde loquitur deus.

bernaculum fœderis, ut † conſuleret oraculum, audiebat uocem

b loquentis ad ſe de propitiatorio, quod erat ſuper arcam teſti-

c monij inter duos cherubin, unde & loquebatur ei.

† loqueret ſecum ſubdens

*Nicolaus de Lyra.*

perũt fieri. a ℂ Cumq; &c. Dicit Ra. Sa. ꝙ ſtatim in ingreſſu tabernaculi audiebat vocē dñi, quaſi egredientē de ꝓpitiatorio, qđ erat intra ſanctum ſanctorũ in poſteriori parte tabernaculi, & licet vox illa eēt fortis & magna, ſcđm qđ diciť Pſal. xxviij. b. Vox dñi in virtute, vox domini in magnificentia, tamen non audiebatur extra tabernaculum. G

ℂ In cap. vij. vbi dicitur in poſtilla: Primo die obtulit.

*ADDITIO I.* Quòd aũt tribꝰ Iuda primò ſecuta eſt Moyſen per mare rubrũ eſt incertum, cùm non habeat fundamentum in litera, & ideo non eſt attribuẽda ipſius primitas huic ratiõi: ſed videť ſufficere ad hoc ꝓphetia Iacob: q̃ ſuprà Gẽ. xlix. p̃noſticans facta filiorũ, de Iuda expſſè dixit: Te laudabũt fratres tui, manꝰ tuę in ceruicibꝰ inimicorũ tuorũ: adorabunt te filij patris tui &c. Et ibidẽ. ſ. Nõ auferet ſceptrum in Iuda &c. Ex q̃bus verbis ſatis patet ꝙ p̃eminẽtia regalis ac p̃ſidẽtia pertinebat ad Iudam inter alios fratres ex præordinatione diuina & cæt. ℂ In eodem capitulo. vij. vbi dicitur in poſtilla: Eodem modo exponendæ ſunt aliæ oblationes.

*ADDITIO II.* Quidã Hebręorũ dicũt ꝙ licet iſti principes duodecim, fuerũt conformes in rebus oblatis, nõ tñ in rõnibus oblatorũ, q̃a quilibet princeps eorũ intendit alias rationes à rationibus intentis per alios principes. vñ ex hoc dicũt, ꝙ repetunť in litera oblatiões cuiuſlibet eorũ p ſe: licet ſuffeciſſet poſt oblatiões primi principis dicere, ꝙ q̃libet aliorũ ſimilia obtulit in die ſuo, qđ diceret breuiꝰ. ſed ideo repetunť p ſingulos principes, & p ſingulas oblatiões, ad denotandũ qđ dictũ eſt. Rationes aũt quas aſſignãt cuilibet principi enarrare fortè eſſet magis tædioſum q̃ vtile, ideo p̃termitto. Põt aũt ratio hmõi repetitiõis aſſumi ex parilitate tribuũ, q̃ omnes erãt quodãmodo ęquales in hoc ꝙ erant principalia mẽbra populi dei, & ideo de cuiuſlibet illarum tribuum oblatione mentio fiebat ſingularis.

*GLOS. OR.*

CAP. VIII.

LOcutuſq;. d ℂ Septē lucernas: Septē dona ſpiritusſancti, q̃ in Chriſto ſemp manſerũt, & in mẽbris ꝓ volũtate eiꝰ diſtributa ſunt. e ℂ Ad

Mẽſa & cãdelabrum mensam. Beda. Menſa & candelabrum temporalia dei beneficia, q̃bꝰ reficimur & F illuminamur, vt his conſortati creſcente

ſertū Sinai, & caſtrametati ſunt in Heremo, & Moyſes aſcendit ad deum. Vocauitq́ eum dominus de monte &c. Et rurſum: Vade, inquit, ad populum tuū, & ſanctifica eos hodie & cras, & lauent veſtimēta ſua, ſintq́ parati in diem tertium &c. Supputemus numerum, & inueniemus qnquageſimo die egreſſionis Iſrael legem datā in monte Sinai: vnde & pentecoſtes ſolēnitas celebrat̃, & euangelij ſacramentū ſpūſſancti deſcenſione cōplet̃. In hac manſione media pars Exo. & totus Leuiticus, & Numerorū p̄cepta nō modica, & p ſingulas populi tribus diſtributio, & oblatio principū deſcripta ſunt. Interpretat̃ autē Sinai rubi, non vnus, vt ſuprà in ſolitudine Sin, ſed plures, vt ibi principiū ſit, hîc pfectio, ibi ſolitarius numerus, hîc multiplex: aliud eſt enim vnam, aliud omnes gratias poſſidere. Iſrael igitur poſt familiarem cum dño ſermonē iuxta mōtem Sinai cōmoratus, anno vno & dieb⁹ q̄tuor mira diſpoſitiōe caſtrorū egreſſus eſt in ſolitudinē Pharā q̄ interpretatur onager vel feritas: ibiq́ ſuccubuit malę beſtiæ, faſtidiēs cæleſtē panē, & AEgyptiorum carnes deſiderans, quando multos ſubitum deuorauit incendium, & intercedente Moyſe flamma vorax cōſumpſit humum. Tunc accipiunt coturnices, & vſque ad nauſeam deuorant. Eliguntur ſeptuaginta preſbyteri, & vadunt ad oſtiū tabernaculi: duo remanent Heldab & Medab, non imperij negligentes, ſed humilitate ſubmiſſi, dum ſe honore arbitrantur indignos. vnde & abſentes prophetant. Saturatoq́ populo, cùm adhuc eſca eſſet in ore eorum, ira dei aſcendit ſuper eos, & occidit pingues eorum, & electos Iſrael impediuit, ne ad malum velociter currerent: vnde dictus eſt locus ſepulchra concupiſcentiæ, ſiue iuxta Lxx. memoriæ deſiderij. Ex his docemur qui ſecularem ſcientiam relinquimus, & AEgyptias ollas contemnimus, non debere murmurare contra cæleſtem ſcripturæ panem, nec virulentias AEgyptiorum, qui ſunt magnarum carnium, ſed ſimplicem mannæ cibum quęrere. Si autem eas voluerimus repetere, vorabimus vſque ad nauſeam, & ſtatim domini igne torquebimur, & deſiderium noſtrum vertet̃ in tumulos, vt ſimus ſepulchra dealbata, quę foris apparent hominibus ſpecioſa, intus autem plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. a ¶ Proficiſcimur ad locum quem dominus daturus eſt. Grego. Plerunq́ ſuadere elatis vtilia melius poſſumus, ſi profectum eorum nobis potius quàm illis profuturum dicamus, ſi eorum meliorationem nobis poti⁹ quā illis impendi poſtulamus. Facilè enim eius elatio ad bonum flectitur, ſi inflectio eius alijs prodeſſe creditur. vnde Moyſes qui regēte deo & duce columna pergebat, cùm cognatum ſuum à Gentilitatis conuerſatione vellet educere, & dei dominio ſubiugare, ait: Proficiſcimur ad locum quem dominus daturus eſt nobis &cęte. Cumq́ ille reſpondiſſet: Non vadam tecum, &cętera. Illico adiunxit: Noli nos relinquere. Tu

Exo. 19. b.

Pentecoſtes

infrà. 11. e.

Pſa. 77. d.

F

Matt. 23. c.

Moraliter

ſecundo uiceſima die menſis, eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis. a Profectiq́ ſunt filij Iſraël per turmas ſuas de deſerto Sinai, & recubuit nubes in ſolitudine Pharan. Moueruntq́ primi caſtra, iuxta † imperium domini in manu Moyſi. Filij Iuda per turmas ſuas, quorum princeps erat Naaſſon filius Aminadab. In tribu filiorum Iſſachar fuit princeps Nathanaël filius Suar. In tribu Zabulō erat princeps Eliab filius Helon. b Depoſitumq́ eſt tabernaculum, quod portantes egreſſi ſunt filij Gerſon & Merari. c Profectiq́ ſunt & filij Ruben per turmas & ordinem ſuum, quorum princeps erat Heliſur filius Sedeur. In tribu autem filiorum Simeon princeps fuit Salamiel filius Suri Saddai. Porrò in tribu Gad erat princeps Eliſaph filius Duel. d Profectiq́ ſunt & Caathitæ, portantes ſanctuarium. e Tandiu tabernaculum portabatur, donec uenirent ad erectionis locum. Mouerunt caſtra & filij Ephraim per turmas ſuas, in quorum exercitu princeps erat Eliſama filius Ammiud. In tribu autem filiorum Manaſſe princeps fuit Gamaliel filius Phadaſſur, & in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis. f Nouiſſimi caſtrorum omnium profecti ſunt filij Dan per turmas ſuas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Amiſſaddai. In tribu autem filiorum Aſſer erat princeps Phegiel filius Ochran: & in tribu filiorum Nephtali, princeps fuit Ahira filius Enan. Hæc ſunt caſtra & profectiones filiorum Iſraël per turmas ſuas, quando egrediebantur. g Dixitq́ Moyſes Hobab filio Raguel Madianitæ † cognato ſuo. Proficiſcimur ad locum quem dominus daturus eſt nobis, ueni nobiſcum, ut benefaciamus tibi, quia dominus bona promiſit Iſraëli. Cui ille reſpondit: Non uadam

¶ Rubi. ¶ Onager vel feritas. ¶ Vel per manum. ¶ Alias Heliaſaph. ¶ Alias Heliab.

† ſermonē † ſocero

## Nicolaus de Lyra.

bus Iuda cùm ſibi adiunctis mouerunt caſtra erat em̄ tribus fortior, & bellicoſior: ideo præponebat̃ ad reſiſtendum fortiter, ſi occurrerent aduerſarij. & patet litera vſque ibi: b ¶ Depoſitumq́ eſt tabernacu. ſtatim em̄ poſt eleuationē nubis filij Aarō intrabāt tabernaculū, & inuoluebant illa quæ erant intrà, & diſponebant onera, quibus egreſſis Gerſonitæ & Meraritæ deponebāt tabernaculum & atrium per circumitū, & diſpoſitis oneribus arripiebant iter poſt exercitum Iudę cum duabus tribubus ſibi adiunctis. c ¶ Profectiq́ ſunt & filij Ruben. Iſta ſecunda acies ſequebatur Gerſonitas & Meraritas. d ¶ Profectiq́ ſunt & Caathitæ: quia portabant arcam teſtimonij & alia quæ erant intra tabernaculū, q̄ erant ſanctiora: ideo erant in medio totius exercitus Iſrael tāq́ in loco tutiori, vt poſſent defendi, ſi eſſet neceſſe anterius & poſterius. e ¶ Tandiu tabernaculum portabatur donec &c. In Hebręo habetur ſic: Eleuabant tabernaculum vſque ad aduentum ipſorum, & refertur ad Gerſonitas & Meraritas, qui p̄cedebant portantes tabernaculum: ita ꝙ inter ipſos & Caathitas erat tribus Ruben cum ſibi adiunctis, & ideo quādo veniebant Caathitæ portantes vaſa ſancta inueniebant tabernaculū erectū, & illuc introducebant ea quæ portabant, quibus egreſſis filij Aaron intrabant tabernaculū, & amouebant operimenta & ponebant arcam & cherubin & alia in locis ſuis. f ¶ Nouiſſimi caſtrorum omnium pfecti ſunt filij Dan. In Hebræo habetur ſic: Et mouit vexillum exercitus Dan congregatis omnibus caſtris, quia iſta acies erat vltima: propter qđ ſi præcedentes aliquid perdebant in via, iſti inueniebant. Et ideo ad eos conueniebant de alijs tribubus ad recuperandum perdita. g ¶ Dixitq́ Moyſes Hobab. Hîc agitur de ſocietate expediente in itinere, quia filij Iſrael habebāt incedere per deſertum, cuius notitiam habebat iſte Hobab. Et dicunt aliqui, quòd fuit filius Iethro, & ideo dicitur hîc cognatus Moyſi. i. affinis, quia fuit eius ſororius. Ra. Sa. & aliqui alij dicunt, ꝙ fuit ipſemet Iethro. vnde & ipſe vocatus eſt Hobab, ſicut dictum fuit Exo. ij. ca. vnde in Hebræo habetur חותן hoten, id eſt ſocero, vbi trāſlatio noſtra habet, Cognato ſuo. Sed hîc occurrit duplex difficultas. Prima eſt quomodo iſte Hobab dicitur hîc filius Raguel, cū tamen Raguel ſit idem quod Iethro, ſecundum illam opinionem quam ſecutus ſum Exod. ij. Ad quod dicendum, quòd pater Iethro vocatus eſt etiam Raguel ſicut & ipſe, quia communiter accidit quòd filius primogenitus habet nomen patris. Vnde Lucæ. 2. dicitur de Iohanne baptiſta, quòd vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Secūda eſt, quia de ipſo Iethro dicitur Exodi. xviij. quòd poſtquā fuerat cum Moyſe, reuerſus abijt in terram ſuam. Ad quod dicendum, ꝙ ſicut dictum fuit ibidem, Iethro videns mirabilia, q̄ dominus fecerat in populo Iſrael, relicta Gentilitate conuerſus eſt ad Iudaiſmum, & ad preces Moyſi generi ſui conſenſit ire cū filijs Iſrael. prius tñ abijt in terram ſuam, quæ non multùm diſtabat à monte

G

Hobab q̄re electus dux

H

Raguel q̄ & Iethro

populi congregationem, ad caſtrorum motionem, ad belli congreſſionem, & ad feſti celebrationem: per quæ deſignatur, ꝙ prędicatores populum catholicum conuocare debent ad vnitatem fidei, & ad proficiſcendum per viam meriti, & ad bellandum contra inſultus diaboli, & ad feſtū cæleſtis gaudij. a ¶ Eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis Profectiſq́ &cę. Hîc agitur de profectione filiorum Iſrael: & primò profecti ſunt, qui erant in parte orientali

Moraliter

A linquere. Tu enim noſti in quibus locis per deſertū caſtra ponere debeamus &c. Non Moyſi mentem ignorantia itineris anguſtiabat, quam & ad prophetiæ ſciam cognitio diuinitatis expanderat, quē columna & diuina collocutio inſtruebat. Sed vir prouidus elato auditori loquens ſolatium petiit, vt daret: requirebat ducem in via, cui dux fieret ad vitam. Egit ergo, vt ſuperbus auditor voci ad meliora ſuadenti eò magis fieret deuotus, quò putaretur neceſſarius, & vnde ſe exhortatorē ſuum præcedere crederet, inde ſe verbis exhortātis inclinaret. a ¶ Arcaq; fœderis. Ra. Arca fœderis domini præcedit filios Iſrael per tres dies prouidens loca caſtrorum, q̄a incarnatio domini, electis ab initio mūdi, iter pſentis vitæ dirigit, atq; ducatum ad ſanctā terrā veracit̄ tribuit, q̄ prius in figura patres veteris teſtamenti ducebat: & nunc in veritate viā iuſtitię nobis demonſtrat. Via igitur triū dierum ſanctæ trinitatis fides eſt. Tribus temporibus ante legem, ſub lege, ſub gratia callem veritatis & iuſtitiæ ſequentibus demōſtrat. b ¶ Nubes quoque. Protectio diuina, quæ ſpiritusſancti gratia electos ab initio mundi defendit, & ad futuram quietem cuſtodit. c ¶ Cumq; eleuaretur. Exemplo Moyſi rectores plebis prouocantur, vt ſemp ſolliciti cōmiſſum ſibi gregē in principio operis & in cōſummatiōe dño cōmēdēt, vt ꝓprias oues protegat, & inimicos depellat.

*ad cognationē meā

Myſticè

Pſal. 67. a.

† requieſceret

Murmuratio execrabilis.

Iaco. 3. b.

Ecc. 28. b.

INterea or- CAP. XI. tū eſt murmur. Ra. Murmurantē populū ignis dñi accenſus deuorat, q̄a ignis dñi iuſtæ vltionis in futuro illos excruciat, q̄ lingua inflammata à gehenna murmurāt vel detrahunt. vnde per ſapientiam dicit̄: Suſurro &

B

tecum, ſed reuertar in terram meam*, in qua natus ſum. Et ille: Noli, inquit, nos relinquere. Tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter. Cumq; nobiſcum ueneris, quicquid optimum fuerit †ex opibus quas nobis traditurus eſt dominus, dabimus tibi. Profecti ſunt
a ¶ Trinitatis fide, tribus tēporibus uiā ueritatis demonſtrante.
ergo de monte domini uiam trium
¶ Incarnatio Chriſti.
dierum, arcaq; fœderis domini præcedebat eos per tres dies †prouidēs caſtrorum locū. Nubes quoq; domini ſuper eos erat per diem cùm incederent. Cumq; †eleuaretur arca dicebat Moyſes: Surge domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderūt te à facie tua. Cùm autem †deponeretur aiebat: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Iſraël.

Cap. XI.

INterea †ortum eſt murmur populi, quaſi dolētium pro labore contra dominum.

f ¶ Nubes quoq; dñi. licet enim nubes eſſet extenſa ſuper totum exercitum ad refrigeriū ęſtus, tamen ſpeciali modo per modū cuiuſdam columnæ erat ſuper arcā, vbi erant tabulæ integræ tempore quietis: tempore aūt motionis erat ſuper vexillum Iudæ qd̄ præcedebat. g ¶ Cumq; eleuare. De loco caſtrorum, vt portaretur in via. h ¶ Surge dñe. q̄a cōfidimus de tua virtute. i ¶ Et diſſipentur ini. quia ſunt inimici populi tui, vel quia cultū latriæ tibi ſoli debitū attribuūt idolis. k ¶ Cum autem de. in loco caſtrorum. l ¶ Aiebat. Reuertere dñe ad conſeruandū populū tuū, vt tibi exhibeat debitū cultū in loco q̄etis caſtrorū.

G

* te orientali, ſecundò q̄ erant in pte meridionali, tertiò qui in occidentali, quartò q̄ in aquilonari. Ex quo patet, ꝙ proficiſcebant̄ ſecundū ordinę motus ſolis qui incipit ab oriente, & p meridię trāſit in occidentē, & flectit̄ ad aq̄lonē. Eccl. j. a. Orit̄ ſol & occidit: & ad locū ſuū reuertit̄, ibiq; renaſcēs gyrat per meridiem, & flectit̄ ad aquilonē. Per hoc igit̄, ſignificatur, ꝙ proficiſcentes ad terrā viuentiū, q̄ eſt terra fidelibus promiſſa, ſequi debent inſtinctū ſolis iuſtitię, ſcilicet dñi noſtri Ieſu Chriſti cuius vita in terris diſciplina morū fuit, ꝓpter qd̄ dicit̄ Ioh. xij. d. Si quis mihi miniſtrat, me ſequat̄: & vbi ego ſum, illic ſit & miniſter me⁹. Et bene dicit, vbi ego ſum: q̄a extunc erat in perfecta beatitudine q̄tūm ad animam. Dixitq; Moyſes ad Hobab filium Raguelis: & ſequit̄: a ¶ Noli, iquit, nos relinquere: Tu enim noſtri in quibus locis per deſertum ponere &c. Quāuis enim deus eſſet dux illi⁹ populi, tamen cū hoc Moyſes volebat habere directionē hominis periti, ex quo docemur, ꝙ licet nos deus dirigat in via morum, tamen non debemus negligere adiutorium humanum, nam in hoc homines ſunt dei adiutores, vt habet̄ j. Corin. iij. b.

Moraliter

† iis quę alij ſic vertunt cū beneſecerit dñs nobis, bñfaciemus & tibi

† ad explorādū vbi requieſcerēt.

† ꝓficiſceretur

D

† lxx. populus murmurās mala in aurib⁹ dñi. Alij, populus cū doleret vel murmuraret diſplicuit ī auribus dñi

## Nicolaus de Lyra.

à monte Sinai, vt dictū fuit ibidē, vt ſic domo ſua diſpoſita adduceret ſecum familiam ſuā: & qd̄ hîc dicit̄ de Moyſi precib⁹ ad ipſum, factū fuit eo tēpore quo cōuerſus fuit ad Iudaiſmū, de quo tpe tactū eſt Exo. xviij. Dicta tñ reuerſio ad diſpoſitionē dom⁹ ſuę fuit poſt legē datā, & ante receſſum populi de monte Sinai, & tāto tēpore ꝙ poſſet ſe conuenienter diſponere ad recedendum cum filiis Iſrael. Sequitur: a ¶ Noli inquit nos relinq̄re. Ex quo tu es conuerſus ad cultū veri dei. b ¶ Tu enī noſti in quibus. Quia manſerat prope deſertū illud, qd̄ patet ex hoc ꝙ Moyſes paſcens oues eius minauit gregē ad interiora deſerti. vt habet̄ Exo. iij. hoc videt̄ cōtradicere p̄dictis; q̄a de mandato dñi habebāt ponere caſtra ad indiciū nubis, ergo in nullo indigebant indicio hominis q̄tūm ad hoc. Ad qd̄ dicunt aliq, quòd licet haberent ponere caſtra vbi ſtabat nubes, tñ neſcire poterant, an ponerēt ad partē nubis poſteriorē vel anteriorem, dextrā vel ſiniſtrā; & iſte ſciebat q̄ ps eſſet accōmodatior exercitui, vtpote ꝓpter maiorē ꝓpinquitatē fontiū vel bonorū paſcuorum, q̄bus indigebat exercit⁹ ꝓ aīalibus. ſciebat etiā q̄ ps eſſet ſecurior ab aduerſariis: & in hoc & in cōſimilibus indigebāt ſua directione. c ¶ Profecti ſunt. Moyſes & Hobab & totus exercitus. d ¶ Viā trium. Dicit Ra. Sa. quòd prima die ſui receſſus ambulauerunt p tantū ſpatiū, quātūm faciūt tres dietę, quia dominus volebat oñdere ꝙ paratus erat eos citò introducere ad terram promiſſionis, niſi poſuiſſent impedimentū. Alij dicūt, ꝙ per tres dies continuè ambulauerūt: & hoc magis cōſonat textui in principio ſequentis cap. vbi dicit̄ ꝙ pro tāto labore itineris ortū eſt murmur populi. e ¶ Arcaq; fœ. domini. Iſtud videtur contradicere prędictis ſ. ꝙ arca cum aliis vaſis ſanctis erat in medio progredientiū. Ideo dicunt aliqui, quòd ordinatio p̄dicta de portatione arcæ in medio fuit pro tpe in quo timeret̄ de aduerſariis; ſed ꝓ tūc quia erant longè poſiti ab eis non portabat̄ in medio, ſed ante exercitū ad prouidendū locū caſtrorū, q̄a colūna nubis erat ſuper eā, q̄ ſtabat q̄n caſtra erant ponēda. Ra. Sa. dicit ꝙ erat q̄dā alia arca in qua reuerenter ſeruabantur primæ tabulæ fractæ, eò ꝙ erāt ſcriptæ digito dei, & iſta præcedebat exercitum: & in ea apparebat ſignum q̄etis, ſicut in ſtatione nubis, ita quòd certiores eſſent ex pluralitate ſignorum. Nubes quoq;

¶ In. c. x. vbi dicit̄ in poſtil. Et dicunt aliqui, & fuit filius Iethro.

## ADDITIO

Opinio dicentiū, ꝙ Hobab de quo hîc agit̄, fuit filius Iethro, non autē ipſemet Iethro, videt̄ verior: q̄a magis cōſonat planiori ſenſui literæ, nam de Ietro dicit̄ ſuprà Exodi. xviij. añ dationē legis, ꝙ regreſſus eſt in terrā ſuā. Sed videtur, ꝙ Hobab filius ipſi⁹ Iethro remanſit cū Moyſe, & cū ſorore ſua; de quo protunc nō fuit mentio in ſcriptura, ꝙ regrederet̄ cū patre: quia remanſerat in Oreb, qui erat locus prope Madian, ſed cū Moyſes & populus diſponerent ſe ad receſſum verſus terrā Iſrael prout dicitur, Moyſes voluit vt ſecū iret cognatus ſuus. ſ. Hobab filius Iethro. vnde & dixit ei: Proficiſcamur ad locum. Nec valet ꝙ cōtra hoc dicit̄ qd̄ in Hebræo habetur: Socero ſuo, vbi tranſlatio noſtra habet cognatum ſuum. Tū quia cū dicitur: Socero ſuo, refert̄ ad Raguel nō ad Hobab, vt intelligat̄ ſic: Dixit Moyſes Hobab filio Raguelis: qui q̄dē Raguel erat ſocer ſuus. Tū q̄a ī Hebræo nō eſt in hoc loco diſtinctio caſuū. Tū q̄a dictio Hebraica in hoc loco poſita poteſt ſumi etiā ꝓ cognato.

INterea. Hîc cōſequenter ponit̄ caſus CAP. XI. impediēs ꝓgreſſum ppl̄i ad terrā ꝓmiſſionis; Et ponit̄ multiplex caſus impediēs: primò murmuratiōis ppl̄i, ſecūdò obiurgationis Moyſi ca. xij. tertiò deſparationis exploratorū ca. xiij. quartò ſeditiōis Chore & ſibi adiūctorū. c. xvj. quintò cōmotionis populi ꝓpter penuriā aquarū. xx. c. ſextò ex inuaſione hoſtiū, ibi: Miſit interea. Circa primū ponit̄ duplex murmuratio, prima ex impatientia laboris, ſecūda ex cōcupiſcētia ſaporis, ibi: Vulgus quippe. Circa primum dicitur ſic: n ¶ Ortum eſt murmur populi quaſi dolentium pro labore contra. quia per ſpatiū triū dietarum ambulauerūt vna die ſecundū Ra. Sa. vel quia per tres dies continuos fuerant in itinere, ſecūdum alios; quia ita poterant

Diuiſio

Moraliter. m ¶ Interea ortum eſt murmur populi &c. Per hoc autem, quòd ignis accenſus à domino combuſſit murmurantes contra eum, ſignificatum fuit, quòd ignis gehennæ comburet murmuratores cōtra potentiā vel æquitatē diuinæ iuſtitiæ.

Moralit̄

S iij * Vulgus quoq;

E ☞ Suſurro & bilinguis maledictus eſt. Ignis deuorat extremam partem caſtrorum, finē.ſ.præſentium actionum. vñ: Dominus iudicabit extrema terræ. Qui autē vſq; ad mortē incorrectus perſeuerauerit, tam in anima quàm in corpore, vretur pœna perpetua. [1.Reg.2.b.]

Tropolo. ¶ Pepones por. Gregori. Carnalium mentes pro amore ſeculi dura quædam quaſi quędam mollia & delectabilia ferre paratę ſunt, dum in hac vita rerum culmina apprehendere conantur. Ceſſationem à mundi labore dominus imperat, quietis dulcedinē perſuadet, & tamē veſana, iniquorum mens plus ſe aſſequi aſpera carnaliter, quàm tenere blanda ſpiritaliter gaudet. Plus acerbitate fatigationis, quàm quietis dulcedine paſcitur. Sic Iſraelitę dum refectionem mannę deſuper perciperent, ab AEgypto ollas carnium, pepones, porros, cępaſq; cupiebant. Significat enim manna gratiam ſuauiſſimi ſaporis, ad refectionem vitę interioris bene vacantibus deſuper datam. Ollę carnium carnalia opera vix tribulationum laboribus quaſi ignibus excoquenda. Pepones, terrenas dulcedines. Porri & cępe, quę cum lachrymis comeduntur, difficultatem pręſentis vitę, quę non ſine luctu agitur: & tamen cum lachrymis amatur. Manna igitur deſerentes, cum peponibus & carnib⁹, porros, cępaſq; quęſierunt, quia peruerſę mentes dulcia gratię per quietem dona deſpiciunt, & ꝓ carnalibus voluptatib⁹ laborioſa huius vitę itinera etiam lachrymis plena concupiſcunt: contemnunt habere vbi ſpiritualiter gaudeant, & deſiderantes appetunt, vbi carnaliter gemant.

† vel, collecta turma q̄ erat i medio eius ſiue inter eos

‡ Exo.16.c.

Quod cùm audiſſet, iratus eſt, & accenſus in eo ignis domini, deuorauit extremam caſtrorū partem. a
Cumq; clamaſſet populus ad Moyſen, orauit Moyſes dominum, & abſorptus eſt ignis. b Vocauitq; nomen loci illius incenſio, eò quòd ſuccenſus fuiſſet contra eos ignis domini. †Vulgus quippe promiſcuum quod aſcenderat cum eis flagrauit deſiderio carniū ‡ſedens & flens, iunctis ſibi pariter filiis Iſraël, & ait: c d
Quis dabit nobis ad ueſcendum carnes? e
¶ Carnalia opera vix tribulationum laboribus coquenda.
Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis. f
In mentem nobis ueniunt cucumeres & pepones porriq; & cæpe & allia. g h i
a ¶ Terrenæ dulcedines. b ¶ Difficultates vitæ præſentis, quæ non ſine luctu agitur, & tamen cum lachrymis amatur.
Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri, niſi man. k †Erat autem man quaſi ſemē coriandri coloris bdellij. Circumibatq; populus, & colligēs illud frāgebat mola, ſiue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis quaſi panis oleati. l m n
Cumq; deſcenderet nocte ſuper caſtra ros, deſcēdebat pariter & man. o
Audiuit ergo Moyſes populum flentem per familias, ſingulos per oſtia tentorij ſui. Iratúſque eſt fu- p

† & reuerſus eſt

*Nico. de Lyra.* ☞ Cōgrega ☙ ita poterant incedere de nocte in columna ignis, ſicut & de die, vt habet Exo. xiij.d. Sed contra hoc quod dicitur hîc de labore itineris, videtur illud quod habetur Deut. viij.a. Adduxit te dominus deus tu⁹ xl. annis per deſertū. & ſequitur ibi. Veſtimentum tuum quo operiebaris, nequaq; vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus. Dicendum, ꝙ illud beneficiū habebat locum in bonis hominibus & nō in malis: ſicut & manna erat valde ſapidum bonis, & malis inſipidū vt habetur. ſ. & hoc patet ex modo loquendi quo dicit hîc. Quia ortū eſt murmur populi, quia quando intelligitur de bonis, dicitur populus domini vel populus meus, vel quid huiuſmodi, determinans ad bonum. Quando autem de malis dicitur abſque determinatione, ſicut Exo. xxxiij.a. Populus iſte duræ ceruicis eſt. a ¶ Deuorauit extremam caſtrorum partem. Cumq; clamaſſet populus ad Moyſen, orauit Moyſes dominum. Extremum autem accipitur dupliciter. ſ. de parte ſuperiori & inferiori. & ſcd'm hoc per extremā partē caſtrorum intelligitur vulgus ſcd'm aliquos: ſcd'm alios vero intelliguntur maiores de populo. & hunc ſenſum ſequitur Ra. Sa. dicens, ꝙ ſeniores populi qui erant principales meruerāt mortē, et Nadab & Abiu cum eis quando viderūt deum, vt dictū fuit Exo. xxiiij. Sed quia dominus eo tempore quo data erat lex de nouo, noluit immiſcere luctum cum gaudio de receptione legis, ideo diſtulit mortē Nadab & Abiu vſq; ad dedicationem altaris, vt habetur Leui. x. Mortē autem ſeptuaginta ſeniorū vſq; ad iſtum locum, in quo fuerunt negligētes de repreſſione murmurationis populi, quem tenebantur regere ſicut & Moyſes: & q̄a fortè murmurauerunt cū populo. b ¶ Et abſorptus eſt ignis. id eſt extinctus. c ¶ Vulgus quippe promiſcuum. Hîc cōſequenter ponitur murmuratio ex cōcupiſcentia ſaporis, vbi primò ponitur dicta murmuratio. Secundò Moyſi afflictio, ibi: Audiuit ergo Moyſes. tertiò domini cōſolatio, ibi: Et dixit dominus. quartò promiſſi impletio, ibi: Venit ergo Moyſes. quintò peccati punitio, ibi: Adhuc carnes. Circa primum oſtenditur murmuratio eſſe iniuſta ratione cibi petiti, cùm dicitur: ¶ Vulgus quippe promiſcuum &c. Iſti erant AEgiptij conuerſi ad Iudaiſmū, ſicut dictum fuit Exo. xij. d ¶ Flagrauit deſiderio carnium ſedēs. id eſt ardenter deſiderauit. Carniū, nō eſt in Hebræo, nec habet in libris correctis.

F

Diuiſio

bris correctis. quia non ſolùm deſiderauit carnes: ſed etiam piſces & alia, vt infrà ſubditur. e ¶ Quis dabit nobis ad veſcendum. Patet quòd iſta petitio ſit iniuſta, quia adduxerant ſecum de AEgypto multa animalia, vt habet Exo. xij. Nec poteſt dici quòd eſſent conſumpta: quia infrà. xxxij. cap. dicitur: Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa &c. ideo inde poterant habere carnes. ſed ꝓpter ſuā auaritiam parcebant ſuis animalibus, & quia deſiderabant carnes magis delicatas: propter quod dominus quaſi ſatiſfaciens eorum deſiderio miſit eis coturnices. G

f ¶ Recordamur piſcium quos comedebamus in AEgipto. Id eſt pro paruo pretio, & non poteſt intelligi pro nihilo, cùm etiam paleę ad conficiendum lateres non darentur eis gratis, vt habetur Exodi. v. g ¶ In mentem nobis veniunt cucumeres &. Dicūt aliqui, ꝙ ſunt cucurbitę, alij autem, ꝙ eſt aliud genus terrę naſcentium. h ¶ Pepones: id eſt melones. i ¶ Porriq; & cępe & allia. Per iſta deſignantur cibaria quę comedebant cum iſtis quaſi cum ſalſamento vel condimento: ſicut. j. Eſdre. iiij. c. Memores ſalis quod in palatio comedimus: id eſt ciborū ſale conditorum. Secundò oſtenditur murmuratio iniuſta ratione cibi habiti, cùm dicitur: k ¶ Nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi mā. Erat autē man quaſi ſemen corin. quod tamen habebat in ſe omnem ſaporis ſuauitatem, vt habetur Sap. xvj. c. Man enim ſiue manna habebat triplicem ſaporē: Vnus erat naturalis, & erat quaſi ſapor mellis, vt habetur Exo. xvj. Alius ſupnaturalis, & hic duplex, quia bonis ſapiebat prout volebant. Sapiebat enim piſces cum deſiderabant piſces, & deſiderantibus carnes ſimiliter conuertebatur eis in ſaporem carnis, & ſic de alijs cibis magis deſcēdēdo ī ſpeciali. Et hoc eſt quod dicitur Sap. xvj. c. Subſtātiam enim tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebas, & deſeruiens vniuſcuiuſq; voluntati: ad quod quiſq; volebat, conuertebatur. Et eadem ratione malis hominibus erat cibus inſipidus, qui de natura ſua erat dulcis. Erat autem man quaſi ſemen coriandri, in figura & quātitate, ſed non in colore, ideo ſubditur: l ¶ Coloris bdellij. Circūibatq; populus & col. quod eſt album & lucidum ſicut cryſtallus. m ¶ Frangebat mola, ſiue terebat in mortario coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis. Hoc faciebant mali quibus erat cibus inſipidus, & ideo quærebant ibi ſaporem per diuerſas vias, tamen ex decoctione non meliorabatur, ſed magis ſapor dulcis immutabatur in peius per decoctionem. ideo ſubditur: n ¶ Quaſi panis oleati, id eſt in cuius piſtatione oleum miſcebatur. o ¶ Cumque deſcenderet nocte ſuper caſtra ros, deſcendebat pariter & man. Primò enim cadebat prūina, quaſi ſtramentum mannæ, poſtea manna, & tertiò ros quaſi eius operimentum, prout plenius expoſitum fuit Exodi. xvj. p ¶ Audiuit ergo Moyſes populum flētem per familias, ſingulos per oſtia tentorij ſui. Iratuſque eſt fu. Hîc ponit afflictio Moyſi habētis curā populi, cui intolerabilis videbatur propter malitiā eius, & patet litera vſq; ibi: ☙ Non poſſum ſolus

Māna triplicē ſaporem

H

Moralit. ⁎ c ¶ Vulgus quoque promiſcuū, quod aſcendit cū eis &c. Per iſtos, qui flagrauerunt deſiderio carnium, ſignificantur religioſi mendicantes, potiſſimè qui poſt factam ꝓfeſſionem in paupercula religione, in qua nihil eis ꝓmittit, q̄tum ad vitā præſentē niſi auſteritas & paupertas: & tñ volunt nimis lautè viuere ac etiā delicatè, & frequēter hoc contingit illis, qui in ſeculo minus habuerunt, nec ſunt contenti illis q̄ adminiſtrant eis, cū tñ ſuffeciſſent eis in ſeculo pauciora: & acriter murmurāt cōtra illos qui ꝓ victu illorū ꝓcurando fideliter laborant, ſicut popul⁹ iſte cōtra Moyſen nequiter murmurabat. Per hoc autem quod dicitur in fine cap. ⁎ Et ecce furor

A ☞ a ¶ Congrega mihi ſeptuagin. Greg. Sicut plerūq; iuuenes dicuntur, ꝗ nulla conſilij grauitate ꝑmunt: ita ſenes non eos ſcriptura vocat qui ſola grauitate temporum, ſed morum grauitate maturi ſunt. vnde Senectus venerabilis eſt non diuturna, neque (Sap.4.b.) numero annorum computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & (Senes ꝗ dicantur) ætas ſenectutis vita immaculata. Hinc ad Moyſen dicit: Congrega mihi .lxx. viros de ſe. Iſra. quos tu noſti, ꝙ ſenes populi ſint. In quibꝰ verbis ſenectus cordis notatur, cū tales iubentur eligi ſenes qui ſciunt. Si em̄ corporis ſenectus quæreretur, à tantis ſciri poterant, à quātis videri. Cū verò dicit, quos tu noſti, ꝙ ſenes populi ſint, patet quia ſenectus mētis non corporis eligat. b ¶ Vt deſcendā. Iſid. In tredecima manſione deſcendit ſpiritus ſuper ſeptuaginta viros electos, & dominus deſcendit de nube & retraxit de ſpiritu qui erat ſuper Moyſen, & impoſuit ſup. lxx. viros. Deſcendēte em̄ in nube carnis Chriſto, diffuſa eſt ꝑ fidē ſpūſſancti gratia ſup (Rom.5.a.) populos, ex ſeptuaginta gētiū linguis electos, venitq; ſuper eos omnes donū illud (Act.2.b.) virtutis cæleſtis, qđ quōdā fuerat in Moyſe & prophetis. (†contra) c ¶ Et auferam de ſpiritu tuo, tradāq; eis vt ſuſtē. &c. (Augu. literaliter) Augu. Alia litera: Et auferam de ſpiritu qui in in te eſt, & ponā ſuper eos, & ſuſtinebunt tecū impetū populi, & nō portabis illos tu ſolus &c. (†ſupra vires meas eſt) Plerīq; Latini nō vt in Græco eſt, tranſtulerunt, ſed dixerunt: Auferā de ſpiritu tuo, ꝗ eſt in te, & ponā ſuper eos, aut ponā in eis, & fecerunt ſenſum laborioſum ad intelligendū. (†videā malū meū.) Putari enim poteſt de ſpiritu ipſius hoīs dictū, quo humana natura complet corpore adiūcto, quę cōſtat ex corpore & ſpiritu, quē etiā animā dicūt. vñ Paulꝰ: Quis hominū ſcit ꝗ ſunt hominis, niſi ſpiritus ho (1.Cor.2.c.) B minis ꝗ ī ipſo eſt? Sic & ꝗ dei ſunt, nemo ſcit, niſi ſpūs dei. Et qđ poſtea adiungit: Nos aūt nōn ſpm̄ huiꝰ mūdi accepimus, ſed ſpiritū ꝗ ex deo eſt, oſtēdit aliū eſſe ſpiritū dei cuiꝰ particeps fit ſpūs hominis ꝑ gratiā dei. Quāuis poſſit etiā (ſicut alij interpretati ſunt) intelligi ſpūs dei, cū dicit, de ſpū tuo ꝗ eſt in te, qa fit etiā noſter qui dei eſt, cū accipimus eū, ſicut de Iohanne (†portabis.) dictū eſt in ſpū & virtute Helię. (Lu.1.b.) Non em̄ anima Helię ī eo fuerat reuoluta. Qđ ſi ꝗdā hæretici opinant, quid dicūt in eo qđ ſcriptū eſt, Spiritus Heliæ requieuit ſup (4.Re.2.c.) Heliſæum, cū iam ille haberet animā ſuā, niſi qa dictū eſt de ſpū dei, vt etiā per illū operaret talia qualia ꝑ Heliam operabat, non ab illo recedēs vt iſtum poſſet implere, aut partitꝰ minor eſſet in illo, vt poſſet in iſto eſſe. Deus em̄ eſt ꝗ poſſit eſſe in omnibus tantus, in quibus ꝑ illā gratiā eſſe voluerit. Nunc aūt cū ſcriptū ſit: Et auferā de ſpiritu ꝗ eſt ſup te, nec dictum ſit de ſpiritu tuo, facilius ſoluit, qa intelligimus nihil aliud ſignificare voluiſſe niſi ex eodē ſpiritu gratiæ illos quoq; habituros adiutorium ex quo habebat Moyſes, vt & iſti haberent quantū deꝰ vellet, non vt idō Moyſes minus haberet. d ¶ Sexcenta milia peditum hu. po. ſunt. Aug. (ꝟvt periremus in ſolitudine?) Alia litera. Sexcenta milia peditū in quibus ſum in ipſis, & tu dixiſti, carnes dabo eis &c. ¶ Quæritur vtrum hoc Moyſes (Quæſtio Aug.) diffidēdo dixerit an ꝗrendo? Sed ſi putauerimus eū diffidēdo dixiſſe, quæritur cur hoc ei non exprobrauerit dominꝰ, ſicut exprobrauit ꝙ ad petrā vñ ꝓfluxit aqua, videt de dñi poteſtate dubitaſſe. Si autē dixerimꝰ eū modū ꝗſiuiſſe quo fieret: Reſponſio dñi qua dicitur, Nunqd manꝰ dñi nō ſufficiet? (infrà.20.b.) ꝗſi redarguentis videt, ꝙ ille nō credidiſſet. Sed meliꝰ puto itelligi dominū ita reſpondiſſe, tāq; modum quem

dum quē ille ꝗrebat dicere noluerit, ſed potius opere ipſo potentiā C ſuam demonſtrare. poterat enim & Mariæ dicenti: Quomodo fiet Lu.1.d. iſtud, qm̄ virum non cognoſco? à calumniantibus obiici, ꝙ minus

☞ crediderit

ror domini ualde, ſed & Moyſi †in toleranda res uiſa eſt, & ait ad dominum: Cur afflixiſti ſeruū tuum? Quare nō inuenio gratiam coram te? Et cur impoſuiſti pondus uniuerſi populi huius ſuper me? Nunquid ego cōcepi omnem hanc multitudinem, uel genui eam, †ut dicas mihi: porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iuraſti patribus eorum? Vnde mihi carnes, ut dem tantæ multitudini? Flent †coram me, dicentes: Da nobis carnes, ut comedamus. Non poſſum [a] ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia †grauis mihi eſt. †Sin ali[b]ter tibi uidetur, obſecro ut interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne †tantis afficiar malis. [c]
[a] Et dixit dominꝰ ad Moyſen: Con[d][e]
¶ De ſeptuaginta linguis electos.
grega mihi ſeptuaginta uiros de ſenioribus Iſraël, quos tu noſti, quòd
¶ Grauitate morum.
ſenes populi ſint ac magiſtri, & du[f]ces eos ad oſtium tabernaculi fœ[b]deris, faciesq; ibi ſtare tecum, †ut de
¶ In nube carnis.
[c] ſcendam & loquar tibi, & auferam [g]
a ¶ Sancto. ſ. qui in te per gratiam &c.
de ſpiritu tuo, tradamq; eis, ut ſu[h]ſtentēt tecum onus populi, & non tu ſolus †graueris. Populo quoq; [i] dices: Sanctificamini, cras comede[k]tis carnes. Ego enim audiui uos *dicere: Quis dabit nobis eſcas carnium? Bene nobis erat in Ægypto. Vt det uobis dominus carnes & comedatis, nō uno die nec duobus uel quinque aut decem, nec uiginti quidem, ſed uſque ad menſem dierum, donec exeat per nares ueſtras [l] & uertatur in nauſeam, eò quòd re[m]puleritis dominum, qui in medio ueſtri eſt, & fleueritis coram eo, dicentes. Quare egreſſi ſumus ex Ægypto, ut periremus in ſolitudine?
[d] Et ait Moyſes ad dominum. Sex[n]centa milia peditum huius populi

*Nicolaus de Lyra.*

☙ a ¶ Nō poſſum ſolꝰ ſuſtinere. quō cōquerit, ꝙ ſolus ſuſtineret onus po- (†diſplicuit) puli, cū de conſilio Iethro conſtituerit tribunos & cēturiones? qa ſecundū Ra. Sa. ſeptuaginta ſenes, ꝗ cū eo erant inſtituti ad regimē populi iā mortui erāt, vt dictū eſt in principio capituli. Vel ſecūdū alios dicentes, ꝙ illi qui fuerūt mortui ab igne nō fuerūt de maioribꝰ populi, ſed de vulgaribus, illi autem qui erant inſtituti ſup populum cum Moyſe intromittebant ſe (†quòd dicis) tantùm de temporalibus: Moyſes autem volebat habere etiam adiutorium in ſpiritualibus. b ¶ Sin aliter tibi videtur, obſecro vt interficias me. id eſt accipias animam meā de vita ꝑſenti ad te. c ¶ Ne tantis afficiar mali. timebat enim Moyſes, ne malitia populi eſſet ſibi occaſio ruendi in malū ipatientię. (Diuiſio) d ¶ Et dixit dñs. Hīc cōſequenter ponit conſolatio dñi. Et primò ꝗtū ad populi curā, ſecūdò quātū ad cibi ꝓuiſionē, ibi: Populo quoque. Circa primū dicit: e ¶ Con (†Si ita tu facis mihi,) grega mihi ſeptuaginta. Ra. Sa. dicit, ꝙ iſti fuerunt præpoſiti filiorū Iſrael; cùm eſſent in labore Ægypti, & qa compatiebant eis, nō arctabāt eos ad iplēdū numerum laterum: ꝑpter quod flagellati fuerunt ab exactoribus Pharaonis, vt habetur Exo. v. ideo meruerunt aſſumi ad regimen populi loco illorum ꝗ mortui fuerant: & cum hoc habuerunt ſpiritum prophetiæ, vt infrà habetur. Secundum D alios fuerunt idē ſenes, ꝗ prius regebant populū in tēporalibus, & tūc cū hoc impoſita eſt eis cura in ſpūalibus: ꝑpter qđ (†&) receperunt de nouo ſpm̄ ꝓphetiæ, qa ad ſpūalia promouebant. f ¶ Et duces eos ad oſtium tabernac. in oculis totius populi, vt in timore & reuerentia habeantur. g ¶ Et auferām de ſpiritu. ſ. de cura tua. h ¶ Tradāq; eis. vt partito in alijs onere leuiꝰ tibi ſit. Aliter exponitur: De ſpiritu tuō, id eſt de ſpiritu gratiæ tibi datæ, & tunc nō eſt intelligendū, ꝙ aliqd ſit ablatū Moyſi & traditū aliis, (*flentes) ſed fuerunt illuminati abſq; diminutione gratiæ Moyſi, ſicut à lumine vnius candelæ illuminantur plures abſque ſui luminis diminutione. Sciendum tamen, ꝙ ſimilitudo iſta non tenet quātū ad cauſam effectiuam, ita ꝙ donum gratiæ in Moyſe exiſtens cauſaret gratiā in alijs effectiuè, ſed tantùm meritoriè: inquātū ad preces Moyſi ad eius ſubleuationem alij fuerunt illuminati. i ¶ Populo quoque dices. Hīc ponitur conſolatio contra defectum cibi, cùm dicitur: k ¶ Sanctificamini. id eſt præparate vos ad recipiendum id qđ petiſtis. Sāctificatio em̄ in Hebræo frequenter accipit ꝓ præparatione. Ra. Sa. exponit pręparate vos ad recipiendū punitionē ꝑpter veſtrā murmurationē, ſicut dicit Hiere. xij. a. Sanctifica eos in die occiſiōis. Et vtrūq; poteſt intelligi, qa deꝰ diſponebat eis dare carnes ſicut petiuerāt, & eos punire pro iniuſta petitione. l ¶ Donec exeat per nares veſtras, quia vomitus egrediens per os, vt frequenter fœdat nares. ¶ Eo ꝙ repuleritis &c. dominū ꝗtū in vobis eſt ex ingratitudine veſtra. n ¶ Sexcenta. ſuprà. j. cap. expreſſit numerū eorū ſexcēta & tria milia qngenti. l. Dicendum, ꝙ illi qui erāt vltra ſexcēta milia fuerunt mortui in plaga ignis dicta in principio cap.

ſunt, & tu dicis: dabo eis eſum carni[a] um menſe integro? Nunquid oui[b]um & boum multitudo cædetur, ut poſſit ſufficere ad cibum, uel omnes piſces maris in unum congregabuntur, ut eos ſatient? Cui reſpō[c]dit dominus: † Nunquid manus domini † inualida eſt? Iam nunc uidebis, utrum meus ſermo opere com[a]pleatur. Venit igitur Moyſes, &[d] narrauit populo uerba domini, congregans ſeptuaginta uiros de ſenioribus Iſraël, quos ſtare fecit circa tabernaculum. Deſcenditq́ʒ dominus per nubem, & locutus eſt ad eum, [b]auferens de ſpiritu q̃ erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta uiris. Cúmque [c]requieuiſſet in eis ſpiritus, prophetauerunt, nec ultrà ceſſauerunt.[c]

ꝗ Non diffidit, ſed modum quærit.

a ꝗ Lxx. Exit Moyſes ad populum: & locutus eſt uerba domini: Intus enim eſt dum ab ipſo docetur: cum turmis loquitur, foras exire perhibetur.

a ꝗ Pro puritate cordis & capacitate intelligentiæ.

b ꝗ Laudem uitæ eorum exponit & virtutes.

E ☞ crediderit, cū illa modū quæſierit, non de virtute ei dubitauerit. Quòd autē rñſum eſt illi: Spūſſctūs ſupueniet in te, & vir. al. obum. ti. poterat etiā ſic rñderi quō hîc: Nūquid ſpūiſancto impoſſi-
† ſic bile eſt qui ſupueniet in te: ac † ſi idem ſenſus conſeruaretur. Sed Zacharias talia dicens incredulitatis arguitur, & vocis oppreſſæ pœna plectitur. Deus em̄ non de verbis, ſed de cordib⁹ iudicat, alioq̄n poterat Moyſes excuſari, niſi in eum clara eſſet dei ſen-
Diffidentia tentia, ꝙ diffidendo talia dixerit: Audite
Nu. 20. b. me increduli: Nunq̄d de petra iſta educimus vobis aquam? deinde ſequitur: Et eleuata Moyſes manu ſua, percuſſit petram virga bis &c. Ad hoc illam virgam in qua tanta miracula fecerat ſumpſit, eaq́ʒ petram percuſſit, atq́ʒ inde ſolitæ v̾tu-
† Eſa. 50. a. tis eſt conſecutus effectus: Verba ergo q̄bus ait: Nunquid ex hac petra educimus
† abbreuiata vł decurtata vobis aquā? poſſent accipi ſic tanq̄ȝ diceretur: Nēpe ex hac petra ſecundū veſtrā incredulitatē aqua educi non pōt. Vt deniq́ʒ percutiēdo oſtēderet diuinit⁹ potuiſſe fieri, qđ illi in infidelitate nō crediderūt. Maximè q̄a dixerat: Audite me increduli. Sed de⁹ q̄ inſpector eſt cordis, quo animo dicta fuerint indicauit. ait enim: Qm̄ nō credidiſti ſctificare me in conſpectu filiorū Iſr. &c. ac p̱ hoc intelligit Moyſen ita dixiſſe, tanq̄ȝ ad incertum percuſſerit: vt ſi non ſequeretur effect⁹, hoc pdixiſſe putaret, cùm ait: Nunquid ex hac petra educimus vobis aquā? qđ in animo eius omnino lateret, niſi dei ſententia prodidiſſet. Ecōtrario ergo debem⁹ hîc intelligere verba Moyſi de promiſſis carnibus, quęrentis quomodo fieret: nō diffidentis fuiſſe, qm̄ ſentētia dei ſecuta nō eſt quæ vindicaret, ſed potius quæ doceret.
Tropolo.
F a ℂ Venit igitur Moyſes, & narrauit populo verba domini, congregans. Ori. Alia litera: Exijt, inq̄t, Moyſes ad populū, & locutus eſt verba dñi. Donec verba dei audit Moyſes, & ab ipſo docetur: intus eſt, & in interiorib⁹ & in ſecretis cōſiſtit. Vbi verò turbis loquił & populo miniſtrat, qui intus nō pōt ſtare, foras exire dicił. Omnis em̄ doctor eccleſię ſi de pfundioribus myſterijs tractat, & occulta ſapientiæ inter pfectos pferat, intus eſt. Cū v̾ò ad turbas loquił, ea q̄ proficiunt his qui foris ſunt, & quæ vulgus poteſt audire, foras exit & loquitur ad populum verba dei. Intus
1. Cor. 2. b. erat Paulus cū diceret. Sapientiā loquimur inter perfectos &c. Ad
Eph. 4. g. populum verò procedens ait: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, & q̄ui furabatur iam non furetur, & ſimilia &c.
b ℂ Auferens de ſpiritu. Non intelligendum eſt, quaſi materialem & corpoream ſubſtantiam in. lxx. portiones ſecuerit, & vnicuiq́ʒ particulam dederit. Impium enim eſt intelligere hoc de natura ſpiritusſancti. Sed Moyſes & ſpiritus qui erat in eo, quaſi clariſſimi luminis lucerna fuit, ex qua ſeptuaginta deus accēdit, ad quos principalis luminis ſplendor aduenit, & origo ipſius nihil damni ex de-
Spūs in q̄b⁹ reqeſcit riuatione accepit. c ℂ Requieuiſſet. Origeñ. Et requieuit ſuper eos ſpirius, & prophetauerunt omnes &c. Non legitur requieuiſ-
Matt. 5. a. ſe ſpūs niſi in ſanctis. Requieſcit enim in his qui mundo ſunt corde, qui purificant aīas à peccato, ſic vt nō habitat in corde ſubdito peccatis, etiam ſi habitauit aliquando. Non enim poteſt pati ſocietatē mali. Certum eſt autem in tempore peccati eſſe in corpe cuiuſque ſpiritum malum, & agere partes ſuas. Cûm datur ei locus per cogitationes malas & concupiſcentias, contriſtatus (vt ita dicam) fuga-
Eph. 4. g. tur ſpiritusſanctus. vnde: Nolite contriſtare ſpiritumſanctum, in quo ſignati eſtis & cætera. Peccantes ergo contriſtamus ſpiritumſanctum. Bene agentes requiem ei paramus. Quòd ergo ait de ſeptuaginta preſbyteris, quia ſpiritus requieuit in eis, laudem vitæ
Moraliter corum, & virtutes expoſuit. ℂ Orige. Et requieuit in eis ſpiritus, & prophetauerunt. &cæ. Continuò operatur ſpiritus nec otium patitur, vbi operandi materia digna ſuppeditat. In omnibus ergo qui prophetauerunt, requieuit ſpiritus, ſed non ſicut in ſaluatore.
Eſa. 11. a. Propter quod de eo ſcriptū eſt. exibit virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: & quieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus & cætera. Vide quia ſuper nullum alium ſpiritus domini requieuiſſe hac ſeptemplici virtute deſcribitur; per quod diuini ſpiritus ſubſtantia (quæ quia vno nomine non poterat) diuerſis vocabulis explanatur, requieſcere ſuper eum prophe-
Ioh. 1. e. tatur. Hinc quoque Iohannes ait: Qui miſit me baptizare in aqua hic
in aqua, hic dicit mihi: Super quem videris ſpm̄ deſcendentē & ma- G
nentem ſuper eum, ipſe eſt. Addidit enim & manētem ſuper eum: vt eſſet hoc ſignum in ſaluatore, quod in alio non poſſet oſtendi. Eſa. 53. c.
De illo em̄ ſolo dictum eſt. Qui peccatum non fecit, nec inuētus eſt 1. Pe. 2. d.
dolus in ore eius. Quia enim ſolus eſt q̄ pctm̄ nō fecit, ideo in illo ſolo māſit & permāſit ſpirit⁹. Cōſtat ergo reliquos omnes ſub peccato fuiſſe, nec cōgruit vt tēpore peccati dicamus ſpiritū māſiſſe in eis. Ipſe em̄ Moyſes cum iā ſpm̄ accepiſſet, ſeipſum peccaſſe teſtał,
cū diceret: Audite me increduli, nunq̄d Infrà. 20. b.
de petra iſta pducemus aquā vobis? In his em̄ dictis non ſanctificauit deum, id eſt nō confiſus eſt in virtute dei. Cùm ergo loqueret hæc, non de ſpūſancto, ſed de ſpiritu peccati, loquebał. Certum eſt ergo alios pphetas aliquando habuiſſe ſpiritum dei, aliq̄n non habuiſſe. Hinc & Dauid ait. Et ſpiritū ſanctū tuum ne auferas à me. In quo oſtendit, quia poteſt au- Pſal. 50. c.
ferri. In ſequentibus verò tanq̄ȝ ablatum repopoſcit: Redde mihi lętitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Sa-
lomonem quoque nemo dicit niſi in ſpi- 3. Re. 3. d.
ritusancto iudicia iudicaſſe, vł templum Ibi. 6. a.
domino conſtruxiſſe: aut rurſus in ſpiri- Ibidē. 11. c.
tuſancto dæmonibus templa feciſſe, aut
impijs mulieribus latera flexiſſe? Prophe Ibidē. 13. a.
ta quippe etiam Abdo à domino miſſus eſt in Bethel, & in ſpirituſancto verba domini locutus eſt: nō tamen in eodem ſpiritu præceptum domini præuaricatus eſt, quo prohibitus erat manducare panem in Bethel. ideo occiſus eſt à leone.
ego autem (licet non vſq́ʒquaq́ʒ pronun- Nota
tiem) hæc puto etiam quædam communia hominum geſta, quæ q̄ſuis peccato careant, non tamen digna videntur, quibus interſit ſpiritusſanct⁹. vt connubia legitima carent quidem peccato, non tamen quando
coniugales geruntur ſpiritusſanctus datur, etiam ſi propheta ope- H
ratur. Alia plura ſunt in quibus ſola ſufficit vis humana, nec res indiget, neque decet ſpiritusſancti adeſſe præſentiam.

☞ Remanſerant

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℂ Et tu dicis dabo eis. Hîc variè ſentiunt doctores Hebręorum. Dicit em̄ Ra. Aquiba. ꝙ Moyſes hîc dubitauit de impletione verbi dei: & ad hoc inducit id quod ſequitur de reſponſione domini: Nunquid manus domini inualida eſt, quæ videtur eſſe reſponſio ad dubitantem vel deſperantem de impletione facti: & ideo peccauit ita grauiter ſicut in aquis contradictionis, de quibus habetur infrà. xx. ca. Veruntamen non fuit hîc punitus, ſicut ibi, quia illud fuit factum in publico coram tota multitudine filiorum Iſrael: & ideo ſtatim fuit determinata punitio ſcilicet quòd non intraret terram pmiſſionis: Sed iſtud fuit factum in ſecreto. ſ. coram deo tm̄: & ideo pœna non fuit ſtatim impoſita, quoniā aliter ſunt punienda peccata publica, aliter ſecreta. Ra. Sa. dicit, ꝙ Moyſes nō peccauit hîc, & ad hoc inducit illud quod dicił ca. ſequēti de Moyſe à domino. Qui in omni domo mea fideliſſim⁹ eſt. Et hoc idem dicunt doctores noſtri, dicentes ꝙ Moyſes nō dubitauit de impletione verbi dei, ſed quia modus impletionis non erat ſibi reuelatus, quæſiuit de modo implendi: nec in hoc peccauit, ſicut nec beata virgo Maria quando petiuit ab angelo, Lucæ. j. d. Quomodo fiet &c. & ſic exponendum eſt illud: b ℂ Nunquid ouium & boum multitudo cædetur. acſi dicat: implebitur ne verbum tuum per hunc modum vel alium? c ℂ Cui reſpondit dominus: Nunquid manus domini inualida eſt? acſi diceret: potentia mea pōt implere hoc multis modis, cùm ſit infinita: modū tm̄ iſtū nō reuelabo tibi verbo, ſed oſtendā facto. ideo ſubdił: Iā nunc videbis &c. ſequił: d ℂ Venit igitur Moyſes. Hîc conſequenter deſcribitur impletio diuini pmiſſi, & primò q̄tūm ad partem
curæ alijs imponendæ, ſecundò quātū ad cibi puiſionē, ibi: Vēt⁹ Diuiſio
autē egrediens. Primū patet in litera ex pdictis vſq́ʒ ibi: e ℂ Prophetauerunt, nec vltra ceſſa. Dictio Hebraica quæ ponitur hîc eſt ęquiuoca, ad addere & ceſſare, & ſecundum hoc exponitur oppoſito modò ab Hebręis. Vno modò ſic: Prophetauerūt & nō addiderunt. i. illo tm̄ die prophetauerunt & non vltrà. Alio modo ſic: Prophetauerunt & non ceſſauerunt, id eſt non fuit ablatus

ab eis ſpūs

A ꝯ a ¶ Remanſerant autem in caſtris. Non negligentia præcepti domini, ſed deuotione humilitatis indignos ſe iudicãtes perceptione tanti muneris: ideo iudex cordium deus dignos eos iudicauit, & oſtendit. b ¶ Quid, inquit, ęmularis. Grego. Pia mens paſtorum, quia nõ propriam gloriam, ſed autoris quærit, ab omnibus vult iuuari quod facit. Fidelis enim prędicator optat ſi fieri valeat, vt veritatem quam ſolus loqui non ſufficit, ora cunctorum ſonent. Vnde cum Ioſue duobus in caſtris remanentibus & prophetãtibus vellet obſiſtere, ei per Moyſen dicitur: Quid æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis ppl's prophetet; & det deꝰ eis ſpiritum ſuum? prophetare enim oẽs voluit, qui bonum quod habuit non inuidit. c ¶ Coturnicum multitudinem: qui parum, &c. Ra. Carnalis populus Iudęorum ſpreto cęleſti cibo carnes deſiderauit, ſed deus ita iudicium temperauit, vt puniret malos, nec fragilibꝰ alimoniam denegaret, & in ipſa conceſſione aliquid ſpiritale innueret. Non enim ferarum, non quadrupedum, nec terreſtriũ animalium eſum tribuit, ſed volucrum, vt diſcerent ſuperna magis deſiderare quàm terrena, ſpiritalia quàm corporalia. Auiũ enim natura ex aquis proceſſit, ſed in aëre habitationem ſibi acquiſiuit. Qui ergo volucres comedunt, ab imis ad ſuperna cor leuare monentur, vt licet in terrenis corporibus degãt, animo ſemper cęleſtia petant ſecundum illud Apoſtoli, In carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus. Noſtra autem conuerſatio in cęlis eſt. d ¶ Sepulchra concupiſcentiæ. Ibi enim ſepelierunt populum, qui deſiderauerat carnes. Egreſſi autẽ de ſepulchris concupiſcẽ. & cætera. Iſido. Tertiadecima manſio eſt in ſepulchris concupiſcentiæ, vbi populus faſtidiens cęleſtem panem, carnes AEgyptias deſiderauit, multosq́ ſubitò vorauit incẽdium. Quibus docemur, vt qui conuerſationem ſeculi relinquimus, & AEgyptias ollas, id eſt carnalium deſideriorum feruores, non murmuremus contra cęleſtem panem; nec virulentias AEgyptiorum qui ſunt magnarum carnium, ſed ſimplicem mannæ cibum, id eſt puram cęleſtemq́ vitam agamus. Si enim poſt perceptam angelicam mannam, quæ eſt cęleſtis vita vel doctrina, rurſus carnes AEgyptias, id eſt carnales ſeculi voluptates, & concupiſcentiæ priſtinæ appetimus nauſeam, ſtatim igne domini torquebimur: deſideriumq́ noſtrum vertetur in tumulos, vt ſimus ſepulchra dealbata, quę foris apparẽt ſpecioſa; intus plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. e ¶ Venerunt & cæ. Hierony. Quartadecima manſio eſt in ſolitudine Pharan, quæ in atria vertitur. In hac Aaron & Maria propter AEthiopiſſam contra Moyſen murmurant. Et hoc prudens lector attende, ꝙ poſt conſummatam in duodenario virtutem (quia ſuperbiuit Iſraël, & in ſepulchris cõcupiſcentiæ carnes AEgyptias deſiderauit) rurſum fundamentum iacit, & atria, id eſt veſtibula virtutis ingreditur, oſtẽdens nobis eos qui ſtant poſſe cadere, & qui ceciderunt poſſe reſurgere. Poſitus eſt enim Ieſus in ruinam, & in reſurrectionẽ multorum. Qui ait ꝑ prophetam: Nunquid qui cadit, non adijciat vt reſurgat? ¶ Iſidorꝰ. Quartadecima manſio eſt in ſolitudine Haſeroth, In hac Aaron & Maria offenderunt detrahentes fratri, quòd vxorem alienigenam accepiſſet, & illico Maria lepra percuſſa effloruit: quia ſacerdotalis plebs Chriſto ſaluatori aduerſus eccleſiam de gentibus congregatam derogans, lepra peccati perfunditur: Nec redit ad tabernaculum donec plenitudo gẽtium intrauerit. Tunc enĩ priſtinã recipiet ſanitatem; cũ ſeptiformis ſpiritus agnitio ad veniam reduxerit eã.

Moraliter

Allegoricè

† ex iuuenibus eiꝰ vel ex electis eiꝰ

† hoc aduerbij loco vtunẽ Hebręi ꝓ eo qđ dicimꝰ vtinam

Phil. 3. d. 2. Cor. 10. a

- volabãtq́ in aëre

Moraliter B

† Pſal. 77. d Eze. 16. c.

† nec adhuc digeſię erãt

Mat. 25. c.

1. Cor. 10. c. Lucę. 2. e.

Hie. 8. b. & Pſal. xl. b.

Rom. 11. d.

a Remanſerant autẽ in caſtris duo uiri, quorũ unus uocatur Eldad, & alter Medad, ſuper quos requi-b euit ſpiritus. Nam & c ipſi deſcripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cumq́ prophetarent in caſtris, cucurrit puer & nuntiauit d Moyſi, dicens: Eldad & Medad prophetant in caſtris. Statim Ioſue filius Nũ miniſter Moyſi † & electus è pluribus, ait: e Domine mi Moyſes, prohibe eos. At il-b le: Quid, inqt, æmularis pro me?

a ¶ Prophetare oẽs uoluit, qui bonũ quod habuit nõ inuidit.

† Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis dominus ſpiritum ſuum? Reuerſusq́ eſt Moyſes & maiores natu Iſraël in caſtra. f Ventus autem g egrediens à domino h arreptas trãs mare coturnices detulit, & demiſit in caſtra itinere quantum uno die confici poteſt, ex omni parte caſtrorum per circumitum, i uolabantq́ in aëre duobus cubitis altitudine ſuper terrã. Surgens ergo populus toto die illo & nocte ac die altero, congre-c gauit coturnicum multitudinem: k qui parum, decem †coros, l & †ſiccauerũt eas per gyrum caſtrorum.

¶ Carnale deſiderium.

m † Adhuc carnes erant in dentibus eorum, †nec defecerat huiuſcemodi cibus, n & ecce furor domini concitatus in populum, percuſſit eum plaga magna nimis. Vocatusq́ d eſt ille locus, ſepulchra concupiſcentię: Ibi enim ſepelierunt populum, qui deſiderauerat carnes. e Egreſſi autem de ſepulchris concupiſcentiæ uenerunt in Haſeroth, & manſerunt ibi.

ꝯ ab eis ſpũs ꝓphetię, licet non cõtinuè ꝓphetarẽt. & hũc ſenſum ſequitur

tus de loco illo. Orige. Maria quidem
interueniẽte Aaron põtifice ſeptimo die
curatur. Nos autem obtrectantes vſque
ad finem ſeptimanæ mundi,id eſt vſqꝫ ad
reſurrectionẽ permanebimus leproſi;niſi
dum pœnitẽdi tẽpus eſt,corrigamur con
uerſi ad Ieſum & per pœnitentiã ſuppli
cantes ei.

†erat lepro ſa

*peccauimus enim

Moraliter

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Nubes quoqꝫ receſſit quæ
erat ſuper taberna. Nõ tamen eo mo
do ſicut recedebat in motiõe caſtrorum.
b ¶ Et ecce Maria apparuit cãdẽs
lepra quaſi nix. Iſta ſimilitudo non te H
net quantùm ad omnia, ſed quantùm ad
hoc quòd candor niuis lucidus eſt,& can
dor lucens ſignum eſt lepræ,vt habetur
Leuiti.xiij.a. c ¶ Obſecro domine
&c. Humiliauit ſe Aaron ex timore,quia vidit ſororem ſuã lepra
perfuſam,& ex compaſſione orauit pro eius ſanatione. d ¶ Cla
mauitqꝫ Moyſes ad dominum. tanquam immemor iniuriæ,
memor clementiæ. e ¶ Si pater eius ſpuiſſet in faciem eius.
Spuere in faciẽ alicui⁹,ſignũ eſt contẽptus & indignationis:& ideo
hic eſt ſenſus. Si pater carnalis oſtendiſſet ei indignationẽ & repre
hendiſſet eã ſicut & ego feci,debuiſſet eſſe confuſa ſeptẽ dieb⁹,mul
tò magis debet eſſe confuſa de indignatiõe mea. f ¶ Separetur.
ſeptẽ dieb⁹ extra caſtra eo modo quo leproſi eijciebant de caſtris,
vt dictum eſt ſuprà ca.v. g ¶ Et populus non eſt motus. ex
quo patet impedimentum itineris ex reuerentia ad Mariam.

¶ In cap.xij. vbi dicitur in poſtilla:Ra.Sa.di.ꝙ cauſa obiurgatio
nis Moyſi fuit pro Sephora vxore ſua.

## *ADDITIO I.*

Ratio Ra.Sa. in hoc loco in parte videtur continere veritatem.ſ.in
hoc ꝙ Moyſes ſeparauerat ſe à Sephora vxore ſua,quantũ ad tho
rum,propter frequentiam diuinæ allocutionis:quod eſt verũ,pro
ut in poſtilla largius declaratur;Sed in hoc interpretatur illud qd'
dicitur;AEthiopiſſam,negatiuè vel per contrarium. Aliter expo
nitur ab alijs,& melius vt videtur,ſcilicet ꝙ Sephora erat nigra q̄ſi
AEthiopiſſa,prout litera planè ſonat. Madianitæ enim de quorũ
natione Sephora erat,pro magna parte commorabãt in tentorijs,
ſicut habitãtes Cedar. vñ Abacuk. in cantico: Vidi tẽtoria AEthi Abac.3.
opiæ,turbabunt pelles terræ Madian. & ſic Madianitæ ꝓpter calo
rem ſolis denigrabant. vñ & Aug. pur ponit in glo. Madianitæ ꝓ
ut in Paral. AEthiopes nuncupant:qñ cõtra eos pugnauit †Ioſa † Aſa
phat. Maria autẽ aſſignabat cauſam ſepationis ipſius Moyſi à ſua
vxore,nõ allocutionem diuinã,ſed turpitudinẽ ſeu nigredinẽ ipſi⁹
Sephoræ. q.d. Si Moyſes pulchrã habuiſſet vxorem, nõ ſepaſſet ſe
à thoro illi⁹,ſed hoc fecit,quia eſt AEthiopiſſa.ſ.nigra. Ad qd' pro
bandum dicebat:Nõne & nobis ſimilr locutus eſt de⁹? q̄ſi diceret
ꝓpter ꝓphetiã nõ eſt neceſſariò ſepatio ꝑpetua ab actu mrimonia
li,qa ſimilr ſum⁹ nos ꝓphetæ ſicut & ille,& tamẽ nõ ſemper ſepara
mur ab illo actu,in quo magis videbantur detrahere ipſi Moyſi,
quàm ſi Sephora eſſet pulchra,& cùm hoc ab ea ſepararetur. Nã
ſcd'm hanc ſen

A ſecundū hanc ſniam in duobus errabant. Primò, qa pariſicabant ſe ipſi Moyſi, qd' erat manifeſtè falſum. Secūdò, qa iudicabant ſeparationem eius ab vxore in deteriorē ꝑtem. vnde ſequit: Erat em̄ Moyſes vir mitiſſimus ſup oēs hoīes q morabant in terra, eò quòd patienter tolerabat hmōi iniurias. Et notandum, quòd ex hoc poſſet ſumi ratio continuatiōis capituli huius ad immediatè præcedens, q̃ quidē capitula debent cōtinuari ex hoc qd' dicitur: Locutaq́ʒ eſt Maria. Cōiungit em̄ vtraq́ʒ capitula cū dicit: Locutaq́ʒ &c. Rō aūt cōtinuatiōis ſequtur, qa in præcedēti capitulo fuit oſtēſa notabiliter humilitas ipſius Moyſi, in hoc qd' placebat ſibi, vt totus populus ei pariſicaretur in dono ꝓphetiæ, ꝓut ibidē fuit declaratum. In hoc aūt nō ſolū de purificatione nō curabat, ſed etiā detractionē fratrū, quæ

Pſ. 54. b. magis intolerabilis eſt (iuxta illud Pſ. Si inimicꝰ meꝰ maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiq́ʒ) humiliter ſuſtinebat. vñ in hoc loco q̃ſi concludendo de humilitate Moyſi dicit. Erat enim Moyſes vir mitiſſimus &c.

¶ In eo. cap. xij. vbi dicitur in poſtilla; At non talis ſeruus meus Moyſes &c.

## ADDITIO II.

In verbis Mariæ & Aaron, detrahentiū de Moyſe, non habet ꝙ ęquiparent ipſi in bonitate morū, dixerūt em̄: Non ſolū per Moyſen locutus eſt dominꝰ; nonne & nobis ſimiliter locutꝰ eſt. In quibus verbis nihil videtur dici ꝓpriè de bonitate morū, ſed tm̄ de dono prophetiæ: & ideo hoc quod interponitur hîc: In omni domo mea fideliſſimus eſt, exponendum videt de excellētia ꝓphetiæ Moyſi reſpectu aliorum, de quo hîc propriè loquit. Primò quo ſciendum, ꝙ non ſolū in dono prophetiæ Moyſes excedebat alios, in hoc ꝙ ore ad os loquebatur ei dominꝰ & palā, & non per ænigmata & figurā deum intuebatur, prout in litera habet, & exponitur in poſtilla: ſed etiam in hoc, ꝙ ipſe Moyſes habebat reuelationes propheticas qñcunq́ʒ volebat, vt patet Nume. ix. b. vbi dicitur. State & † conſulā quid præcipiat dñs. vnde qñcunq́ʒ intrabat tabernaculū fœderis, ſtatim audiebat vocē dñi loquentis ad eum. vnde Num. vij. g. Cūq́ʒ ingrederet Moy. taber. fœde. vt conſuleret oracu. audiuitꝰ vo. Alij verò prophetæ nō ſic, ſed requirebat ꝙ ſe diſponerent, ꝓut Ra. Moy. declarat ſatis bene in ſuo Deute. Et iſta differentia videt innui hîc. vnde de alijs prophetis dicit: In viſione apparebo ei, vel per ſomnum, quę nō ſemper cōtingūt qñ homo ea appetit. De Moyſe verò dicit: In omni domo meą fideliſſimus. Illę enim qui in aliqua domo reputatur fideliſſimus, poteſt ingredi in illa domo quandocunq́ʒ voluerit ſine impedimento &c.

[margin: † zechur] [margin: Moyſes q̃re excellentior] [margin: B] [margin: † audiam]

*Replica* correctorij cōtra Burgē. In ca. xij. vbi dicit de fidelitate Moyſi: Bur. nō vult exponi debere de bonitate moris, ſed de excellentia ꝓphetiæ, adiungēs ꝙ Moyſes habebat reuelationes ꝓpheticas qñcunq́ʒ volebat &c. Sed certū eſt talia ad literalem ſenſum modicū pertinere, nec videt catholicū Moyſen vltra dñm noſtrum Ieſum Chriſtū extollere, qui voluntatē ſuā humanā diuinæ voluntati ſubiectā eſſe debere clarè oſtendit dicēs: Pater non ſicut ego volo, ſed fiat voluntas tua. ſcdꝰm iſtā autem inutilē cōmendationē Moyſi diuina voluntas videret alligata, ſi qñcunq́ʒ voluit prophetare potuit. Et probatio Burgen. ad hoc inducta falliſicat ſuam intentionem, quia adducit illud: State vt conſulā, quid præcipiat dominꝰ. Illę enim textus oſtēdit luce clariꝰ illuſtrationes factas Moyſi potius dependere à diuina voluntate pręcipiente, q̃ à Moyſi voluntate obaudiente, vt patet rectè intuenti literam, & ſæpe ſuprà correcta eſt exceſſiua Burgen. extollentia, qua Moyſen pręter, imò contra intentionem literæ commendauit, vt in correctorio immediatè pręcedente, & in ſecundo correctorio capit. xxxiij. Exo.

[margin: Mat. 26. d.]

## GLOS. ORDI. Cap. XIII.

[margin: Pharan ſolitudo]

PRofectuſq́ʒ eſt &c. a ¶ Pharan. Ra. Notandū, ꝙ Pharan nō eſt ſpeciale nomē manſionis, ſed ſolitudinis plures māſiones cōtinētis: ſicut in catalogo manſionū demonſtrat cū dicit; Profecti filij Iſraël de Aſeroth, caſtrametati ſunt in Rethma, deinde in Remōphares, & ſic oēs ꝑ ordidinem vſque ad Aſiongaber, id eſt vſque ad triceſimamſecundam manſionem ſub Pharan ſolitudinis nomine manſiones comprehenſæ ſunt: à Rethma ergo quæ fuit in ordine decimoquinto vſque ad triceſimamſecundam hæc continentur. ¶ Pharan interpretatur os viſibile, in quo poteſt intelligi ꝙ verbum caro factum eſt, & inuiſibilis, viſibilis effectus. Et pōt ex hoc ſignificari, ꝙ poſtq́ʒ finis & perfectio oīm q̃ erga illū populū gerenda erant venit, tunc tranſiit & venit ad eū quē verbum carnem factū antè non credidit. C

[margin: 33. c.]

b ¶ Mitte viros qui conſide. ter. Raba. Duodecim exploratores mittuntur ad ſanctam terram. Botrus ☞ defertur in ligno

[margin: Myſticè]

## Cap. XIII.

ꝗ Mundata Maria.

PRofectuſq́ʒ eſt a populus de Haſeróth, ꝗ Domꝰ perfecta interpretat. fixis tentoris in deſerto Pharan. Ibi locutus eſt dominus ad Moyſen dicens: b Mitte uiros qui conſiderent terram Chanaan, quā daturus ſum filiis Iſraël, ſingulos de ſingulis tribubꝰ ex principibꝰ. c Fecit Moyſes quod dominꝰ imperarat, de deſerto Pharan, d mittens principes uiros, quorum iſta ſunt nomina. De tribu Ruben, Semmua filium † Zachur. De tribu Simeō, Saphat filiū Huri. De tribu Iuda, Caleb filiū Iephone. De tribu Iſſachar, Igal filiū Ioſeph. De tribu

## NI. DE LY. Cap. XIII.

PRofectuſq́ʒ eſt populus. Hîc conſequenter ponit impedimentum ex tranſgreſſione exploratorum, & bene coniungitur pręcedēti, quia ſicut Maria peccauit verbis malis & falſis, ita & exploratores. Et diuiditur *in partē principalē, & incidētalem.* Secunda pars incipit. xv. ca. Circa primū primò pręmittit tranſgreſſio exploratorū, ſecundò aliorum. xiiij. ca. Circa primū ponitur primò exploratorum itineratio, ſecūdò eorum relatio, ibi: Locutiq́ʒ ſunt eis. Circa iter exploratorum primò ponitur locus vnde receſſerūt. In deſerto Pharan. Ex hoc videtur ꝙ retroceſſiſſent, quia ſuprà. x. ca. dicitur recedendo de monte Sinai, primò requieuit nubes in ſolitudine Pharan. Dicēdum quòd Pharan eſt nomen generale deſerti, in quo ſunt multa loca determinata, quorum vnus eſt Aſeroth. Suprà. x. ca. accipitur Pharan pro prima parte deſerti ꝓpe montem Sinai, hîc autē pro vltima verſus terram promiſſionis, & Aſeroth eſt in medio. Secundò ponitur eorum miſſio, cū dicitur Moyſi: b ¶ Mitte viros qui. Circa qd' ſciendū, ꝙ populus incitabat Moyſen ad mittendum exploratores, qui conſiderarent terrā ante ingreſſum eorū, ſcdꝰm qd' habetur Deu. 1. b. Acceſſiſtis ad me omnes, atq́ʒ dixiſtis: Mittamus viros qui conſiderent terrā, & renuntiēt per quod iter debeamus aſcendere. Hoc aūt nō videbatur bonū ipſi Moyſi, eò ꝙ dominus ei dixerat, ꝙ eſſet eorum ductor, vt habetur Exo. xxxiij. Verūtamē propter importunitatem populi conſuluit ſuper hoc dñm, qui reſpondit ei: Mitte vi. &c. ita ꝙ fuit permiſſio ad malum populi malè petentis. ſciebat enim dominus ꝙ per exploratores deciperētur. c ¶ Fecit Moyſes. In Hebręo habetur, quod dixerat, quia non fuit propriè præceptum ſed permiſſio. d ¶ Mittens princip. ✱ ſic nominant

[margin: Diuiſio] [margin: Exploratores quare miſſi.] [margin: D]

Moraliter. Profectuſq́ʒ eſt populꝰ. Sequit. b Mitte viros &c. Allegoricè per exploratores terræ promiſſionis ſignificantur ſacerdotes & ſcribę veteris legis, qui ꝑ ſcripturas explorabāt Chriſti aduentum quantū ad tempus, & quantū ad locū, & alias circūſtantias. vnde Mat. ij. a. requirēte Herode vbi Chriſtus naſceret, reſponderunt: In Bethleem Iudæ, allegātes ad hoc ſcripturā quæ habetur Michęę. v. a. tamē aliquantulū aliter in verbis. Et tu Bethleē terra Iuda nequaq́ʒ minima es in principibus Iuda; ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſraël. Vndę ſuper illud Mat. xxj. Hic eſt hęres; Dicit Hieronymꝰ. Ex hoc patet, principes Iudęorum non ex ignorantia, ſed ex inuidia crucifixiſſe dñm Ieſum Chriſtum. Sed quia prædicabat cōtra vitia eorū, ſubuerſa fuit in eis cognitio quam habebant de ipſo. Chriſtus aūt conueniēter poteſt dici terra promiſſionis, eò ꝙ ad terrā viuentiū nos introducit, & quia corpus eius terrenū eſt, terra promiſſa nobis in lege & prophetis. Per hoc autem ꝙ pauci exploratores, ſcilicet Caleb & Ioſue tantùm in veritate ſteterunt, alijs ab ea declinantibus & peruertentibus populum, figuratum fuit, ꝙ in aduētu Chriſti pauci de doctoribꝰ Iudęorū ſtarent in veritate, ſcilicet Nicodemus, Gamaliel, Nathanael & aliqui alij, alijs à veritate declinantibꝰ, & ſeducentibus populū, & inducentibus eum ad petendum mortē Chriſti, vt habetur Matth. xxvij. & Marci. xv. & Lucę. xxiij. Apoſtoli verò qui ſteterunt in veritate, non fuerunt de doctoribus Iudęorum, ſed fuerunt homines ſimplices & ſine literis, vt habetur Actuum. iiij. capitulo.

[margin: Moraliter Allegoricè]

¶ Moraliter autem per exploratores in veritate non ſtantes, & ab ea populum auertentes, ſignificantur pręlati & doctores eccleſiæ mali, qui per notitiam ſcripturarum exploratores ſunt terræ viuētium ſed per ſuam vitam malam ab eius ingreſſu deficiūt & etiam alios impediunt. Matth. xxiij. b. Væ vobis Scribæ & Phariſei hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare.

[margin: Moraliter]

E deſertur in ligno, vbi & Chriſti breuiter paſſio demõſtratur.
Murmurat populus Iudæorũ, gigantũ formidans impetũ. Pugna
tur contra Amalec & Chananæũ volẽte deo & vincit̃ pp̃lus. Au
§.16.c. dit quæ debeat in terra ſctã facere ſacrificia. Dathan & Abiron & fi
lij Core cõſurgunt cõtra Moyſen & Aaron, & terræ voragine glu
tiuntur. Inter mortuos & viuentes põtifex
medius thuribulo armatus ingreditur, &
currens ira dei ſacerdotis voce prohibe
tur. Virga Aaron & florem profert & fo
§.17.c. lia, & in æternam memoriam virens ſicci
tas conſecratur. Necdum templum vel æ
ditui, necdum ſacerdos & Leuitæ ſacrifi
cia obtulerant, & partes eorum myſticus
†de tribu ſermo deſcribit. Vitula rufa in holocau
ſtum crematur, & cinis eius piacularis aſp
ſio eſt. a ¶ Aſcendite ad meridianã
plagam. Cumq; veneritis ad mon
tes conſiderate & cætera. Auguſtinus.
Alia litera: Et dixit ad eos: Aſcendite de iſta
eremo: & videbitis terram quæ ſit, & po
pulum qui inſidet ſuper eam, ſi fortis eſt an
infirmus, ſi pauci ſunt an multi. Expoſuiſſe
Literaliter intelligitur ſecundum quid dixerat, ſi po
†Chanaan tens eſt an infirm⁹, hoc eſt ſi pauci ſunt an
multi. Quomodo eñ poſſent de mõte ꝓ
ſpicientes ſentire humanarũ virium forti
tudinem? Poteſt & alius ſenſus multò eſſe
congruentior veritati. Quod ait: Aſcende
※hac tis in montem in ipſam terram, quam ex
plorare volebant. Non enim poſſent faci
lè exploratores intelligi, niſi peregrinantes
omnia perquirebãt. Nam ſi de vertice mõ
tis eos putauerimus conſpexiſſe terram &
exploraſſe, quomodo poſſent exquirere
omnia quæ Moyſes præcepit? Quomodo
intrare ciuitates, quas leguntur intraſſe, &
de illa valle botrum tollere, propter quẽ
F vallis botri dicitur? In ipſo ergo monte ex
plorabatur terra, quia ipſa erat quæ explo
raretur, & ibi erat quidam depreſſior loc⁹,
de qua valle botrus ablat⁹ eſt. b ¶ Quẽ
portauerunt &c. Iſido. Botrum in li
gno de terra promiſſionis duo aduehũt,
Myſticè quia Chriſtus pendens in ligno crucis, ꝓ
†primitiæ miſſus gentibus, de terra genitricis Mariæ
vuarũ ſũt. ſecundum carnem natus. Duo baiuli, qui
Chald. iter ſub onere botri incedebant, vterque po
pres primę pulus eſt, cuius prior Iudaicus cæcus & a
vuæ matu uerſus, ignarus pẽdentis gratiæ, & preſſus
reſcunt onere ſuſpenſi, cui ſubijcietur iudicanti. vn
de: Obſcurentur oculi eorum ne videant
Pſal.98.f. &c. Qui verò poſterior veniebat, populũ
Moraliter gentium ſignificabat, qui credens, & Chri
ſtum ante oculos habens, ſemper quẽ por
tat videt, & quaſi ſeruus dominum, & di
ſcipulus magiſtrum ſequitur, ſecundum il
lud: Si quis vult poſt me venire, tollat cru
Matt.16.d. cem ſuam, & ſequatur me. Hic eſt botrus,
qui effuſum in ſalutem noſtram vinũ ſan
†Deut.1.g guinis ſui, crucis contritione perfudit, & ex
preſſum paſſionis ſuæ calicem propina
†botro uit eccleſiæ. Quem in malo granato ſo
cia muneris gratia ſecuta eſt mater eccle
ſia, habens intra ſe per granorum nume
rum multitudinem populorum. per ru
borem, id eſt ſanguinis Chriſti ſignacu
lum, coruſcantem, habentem etiam di
uerſa ſpiritusſancti charismata, quibus ſe
indignos increduli iudicantes, terram car
nis Chriſti fluentem lacte & melle, acci
pere non meruerunt, quam per fidem e
ius ſerui, id eſt Chriſtiani conſecuti ſunt.
De cuius doctrina dicitur: Quàm dul
Pſal.118.a. cia faucibus meis eloquia tua ſuper mel
ori meo. Ficum cum botro de terra promiſſionis attulerunt, id
eſt imaginem legis cum figura Chriſti. De Chriſto enim dicitur:
Frater meus vt botrus cypri: quia nec Chriſtus ſine lege, nec
Can.1.d. lex ſine Chriſto eſſe poteſt. c ¶ De malis quoq; granatis, quę
legem ſignifi

legem ſignificant, quia nec Chriſtus ſine lege, nec lex ſine Chriſto. G
d ¶ Exploratores terræ poſt qua. Iſid. Exploratores, qui ad
terram vberem miſſi terruerunt populum, ne crederent poſſe ha
beri terram à domino promiſſam, Scribas & Phariſęos ſignificãt. Allegoricè
Sicut enim illi per Moyſen miſſi ſunt, vt ſoli fœcunditatem ſollici
tè conſiderarent, ſic iſti per legem & pro
phetas, vt per ſcripturarum inueſtigatio
nem domini ſpecularentur aduentum. In
quo erat terra, id eſt caro ſancta, in qua re
gnum dei, & vbertatem ſpiritualium fru
ctuum, & vitam æternã conſequi poſſent.
Sed ſicut illi deſperatione terruerunt po
pulum, ne crederẽt deo promittenti, ſic iſti Exo.16.a.
ſuaſerunt populo Iudæorum, ne Chriſto
crederent, ad AEgyptum huius ſeculi redi
re cupientes, manna fidei repudiantes, & †Sthur
quærentes ollas peccatorum nigras, & cæ
pas blaſphemiarũ repudiatas, & pepones ſuprà.11.b.
vitiorũ & libidinũ corruptione marcẽtes.
In deſertum

Ephraim, Oſee filium Nun. De
tribu Beniamin, Phalti filiũ Ra
¶ Alias Geldiel.
phu. De tribu Zabulon, Gelde
hel filium Sodi. De tribu Ioſeph,
†ſceptri Manaſſe, Gaddi filium
Suſi. De tribu Dan, Ammiel fili
um Gemalli. De tribu Aſer, †Sur
filium Michaël. De tribu Neph
thali, Nahabi filium Vapſi. De
tribu Gad, Guël filium Machi.
Hæc ſunt nomina uirorũ, quos
miſit Moyſes ad conſideran
dam terram†. Vocauitq; Oſee fi a
¶ Id eſt ſaluatorem.
lium Nun, Ioſue. Miſit ergo eos
Moyſes ad conſiderandam ter
a ram Chanaan & dixit ad eos: A
ſcẽdite※ad meridianam plagam.
Cumq; ueneritis ad montes, con
a ¶ Scilicet contemplandam.
ſiderate terram qualis ſit, & po
pulum, qui habitator eſt eius, u
trum fortis ſit, an infirmus, pauci
numero an plures, ipſa terra bo
na an mala, urbes quales, mura
tæ an abſque muris, humus pin
guis an ſterilis, nemoroſa an abſ
que arboribus. †Confortamini,
& afferte nobis de fructibus ter
ræ. Erat autem tempus quando
†iam pręcoquę uuę ueſci poſſunt.
¶ Peregrinantes.
Cumq; aſcendiſſent, explorauę
runt terram, à deſerto Sin uſque
Rohob intrãtibus Emath. Aſcen
derúntque ad meridiem & uene b
runt in Hebron, ubi erant Achi
man & Siſai & Tholmai, filij E
nac. Nam Hebron ſeptem annis c
ante Tanim urbem Ægypti con
dita eſt. †Pergentesq; uſque ad d
a ¶ Chriſti, qui de crucis ligno pependit.
Torrẽtem botri, abſciderunt pal
b mitem cum †uua ſua, quem por
a ¶ Duo populi. ¶ Quibus figuratur eccleſia, quæ Chriſtum ſequitur.
c tauerũt in uecte duo uiri. De ma
lis quoq; granatis & de ficis loci
illius tulerunt, qui appellatus eſt
Nehel eſchol, id eſt Torrẽs botri,
cò quòd botrũ inde †portaſſent
d filij Iſraël. Reuerſiq; exploratores e
terrę poſt quadraginta dies omni

*Nicolaus de Lyra.*

sic nominantur, quia pro tunc erant
boni, ſed poſtea fuerunt deteriorati. Cæte
ra patent vſque ibi: a ¶ Vocauitq; O
ſee filium Nun Ioſue. Quòd autem in
præcedentibus vocatus eſt Ioſue, hoc eſt ꝑ
anticipationem. Ratio autem quare Moy
ſes mutauit nomen eius fuit, quia Moyſes
orauit dominum vt reuerteretur cum ſa
lute corporis & mentis, quod & factũ eſt,
vt patet ex ſequentibus, ideo vocatus eſt
Ioſue qui interpretatur ſalus. Cętera patẽt
vſq; ibi: b ¶ Et venerunt in Hebrõ, Caleb q̃re
vbi erant Achiman & Siſai & Thol nõ deceptꝰ
mai, filij Enac. In Hebręo habetur: Et ve
nit in Hebron. Et dicit Ra. Sa. q̃ ſolus Ca H
leb iuit illuc, & orauit dominum ſuper ſe
pulchra patrum, vt dominus pręſeruaret
eum à deceptione aliorum exploratorum,
quos videbat iam inclinatos ad malum. Et
hoc accipit ex hoc quod habet̃, Ioſue. xiiij. †roborate
vbi Caleb dicit Ioſue: Iurauitq; Moyſes in vos
die illo: Terra quàm calcauit pes tuus, erit
poſſeſſio tua. Et ſequitur ibidem: Benedi
xitq; Ioſue & tradidit ei Hebron in poſſeſ
ſionem. c ¶ Nam Hebrõ ſeptem an
nis ante Tanim vrbem AEgypti cõ
dita eſt. Hoc autem interponitur ad re
ſpondendum tacitæ quæſtioni, quia immè
diatè fecerat mentionem de filijs Enac qui
erant gigantes, & in Tanim AEgypti ciui
tate commorabantur gigãtes propter q̃d Titanes
gigantes Titanes vocati ſunt. Ideo poſſet
aliquis mirari & quęrere, maximè veniens
de AEgypto ſicut erant filij Iſraël, quomo
do in Hebron eſſent gigantes: ideo dicit q̃
Hebron fuit edita ante Tanim, quaſi dice
ret, non eſt mirum ſi ibi habitant gigantes,
quia Hebrõ eſt antiquior & propinquior
tempori diluuij q̃ Tanim, in quo vigebat
natio gigantum. d ¶ Pergentesq; vſq;
ad torrentem botri, abſciderunt pal
mitem cum vua ſua, quem portaue
rũt in vecte duo viri. De malis quo
que granatis & de &c. Cauſa hui⁹ no
minis exprimit̃ in litera & patet. e ¶ Re
uerſiq; exploratores terræ poſt qua
draginta dies, omni regione circũi †abſciderũt
ta, venerunt ad Moyſen & Aaron ſent
& ad omnẽ cætum filiorum Iſrael
in deſertum Pharã & cætera. Dicit
Rab. Sa. q̃ maius tempus ſatis requireba -oĩ regiõe
tur ad peragrandum tanta terræ ſpatia, ſed dominus breuia circumita
uit, quia diſpoſuerat differre ingreſſum terræ promiſſionis per
quadraginta annos, ſecundum numerum dierum quibus explora
tores conſiderauerunt terram, vt habetur capitulo ſequenti.
Locutiq; eſt

A ☞ a ¶In deſertum Pharan qđ' eſt. Rab. Salitudo Pharan decem & octo manſiones continet. In quarum vltima reuerſi exploratores ad Moyſen renuntiauerunt quę viderunt, portantes botrum cum malis granatis & ficis. Et in ſequentibus ſcriptum eſt: Profecti de Aſiõgaber,
infrà.33.d.
caſtrametati ſunt in deſerto Sin, hęc eſt Cades, quæ non ſancta (vt plerią́ æſtimant) ſed mutata vel tranſlata interpretatur. In
infrà.20.a.
hac manſiõe moritur Maria & ſepelitur, & propter aquas contradictionis Moyſes
† & hic fructus eius
& Aaron offenderunt dominum, & prohibentur tranſire Iordanẽ.

Tropolo.
IGitur vo. CAP. XIIII. b ¶Terra &c. Orige. Quę eſt terra iſta ſancta quidem & bona, ſed ab impijs habitata? Qui ſunt hoſtes qui habitant in terra ſanctorum? Quomodo eijciendi vt ſuccedãt ſancti? Euangelia promittunt ſanctis regna cęlorum. Et Apoſtolus dicit: Noſtra
Phil.3.d.
autẽ conuerſatio in cælis eſt. In cælis eſt ergo hęreditas q̃ ꝓmittitur ſanctis. Putas ergo, q̃a ibi nũc nullus habitator ſi q debeat expelli? A diebus Iohã. baptiſtæ regnũ cælorũ vim patitur &c. Niſi eſſent inde
Matt.11.b.
aliqui expellendi, nunquã diceretur per vim eſſe deripiendũm regnũ cælorum. Et niſi cũ aliquibus nobis eſſet prẽliũ, nõ diceret Apoſtol⁹: Nõ eſt nobis colluctatio aduer
Eph.6.b.
ſus carnẽ & ſanguinem &c. De his etiam dicitur: Inebriatus eſt gladius meus in cæ
Eſa.34.a.
lo: Neceſſe eſt ergo, vt vincas ſpirituales nequitias q̃ in cæleſtibus eſſe dicuntur, q ſunt veri Chananęi, & expellas de cæleſtibus locis, vt habites pro illis. Scito tamen
✠ In medio eius
eſſe eos gigantes. Gigas dicitur omnis qui deo reſiſtit, quod illi principaliter faci-
† gigantes filios
unt. Tibi ergo datur vt eijcias gigantes. Vnde: Quis accipiet à gigante ſpolia? Et
B
albi: Nemo poteſt introire in domum
Eſa.49.g.
fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius
Matt.12.c.
alligauerit fortem. Comparatione ergo humanæ naturæ & dæmoniacæ naturæ

*Nicolaus de Lyra.* ☞

✣ a ¶Locutią́. Hîc cõſequenter ponit exploratorũ relatio, cũ dicit: b ¶Venimus in terrã &c. fluit lac. &c. quia ibi eſt abundantia paſcuorũ & nemorũ, in q̃bus apes mellificant ſine humano labore. Inceperunt narrationẽ ſuã à cõmẽdatione terræ, vt magis crederet eis ppl's poſtea in detrahẽdo de ea, ſicut detractor aliquando incipit à commendatione perſonæ cui vt detrahere, vt per talem commendationem inclinet corda audientium
† vel iudicat
ad credendum, q̃ in dicendo mala de illa perſona non moueatur odio, ſed veritatis amore, & ſic ſibi magis credatur: & ideo ſubdiderunt difficultates obtinendi terrã illam, cũm dicitur: c ¶Sed culto. fortiſſimos habet, quibus non poterimus reſiſtere. d ¶Stirpem Enac. id eſt giganteam. e ¶Amalec habit. in me. Hunc populum primò recitant, quia habitabat in parte per quã ingreſſi erant, & vt terrerent populum Iſraẽl, cui Amalec aliãs moleſtus fuerat, vt habet Exod. xvij.
† Eccl.47.b. 1.Mac.2.f.
f ¶Chananæus vero. q. d. per iſtas partes non eſt ingreſſus nobis poſſibilis: propter aquas. & ex his fuit territus populus, & incepit murmurare contra Moyſen. Et ideo Caleb (qui fuerat fidelis in hac miſſione, ad reprimendũ murmur populi & timorem, dixit: g ¶Aſcendamus & poſ. &c. po. valde faciliter cũ dei adiutorio.

regione circũita, uenerunt ad Moyſen & Aaron, & omnem cœtum
a
filiorum Iſraẽl in deſertũ Pharan, quod eſt in Cades. Locutią́ eis & a omni multitudini, oſtenderunt fructus terræ, & narrauerũt dicentes: Venimus in terram, ad quam mi- b ſiſti nos, quæ reuera fluit lacte &

a ☞De doctrina Chriſti dicitur: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo.

melle, † ut ex his fructibus cognoſci poteſt: ſed cultores fortiſſimos ha- c bet, & urbes grãdes atq; muratas. Stirpem Enac uidimus ibi. Ama- d lec habitat in meridie, Hethæus & e Iebuſęus & Amorrhæus in monta nis. Chananæ⁹ uerò moratur iuxta f mare & circa fluenta Iordanis. Inter hęc Caleb cõpeſcens murmur populi qui oriebatur contra Moyſen, ait: Aſcendamus & poſſidea- g mus terram, quoniam poterimus obtinere eam. Alij uerò qui fuerant h cum eo dicebant: Nequaquam ad hunc populum ualemus aſcendere, quia fortior nobis eſt. Detraxe- i rũntque terræ, quam inſpexerant, apud filios Iſraẽl dicentes: Terra, k quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos: Populus, quem aſpeximus, ✠proceræ ſtaturæ eſt. Ibi ui- l dimus † monſtra quędam filiorum Enac de genere giganteo, quibus m comparati quaſi locuſtæ uidebamur.

Cap. XIIII.

IGitur uociferans n omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron cuncti filij Iſraẽl dicentes: Vtinam mor- o tui eſſemus in Ægypto, & non in hac uaſta ſolitudine. Vtinam pereamus † & non inducat nos dominus in terram iſtam, ne cadamus gladio, & uxores ac liberi noſtri ducãtur captiui. Nonne melius eſt reuerti in Ægyptum? Dixeruntą́ alter ad alterum: Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptũ. Quo audito Moyſes & Aaron ce- p ciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Iſraẽl.

☞Qui de tribu Iuda.

† At uerò Ioſue filius Nun, & Caleb q filius Iephone, qui & ipſi luſtrauerunt terrã, ſciderunt ueſtimenta ſua, r & ad omnem multitudinem filiorum Iſraẽl locuti ſunt: Terra quam b

rio. h ¶Alij vero &c. excepto Ioſue. C
i ¶Detraxeruntą́ terræ. nõ ex ſterilitate, quia contrariũ dixerãt, ſed ex morbida, & peſtilenti habitatiõe, ita q̃ homines nõ poſſunt ibi diu viuere: Ideo dixerunt: k ¶Terra quam lu. dicit Rab. Sa. q̃ in illa terra viderunt in qualibet villa homines ſepelientes mortuos ſuos, qđ domin⁹ faciebat ad bonum filiorum Iſraẽl, vt pauci remanerent ad pugnandum cum eis, & ipſi exploratores retulerũt ad malum populi Iſraẽl. l ¶Ibi vidimus monſtra q̃dam. id eſt homines vltra quantitatem naturalẽ alios mirabiliter excedentes, vt ſic filij Iſraẽl terrerent ex conditione terræ & habitatorum eius. m ¶Quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur. Modus loquẽdi eſt hyperbolicus, & ſecũdũ veritatẽ, hominibus timẽtib⁹ aduerſarij ſui vident eis multò robuſtiores q̃ ſint in veritate, & trepidãt vbi nõ eſt timor.

CAP. XIIII.

IGitur. Poſt trãſgreſſionem exploratorũ, hîc cõſequenter ponit trãſgreſſio aliorũ, & primò quãtũ ad eorũ deſperationẽ, ſcđò quãtũ ad eorũ ꝓſumptionẽ, ibi: Et ecce mãe. Circa primũ ponit dicta trãſ
Diuiſio.
greſſio. ſecũdò trãſgreſſionis punitio, ibi: Et dixit dñs. Circa primum ſciendũ, q̃ ex verbis exploratorũ fuerũt territi & deſperati de cõſecutiõe terrę à deo ſibi ꝓmiſſæ, & ideo primò proruperũt in verba murmuratiõis. & ideo dicit: Et murmu. &c. Secundò deſperationis, ibi: o ¶Vtinam mortui eſſemus in AEgy. & nõ in. In Hebræo habet: Vel in hac ſolitudine mortui eſſemus. Et hoc patet per v̾ba dñi
D.
dicẽtis infrà eo. c. ſicut locuti eſtis audiente me, ſic faciã vobis, in ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra. Tertiò in verba rebellionis dicẽtes: Cõſtituamus nobis &c. p ¶Quo audi. Moyſes. &c. ceciderunt in ter. ne domin⁹ iraſceretur, & vt furia populi frangeretur. q ¶At vero Ioſue &c. dolentes de tranſgreſſione populi & de afflictione Moyſi. r ¶Sciderũt veſtimenta. In ſignũ magnę triſtitiæ. & habet ſimile in pluribꝰ locis veteris ac no. te.

✣ Nolite

Moraliter. n ¶Igitur vocifera. In hoc ca. agit de murmuratione populi Iſraẽl cõtra Moyſen & Aarõ, & ei⁹ rebelliõe
Moralit̃
ꝯ deũ, ꝑpter q̃ data fuit ſñia mortis in deſerto ſup eos, q exierũt de AEgypto à viginti annis & ſupra exceptis Caleb & Ioſue. Per hoc allegori. fuit figuratũ q̃ pauci de Iudæis cõparatiuẽ ingreſſuri erãt ad
Allegoricẽ
fidẽ Chriſti in aduẽtu eius, qui q̃dẽ ingreſſus per fidẽ eſt introitus terræ viuentiũ in ſpe. & hoc etiã ſcribit in quodã libro Hebraico q dicit Canhedrin apud Hebræos autẽtico exponẽdo illud Hie. iij. e. Aſſumã vos vnũ de ciui. & duos de cog. &c. Glo. Menſuratus eſt egreſſus de AEgypto ingreſſui eorũ in terrã ꝓmiſſam, q̃a duo tm̃ de ſexcẽtis milib⁹ igreſſi ſunt: ſic erit in dieb⁹ Meſſiæ, qđ patet impletũ. nã pauci valde de Iudęis i Chriſtũ crediderũt reſpectu nõ credẽtiũ. Mora. aũt p hoc q̃ pauci exeũtiũ de AEgypto intrauerũt terrã ꝓmiſ
Moraliter.
ſionis, ſignificatũ fuit, q̃ pauci de credẽtib⁹ q exierũt ſpũaliter de AEgypto p v̾tute baptiſmi terrã viuentiũ. i. cæleſtem patriã ſunt intraturi: Matt. xx. b. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. & Lucæ. xiij. e. Contendite intrare ꝑ anguſtã portã: dicõ vobis, q̃a multi q̃rũt itrare & nõ poterũt.

T ✠ Nolite re.

E turę nos locuſtæ ſumus. Præcipuè ſi dubia ſit fides noſtra, & nos perterreat infidelitas: illi verò gigantes erũt, nos locuſtæ. Si verò ſequimur Ieſum, & verbis eius credimus, tanquam nihil erunt in conſpectu noſtro. Hortať enim nos & dicit: Si amat nos deus, introducet nos in terrã hanc, quia bona eſt, & fructus eius mirabilis. Figura ergo pceſſit in patrib⁹, veritas cõpleť in nobis. Eiecerunt illi gigantes, & conſecuti ſunt terrã eorũ, omnẽ terrã Iudęę, & Ieruſalẽ ciuitatem, & montem Sion. Ad nos autẽ dicit: [Heb.12.e.] Non acceſſiſtis ad ea quæ viſibilia ſunt, ſed ad inuiſibilia. Acceſſiſtis enim ad montem dei viuentis, & ad ciuitatem cęleſtem Ieruſalem, & ad multitudinem angelorũ. [Gal.4.d.] Et alibi: Ieruſalem quæ ſurſum eſt, libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Ieruſalem ergo cęleſtem eſſe credimus, & ad typũ hui⁹ terrenæ, & quæ ſcripta ſunt de hac terrena, ad illam cęleſtem ſpiritaliter referimus. Et ſicut illi de terreſtri Ieruſalem eiecerunt Chananæos & Pherezæos & cæteras gentes, ita & nos qui acceſſimus ad montem dei, & ad regna cæleſtia, neceſſe eſt, vt expellamus de his contrarias poteſtates, & ſpiritualia nequitię in cæleſtibus. Et ſicut illi eiecerunt Iebuſæum de Ieruſalem, quæ vocabatur Iebus & poſtea vocabatur Ieruſalẽ, ita nos oportet prius expellere Iebuſæum de Ieruſalẽ, & ſic cõſequi eius hęreditatem. [†irritabit me] Illi armis viſibilibus & corporalibus vincebant, nos inuiſibilibus & ſpiritalibus. [Eph.6.b.] Vnde: Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem &c. Induite vos loricã charitatis, & galeã ſalutis, & aſſumite ſcutũ fidei & gladiũ ſpiritus, qđ eſt verbum dei. Cũ talibus armis ſequens Ieſum ducẽ, ſicut patres calcauerunt ceruicem gẽtium,
F & tu calcabis ceruices dęmonũ. Ipſe enim ſequentibus ſe ait. [Lu.10.c.] Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones. Vult ergo Ieſus ſemp res mirabiles facere, vult de locuſtis vincere gigantes, & de his qui in terris ſunt cæleſtes ſuperare neqtias. Hoc eſt fortaſſe quod dicitur: Quia qui credit in eum non ſolùm faciet illa quæ ipſe fecit, ſed & maiora. [*ſtet ſuper] Maius enim mihi videtur, ſi homo in carne poſitus fragilis & caducus, fide tamẽ Chriſti & verbo eius armatus ſuperet dęmonũ legiones, ꝗuis ipſe ſit qui vincit in nobis, plus tamẽ eſſe dicit, quòd per nos vincit, tantùm eſt vt nos armis iſtis ſemper ſimus parati & armati, & conuerſatio noſtra ſemper in cælis ſit: omnis motus noſter, actus, cogitatus, & ſermo, cæleſtis ſit. Quantò enim illic ardentius aſcendemus, [†Exo.32.c.] tantò illi præcipites deſcendent, & quantò nos ſuperiores, tantò illi inferiores. Si vita noſtra ſancta & ſecundum deum ſit, mortem confert illis: Si ſegnis & luxurioſa, potentes aduerſum nos gigantes facit, & quantò nos dilatamur in terris, tantò illis latiora ſpatia cõcedimus in cælis. Augeſcamus ergo vt illi minuantur, nobis ingredientibus illi pellantur, & aſcendentibus cadãt. a ¶ Neq; timeatis populum terræ hui⁹ quia ſicut panem ita poſſumus. [Augu. Literaliter] Auguſti. Caleb, & Ieſus naue loquentes ad populũ, ne timerent ingredi terrã pmiſſionis dixerunt: Vos aũt ne timueritis pplm terrę: qm̃ cibus nobis ſunt, abſceſſit em̃ tẽpus ab eis, dominus autẽ in nobis, ne timueritis eos. Quod dictũ eſt, cibus nobis ſunt, hoc eſt cõſumemus eos. Quòd verò auditũ eſt: Abſceſſit enim tẽpus ab eis, domin⁹ autẽ in nobis ſatis diligenter. non dixerunt abſceſſit ab eis dominus, impij enim fuerunt. Sed quoniam etiam impijs occulta diſpenſatione datur tempus floredi & regnãdi, inquiunt tempus ab eis diſceſſit. Dominus autẽ in nobis. Non dixerunt, tempus abſceſſit ab eis, & noſtrũ ſucceſſit: ſed, dominus autẽ in nobis, non tẽpus. Illi enim tempus habuerunt, iſti dominũ temporum creatorem & ordinatorem & omnium diſpenſatorem. b ¶ Feriam igitur eos. Orige. Cõminatio hæc non eſt iracunda, ſed prophetia. Aſſumendus enim erat popuus nationum, ſed non per Moyſen: excuſaui

ſen: excuſauit ergo ſe Moyſes. Sciebat enim quia gens quæ promittitur, non per ſe vocãda erat, ſed per Ieſum, nec Moſaicus, ſed Chriſtianus populus erat appellandus. Ideo pluribus exorat pro populo illo. G ¶ Origenes. Feriam igitur. Fit comminatio hæc à domino, non vt diuina natura paſſibilis, & iræ ſubiecta oſtendatur, ſed vt Moyſi charitas [Myſticè] quã erga

circumiuimus ualde bona eſt. †Si propitius fuerit dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. a Nolite rebelles eſſe contra dominũ, neq; b timeatis populum terræ huius, quia ſicut panem, ita poſſumus eos deuorare. Receſſit ab illis o- c mne præſidium, dominus nobiſcum eſt, nolite metuere*. Cumq; clamaret omnis multitudo, & la- d pidibus uellet eos opprimere, ap- e

*Maieſtas domini texit eos in nubibus cæli.

pâruit gloria domini ſuper tectũ fœderis cunctis filiis Iſraël. Et di- f xit dominus ad Moyſen: Vſq; quo †detrahet mihi populus iſte? Quouſq; non credent mihi in o- g mnibus ſignis, quæ feci corã eis? Feriam igitur eos peſtilentia atq; h conſumam: te autem faciam prin- i cipem ſuper gentem magnam, & fortiorem quã hæc eſt. Et ait Mo- k yſes ad dominum. †Vt audiant l Ægyptij, de quorum medio eduxiſti populum iſtum, *& habita- m tores terræ huius, qui audierunt, quòd tu domine in populo iſto ſis, & facie uidearis ad faciem, †& nubes tua †protegat illos: & in columna nubis præcedas eos per diem, & in colũna ignis per noctẽ, quòd occideris tantã multitudinẽ quaſi unum hominem, & *dicãt: Non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat, †idcirco occidit eos in ſolitudine. Magnificetur ergo fortitudo dñi, n o ſicut iuraſti dicẽs: dñs †patiens & p q multæ miſericordiæ, auferens in- r s iquitatẽ & ſcelera, nullúmque in t v

[†ſi voluerit nos dñs vel ſi voluntas dñi propę ſa eſt erga nos]

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Nolite rebelles eſſe cõtra dominum. Tum quia rebellando Moyſi rebellabant deo, cuius erat nuntius: Tũ quia dominus præceperat eis, ꝙ irent ad terram promiſſionis, & ſic rebellabant ei in perſona propria. b ¶ Neq; timeatis populum terræ huius, quia ſicut panem ita eos poſſumus deuorare, id eſt abſq; vlla difficultate. c ¶ Receſſit ab illis omne præſidium. [*eos] Quia virtute diuina erant timore percuſſi, ita quòd non remãſerat in eis conſilium, & virtus reſiſtendi: ſed quia populus ita erat deſperatus, quòd non recipiebat admonitionem, ideo voluerunt ſe cõuertere ad occiſionem. vnde ſubditur. d ¶ Et lapidibus eos vellet opprimere. ſcilicet Moyſen & Aaron Ioſue & Caleb. e ¶ Apparuit gloria domini, ad defenſionem eorum & terrorem malorum. f ¶ Et dixit dominus. [Diuiſio] Hîc conſequenter ponitur dictæ trangreſſionis punitio. Circa quod primò ponitur dei comminatio. Secũdò pœnæ relaxatio quantùm ad vnam partem, ibi: Dixitq; dominus. Circa primum igitur primò ponitur tranſgreſſionis repetitio breuiter, cùm dicitur: Et dixit dominus ad Moyſen. Vſq; quo detrahet mihi populus iſte? Quaſi dicat ab exitu de AEgypto inceperunt: vt patet Exod. xiiij. & continuauerunt vſq; modò. [†& audiet] [*in fortitudinẽ tua] g ¶ Quouſq; non credent mihi in omnibus ſignis, quę fuerunt tam mirabilia, quòd deberent credere eis. H [†Exo.13.d.] h ¶ Feriam igitur eos peſtilentia atq; conſumam. licet hoc non fecerit, tamen verum dixit, quia loquebať ſecundum demerita populi, vt ſit ſenſus: meruerũt vt hoc eis facerem. i ¶ Te autem faciam principem. hoc autẽ intelligitur cõditionaliter. i. ſi facerem primum, facerem & iſtud ſecũdum, quia merita tua exigunt. [*audientes talẽ famam de te] k ¶ Et ait Moyſes, ad auertẽdum iram dei, ne popul⁹ totaliter deleret. et ad hoc allegat blaſphemiam nominis dei ſi hoc fieret, dicens: l ¶ Vt audiant AEgyptij. q. d. ſi hoc fieret, veniret ad eorum notitiam, & tunc intenderent in tuam blaſphemiam, quia neſciunt populi culpã. [†tardus ad irã] m ¶ Et habitatores terræ huius q audierunt, ꝙ tu. id eſt terræ Chananæorũ, ad quam ibant, & imputent impotentiæ tuæ dicentes, ꝙ licet potueris educere populũ de AEgypto, non tñ introducere in terrã promiſſam, quia fortior eſt in ciuitatibus & habitatoribus ꝗ AEgyptus. & hoc eſt quod diciť: Non poterat introducere &c. & ideo concludit: n ¶ Magnificetur ergo for. introducendo populum iſtum ad terram, quam ei promiſiſti: quod nõ poſſet fieri ſi iſte populus penitus deleretur, quia non remanerent reliquiæ ex ipſis. o ¶ Sicut iuraſti dicens. li dicens, non refertur ad literam immediatè ſequentem, quia non ſunt verba domini, ſed Moyſi: vnde & ſimilia verba dixit Moyſes domino, Exod. xxxiiij. ſed refertur ad iuramentum dei factum Abrahæ, Geñ. xxij. vbi dicitur ſic: Per memetipſum iuraui dixit dominus. & ſequitur: Poſſidebit ſemen tuum &c. p ¶ Dñs. Per omniũ gubernationẽ. q ¶ Patiẽs. per pœnitentiæ pctõrũ expectationẽ. r ¶ Et multæ miſericor. per pœnę relaxatitionẽ. s ¶ Auferens iniquitatem. i. peccata facta contra pximum. t ¶ Et ſcelera.. cõtra deũ. v ¶ Nullũq; inno. derelinquẽs. quia oẽs cõtrahũt pctm̃ originale, & adulti cũ hoc ſaltem veniale.

Qui viſitas

A ☞ quam erga populum habebat, & dei bonitas quę ſupra oēm mentem eſt, appareret. Scribitur enim deus iraſci & comminari, vt ſciat homo tãtũ ſibi eſſe loci apud deũ, tantũq; fiducię, vt ſi etiam aliqua indignatio ſit in deo, humanis obſecrationibus mitiget, & tantũ de deo impetrare poſſe hominē, vt propria ſtatuta cõuertat. Bonitas eñ quæ ſequit̃ iracũdiã, & Moyſi fiduciam oſtendit apud deũ, & alienã ab iracundiæ vitio diuinã docet eſſe naturã. Et myſteriũ in futuro explēdum cõtinet ſermo, ꝑ quē ꝓmittit de⁹, ꝙ alium populũ hoc abiecto reſuſcitet. a ℭ Paruulos. Orig. Sed filij ipſorũ, q̃ ſunt hîc mecũ, quicũq; ignorãt bonũ vl' malũ &c. Patres noſtri fuerũt populus ille prior, nos filij ipſorũ ſumus: illi quia peccauerũt abiecti ſũt & ceciderũt, nos autē filij ipſorũ pro ipſis ſurreximꝰ, & erecti ſumꝰ, q̃ neſciebamꝰ bonũ vel malũ. Ex gentibus eñ ſumus, neq; bona q̃ ex deo veniunt noueramꝰ, neq; mala q̃ ex peccato generant̃. vnde: Vide aũt ſeueritatē & bonitatē dei in eos, qdē q̃ ceciderũt ſęueritatē, in te aũt bonitatē, ſi ꝑmanſeris in bonitate &c. b ℭ Annis pro die. Orige. Quaſi pro die ꝑ annũ recipietis peccata veſtra .xl. annos. Timeo hoc myſteriũ diſcutere. Video eñ ꝙ in hoc cõprehendit̃ ratio peccatorũ & pœnarũ. Si eñ cuiq; peccatori annꝰ aſcribit̃ ad pœnã ꝓ vnius diei peccato, & ſecundũ rationem dierũ quibus peccat̃ totidē annorũ numerꝰ in ſupplicijs conſumit̃, vereor ne forte nobis q̃ quotidie peccamus, nec ipſa forte ſecula aut

B etiam ſecula ſeculorũ ſufficere poſſint ad pœnas luendas. In eo ꝙ populus ille pro .xl. dierũ delicto .xl. annis cruciat̃ in deſerto, nec terrã ſanctam introire ꝑmittit̃: Similitudo futuri iudicij videtur oſtendi, vbi peccatorũ rõ diſcutiēda eſt, vbi erit aliqua fortaſſe bonorũ operũ recõpēſatio, vel eorũ q̃ in vitã ſuã q̃ſq; mala recepit, ſicut de Lazaro dicit̃. Sed hoc nuliꝰ ad integrũ nouit, niſi cui pater omne iudiciũ tradidit. ℭ Orig. Neget qs fortaſſe bõitati dei cõuenire, vt ꝓ vniꝰ diei pctõ, annũ ſuppliciorũ rependat, imò dicat etiã ſi diē ꝓ die reddat, q̃uis iuſtũ, nõ videt̃ eſſe begninũ. Sed ſi vulnus corpori infligat̃, aut os confringat̃, aut neruorũ iunctura reſoluat̃: ſub vnius eñ horæ ſpatio ſolent hęc corporibꝰ accidere, & pluribꝰ poſtmodũ cruciatibꝰ aut doloribꝰ exactis, multo vix tpe ſanari. Quanti eñ tumores in loco, quãta tormēta generant̃? Si verò accidat vt in eodē vulnere vel in eadem fractura iterũ quis vulneret̃, & frequētius frãgat̃, quãtis pœnis quãtiſq; cruciatibꝰ põt curari? Quãto aũt tpe (ſi tñ potuerit) ad ſanitatē perducit̃? Et vix aliquando ita curabit̃, vt vl' debilitatem corporis vel fœditatem effugiat cicatricis. Trãſit ab exēplo corpis ad vulnera animę, q̃ quoties peccat, toties vulneratur peccatis velut telis. vñ: Aſſumite ſcutũ fidei in q̃ poſſitis oĩa tela maligni ignea neq̃ſſima extinguere. Patit̃ autē nõ ſolũ vulnera iaculorũ, ſed & fracturas pedũ cũ laquei parant̃ pedibꝰ eius, & ſupplãtant̃ greſſus eiꝰ. Hęc & huiuſmodi vulnera quãto tpe putas poſſe curari? O ſi poſſimꝰ ꝑ vnũq̃dq; pctm̃ videre quõ anima vulnerat̃. Sermo malus vulnus infligit, ſed nõ in lingua: vulneratur anima etiã ꝑ cogitationes & cõcupiſcētias ☞ malas.

Marginalia (left): †pepercisti pplo iſti ab — †Deut.1.f. — Ro.11.c. — Myſticè — Lu.16.f. — Ioh.5.d. — Moraliter — Eph.6.c. — †ꝓhibitio nē meã, i. ꝙ ego prohibebo vos ingredi terram

noxium derelinquens, qui uiſitas peccata patrum in filios, in tertiã & quartam generationem. Dimitte obſecro peccatum populi tui huius ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ, ſicut †propitius fuiſti egredientibus de Ægypto uſque ad locum iſtum. Dixitq; dominus: Dimiſi iuxta uerbum tuum: Viuo ego, & implebitur gloria domini uniuerſa terra. †Attamen o-

☞ Modum correctionis moderatione librata diſpenſat.

mnes homines, qui †uiderunt †maieſtatem meam, & ſigna quæ feci in Ægypto & in ſolitudine, & tentauerunt

☞ Vel multoties.

me iam per decem uices, nec obedierunt uoci meæ, non uidebunt terram pro qua iuraui patribus eorum: nec quiſquam ex illis, qui †detraxit mihi, intuebitur eam. Seruum meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me, inducam in terram hanc quam circumiuit, & ſemen eius poſſidebit eam: quoniam Amalecites & Chananæus habitant in uallibus. Cras mouete caſtra & reuertimini in ſolitudinem per uiam maris rubri. Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen & Aaron, dicens: Vſquequo multitudo hæc peſſima murmurat contra me? Querelas filiorum Iſraël audiui. Dic ergo eis: Viuo ego dicit dominus, ſicut locuti eſtis audiente me, ſic faciam uobis. In ſolitudine hac iacebunt cadauera ueſtra. Omnes qui numerati eſtis à uiginti annis & ſuprà, & murmuraſtis contra me, non intrabitis terram ſuper quam leuaui manum meam, ut habitare uos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Ioſue filium Nun. Paruulos autem ueſtros, de quibus dixiſtis quòd prædæ hoſtibus forent, introducam, ut uideant terram, quæ uobis diſplicuit. Veſtra cadauera iacebunt in ſolitudine. Filij ueſtri erunt uagi in deſerto annis quadraginta, & portabunt for-

☞ Id eſt pœnam fornicationis.

nicationem ueſtram, donec cõſumantur cadauera patrum in deſerto, iuxta

☞ Exponit myſterium numeri.

numerum quadraginta dierum quibus conſideraſtis terram. †Annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates ueſtras, & ſcietis †ultionē meam, quoniam ſicut locutus ſum, ita faciam omni multitudini huic peſſimæ, quæ conſurrexit aduerſum me. In ſolitudine hac deficiet & morietur. †Igitur omnes

a ℭ Qui viſitas peccata patrũ. quia vſq; ad quartam generationem contingit patres videre filios ſuos & econuerſo, & ſic filij vt frequenter fiunt imitatores paternorum ſcelerum, & patres puniuntur in eis, quando vident pœnas eorum. b ℭ Dimitte obſecro peccatum populi tui &c. q. d. toties & tam grauiter te offenderunt, ꝙ indigēt tua maxima miſericordia. c ℭ Dixitq; dominus. Hîc conſequenter ponitur pœnæ relaxatio, quantùm ad vnam partē, cùm ſubdit: d ℭ Dimiſi iuxta verbum tuum. Et bene dicit iuxta: quia non totaliter dimiſit, ſed quantùm ad hoc, ꝙ non deleret totum populum ſimul. ideò ſubditur: e ℭ Viuo ego. Modus eſt aſſertionis diuinę, & eſt ſenſus, ſicut verum eſt, ꝙ ego ſum viuens, quia ſum vita per eſſentiam, ſic verum eſt verbum meum de non delendo totum populum ſimul. ideo ſubditur: f ℭ Et implebitur gloria domini vniuerſa terra: Id eſt per facta mirabilia, q̃ faciam introducendo populum in terram promiſſam, diuulgabitur gloria nominis mei per vniuerſam terram, ſicut patet de ſiccatiõe Iordanis & ſubuerſione Hiericho, & ſimilibus. Aliqui tamen exponunt & bene, ꝙ hoc intelligatur de Chriſto qui ſecundum carnē deſcēdit de illo populo, per quem impleta eſt omnis terra gloria domini. g ℭ Attamen. Hîc cõſequenter reſeruat partē pœnæ debitæ, & primò quãtùm ad communitatem populi dicens: h ℭ Omnes homines, qui viderunt maieſtatem meam &c. Propter q̃ debuiſſent mihi credere & obedire. i ℭ Et tentauerunt me iam per decē vices. Semel ante egreſſum de AEgypto, Exod. v. Secundò in receſſu Exo. v. Tertiò in deſerto Sur ad aq̃s Marath, Exod. xv. Quartò in murmure pro defectu carnium, vt hîc cap. xj. Quintò plus colligendo de manna & ſeruando vſq; mane, Exod. xvj. Sextò in Raphidim ꝓ defectu aquæ, Exod. xvij. Septimò in conflatione vituli, Exo. xxxij. Octauò ex impatientia laboris, vt hîc capi. xj. in principio. Nonò ex concupiſcentia saporis, Nume. xj. Decimò ex deſperatione in hoc loco. Cætera patēt vſq; ibi. k ℭ Omnes qui numerati eſtis a viginti annis & ſupra & mur. Ex quo patet, quòd illi qui erant minoris ætatis non incurrerunt hanc pœnam, ſimiliter nec filij Leui, quia nõ fuerunt numerati à viginti annis, ſed primò ab vno menſe, vt dictum eſt ſuprà .iij. cap. Et ſecundò numerati ſunt à xxx. anno, & ſuprà, vt dictum eſt .iiij. ca. l ℭ Paruulos autē veſtros, de quibus dixiſtis, quod prædæ hoſtibus forent. Hîc determinatur pœna quantùm ad illos, qui erant infrà .xx. an. quia licet non fuerint in deſerto, mortui tamen retardati ſunt ab ingreſſu terrę promiſſionis propter peccata patrũ ſuorum .xxxix. annis. & hoc eſt quod ſubditur: m ℭ Filij veſtri vagi erũt in deſerto annis quadraginta. Primus annus egreſſionis de AEgypto, qui iam tranſierat computatur in iſtis .xl. n ℭ Et portabunt fornicationem veſtrã. id eſt pœnã peccatorũ veſtrorũ, quibꝰ receſſiſtis à dño, ſicut fornicatrix à legitimo viro. o ℭ Igit̃. Hic determinat̃ pœna exploratorum, ☞ cũ ſubditur

Marginalia (right): C — Viuo ego †Quia †gloriam — †irritauit me — D — Decē vicibꝰ populꝰ murmurauit — †Ezec.4.b — †Iudic.8.c. 1.Cor.10.b.

T ij

E ¶ malas. Frangitur aũt & conteritur per opera peccati. Quę oĩa ſi videremus, & vulneratæ animæ cicatrices ſentiremus, vſq; ad mortem reſiſteremus contra peccatum. Sed ſicut dæmoniaci, vel mente capti non ſentiunt ſi vulnerentur (quia carẽt naturalibus ſenſibus) ita cupiditatibus ſeculi amentes facti, vel vitiis inebriati, non ſentimus quanta vulnera, quantas contritiones animæ peccando acquirimus, & ideo congrua ratio eſt pœnæ, i. curæ & medicatiõis tempus extendi, & per vnũquodq; vulnus pro qualitate plagæ medẽdi ſpatia propagari. Sic ergo & dei ęquitas & benignitas in ipſis animę ſupplicijs euidens fiat, vt hęc audiens qui peccauit reſipiſcat, & vltrà nõ peccet. Conuerſio enim in præſenti vita et fructuoſa pœnitentia celerem confert medicinam. Quæ non ſolùm vulnus pręteritum ſanat, ſed vltrà non ſinit animam peccato vulnerari. ¶ Orig. Aliud adijciam: Si pec-

Moraliter — cator ſum, nunqd pœna mihi erit eadem ſi ſemel peccaui, quæ ſi ſecundò & tertiò & frequentius? Non pro modo enim & numero & menſura peccati etiã pœnę quanti-

Pſal. 79. a. — tas metienda eſt. Vnde: Potabit nos in lachrymis in menſura. Menſura autẽ erit quã

Pſal. 74. b. — quiſq; ſibi in hac vita vel minus vel plus peccando quæſierit. Calix quoq; in manu domini vini meri dicitur eſſe plen⁹ muſto. Miſcetur enim vnicuiq; & fit iudicium, nõ ſolùm ex malis quæ geſſit, ſed etiam ex bonis, cùm autem vtraq; miſceantur, fex eius

† Deut. 1. g. — (quam ego puto partem malorũ dici) non ad integrum exinanietur. Sed hæc in manu dei ſunt, noſtrũ autem eſt citius emendare

Ezech. 18. — & pœnitere, pręterita lugere, futura cauere. Quia vt conuerſus ingemueris, ſaluus eris.

1. Ioh. 2. a. Ro. 8. f. — Habemus enim aduocatum qui interpellat

F pro nobis multò præſtantiorem Moyſe, qui tamẽ pro populo illo exauditus eſt. Et fortaſſe propterea Moyſes ſcribitur priori populo veniã impetraſſe, vt multò magis confidamus ꝙ aduocatus noſter Ieſus veniã nobis impetrabit à patre. a ¶ Parati

Allegoricè — ſumus. Rabi. O mira proteruitas humanæ mentis, & horrenda ſtultitia cęcati cordis. Mandat deus promiſſionibus ſuis credere, & de ſua potentia confidere, & ſic terram poſſidendam intrare. Humana ſtultitia diffidit, & ſalutaria monita reſpuit. Ecõtrario ſuum negat auxilium, illi contra dei voluntatem terram inuadere volunt. Quibus ſimiles ſunt qui promiſſionibus dei nõ credunt, & prohibita faciunt. Sed ſpiritales Amalecitæ & Chananęi, qui habitãt in mõtibus ſuperbię, percutientes eos perſequuntur vſq; ad Horma. Amalecitæ populus lingens ſanguinem, Chananæi negotiantes vel mot⁹, Horma anathema interpretatur. Aërię ergo nequitię quæ noſtrum ſanguinem ſitiunt & terrenis negotijs implicare nos volunt, ſi in peccatis perſeuerauerim⁹, & montem ſuperbiæ aſcenderimus, concidentes nos iaculis ignitis perſequũtur vſq;

Eph. 6. — ad perpetuũ anathema. Nõ ergo de nobis pſumam⁹, ſed noſtrã infirmitatẽ cõſiderãtes dei pceptũ ſequamur p omnia. Sic em̃ omnes hoſtes ſuperabimus, ſic patrię cæleſtis gaudia q̃ nobis promiſſa ſunt, percipiemus.

uiri, quos miſerat Moyſes ad contemplandam terram, & qui reuerſi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terræ quòd eſſet mala, mortui ª ſunt, atque percuſſi in conſpectu domini. Ioſue autem filius Nun, & ᵇ Caleb filius Iephone, uixerunt ex omnibus qui perrexerant ad conſiderandam terram. Locutusq; eſt Moyſes uniuerſa uerba hæc ad omnes filios Iſraël, & luxit populus nimis. Et ecce mane primo ſurgen ᶜ tes, aſcenderunt uerticem montis ª atq; dixerunt: Parati ſumus aſcendere ad locum, de quo dominus locutus eſt, quia peccauim⁹. Quibus Moyſes: † Cur, inquit, tranſgredimini uerbum domini, quod uobis non cedet in proſperum? Nolite aſcendere: non enim eſt dominus uobiſcum, ne corruatis coram inimicis ueſtris. Amalecites ª & Chana ᵇ næus ante uos ſunt, quorum gladio corruetis, eò quòd nolueritis acquieſcere domino, nec erit dominus uobiſcum. At illi † contenebrati ᵈ aſcenderunt in uerticem montis. Arca autem teſtamenti domini & Moyſes non receſſerunt de caſtris. Deſcenditq; Amalecites & Chananęus qui habitabant in montibus, & percutiens eos atq; concidẽs per ᵉ ſecutus eſt eos uſque Horma.

a ¶ Lingentes ſanguinem.
b ¶ Negotians uel motus.
¶ Spirituali ignito.
¶ Nequitia mentis.
a ¶ Superbiæ.
¶ Superbiæ.
¶ Anathema.

H † auerſi nõ eius domini ſecuti

† roborati vel confortati, aut repugnantes & obaudientes

## Cap. XV.

L Ocutus eſt domi- ᶠ nus ad Moyſen dicens: Loquere ad filios Iſraël, & dices

### Nicolaus de Lyra.

Mecũ ſubditur: a ¶ Mortui ſunt atq; percuſſi, id eſt ſubitò & horribiliter ad terrorẽ aliorum ex ſententia domini. b ¶ Ioſue autẽ filius Nun & Caleb filius Iepho. Dicit Rab. Sa. ꝙ ex hoc dať intelligi, ꝙ ſucceſſerunt eis in hæreditate, quia propter peccatũ eorũ filij ipſorũ fuerunt priuati hæreditatę in terra promiſſionis, & hoc iuſtè; quia auerterãt corda populi à conſecutione terrę pmiſſæ. c ¶ Et ecce. Hîc conſequẽter poniť tranſgreſſio populi ex pſumptione, quia ſicut prius ad mandatũ dei ire noluerant, ita poſtea cõtra voluntatẽ dei & inhibitionem Moyſi ire volebant, & patet litera vſque ibi: d ¶ At illi contenebrati, id eſt peccato ſuo excęcati. e ¶ ¶ Perſecutus eſt eos vſque G Horma. Nomen eſt loci impoſitum ab euentu, vt habetur infrà xxj. cap. ſed hîc ponitur per anticipationem.

¶ In cap. xiiij. vbi dicitur in poſtilla: Et ideo concludit, magnificetur ergo fortitudo domini.

### ADDITIO

Suprà in additione ſuper Exod. xxxiij. ſup illud verbum: Quo tranſeũte corã eo ait: Dominator domine deus &c. Fuit oſtenſum, ꝙ illa ṽba dominator &c. nõ fuerũt Moyſi orantis, ſed ipſius dei docẽtis Moyſen vias ſuas, quibus deus rationalem creaturam regit, prout ibi fuit plenius declaratum: quæ quidem vię pro maxima pte miſericordiã ſonant, quæ quidẽ miſericordia maximè diuinã omnipotentiã manifeſtat prout in collecta diciť: Deus q omnipotentiã tuã parcẽdo maximè & miſerando manifeſtas. idcirco Moyſes edoctus à deo de vijs dñi ſupradictis, cũ modo diuinas miſerationes implorabat pro populo propriè dicebat: magnificeť ergo fortitudo domini. Fortitudo enim dñi, q ſua omnipotentia eſt, magnificať maximè, i. maximè manifeſtať miſerãdo. Qđ aũt ſequiť in litera ſm trãſlationẽ noſtrã: Sicut iuraſti dicẽs; in Hebręo habeť: Sicut locut⁹ es dicẽs. Vñ li dicẽs ppriè referť ad literã imediatè ſequentẽ q̃ fuerũt ṽba dñi docẽtis Moyſẽ vias ſuas vt dictũ eſt. Et notandũ, ꝙ in hoc loco de patrũ meritis Moyſes nõ fecit mentionẽ in ſpeciali, ſicut in pctõ vituli dixit ſuprà. xxxij. cap. Memẽto Abrahã & Iſaac ſeruorũ tuorũ. Nec i generali, nõ em̃ dixit: Qui cuſtodis miſericordiã in milia: Cui⁹ ratio eſt, quia in hoc loco diuinis tñ miſerationib⁹ innitebať, non aũt meritis patrũ. Similiter ptermiſit in hoc loco: Miſerator & miſericors, qa vt in pdicta additione fuit expoſitũ, horũ duorũ nominũ adiectiuorũ. Primũ intelligiť de creatione ſcđm quã natura creata pduciť de non eſſe ad eſſe, qđ ptinet ad miſericordiã. Scđm de his q̃ adduntur ſuper naturã, vt ibi fuit expoſitũ. de quibus ad pñtis Moyſes non fecit mentionẽ, ſed primò implorabat patientiã diuinã dicẽs: Patiẽs eo ꝙ iram dei videbat erga eos ſic accẽſam, ꝙ oẽs ſimul minabať conſumere, vñ dixit: Quòd occideris tantã multitudinẽ q̃ſi vnũ hoiem. vñ Moyſes in hoc loco nõ videť petiuiſſe relaxationẽ omnimodã iſtius delicti, ſed longanimitatẽ diuinã, & etiam ꝙ pctã eorũ nõ ſimul fuiſſent punita, ſed ſucceſſiuè. vñ dicit: Qui viſitas peccata patrũ in filios. vñ in Deut. Moyſes repetit orationes q̃s fecit p populo dicẽs ca. ix. d. Et oraui dñm & dixi &c. & etiã de orõne p Aarõ facit mẽtionẽ, nõ tñ de hac orõne aliqd dicit, qa nõ petebat remiſſionẽ omnimodã, niſi ꝙ de⁹ ſe haberet lõganimiter erga eos: qđ patet in executione; qa oẽs illi q fuerũt in hoc pctõ exploratorũ: fuerunt condemnati, non ſolùm ad mortẽ tẽporalẽ in deſerto, ſed etiã ad mortem æternam. Ad qđ aliqui allegant illud Pſal. xciiij b. Quadraginta annis &c. quibus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam.

### REPLICA correctorij ſecundũ Burg.

In ca. xiiij. Burg. ſingularis eſt: allegans circa orationem Moyſi quaſi verba dñi ſint, quẽadmodũ ſuprà Exo. xxxiij. longa digreſſione confinxit: Sed ea quę intendit hîc & ibi non eſſe fundata, vide in correctorio vltimo.

L Ocutus eſt. Hîc ponitur quoddã CAP. XV. incidens, eò ꝙ circa idẽ tẽpus de colligente ligna in ſabbatho accidit caſus, & tñ obſeruatio ſabbathi fuit ſtatuta à pricipio creatiõis mũdi, vt habeť Ge. ij. a. Et bñdixit dñs diei

Moraliter. f ¶ Locutus eſt. In hoc capitulo ponuntur aliqua de modo offerendi ſacrificia, quæ ſunt myſticè ſuperius expoſita; ppter — Moraliter

A ☞ a Sacrificium &c. Fidem incarnationis Chriſti, q̃ in lege pleniſſimè commendat, vel obſeruantiã decalogi. ❡ Hiero. Ioſe-

Literaliter phus. Lex præcipit in priuatis publiciſq; ſacrificijs etiam farinam mundiſſimam adijci, in agno quidem aſſarij menſuram, in ariete duorum, in tauro triũ, & ſuper altare etiã oleum miſtũ. Nam & oleũ offerunt immolantes: in boue quidẽ hin medietatem, & in ariete huius menſuræ tertiã partẽ, et quartã in agno. Hin autẽ menſura Hebręorũ antiqua, ferè choros antiquos duos capiens, ſcd'm quã oleũ offerebant. Eſt autẽ (vt in Ruth legit) ephi mẽſura triũ mo-

Ruth.3.d. diorum, hin autẽ (vt illi volunt qui de põderibus & menſuris ſcripſerunt) ſextarij menſuram tenet, qui ita nominat, quia ſexta pars eſt cõgij.

Allegorice ❡ Hiero. Alleg. Iubet ergo per ſingulas ſpecies animaliũ q̃ offeruntur ſacrificium adhiberi, quia nos in terrã eccleſiæ per domini gratiã intrabimus per ſingulas ſpẽs bonorũ operũ, ſciẽtiam ſpirituale in meditatione legis adhibere debemus. Menſura igitur ephi quæ tres menſuras habet, ſignificat fidẽ ſanctæ trinitatis, cuius debem⁹ decimã offerre, i. fidẽ incarnationis Chriſti, q̃ in lege pleniſſimè cõmendatur, vel obſeruantiam decalogi. Iubemur quoq; offerre oleũ, i. charitatẽ & miſericordiam, & vinum ad libamentũ, i. gratiã ſpũalem vel cõmunicationẽ paſſionis Chriſti, & hæc iuſta partitionem menſurę hin, i. ſecundũ diſtributionẽ perfectæ deuotionis. Senarius em̃ quia perfectus eſt, pfectionẽ cuiuſq; rei ſignificat. Quid eſt ergo in agni oblatione decimã partẽ ephi offerre ſimilæ conſperſæ oleo iuxta quartam partẽ hin, & vinum eiuſdem menſuræ ad liba fundenda, niſi ſimplicitatẽ morũ cũ legis ſciẽtia, & prudẽtia

†vitulis & infrà

† ſegreges votũ, i. ſpeciale votũ facies

euãgelica exhibere? Nõ placet enim ſimplicitas ſine prudentia: neq; prudẽtia ſine ſimplicitate. Vnde: eſtote ergo prudentes ſicut ſerpen. & ſimp. ſi. co. Omnis enim ſtultitia & verſutia deo abominabilis eſt.

B b ❡ Et arietis. Augu. In oblatione arie-

Matt.10.b. tis duæ decimæ ſimilæ offeruntur; olei & vini, tertia pars hin. Quia aries rectorum ordinem ſinat, bene cùm duabus decimis offertur, cum quilibet decalogum legis intellectu & operatione tenens, rectoris officio delegatur. Olei verò atq; vini tertia pars hin exhibetur, quando ab eo charitas & miſericordia & gratia ſpiritualis doctrinæ circa ſubiectos impenditur.

Moraliter c ❡ Quãdo vero &c. Raba. In bouis oblatione tres decimæ ſimilæ & medietas hin in oleo vel vino. Bos verò prædicatores ſignificat, qui agrum dominicum colunt, & vomere euangelico extirpãt vi-

†norma: ſiue regula

tiorum ſpinas, & multiplicant ſegetem virtutum. Hi cum tribus decimis ſimilæ offeruntur, quia decalogum legis ſcientia, doctrina, & opere tenentes, fidei ſanctę trinitatis veri ſunt aſſertores. Hi charitatem debent habere, & proximis per miſericordiam conſulendo exemplum præbere, & in gratia diuina quantùm poſſunt, proficere: vt ad vitæ perfectionem & ſancti-

† eleuabitis eleuationẽ

Leuit.19.a. tatem perueniant, ſecundum illud: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Quòd autẽ in hac via deeſt, in cæleſti beatitudine per dei gratiam in ſe perficiendum ſperent.

Tropolog. d ❡ Cũ veneritis in terram &c. Raba. Cũ quilibet pſentẽ eccleſiã per fidẽ intrat, neceſſe eſt vt terram carnis ſuæ, id eſt corpalẽ vitã diligenter in dei timore exerceat, vt frugẽ virtutũ producat in refectionẽ ęternã. Iubemur ergo non ſolũ de areis, ſed & de pulmentis primitias conſecrare deo, i. non ſolùm de prędicationis officio laboris primordia

C domino conſecrare, ſed & de domeſticis diſciplinis, quas in ſe quiſq; ſolerter exercet, inchoationem bonæ voluntatis domino dedicare. Siue em̃ in ſeipſo aliquis virtutibus ſtudeat, ſiue alijs piũ laborem impendat, non ſibi ſed diuinæ gratiæ imputet, vt ei cõſecret omnis boni initiũ, à q̃ ſperat pfectiõis ſupplemẽtũ. e ❡ Quod ſi per. Aug. Quod præcipit quõ peccata

Aug. Quæ ſint peccata nolentium, †ad ſeparandũ votum i. inſperiale votum

expient, quę nõ ſponte cõmittunt, meritò quærit quę ſint ipſa pctã nolentiũ: vtrũ quę à neſcientibus cõmittunt: an q̃ facere cõpellunt? Nã & hęc cõtra voluntatẽ dici ſolẽt. Sed vult qs ꝓpter qd' facit, cũ vult viuere, ſi qs niſi fecerit, mortẽ minet, vult ergo facere, q̃a vult viuere. Et iõ nõ p ſe ☞ ipſum appe

ad eos: Cùm ingreſſi fueritis terram habitationis ueſtrę, quem ego dabo uobis, & feceritis oblationem domino in holocauſtum, aut uictimam pacificam, †uota ſoluentes, uel ſponte offerentes munera, aut in ſolẽnitatibus ueſtris adolentes odorem ſuauitatis domino, de bobus ſiue de ouibus offeret, quicũque immolauerit uictimam ſacrifi-

a ❡Spiritualem ſcientiam in meditatione legis.

cium ſimilæ decimam partem ephi

a Charitate & miſericordia.

conſperſam oleo, quod menſuram habebit quartam partem hin, & ui-

a ❡Gratiam ſpiritalem uel communicationem paſſionis Chriſti.

num ad liba fundenda eiuſdẽ menſuræ dabit in holocauſtum ſiue in uictimam. Per agnos ſingulos & arietes erit ſacrificium ſimilæ duarum decimarum, quę conſperſa ſit

a ❡Gratiam ſpiritalem uel communicationẽ paſſionis Chriſti.

oleo tertiæ partis hin, & uinum ad libamentum tertiæ partis eiuſdem menſuræ offerret in odorem ſuauitatis domino. Quando uerò de

❡Prædicatoribus.

†bobus feceris holocauſtum aut uictimam, ut †impleas uotum uel pacificas uictimas, dabis per ſingulos

a ❡Legis ſcientiam, operationem, & doctrinam.

boues ſimilæ três decimas conſper-

a ❡Charitate.

ſæ oleo, quod habeat medium men-

❡Spiritalem gratiam.

ſuræ hin, & uinum ad liba fundenda eiuſdem menſuræ, in oblationem ſuauiſſimi odoris domino. Sic

❡Prædicatores. a ❡Eccleſiæ duces.

facies per ſingulos boues & ârietes

a ❡Mites & ſimplices. b ❡Pœnitentes. ❡In eccleſia nati.

& âgnos & hædos, tam indigenæ

❡De Gentibus uel Iudæis uenientem.

quàm peregrini: eodem ritu offerent ſacrificia. Vnum præceptum erit atque †iudiciũ, tam uobis quàm aduenis terræ. Locutus eſt dominus ad Moyſen dicens: Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos: Cùm uene-

❡Per fidem. ❡Eccleſiam.

ritis in terram, quam dabo uobis, & comederitis de panibus regionis illius, †ſeparabitis primitias domi-

a ❡Domeſticis diſciplinis quas in ſe quiſq; exercet.

no dẽ cibis ueſtris. Sicut de areis

❡Primitias pij laboris circa alios.

primitias ſeparabitis, ita & de †pulmẽtis dabitis primitiua dño Quòd

❡Vel non ſponte. alia litera.

ſi per ignorãtiam prætereritis quicquam horum quæ locutus eſt dominus ad Moyſen, & mandauit

*Nicolaus de Lyra.*

✠ dominus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: ideo occaſione huius ſit hîc memoria de aliquibus alijs legalibus: & primò de oblatione ſacrificiorũ, ſecundò de redditione primitiarũ, tertiò de expiatione peccatorũ per ignorantiã, quartò de punitione peccatorũ per ſuperbiã. Secunda pars incipit ibi: Locut⁹ eſt dñs. tertia ibi: Quòd ſi per ignorantiã. quarta ibi: Aia verò q̃ per ſuperbiã. Circa primũ ſciendũ, q̃ de iſtis ſacrificijs q̃ hîc tangunt, ſ. de holocauſto & hoſtia pacifica dictũ eſt in Leuitico, ſed' hîc plenius addit de oblationib⁹ quæ debebant fieri cum iſtis ſacrificijs, quia cum ſacrificio agni offerebatur ſimilę decima pars ephi oleo conſperſæ, quia in piſtatione ei⁹ miſcebatur oleum, & vini quarta pars hin ſimiliter offerebatur. Cum ſacrificio arietis offerebãtur duæ decimę ſimilę oleo conſperſæ, & vinum tertia pars hin. In ſacrificio bouis of-

D ferebantur tres decimę ſimilę, & medietatem hin. Menſura autem olei, & menſura vini erat eadem in quolibet iſtorum ſacrificiorum. Et ex dictis patet litera paucis exceptis quę percurrentur. ❡ Cum ingreſſi fueritis terram habitationis veſtræ. Ex hoc patet, q̃ ea quæ dicũtur hîc referenda ſunt ad temp⁹ futurum, in quo intrauerunt terram promiſſiõis. b ❡ Holocauſtum. Sacrificium erat totum incenſum ad dei honorẽ. c ❡ Victimam pacificam. Pro aliquo bono obtento à deo vel obtinendo. d ❡ Agnos & hædos. Per hoc deſignatur, q̃ idem erat ritus agni & hædi, et eędẽ oblationes offerendę hîc & ibi. e ❡ Tam indige. q̃ eſt de filijs Iſrael. f ❡ Quam peregrini. qui erat conuerſus ad Iudaiſmũ. g ❡ Locutus eſt. Hîc cõſequenter agitur de datione primitiarũ, quia aliqd additur qd' non erat ſupradictum, cũm dicit: h ❡ Separabitis. In Hebræo habetur: De paſtis veſtris tortellum: quia de qualibet decoctiõe furni (gallicè fornée) ſeparabatur tortellus vnus dandus ſacerdotibus pro primitijs. i ❡ Sicut de areis, id eſt de granis quæ ſunt in area. k ❡ Ita & de pulmentis. In Hebręo habetur: Ita & de paſtis veſtris. Suprà em̃ fuerat dictum de primitijs dandis de grano exiſtente in area vel grangia, ſed nõ de paſta dicto modo, & ideo dicitur hîc q̃ debebãt primitias dare de iſto ſicut & de

† cõſperſionibus ſiue paſtis placentũ

illo. l ❡ Quod ſi per ignorantiam. Hîc agitur de expiatione peccatorum, quæ habebãt aliquã cauſam diminuentẽ de rõne peccati. Et priò agit de iſtis inqũtũ tangũt cõitatẽ, inter illa q̃ diminuunt, vnũ eſt ignorãtia; & hoc tãgit i principio.

E ipſum appetendo, vt falſum iuret, ſed vt falſum iurando viuat, ſi ita eſt, neſcio vtrũ poſſint dici iſta peccata nolentium, qualia hĩc dicunẽ expienda. Nam ſi diligenter cõſideretur, fortè ipſum peccare nemo velit, Nota ſed ꝓpter aliud fit qđ vult, qui peccat. Oẽs eñ qui ſciẽtes faciunt qđ nõ licet, vellẽt lacere, vſq; adeò ipſum peccare nemo appetit ꝓpter hoc ipſum, ſed ꝓpter illud qđ ex eo cõſequiẽ. Si hæc ita ſe habent, non ſunt peccata nolentiũ, niſi neſcientiũ, q̃ diſcernũtur à peccatis volentiũ. a ℂ Vitulum Myſticè offeret. Rab. Myſticè. Filij Iſrael vitulum †expiabit de armento offerunt in holocauſtum, cùm fideles populi plena fide corpus Chriſti ꝓ ſalute humani generis in ara crucis immolatum credunt & cõfitentur. Offerunt ſacrificium eius ac liba, vt ceremoniæ poſtulãt cum in ſacramẽto panẽ & vinũ in memoriã paſſionis ei⁹ offerũt, & participãtes corpus & ſanguinẽ eius veraciter ſe percepiſſe cõfidunt. Hircũ verò ꝓ peccato, cũ huma- Rom. 8. a. nitatẽ in ſimilitudinẽ carnis peccati eũ ſuſcepiſſe, & ꝓ peccatis obtuliſſe credũt. Rogat ipſe ſacerdos patrẽ ꝓ peccatis populi, & dimittunẽ ei, qa in diebus carnis ſuæ preces & ſupplicationes deo offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. b ℂ Sacerdos. Heb. 5. c. Chriſtus qui p propriũ ſangninem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. c ℂ Anima vero quæ. Auguſt. Alia litera: Anima q̃cũq; peccauerit in manu ſuperbię, ex indigenis aut proſelytis deũ exacerbat, exterminabitur anima illa de populo ſuo: quoniam verbum dei contempſit, & mandata eius diſperdidit: cõtritione Pctã q̃ fiũt in manu ſupbiæ. conteretur anima illa, peccatum eius in illa. Quæ ſint peccata, q̃ fiũt in manu ſupèrbiæ expoſuit dicens: Quoniã verbũ dei cõtem F pſit. Aliud eſt ergo p̃cepta dei contẽnere, aliud magnipendere. Sed aut ignarum cõtra facere, aut †inuitũ: quæ duo fortaſſe ptinent ad peccata, q̃ à nolẽtibus fiunt, de q b⁹ ſuprà, quomõ deo ꝓpitiato expiarenẽ, †victum † in manu excelſi admonuit. Deinde ſubiecit peccatũ ſuperbiæ, cũ quiſq; ſuperbiẽdo. i. p̃ceptũ contẽnendo perperã facit. Qđ genus peccati nõ dixit vllo genere ſacrificij purgari oportere, tanq̃ inſanabile iudicans illã curationem, quæ per illa ſacrificia gerebatur, qualia hĩc facienda p̃cipiuntur. Quæ ſi per ſe ipſa attendanẽ, †nulli peccato poſſunt me- †nullo pacto deri. Si autẽ res quarũ hæc ſacramẽta ſunt †Pro. 18. a. inquirantur, in eis inueniri poteſt purgatio 22. q. 5. c. qd ergo i fine. peccatorũ. Qđ ergo ſcriptũ eſt: Peccator cùm venerit in profundum malorum cõ- De poe. di. 3 §. ignis ſucceſ⁹ eſt &c. temnit, ille ſignificatur, quẽ ſcriptura hĩc dicit in manu ſuperbiæ delinquere. Hoc ergo ſine pœna committentis non põt aboleri: & ideo nõ poteſt eſſe impunitum, & pœnitendo ſanatur. Ipſa eñ afflictio pœnitentis, pœna peccati eſt, q̃uis medicinalis & ſalubris. Meritò eñ magnum iudicatur peccatum, cũ ſuperbia contemnit præceptũ. Pſ. 50. d. Sed econtrario, vt ſanari poſſit, cor contritum & humiliatum deus non ſpernit: ſed qa ſine pœna nõ fit, talia hĩc dicta ſũt. Deũ 1. Pet. 5. b. eñ inquit hĩc exacerbat, qa de⁹ ſupbis reſiſtit. Et exterminabiẽ anima illa pp̃lo ſuo, quia talis omnino in numero eorũ qui ad deũ pertinẽt, nõ eſt, qa verbũ dñi cõtẽplit, & p̃cepta eius fecit irrita. Contritione contereẽ. Adiungit aũt quare cõteraẽ, dicens: peccatũ ei⁹ in illo. Et ideo ſi tali debitam contritionem adhibeat pœnitendo, cor cõtritũ deus nõ ſpernet, q̃uis in Græco non dictum ſit, contritione conteretur, ſed ex contritione exteretur anima illa, qa ita po- teſt acci

per eum ad uos, à die, qua cœpit iubere & ultrà, oblitaq; fuerit fa- ¶Chriſtum. a cere multitudo, uitulum offeret ¶Patriarcharum ſtirpe. de armento holocauſtum in odorem ſuauiſſimum domino, & b a ¶Panem & vinum in memoriam paſſionis Chriſti. ſacrificium eius ac liba, ut cere- a ¶Chriſtum in ſimilitudine carnis peccati. moniæ poſtulant, hircumq; pro a ¶Humani generis. ¶Chriſtus aduocatus noſter. pèccato. Et †rogabit ſacerdos pro omni multitudine filiorum Iſraël, & dimittetur eis, quoni- c am non ſpontè peccauerunt, ni- a ¶Orationem cum ieiunio & eleemoſyna. hilominus offerentes incẽſum domino pro ſe & pro peccato, atque errore ſuo, & dimittetur uniuerſæ plebi filiorum Iſraël, & aduenis qui peregrinantur inter eos: quoniam culpa eſt omnis populi per ignorantiam. Quòd ſi anima una neſciens pec d a ¶Pœnitentiam ſcilicet ſtudioſe agens, & omnino a peccato recedens. cauerit, offeret câpram annicu- lam pro peccato ſuo, & depre- ¶Vel pro peccato. ¶Chriſtus ſcilicet. b cabitur pro ea ſacerdos, quòd inſcia peccauerit coram domino, impetrabitq; ei ueniam, & dimittetur illi. Tam indigenis quàm aduenis una lex erit omnium qui c peccauerint ignorantes. Anima e a ¶Contemnens præceptum domini. uerò quæ †per ſuperbiãm aliquid commiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, quoniam aduerſus dominum rebellis fuit, peribit de f a ¶De numero ſcilicet eorum qui ad deum pertinent. populo ſuo. Verbum enim domini contempſit, & præceptum illius fecit irritum, idcirco delebitur, & portabit iniquitatem ſuam. †Factum eſt autem, cùm eſ- g ſent filij Iſraël in ſolitudine, & inueniſſent hominem colligentem ligna in die ſabbathi, obtulerunt eum Moyſi & Aaron & uniuerſæ multitudini. Qui recluſerunt h eum in carcerem, neſcientes quid i ſuper eo facere deberent. Dixitq; dominus ad Moyſen: Morte moriatur homo iſte, obruat e- ¶Sententiis ſpiritualium. um lapidibus omnis turba extra d caſtra. Cumq; eduxiſſent eum foras, obruerunt eum lapidi- ¶Iudicatus. bus, & mortuus eſt, ſicut præceperat dominus. Dixit quo- i que dominus ad Moyſen: †Loquere filiis Iſraël, & dices ad

teſt accipi, quaſi omnimodo terendo extinguatur, vt nõ ſit, ſed anima immortalis eſt: G Et ſi quod exteritur omnino efficeretur vt non ſit, non diceretur de ſapientia: Gradus oſtiorum eius exterat pes tuus. Sed Ecc. 6. d. illa diſcretio conſideranda eſt, vtrum nemo peccet, niſi aut ignarus aut †victus †inuitus aut cõtẽnens. vñ nunc longũ eſt diſputare. d ℂ Cumq; eduxi. Iſid. Calumniantur Allegoricè impij, q

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℂ A die qua cœpit iubere. Ex quo, patet, q hoc intelligitur de peccatis cõmiſſis poſtq; voluntas domini fuerat ſignificata populo per Moyſen. b ℂ Et ſacrificium eius. quę determinatæ ſunt Leuiti. iiij. c ℂ Quoniam nõ ſponte pec. Per hoc intelliguntur ea quę committunẽ timore mortis vel alterius pœnę, vt dicit Augu. quia hoc diminuit rationẽ voluntarij, & per cõſequens peccati. d ℂ Quod Aug. ſi anima. Hĩc cõſequenter agitur de expiatione p̃dictorũ peccatorũ quantũ ad vnã perſonã ſingularẽ, qa aliud ſacrificiũ offerẽdũ erat ꝓ multitudine populi, & aliud ꝓ pſona ſingulari. e ℂ Anima vero. Hĩc Diuiſio cõſequenter agiẽ de punitione peccati cõmiſſi ex cõtemptu. ſecundò de Iudęorũ habitu, ibi: Dixit quoq; dñs. De punitione verò peccati ex contẽptu agiẽ primò generaliter, quia generalis pœna eſt mors. vnde ſubditur: f ℂ Peribit de. Et hoc eſt intelligendũ qñ aliquis erat conuictus p teſtes non ſolũ de facto, ſed etiã de modo faciẽdi, videlicet q ſciẽter feciſſet contra mandatũ H dñi, vt dicit Ra. Sa. & hoc erat quãdo teſtes deponebãt cõtra eũ, nõ ſolùm q feciſſet cõtra dñi mandatũ: ſed etiã q ſuper hoc fuiſſet monitus & edoct⁹, q tale factũ eſſet contra dñi mandatũ. & ſecundũ hoc exponunt aliqui verbũ ſaluatoris Matt. xviij. b. Si peccauerit in te frater tuus. i. te ſolo ſciẽte &c. Sequiẽ: Si autẽ nõ audierit te adhibe tecũ vnum vel duos, vt in ore duorũ aut trium teſtium &c. Dicunt enim q ad hoc adhibebanẽ teſtes, vt coram eis moneret eũ & doceret, q tale factũ eſſet contra domini mandatũ, vt ſi poſtea recidiuaret, haberentur teſtes contra eũ, non ſolũ de facto, ſed etiã q feciſſet cõtra monitionẽ & correctionem. g ℂ Factum eſt autem. Hĩc conſequenter determinaẽ pœna de peccato cõmiſſo p ſuperbiã in ſpeciali. ſ. ꝓ violatione ſabbathi. h ℂ Qui recluſerunt eum in carce. Sed cõtra hoc videẽ Exo. xxxj. d. Omnis qui fecerit opus in hac die morieẽ. dicit Ra. Sa. q bñ ſciebant ipſum debere interfici, quia ſicut dicit, dictũ erat ſibi, q nõ licebat hoc ei facere in die ſabbathi, & tñ nõ ceſſauit: neſciebãt tñ qua morte debebat mori qa modus mortis nõ fuerat determinatus, Exo. xxxj. & ideo recluſerunt eũ quouſq; ſcirẽt hoc per reuelationẽ dñi, qđ eſt factũ eſt, qa p̃cepit eũ lapidari. Aliqui expoſitores catholici dicũt, q recluſerunt eũ, quia neſciebant ſi feciſſet ſcienter in ſabbatho, donec ſup hoc eſſent certificati p diuinã reuelationẽ. i ℂ Dixit quo. Hĩc agitur

poſita, propter qđ hĩc ptrãſeo. g ℂ Factum eſt. Hĩc agitur de colligente ligna in Moralit ſabbatho, quẽ dominus p̃cepit à populo lapidari; per qđ oſtẽſum fuit, q̃ grauiter domin⁹ puniet violatores diei dñicæ cui⁹ obſeruãtia p̃figurata fuit in obſeruatione ſabbathi inquãtũ aliud p̃ceptũ fuit ceremoniale. i ℂ Dixit quoq; domi. Hĩc agitur †Deut. 21. b loquitur

A impij,quôd tam atrociter iuſſu dei ab omni populo trucidatur,qui ligna colligit in ſabbatho.Sed omnia in figura cōtigebant illis,ſcripta ſunt autē ad correctionē noſtrā. Qui enim diem ſabbathi violare auſus eſt,dum ligna colligeret,& ideo punitus eſt,ſignificauit eum qui hodie in Chriſto ſignatus inuenitur agere carnale op⁹.i cōtrahere ligna, fœnū,ſtipulā,i eſcā ignis ęterni,q ſi fuerit dephēſus,lapidaẗ & occidiẗ:qa à ſpūalib⁹ iudicaẗ.a ¶Fimbrias.Iſid.Iubenẗ filij Iſrael in q̄tuor angulis palliorū hyacinthinas fimbrias facere, vt quō in corpib⁹ circūciſio ſignū eſt Iudaicæ gētis,ita & veſtis aliquam habeat differētiā, & moneanẗ q p̄cepto dei habitu à cæteris gentib⁹ differūt, & religione differre.Nos quoq; īſtruimur,qa mādata q̄ videnẗ eſſe minima ī habitu legis,ſi ꝓpter vitā cęleſtē(quā vitta hyacinthina ſignificat)fiāt,multū ꝓficiēt. Qui eñ ſpernit minima, paulatim defluit. Siue ergo māducemus,ſiue bibam⁹, ſiue aliud quid agamus,omnia in gloriam dei faciamus.

.Cor.10.c. 1.Cor.7.c. Fimbrię Iudęorum

a eos,ut faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum,*ponentes in eis uittas hyacinthinas. Quas cum uiderint,recordentur omnium man- b datorum domini, *ne ſequantur cogitationes ſuas,&oculos per res uarias fornicantes, ſed magis memores præceptorum domini faciant ea,ſintq; ſancti deo ſuo.Ego dominus deus ueſter,qui eduxi uos de terra Ægypti,ut eſſem deus ueſter.

Cap. XVI.

E †Cce autem Core filius Iſaar, filij Caath, filij Leui,& Dathan atq; Abiron filij Eliab,Hon quoq; filius Pheleth de filiis Ruben, ſurrexerunt cōtra Moyſen,alijq; filiorum Iſraël,ducenti quinquaginta uiri, proceres ſynagogæ,& † qui tēpore conſilij per nomina uocabantur.Cūq; †ſtetiſſent aduerſum Moyſen & Aaron,dixerunt:†Sufficiat uobis,quia omnis multitudo †ſanctorum eſt,& in ipſis eſt dñs: Cur eleuamini ſuper populum domini? Quod cùm audiſſet Moyſes,

*Nicolaus de Lyra.* Vocare

Hîc agiẗ de diſtinctiōe filiorū Iſral' ab alijs q̄tū ad habitū.Sicut eñ ille ppl's erat à deo ſpecialiter elect⁹,eò ꝙ ipſe Chriſtus erat ab illo naſcitur⁹,ꝓpter qđ data eſt ei lex ſpecialiter ſicut fuit dictū in principio Exo.ideo dñs voluit eos diſtingui in habitu ab alijs gētib⁹,ſicut in nouo teſtamēto religioſi habent habitū diſtinctū ſcđm ꝓfeſſionē ad quā ſunt aſtricti, ideo p talē habitū ꝓteſtabanẗ ſe eſſe Iudęos.a ¶Vt faciant ſibi.in ſignum ꝙ deberēt habere conuerſationē cęleſtē reſpectu aliarū gentium,qa color hyacinthinus eſt ſi'lis colori cæli qñ ſerenū eſt.b ¶Quas cum vi. vnde & in confirmatione legis talis color apparuit eis,qñ viderūt dominum, vt habetur Exod.xxiiij.& ideo talis coloris viſio inducebat ad memoriā mandatorum.

† & diuiſit ſiue ſeparauit ſubaudi ſeipum à reliquis

† vel maiores cōſilij,vi ri nominati

† cōgregaſ ſent ſe

† ſancta eſt

B *de habitu Iudęorū, qb⁹ p̄cipiẗ ꝙ faciāt ſibi fimbrias p angulos palliorū,& ponāt ibi vittas hyacinthinas.vittæ verò hyacinthinæ ſunt coloris cęleſtis.Iudęi verò figura fuerūt Chriſtianorū nouę legis,ſicut diciẗ.j.Cor.x.c.Oīa in figura cōtingebāt illis.Per vittas igiẗ hyacinthinas in habitu Iudęorū ſignificatū fuit,ꝙ Chriſtiani debent eſſe cōuerſatiōis cęleſtis Phil.iij.d.Noſtra autē conuerſatio in cęlis eſt.ideo ſubditur.b ¶Quas. meditatio nanq; cęleſtium recordari facit diuinorū mandatorum.

Moraliter

¶In cap.xv.vbi dicitur in poſtilla : Et cùm obſeruatio ſabbathi fuit ſtatuta à principio creationis mundi &c.

ADDITIO I.

Obſeruatio ſabbathi nō legiẗ fuiſſe ſtatuta à pricipio creatiōis mūdi,ſcđm hoc qđ diciẗ Gen.ij.a.Bñdixit de⁹ diei.vij.& ſctificauit illum.Aliter intelligitur ad lr̄am, ꝓut in additione ſup Gen.ij.oſtenſum eſt.Nec eſt quærenda occaſio quare repetuntur hîc aliqua legalia,quia hoc ſæpe contingit in lege Moſaica.

¶In eodem cap.xv.vbi dicitur in poſtilla :Dixitq; dominus:Hîc agitur de diſtinctione filiorum Iſrael.

ADDITIO II. Hoc p̄ceptū de faciēdo fimbrias in angulis palliorū, ꝓut Hebręi exponūt,& rōnabiẗ,vt videẗ,non ordinaẗ ad diſtinctionē filiorū Iſrael ab alijs natiōib⁹,qa iā de hoc hēbāt ſignū nouiſſimū.ſ.circūciſionē q̄ data fuit in ſignū;vt ſuprà Gen.xvij.ſed hoc p̄ceptū ordinabaẗ ad hoc,vt cū vidiſſēt illas fimbrias hyacithinas recordarēẗ mādatorū dei:ſic cū aliqs hō rogat amicū ſuū vt aliqd faciat ꝓ amore ſuo, pro cui⁹ memoria ligat ſibi digitū cū aliquo filo,vt cū hoc viderit tradat mēoriæ illđ qđ eſt ſibi iniūctū.& hoc ſonat planè lr̄a cū diciẗ:Quas cū viderit,recordenẗ oīm mādatorum dei:& iō nō fit hîc mētio ī reddēda rōe hui⁹ p̄cepti de hoc qđ ſit ſignū,ſic ī circūci.&c.

*Replica* correctorij contra Burgē.In capi.xv.vbi poſtil. vult quòd obſeruantia ſabbathi ſit ex inſtitutione mundi. Burgen. ſe opponit per illud quòd ſuprà Gene.ij.ſe dicit addidiſſe correctorium,vide in eodē capi.allegato.ſ.Gen.ij.In eodem capi.cùm poſtil. diceret fimbrias eſſe inter Iudęos & gentes ſignum diſtinctiuū.Bur.dicit ipſum ſignū fore rememoratiuum, ſed ſi Bur.loquitur nō excluſiuę ſtat ſimul vtraq; expoſitio.Si autē ſignum id

C loquiẗ excluſiuè,rō ſua nō cogit quia quāuis circūciſio eſſet ſignū diſtictiuū Iudæorū ab aliis nationibus, hoc tñ ſignū nō erat patēs oculis ſicut ſignū fimbriarū. & ideo cū hoc ſtat,ꝙ fimbriæ ſint ſignum rememoratiuū mādatorū oīm dei ſpecial'r circūciſiōis,q̄ nō erat mandata ſimpliciter,ſed vt ſacralis, vt ſit ſenſus literæ:Quas cū viderint recordenẗ oīm mādatorū dei i.recordenẗ p hoc ſignū extrīſecū, ꝙ ſunt deo recōciliati p occultā hoīs circūciſionē,& deo deſpōſati p legis ſuſceptionem.

*p generationes

Cap. XVI.

E Cce autē Core &c.Hîc cōſequenter poniẗ impedimentū itineris ex ambitione Core inſurgens,vbi primò poniẗ ei⁹ ſeditio ꝓ ſacerdotio, ſcđò ipſius ſacerdotij determinatio cap.xvij.& tertiò oneris impoſitio.xviij.Circa primū deſcribiẗ ſeditio Core cū ſibi adiūctis,ſcđò toti⁹ multitudinis,ibi:Murmurauit aūt oīs multitudo. Adhuc circa primū primò poniẗ tranſgreſſio culpæ,ſcđò rep̄hēſio iuſtitię, ibi:Qđ cū audiſſet Moyſes,tertiò iflictio pœnæ,ibi : Locutuſq; eſt dñs. Circa primū ſciendū,ꝙ Caath filius Leui habuit q̄tuor filios,Amrā primogenitū,Iſaar ſecūdum,Ebron tertiū,& Oziel quartū,vt dictū eſt ſuprà.iij.ca.Moyſes aūt & Aaron, qui erāt filij primogeniti,erāt ꝓmoti ī populo,quia Moyſes erat dux ppl'i,& Aarō ſummus ſacerdos,& ideo videbaẗ ipſi Core,ꝙ poſt ipſos debebat habere dignitatē in populo,eò ꝙ erat fili⁹ ſcđi filij Caath. & ideo qñ vidit,ꝙ Eliſaphā,qui erat filius Oziel ſcilicet quarti filij Caath,fuit factus princeps ſup filios Caath,tñ ſub Eleazaro filio Aaron,vt habeẗ ſuprà.iij.ca.cōcepit indignationē, eò ꝙ filius iunioris filij Caath erat poſitus ſuper eū, & ſup alios Caathitas,& hoc per Moyſen & Aarō,ꝓpter qđ mouit ſeditionē,vt p hoc Moyſes pderet ducatū, & Aarō ſacerdotiū,& ideo vt ad hoc poſſet ptingere habuit cōſilium cū Dathā & Abirō,q erāt de tribu Rubē,ſuggerēs eis,ꝙ ipſi deberēt habere principatū ppl'i,eò ꝙ eſſent de tribu Rubē,q fuit p̄iogenit⁹ ipſi⁹ Iacob,vt ſic iſte Core haberet ſacerdotiū,& illi ducatū.poterāt aūt de facili adiuicē talia tractare,eò ꝙ Caathitę de quib⁹ erat Core,& trib⁹ Rubē,habebāt tētoria ꝓpinq̄ in ſitu, qa iſti & illi habebāt tētoria ad meridionalē ptē tabernaculi,vt patet ex ſupradictis de poſitione caſtrorū.& quia iſti erāt potētes in duabus tribub⁹,aggregauerunt ſibi magnā partē maiorū populi. ideo ſubdiẗ:Alijq; filij.d ¶Cumq; ſte.volentes eos deijcere à ſuo honore.e ¶Dixerunt.ſ.ꝙ ſitis ſicut alij & non maiores. f ¶Quia.i.electa ad dei cultum,quia toti multitudini locutus eſt dominus in monte Sinai,vt habetur Exod.xx.g ¶Et in.quia eius tabernaculū eſt in medio caſtrorum.h ¶Cur. q.d.hoc eſt ex vr̄a p̄ſumptiōe,nō ex diuina ordinatiōe.i Quod.hîc cōſequēter poniẗ culpæ rep̄henſio,& primò quātū ad ambitionē ſacerdotij,ſcđò q̄tūm ad ambitionē ducatus ppl'i,ibi:Miſit ergo Moyſes.Circa primum,vt Moyſes oñderet populo ſe in hac rep̄hēſiōe moueri zelo iuſtitiæ,non vindictæ.

*vt faciant ei

Cauſa ſeditiōis Core

D

† multum vobis eſt.i. pluſquā æquū ē,vſurpatis cū velitis videri ſactiores & ſuperiores, cùm omnes ſint ęquè ſācti,

Moraliter

Diuiſio

Moraliter

Moraliter.c ¶Ecce.Per Core,Dathan & Abirō,qui aggregauerunt ſibi multitudinem ad mouendū ſeditionē,vt p hoc obtinerent ſacerdotij dignitatē,ſignificanẗ illi qui inter ſeculares vel religioſos ſemināt cōtentiones vel diſcordias aggregātes ſibi caudā magnā,vt obtineāt multitudinē,qđ cōſequi nō poterāt rōne, & hoc in principatib⁹ & regnis q̄tū ad ſtatū laicorū, in eccl'ijs verò q̄tū ad ſtatū clericorū:in religiōib⁹ v'ò q̄tū ad officia religionū.& ſicut Core Dathā,& Abirō deſcēderūt ad infernū:ſic & iſti deſcēdent cū ipſis niſi debito modo pœnituerint de peccatis.¶Moral'r autē in eodē hoīe diſcordiā & ſciſſurā faciūt mot⁹ iraſcibilis & cōcupiſcibilis inordinati & habit⁹ ex eis generati.nā ipſi trahūt & inclinant hoīem ad malū.rō verò & ſynderesis trahūt ad oppoſitū: & ſic in eodē hoīe fit ſciſſura,ꝓpter qđ de talib⁹ dicit Philoſo.viij.Ethico. Contēdit ipſorū aīa,& hoc quidē trahit huc,hoc autē illuc,quēad modū diſcrepantia.Et cōcludit cōcluſionē vtilem dicēs.Igitur ſi ſic miſerum eſt malū eſſe,fugiendum malitiam intenſè:illi verò qui p negligentiā reprimēdi mot⁹ inordinatos iraſcibilis & cōcupiſcibi-

Philoſo.

 *lis ſunt cauſa

E a ¶ Vocaret Dathã. Aug.
Quæſtio Auguſt. Quid eſt ꝙ Dathan & Abiron in ſe
ditione vocati à Moyſe, ſuperbè &
iniurioſè reſpõdentes: Nunqd puſil
lum hoc, qm̃ induxiſti nos in terrã
fluentẽ lacte & melle: interficere nos
in eremo? qm̃ præes nobis, prin-
ceps es, & tu in terram fluentẽ lacte
& melle iduxiſti nos, & dediſti nobis
✠dominus ſortem agri & vineas. Poſt hoc ad-
diderunt: Oculos hominum illorũ
abſcidiſſes, non aſcendimus. Quorũ
oculos dixerunt? vtrũ populi Iſrael,
quaſi ſi iſta preſtitiſſes, oculos eorũ
abſcidiſſes, id eſt ita te diligerent, vt
oculos ſuos eruerent, & tibi darent,
Gal. 4. b. ſcd'm illud Apoſtoli: Si fieri poſſet
oculos veſtros eruiſſetis & dediſſe-
tis mihi. Et deinde plenam cõtuma-
ciam addiderunt. Non aſcendimus,
id eſt non venimus, quia vocauerat
† quæratis eos. An potius oculos hominum il
lorum, id eſt hoſtiũ qui nimis atro-
ces & terribiles nuntiabantur: quaſi
& ſi hoc feciſſes, non obtemperare-
mus tibi, niſi ꝙ modus verbi alius
pro alio poſitus eſt, vt non dicerent
non aſcendemus, ſed non aſcendim⁹
quodã locutionis genere. b ¶ Re-
cedite a tabernaculis. Auguſti.
†Abſcedite Alia litera: † Aſcendite vos de me-
† Aegypti dio ſynagogæ iſtius & cæte. Notan
dum eſt tunc iubere dominum cor-
poralem fieri ſeparationem, cum iã
vindicta imminet malis. Sic Noe cũ
Gẽ. 7. c. domo ſua à cæteris ſeparatur dilu-
† virorum iſtorum uio perituris. Sic Loth cum ſuis ſe-
paratur à Sodomis igne cęlitus con
Gẽ. 19. e. ſumendis. Sic populus ipſe ab Ae-
gyptijs marinis fluctibus obruẽdis.
Exo. 14. e. Sic iſti nunc a ſynagoga Core, Da-
F than & Abiron, qui ſe prius per ſe-
✠ Moyſes ditionem abrumpere voluerunt, cũ
quibus tamen ſancti antea viuentes
& conuerſantes, & cũ cæteris quos
reprobat deus, contaminari mini-
mè ab eis potuerunt: nec ſe ſeparari
iuſſi ſunt, quando vindictam domi
nus ſiue differebat, vel talem adhibe
bat qua innocentes periclitari non
poſſent, ſicut ſerpentum morſibus,
vel ſtrage morientium, qua deus
†coacervaſ ſet quem volebat ſicut volebat, alio
ꝑcutiebat

*Nicolaus de Lyra.*

†7. q. 1. c. deniq. 24. q. 1. c. didicim⁹. & q. 3. c. 1. iuſtitiæ, nõ vindictæ, primò o-
rauit dominum vt non iraſceretur
contra totum populũ propter ma
litiam iſtorum. & hoc notatur cùm
dicitur: a ¶ Cecidit pro. in faciẽ.
Humiliando ſe coram deo. b ¶ Lo
cutusq;. Rationabiliter & charita-
tiuè dicens: c ¶ Mane inquit no
tum &c. id eſt cras ſaliua ieiuna. tẽ-
tabat enim vtrum interim Core reſi
piſceret à ſua temeritate. d ¶ Et
ſanctos applicabit ſibi, id eſt oſtẽ
det quos vult fungi ſacerdotio corã
eo. e ¶ Et quencunque elege-
rit, ipſe erit ſanctus, id eſt ad diui
na deputatus in officio ſacerdotali.
f ¶ Multum erigimini. Quia
†1. q. 1. ſi qs inqt ĩ fine. non ſolùm contra homines, ſed etiã
contra deum. g ¶ Num parum
† paruuliſq; eorum eſt vobis &c. q. d. non deberetis
reputare parum, ſed multùm diuĩa
beneficia, quæ fecit vobis præ alijs.
Vt vo

cecidit pronus in faciem: locutusq; ad Core a b
& ad omnem multitudinem: Mane, inquit, c
notum faciet dominus, qui ad ſe pertineant,
& ſãctos applicabit ſibi, & quos elegerit, †ap d
propinquabũt ei. Hoc igitur facite: Tollat
unuſquiſq; thuribulum ſuũ, tu Core & omne
conſilium tuum, & hauſto cras igne †, poni-
te deſuper thymiama corã domino, & quen e
cunq; elegerit, ✠ipſe erit ſanctus. †Multùm e- f
rigimini filij Leui. Dixitq; rurſum ad Core:
Audite filij Leui: Num parũ uobis eſt, quòd g
ſeparauit uos deus Iſraël ab omni populo, &
iunxit ſibi ut ſeruiretis ei, in cultu tabernacu
li, & ſtaretis coram frequentia populi & mi
niſtraretis ei? Idcirco ad ſe fecit accedere te,
& omnes fratres tuos filios Leui, ut uobis e- h
tiam ſacerdotium †uendicetis, & ✠omnis glo i
bus tuus ſtet contra dominum. †Quid eſt e- k
nim Aaron, ut murmuretis contra eum? Mi
a ſit ergo Moyſes, ut uocaret Dathan & Abi-
ron filios Eliab. Qui reſponderunt. †Non m
ueniemus. Nunquid parũ eſt tibi, quòd edu- n o
xiſti nos de terra, †quæ lacte & melle mana p
bat, ut occideres in deſerto, †niſi & domina q r
tus fueris noſtri? Reuera induxiſti nos in ter s
ram, quæ fluit riuis lactis & mellis, †& dedi-
ſti nobis poſſeſſiones agrorum & uinearum.
An & oculos †noſtros uis eruere? Non ue- t
nimus. Iratusq; Moyſes ualde, ait ad domi- v
num: Ne reſpicias ſacrificia eorum: Tu ſcis x y
quòd nec aſellum quidem unquam accepe-
rim ab eis, nec afflixerim quẽpiam eorum.
Dixit ✠ad Core: Tu & omnis cõgregatio tua
ſtate ſeorſum coram domino, & Aaron die
craſtino ſeparatim. Tollite ſinguli thuribu-
la ueſtra, & ponite ſuper ea incenſum, offerẽ
tes domino ducenta quinquaginta thuribu-
la: Aaron quoq; teneat thuribulum ſuum.
Quod cùm feciſſent, ſtantibus Moyſe &
Aarõ, & †coaceruaſſent aduerſum eos oẽm z
multitudinẽ ad oſtiũ tabernaculi, apparuit
cunctis gloria domini. Locutusq; dominus a
ad Moyſen & Aaron ait: †Separamini de b
medio cõgregationis huius, ut eos repente c
diſperdam. Qui ceciderunt proni in faciem, d
atq; dixerunt: Fortiſſime deus ſpirituũ uni- e
uerſæ carnis, num uno peccante, contra o- f
mnes ira tua deſęuiet? Et ait domin⁹ ad Mo
yſen: Pręcipe uniuerſo populo, ut ſeparetur g
à tabernaculis Core & Dathan & Abiron.
Surrexitq; Moyſes & abiit ad Dathan & A-
biron, & ſequentibus eũ ſenioribus Iſraël,
b dixit ad turbã: Recedite ✠à tabernaculis ho-
minum impiorũ, ✠& nolite tangere quæ ad
eos pertinẽt, ne †inuoluamini in peccatis eo
rum. †Cũq; receſſiſſent à tẽtoriis eorũ per cir
cũitũ, Dathan & Abiron egreſſi ſtabãt in in- h
troitu papilionũ ſuorum cũ uxoribus & libe
ris †omniq; frequẽtia. Et ait Moyſes: In hoc i
ſcietis, quòd dñs miſerit me, ut facerem uni-

h ¶ Vt vobis etiam ſacer. vẽ. G
id eſt indebitè vſurpetis tãquam in-
grati diuinis beneficijs. i ¶ Et oĩs
globus tuus ſtet cõtra dñm. A † appropinquare faciet ſibi
veritate enim ſe eſſe vacuos profeſ-
ſi ſunt, q multitudine ſe armauerũt.
k ¶ Quid eſt em̃ Aarõ, vt mur
muretis contra eũ. q. d. nõ aſſum
pſit ſibi ſacerdotiũ, ſed domin⁹ im- † de altari
poſuit ei. l ¶ Miſit ergo. Hìc po-
nitur reprehẽſio Moyſi q̃ntũ ad am † ſufficiat vobis vel, vt ſuprà annotatum multũ vobis eſt
bitionem ducat⁹ ppl'i. & primò vo
cauit Moyſes iſtos ambitioſos corã
alijs ſenibus, vt eos rõnabiliter indu
ceret ad deſiſtẽdum. m ¶ Qui rñ
derunt nõ ve. Oſtẽdentes ſe à par
te rebellare, ꝓpter qd' cõſequẽter ꝓ
cedũt ad cõuitia. n ¶ Nunqd pa-
rum eſt tibi. ſ. ꝙ feceris hoc malũ
toti populo, quod malum exprimit,
cùm ſubditur: o ¶ Quod eduxi
ſti nos de te. ſ. AEgypti. p ¶ Quę
lacte & mel. ma. i. bonis omnib⁹ ✠tu &
abundabat. illã terrã vltra debitũ cõ † quis
mendabãt in vituperium Moyſi, q
eos inde eduxerat. q ¶ Vt occide
res in deſerto. ex defectu cibi & †non venimus
potus. r ¶ Niſi & do. fue. no-
ſtri? vñ imponebant ei, ꝙ vellet eos
redigere in ſeruitutem, quod erat fal
ſum. s ¶ Reuera induxiſti nos
in terram & cæte. Hoc dicebant † ꝙ principẽ facis te ſup nos, & principatũ geris
ironicè ad deſignandum, ꝙ Moyſes
per falſas ꝓmiſſiones decepiſſet po
pulum, ꝓmittendo eis terrã lacte &
melle fluentem. t ¶ An & oculos
noſtros vis eruere? Nõ venim⁹
q. d. nõ mãdamus nobis gcq; ꝓ bo- † neq;
no nr̃o, ſed ꝓ malo. v ¶ Iratuſq;
Moyſes val. Non pro iniuria ſibi
illata, ſed qa talis iniuria inuehebat
cõtra deũ, cui⁹ erat nũtius. x ¶ Ne H
reſpicias ſacrificium eorum.
Sicut nõ reſpexiſti ad ſacrificia Cain
maligni, vt habet Gẽ. iiij. a. y ¶ Tu
ſcis ꝙ nec aſel. &c. i. minimã rẽ.
Cętera patent vſq; ibi. z ¶ Et coa
ceruaſſent. Dicit Ra. Sa. ꝙ per to-
tam noctẽ pręcedentẽ & ꝑtem diei
Core & ſibi adhęrentes diſcurreret
per caſtra, dicẽtes ppl'o ꝙ mouebã
tur ꝓ vtilitate cõi: & hoc mõ coacer
uauerũt ſibi multitudinem. a ¶ Lo
cutusq; eſt do. Hìc cõſequẽter po
nitur inflictio pœnæ, vbi primò po
nit cõminatio dei, cũ dicit: b ¶ Se
paramini de medio cõ. qa ſunt
indigni ſocietate veſtra. c ¶ Vt eos
repente diſ. Omnes ſil. d ¶ Qui
ceci. ꝓni in faciem. ad placandũ
dei iram. e ¶ Fortiſſime de⁹ ſpi. i.
q cognoſcis corda. f ¶ Num vno
peccante. q. d. non decet. Iudex em̃
mortalis, qui non cognoſcit corda 1. Reg. 16. d
(quia homo videt tm̃ q̃ patent) ali
quãdo punit innocẽtes cũ peccanti
bus, ſed tu qui diſcernis vidẽdo cor
da hoĩm non debes hoc facere. ideo
ſubditur. g ¶ Præcipe vniuerſo ✠quæſo
populo. Et patet litera vſque ibi: ✠iſtorum
h ¶ Dathã & Abi. e. ſta. &c. pa †pereatis in om̃ibus
rati ad reſiſtendum Moyſi. i ¶ Sci
etis ꝙ dñs miſerit me &c. id eſt
ſcietis ꝙ de mãdato dñi feci illud, ꝑ
quo iſti ſeditionẽ mouerũt, quia de
mandato ei⁹ ducatũ ſuſcepi, & Aarõ
in ſacerdotẽm ordinaui, & Eliſaphã
principẽ ſuꝑ Caathitas cõſtitui. ſeqt
Deſcenderunt

A percutiebat intacto:non ſicut aqua diluuij, aut ignea pluuia, aut aqua maris, aut hiatu terræ, quo permiſtos poterat pariter abſumere:non q̃a deus ſibi ſuos ſeruare nõ poſſet. Sed quid opus erat tentatiõe miraculi, vbi ſeparatio poterat fieri: vt vel aquę vel ignis vel hiatus terræ, quos inueniſſet auferret: Sic & in fine à zizaniis ſeparabũtur frumenta, vt malos cremã tibus flammis, iuſti fulgeant ſicut ſol in
Matth. 13. f. regno patris ſui. a ℂ Dirupta eſt. Iſi. Per Dathan, & Abiron, & Core, ſignantur hęretici & ſchiſmatici, q̃ multos ſecũ trahentes decipiunt contemnẽtes ſacerdotes Chriſti, & ſe à clero plebiſq; ſocietate ſegregantes, cõſtruere audent eccleſias, & aliud altare, p̄cemq; alterã illicitis vocibus faciunt, dñicæ hoſtiæ veritatẽ per falſa ſacrificia p̄phanãtes. Et q̃a contra dei voluntatẽ & ordinationẽ nituntur, ob temeritatis audaciã terrę cõpagi
†cõtẽpſerit viri iſti bus ruptis viuẽtes abſorbent̃, nec tantũ duces, ſed oẽs cõplices & fautores, in æterno igne, p̄parata vltione peribunt.
Auguſtin⁹ b ℂ Deſcen. Aug. Alia lr̃a. Et deſcenderũt ipſi & oĩa q̃cunq; ſunt eis viuẽtes
Inferi ad inferos. Notãdũ ſcd̃m locũ terrenũ dictos eſſe inferos. i. in inferiorib⁹ terræ ptibus. Sub vario em̃ intellectu, nomen inferorũ ponit̃, & maximè in mortuis hoc accipi ſolet. Sed q̃m iſtos viuẽtes dictũ eſt ad inferos deſcẽdiſſe, & ipſa narratione apparet q̃d factũ fuerat, manifeſtũ eſt hîc inferiores partes terræ inferorũ vocabulo noĩari, cõparatione huius ſupioris terrę in cui⁹ facie viuit̃. Sicut in cõparatione ſupioris cęli, vbi ſctõrũ demoratio eſt angelorũ: peccãtes angelos in hui⁹ aëris detruſos caligine, ſcriptura dicit tanq̃ carcerib⁹ inferi puniẽdos re
B ſeruari. c ℂ Præcipe Eleazaro. Aug. Alia litera: Et dixit dñs ad Moyſen & ad Eleazarum filiũ Aaron ſacerdotem: Tollite thuribula ærea de medio exuſtorum, & ignẽ alienũ hunc ſemina ibi, q̃a ſanctificauerũt thuribula peccatorũ horum in animabus ſuis, & facies laminas ductiles circũ poſitionẽ altaris, quoniã oblata ſunt ante dominũ & ſanctificata ſunt, & facta ſunt in ſignũ filijs Iſraël. Cur non ad Moyſen & Aaron ſicut in ſuperioribus dominus locutus ſit, ſed ad Moyſen & ad Eleazarũ fi-
Literalis quæſtio lium Aaron: Hæc mihi cauſa interim occurrit, quoniam quæſtio erat de progenie ſacerdotum. i. de quo genere eſſe deberent: vnde illi ex alio genere, quia ſibi ſacerdotium vſurpari auſi ſunt, mirabili ſupplicio perierunt. Non ad Aaron qui iã ſummus ſacerdos erat, ſed ad Eleazar, voluit loqui deus, qui ei ſuccedere debebat, & ſecũdo iam ſacerdotio fungebatur, vt ſic ſeriem generis commẽdaret, quæ in ſucceſſionibus ſacerdotum eſſe deberet. Vnde in ſequentibus addit: Et accepit Eleazar filius Aaron thuribula ænea, quæ ante obtulerunt qui exuſti ſunt: & addidit ea circumpoſitionem altaris memoriale filijs Iſraël, vt non accedat quiſquam alienigena, qui non eſt de ſemine Aaron imponere incenſum ante dominum, & non erit ſicut Core, & ſicut conſpiratio eius & cæte. Hoc ergo modo voluit deus non ſacerdotium quod iam erat in Aaron, ſed ſucceſſionis ſacerdotalis p̄geniẽ cõmendare. Quod verò ait, Alienum ignẽ ibi ſparge, intelligendũ eſt. Et q̃d addidit, q̃a ſanctificauerunt thuribula pctõrũ horũ in aĩab⁹ ſuis, locutione inuſitata ſentẽtia expreſſa eſt. Sed notãdũ nouo modo dicta ſanctificata in pœna
Myſticè eorum à quibus hoc peccatũ fuerat p̄petratũ: q̃a p̄ eos exemplum datũ eſt cæteris, q̃d timerẽt. d ℂ Tollat thuri. Orige. Core figuram tenet eorum, qui cõtra eccleſiaſticã fidẽ & doctrinã veritatis inſurgunt. Hîc cũ cœtu ſuo in batillis æreis obtulit incenſum alieni ignis. Iubet̃ ergo à dño diſpergi ignis & de batillis, quia ſanctificata ſunt laminas fieri ductiles, & ex eis altare circumdari, quia oblata ſunt coram domino & ſanctificata. Hoc autem videtur figurari q̃ batilla ærea diuinę ſcripturę figuram teneant, cui hęretici alienum ignem imponentes. i. intelligentiã à deo alienam, & veritati contra
†vero riam, incenſum †deo non ſuaue, ſed execrabile offerunt. Et ideo forma noſtris ſacerdotibus datur, vt ſi aliquid tale fuerit exortum, quæ à veritate ſunt aliena, ab eccleſia penitus excludantur. Si qua verò in ipſis hęreticorum verbis, ex diuinæ ſcripturæ ſenſibus inueniuntur, non reſpuant̃, ſanctificata enim ſunt & domino oblata.
Orige.

uerſa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim. Si conſueta hominum morte interierint, & uiſitauerit eos plaga, qua & cæteri uiſitari ſolent, nõ miſit me dominus. Sin autem nouam rem fecerit dominus, ut aperiens terra os ſuum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, deſcen-
¶In inferiores partes terræ.
derintq; uiuentes in infernum, ſcietis quòd †blaſphemauerint dominum.
a Confeſtim igitur, ut ceſſauit loqui, †dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & uniuerſa ſubſtan-
b tia eorum: Deſcenderuntq; uiui in in- a
¶In inferiores partes terræ.
fernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At uerò omnis Iſraël, qui ſtabat per gyrum, fugit †ad clamorem pereũtium dicens: Ne fortè & nos terra deglutiat. †Sed & ignis b egreſſus à domino, interfecit ducẽtos quinquaginta uiros, qui offerebant incenſum. Locutuſq; eſt dominus ad *
¶Et non Aaron.
c Moyſen dicens: Præcipe Eleazaro filio Aaron ſacerdoti, ut tollat thuri- d

ℂ Orige. Poteſt & alio modo intelligi quod de batillis præcipitur C
peccatorũ, vt ſocientur altari. Aerea dicuntur, quia vbi vera fides & integra verbi dei prædicatio, aut argentea dicuntur, aut aurea, vt fulgor auri declaret fidei puritatẽ, & argentũ igne probatũ, eloquia domini igne examinata ſignificet. Iſta verò quæ dicunt̃ ærea, Pſal. 11. b.
in ſono tm̃ vocis cõſiſtũt, & ſunt vel æramentum ſonans, aut cymbalum tinniens. Iſta verò batilla ærea. i. hęreticorum voces ſi adhibeamus ad altare dei, ubi diuinus ignis, vbi vera fidei prędicatio, melius ipſa veritas ex falſorum comparatiõe fulgebit. Si em̃ dicta Marciõis, aut Baſilidis, aut cuiuſlibet hęretici, ſermonibus veritatis & ſcripturarum teſtimonijs, velut diuini altaris igne confutem, in me euidentior ex ipſa cõparatione apparebit eorum impietas. Si em̃ doctrina eccleſiaſtica eſſet ſimplex, & nullis extrinſecus hęreticorum dogmatũ aſſertionibus ſcinderetur, nõ tam clara & 1. Cor. 11. d.
tam examinata videretur fides nr̃a. Ideo †Deu. 11. a.
doctrinam catholicã contradicentes oppugnant, vt fides noſtra nõ otio torpe- Pſ. 105. c.
ſcat, ſed exercitijs elimetur. vñ: Oportet De elec. 1. c.
hęreſes eſſe, vt qui probati ſunt manife- licet de vi-
ſti fiant, quaſi oportet Hęreticorum ba- tanda.
tillis altare circundari, vt fiat omnib⁹ manifeſta fidelium & infidelium differẽtia. Cùm enim fides eccleſiaſtica velut aurũ cœperit refulgere, & prędicatio eius vt argentum igne probatum, reſplẽduerit, †ã clamore
turpius hęreticorum voces obſcuri æris vilitate ſordebunt. Bona em̃ ex dete- †I. 26. b.
riorũ cõparatione magis noſcunt̃. Quis
ſciret bonã eſſe lucẽ, niſi tenebras ſentiremus? Quis noſſet mellis dulcedinẽ niſi guſtaſſet amaritudinẽ? Ipſum denique diabolum, & cõtrarias poteſtates ſi auferas, virtutes animi ſine obluctante nõ poterunt eniteſcere. Sic & ſacerdotũ fidelium gloria nõ poteſt reſplendere, niſi eam infideliũ reprobatio & pœna cõmendet. Singuli quoq; iuſtorũ magis ex D
comparatione cæterorũ clari vident̃ apud deũ. De Noe ſcriptum Gẽ. 6. b.
eſt, q̃ eſſet iuſt⁹ & p̄fectus in generatione ſua in quo oſtenditur, q̃ non ex integro perfectus, ſed in generatione ſua, id eſt ad cæterorũ comparationem

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℂ Deſcenderuntq; viui &c. i. in inferiores partes terrę, in quibus dicitur eſſe infernus à doctoribus. Non tamen ſic eſt intelligendum, q̃ ſint in pœna inferni, ita q̃ non fuerunt mortui pri⁹ morte corporali: quia ſecundum q̃d dicitur ad Hebr. ix. Statutum eſt omnibus ſemel mori, ad ſoluendum debitum naturę lapſę: poſt hoc autem iudicium. i. retributio præmij vel pœnæ. b ℂ Sed & ignis. virtute diuina. Dicit enim Ra. Sa. q̃ exiuit de thuribulis quę tenebant. c ℂ Locutuſq; eſt domi. Hîc conſequenter ponitur ſignum punitionis prædictæ, ad repreſſionem aliorum in futurum à conſimili temeritate, cùm dicitur. d ℂ Præcipe Eleazaro &c. hoc enim ſignum ponebatur ad reprimendum alios in futuro, ab vſurpatione ſacerdotij, & ideo hoc ſignum mãdatur fieri per Eleazarum magis q̃ per Aaron, quia debebat ſuccedere in ſacerdotio.
Q̃m ſanctificata

Moraliter
* lis ſunt cauſa dicti ſchiſmatis, digni ſunt pœnæ gehennalis. b ℂ Sed & ignis &c. Per iſtos vſurpantes ſibi ſacerdotiũ, intelliguntur ambitioſi dignitatum & officiorum in religionibus & eccleſijs: & iſti puniri merent̃ pœna ignis gehennalis. d ℂ Præcipe. Thuribula ſunt inſtrumẽta ad offerendũ incenſum, quod pertinet ad ſacerdotis officiũ. Igitur per thuribula ambitiorũ prędictorũ, qui ſibi volebant vſurpare ſacerdotium, poſſunt intelligi verba falſa, opera ficta, & occulta munera, per quæ ambitioſi quærũt obtinere in eccleſia gradum indebitum ſibi, quæ thuribula producũtur in laminas, quando manifeſtè detegitur & debitè punitur ambitioſorum falſitas, & iſtæ laminæ figuntur in altari quando manifeſtatio & punitio dictæ falſitatis rediguntur in ſcriptura communi, vt ſic ſint alijs in ſignum: ne quærant indebitè honoris ſtatum.
* Murmurauit

bula quæ iacent in incendio, & ignem
a ¶ Quia per eos qui peccauerunt exemplum datum eſt cæteris ut timeant.
huc illucq́ diſpergat, quoniam ſancti= a
ficata ſunt † in mortibus peccatorum,
producatq́ ea in laminas, † & affigat al
a tari, eò quod oblatum ſit in eis incen=
a ¶ Quaſi magis attendendum ante quem oblata ſint, quam a quibus.
ſum dominó, & ſanctificata ſint, ut cer
nant ea pro ſigno & monimento filij
b Iſraël †. Tulit ergo Eleazar ſacerdos
thuribula ænea, in quibus obtulerant
hi quos incendium deuorauit, & pro=
duxit ea in laminas † affigens altari, ut b
haberet poſtea filij Iſraël quibus com
monerentur †, ne quis accedat alienige
na, & qui non eſt de ſemine Aaron ad
offerendum incenſum domino, ne pa
c tiatur ſicut paſſus eſt Core, & omnis
† congregatio eius: loquente domino
ad Moyſen. Murmurauit autem o= c
mnis multitudo filiorum Iſraël ſequē=
ti die contra Moyſen & Aaron dicens:
Vos † interfeciſtis populum domini. d
Cumq́ oriretur ſeditio, & tumultus
d increſceret, Moyſes & Aaron † fuge e
runt ad tabernaculum fœderis. Quod
e poſtquam ingreſſi ſunt operuit * nu= f
¶ In tribulatione ſcilicet, non enim dormienti & otioſo poteſt apparere gloria domini.
bes & apparuit gloria domini, Di=
f xitq́ dominus ad Moyſen: Recedite
de medio huius multitudinis, † & iam

E comparationē. Similiter Loth, quantò quotidie deteriores fiebāt Sodomitę tantò iuſtior apparebat. Et cùm regreſſi eſſent, qui terrā inſpexerant, & decem mendiculoſis ſermonibus deſperationes populo incuſſiſſent, duo. i. Caleb & Ieſus bona nuntiaſſent, & in propoſito manere ſuaderent, immortale eis meritum contulit non tam ſua cōfeſſio q̄ formido ſodalium. Non enim tā magnificè in eis virt⁹ animi claruiſſet, niſi reliquorū ignauiæ formido patuiſſet. a ¶ Eo q. Aug. Circumpoſitionem verò altari cur. ſ. ex eis fieri voluit, addit dicens, ꝙ oblata ſunt in ſignū filijs Iſrael. Non ergo in eis reprobare voluit, ꝙ à talib⁹ oblata ſūt, ſed hoc potius cogitari & attendi ante quē oblata ſunt. i. quia añ dñm, vt plus in eis valeret nomen dñi añ quem oblata ſunt, q̄ peſſimū meritū eorum à quib⁹ oblata ſunt. Hoc autē & in Exodo cōmemorauit ſcriptura, qñ altare fabricatū dicit. Vnde intelligit̄ genera rerū geſtarū diſtributa eſſe ꝑ libros, nō ordo temporū context⁹. Nā & de virga Aarō quō res geſta ſit, vt & florens & germinans electionē ſacerdotij eius diuinit⁹ indicaret, in hoc libro legit̄, & tñ de ipſa virga in Exo. dicit̄ vt in ſctīſſctōrū cū manna in arca poneret̄, qñ p̄cipit̄ de tabernaculo fabricando, qđ longè añ preceptum eſt, q̄ ipſum tabernaculū fabricatū pfectumq́ conſiſteret. Stetit aūt priò menſe ſcđ'i anni ex quo de AEgypto egreſſi ſunt, & liber iſte incipit à ſcđ'o menſe eiuſdē anni ſcđ'i, eiuſdē menſis priò die. Vñ clarū eſt iſta (ſi librorū ordinē cōſideremus) ꝑ recapitulationē. i. preterito rum recordationē cōmemorari: q̄ putant, qui min⁹ diligēter intendunt, eodē facta ordine, quo narrant̄. b ¶ Tulit. Orige. apud deū nihil eſt otioſum, ſed quæ putant̄ abijcienda aliqd operis neceſſarij habēt. Refert ergo ſcriptura q̄ ex precepto dei accepit Eleazar batrilla ærea q̄ obtulerant qui exuſti ſunt, & fecerunt ex eis circulos, & appoſuerunt eos altari in cōmemorationem filijs Iſrael, vt nō accedat alienigena iponere incenſum corā dño. Nō enim ſunt cōſilia diuina ſicut cōſilia humana. Si apud homines iudicaret̄ hæc cauſa, & apud eccleſiarū principes de his (verbi gratia) qui diuerſa ab eccleſijs docentes diuinæ ſentētię vel vindictæ pertulerunt vltionem, nonne iudicaret̄ vtq́ locuti ſunt q̄ docuerunt, quæ ſcripſerunt vniuerſa cū vniuerſorum cinerib⁹ diſperirent: c ¶ Sicut paſſus eſt. Orige. Poſteris quoque datur exemplum, ne quis p̄ſumptione ſupbi ſpiritus nō ſibi à deo datū munus pontificatus inuaderet Sed illi cedat quem nō ambitio humana, non fauor corrupt⁹, nec largitio dānanda abſciuerit. d ¶ Moyſes & Aaron. Orige. In Sodomis quidē ad minus decem requirebantur ꝑ quos vix ſaluarent̄ qui habitabant pentapoli. Nūc aūt ſi duo inueniantur tales qualis fuit Moyſes & Aaron ſufficiunt vt tota gens Iſraelitarum ſaluetur. Quid ergo amplius eſt in his duobus, q̄ tanta virtus: qđ meritū, ꝙ ſexenta milia & eò amplius liberētur: Ego arbitror ꝙ in Moyſe lex ſignificat̄, quæ docet hominem ſcientiam & amorē dei. In Aaron verò ſupplicādi deo & obſecrādi forma. Si qñ ergo nobis vel vniuerſo populo deus indignatur, & iam vltio ꝓcedit & redeūte lege dei in cor noſtrū, quæ moneat & doceat nos conuerti ad pœnitentiā, & ſatiſfacere ꝓ delictis, continuò ira ceſſabit, & ꝓpitiabitur dñs, quaſi Moyſe & Aaron ꝓ nobis intercedentibus, & ꝓ vniuerſo pplō ſupplicantibus. Si aūt induerentur corda nr̄a, nec cōuertamur nec humiliemur i. cōſpectu dñi, vt in cōfeſſione ſupplicationū irā mitigem⁹, ſed ecōtra dicam⁹: Non eſt cura deo de vita mortaliū, nec ptinent hæc ad deum: reliquit nos olim, nec iſta nouit; non eſt Moyſes & Aaron in nobis: legis. ſ. ſcientia & fructus pœnitentiæ, ꝑ quos interitū poſſum⁹ euadere. e ¶ Operuit nubes. Orige. Non enim legimus antea ꝙ obtexerit nubes tabernaculum, & apparuerit maieſtas domini, & receperit intra nubem Moyſen & Aaron, niſi cū popul⁹ in eos ſurrexit & lapidare voluit. Diſcamus ex hoc quanta ſit vtilitas in perſecutione Chriſtianis, quomodo ꝓtegat eos deus, & infundat̄ ſpūſſanctus

ſpiritusſanctus. Tunc enim adeſt maximè gloria dñi, cùm hominū ſęuitia concitatur: & tunc pacē habemus àpud deū, cū ab hominib⁹ propter iuſtitiā expugnamur. Vbi enim abūdat pctm̄, ſuperabundat & gratia. Operuit ergo eos nubes tabernaculi, & irruit ſynagoga ſuper Moyſen & Aaron, & apparuit gloria domini, quāuis magni meriti ſint & virtutibus polleant, non apparet eis gloria domini niſi in tribulatione & periculo, & penè in ipſa morte. Apoſtolus etiam in his gloriam domini conſequi meruit, vnde enumerat ſe ſuper cæteros in tribulationibus fuiſſe, ter virgis cæſum, ſemel lapidatum fuiſſe, & naufragia pertuliſſe, & picula maris ac fluminū &c. f ¶ Recedite. Orige. Iubentur ergo Moyſes & Aaron exire de medio ſynagogæ, vt intereat. Sed videamus quid faciunt: Sancti ſunt & perfecti, [illegible] magis euangelij quàm legis diſcipuli, ideo diligunt etiam inimicos, & orant pro perſecutoribus. Illis enim irruentibus, iſti procidūt in faciē, & ait Moyſes ad Aaron: Aſſume batillum & impone ſuper illud ignem, & iniice incenſum &c. Videant ergo qui deum pariter crimināt̄ur & legem, quomodo Moyſes & Aaron priores fecerunt, quod poſtmodum euangelium docuit. Diligit Moyſes inimicos & orat pro perſecutoribus. Inuenitur ergo euangelij virtus in lege, & fundamento legis innititur euāgelium. Nec vetus teſtamētum nomino legem, ſi etiam ſpiritaliter intelligam. Illis tñ lex vetus eſt teſtamentū qui eam carnaliter intelligunt. Illis vetus eſt & ſenuit, quia vires ſuas obtinere non poteſt. Nobis autem qui eam ſpiritaliter exponimus ſemper noua eſt, & vtrūque nobis nouū teſtamentū eſt, non temporis ętate, ſed intelligētiæ nouitate. vñ Iohannis ait: Mandatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē, cùm ſciret, datū eſt mandatum dilectionis in lege. Sed quia charitas nunq́ cadit, nec mandatū veritatis veteraſcit, ſemꝑ nouū eſſe ꝓnuntiat. Sēper enim obſeruantes nouos facit i ſpiritu, peccatori autē & charitatis fœdera non ſeruanti etiā euāgelica veteraſcūt. Nec poteſt ei nouū teſtamētū eſſe, qui nō deponit veterē hominē, & induit nouum ſcđm deū creatū. Hortat̄ Moyſes pontificem magnum, vt offerat in caſtris incenſum, & oret pro populo. Iā enim cœperat popul⁹ vaſtari. In ſpiritu videbat Moyſes quæ gerebant̄: Intellige populum Iſrael in caſtris per ordinē tribuum & familiarū diſpoſitum: virtutē verò quandā à deo miſſam, non paſſim, ſed ex prima parte cœpiſſe populum vaſtare, & procedētem per ordinē mortis ſtragem. Conſidera poſt hæc pontificem indutum veſte ☞ pontificali

Margin notes: † thuribula pctōrū iſtorū in aīabus eorū. i. per mortē ipſorum — † 7. q. 1. c. denicq́ in fi. — † 13. diſ. c. tenere. — † mulitudo — † mori feciſtis — F — G — Rom. 5. c. — 2. Cor. 11. f. — † quib⁹ cōeptatur altare — † in opimētum altaris — H — † reſpexerūt — * illud — Ioh. 13. d. — † otius, vel in momēto

## *Nicolaus de Lyra.*

a Qm̄ ſan. i. ꝑ mortē pctōrū quorū thuribula remanebūt, apparebit futuris, ꝙ ſctitas debet eſſe in ſacerdotib⁹. & hoc eſt qđ ſubdit̄: Et ſan. ſint. Sequit̄: b ¶ Affigens altari. ſ. holocauſtorum. c ¶ Murmurauit. Hic cōſequēter ponit̄ tranſgreſſio multitudinis, cū dicit̄: Murmu. aūt, zelās ꝓ Core & ſibi adiūctis. d ¶ Vos interfe. ꝑ hoc innuētes ꝙ erant morte digni. vñ ſubdit̄. e ¶ Moyſes & Aa. ad ꝓtectionē dñi. f ¶ Operuit nu. Dicūt aliq, ꝙ nō fuit illa nubes q̄ p̄bebat ducatū pplō, ſed q̄dā ꝑua nubes in q̄ dñs ſolit⁹ erat loqui cū Moyſe. Alij dicūt ꝙ fuit iſta q̄ p̄bebat ducatū, ſed añ hoc ſemper ſtabat in alto ſuper tabernaculū: & tunc deſcendit operiens & ambiens tabernaculū circūquaq́, vt null⁹ poſſet accedere.

Moraliter — Cumq́ iacerent

* c ¶ Murmurauit. Hæc aūt murmuratio cōtra Moyſen & Aaron fuit valde iniuſta, ꝓpter qđ murmurātes puniti fuerunt incendio corporali, ꝑ qđ ſignificat̄ ꝙ murmurātes iniuſtè cōtra bonos ſuꝑiores puniēt̄ niſi pœniteāt igne gehēnali. ꝑ hoc aūt ꝙ Aaron de precepto Moyſi obtulit thymiama ꝓ illis q coburebant̄, & ſic ceſſauit īcēdiū, ſignificat̄ ꝙ boni ſuꝑiores ſubditis ſuis etiam ingratis & indignis exhibere debeant charitatis bñficium. Mat. v. g. Benefacite his q oderūt vos, & orate ꝓ ꝑſequētib⁹ & calumniātib⁹ vos.

A pōtificale,& portātem batillũ atq; ignē cũ incenſo tendere ad locũ,quo per angelũ vaſtantē mors peruenerat,& ſtantē vbi mors finē dederat primis,& imminebat poſtremis.Intuere ſtantem pontificem,& obiectione quadam viuentes à mortuis dirimentem, & virtutē repropitiationis eius,& incenſi myſteriũ, erubuiſſe angelũ vaſtatorē;& in hoc mortē finitā,& vitam reparatā. Cōſiderata verò hiſtoria,aſcende ad verbi huius celſiora faſtigia,& vide quō ver⁹ pōtifex Ieſus aſſũpto batillo car-

†Sap.18.d. nis,& ſuperpoſito igni altaris anima ſcili-
De pœ. diſ. cet magnifica, adiecto etiam incenſo,q eſt
2.§.opponi ſpiritus immaculatus,medius inter viuos
tur. & mortuos ſtetit,& mortem compeſcuit,
Heb.2.d. deſtruens eum qui habebat mortis impe-
Ioh.3.b. rium,vt qui credit in eum non moriatur, ſed viuat in æternum. Hoc ergo myſteriũ poſtea futurum,iam tunc qui populũ vaſtabat expauit,agnoſcebat figuram batilli ignis incenſi, & qualis offerenda erat deo hoſtia ab eo qui medius viuorũ & mortuorum conſtiterat,ꝓuidebat.Illos imago ſaluauit,ad nos ſalutis veritas ꝑuenit. Nō

Exo.28.g. enim indumenta pontificis purpura,lana,
†percuſſio byſſoq; contexta erubuiſſet ille angel⁹,ſed futura magni pontificis indumenta intellexit,& ceſſit,quibus vniuerſa creatura inferior eſt. Puto autem ꝙ non ſolùm primo aduentu domini forma iſta completa ſit,ſed etiam in ſecundo complebitur,veniet iterum filius hominis, & quoſdam inueniet mortuos & quoſdam viuentes. Et poſſumus intelligere,ꝙ nōnulli in hoc vitę ſtatu inueniantur, cũ multi pręceſſerint mortui.Vel mortuos ,corpora intelligamus,viuentes autem animas, & tunc fortè medius viuorum & mortuorum ſtabit Chriſtus,cùm ſtatuet oues à dextris,hędos autem à ſiniſtris,& dicet his qui à dextris:

B Venite benedicti patris mei &c. His autē
Matt.25.c. qui à ſiniſtris:Ite maledicti in ignē ęternũ &c,Sunt em̄ mortui qui in ignē æternum mittuntur : viui autem qui mittuntur ad regnum.a ¶ Et ſtans inter.Grego.Aaron vt iram dei placaret,thuribulũ ſumpſit,atque inter viuentes & mortuos ſte-

Sacerdotis tit:quia ſacerdotis eſt negotium deo ora-
officium tionem fundere,& pro iuſtis ne cadant & pro peccatoribus vt reſurgant.vnde: In-
Pſal.87.a. tret oratio mea , ſicut incenſum in conſpe-
Myſticè ctu tuo. ¶ Iſido.Aaron thuribulum accipiens,occurrit quaſſatiōi,& ſtans in medio viuorum & mortuorum,lætalem plagam obiectu ſuo quaſi quidā murus excludit.Iſte ſacerdos Chriſt⁹ qui ruinam mortis in mundo aſpiciens occurrit à ſummo cęlo,venitq; obuius quaſi gigas ad currendam viam,Stetitq; inter viuos & mortuos,quia natus & mortuus eſt,ſicq; thuribulum paſſionis accipiens,& in odorē ſuauitatis pręcendens,ſuſpendit ignis æterni perniciem,& inimicam pertulit mortē. b ¶ Et plaga ceſſauit.

Tropologi Orige.Alia litera:Et ceſſauit vaſtatio,vel confractio ꝙ magis cōuenit. Confractio em̄ fit in fictilibus vaſis,quæ ſunt peccatores.vñ:
Treñ.4.a. Filij Sion qui erant honorabiles;& in auro clati,quomodo reputati ſunt in vaſa fictilia &c.Et in magna domo,ſunt lignea vaſa & fi-
2.Tim.2.d. ctilia,& alia ad honorem,alia ad contumeliam,quæ confringi poſſunt.Vnde Apoſtolus de vaſis fictilibus. Si quis emundauerit ſe ab his,erit vas ad honorē ſanctificatũ & vtile domino,& ad om̄e opus bonum paratũ.In quo oſtendit, quia vas quod fit,& ꝑ quē fit,vnus & idem homo ſit,intellige ergo propoſitum hominis eſſe quod operatur,reliquā partem hoīs eſſe ipſum vas,qđ fit ad honorem vel ad contumeliā.Cũ ergo ſenſus noſter q̄ bona ſunt eligit,& ad bonā cōuerſationē trahit,facit nos vas vtile.Cũ aũt neglexerit, & deciderit ꝓpoſitũ nr̄m à bonis,efficimur vas in cōtumeliā.Si intellectus nr̄ luteus ſit,& de luto ſemper & de terrenis cogitet,efficimur vas fictile,& opus manuũ figuli.Vñ:Nunquid figmentũ di-
Roma.9.c. cit ei qui ſe finxit , quare ſic me feciſti? Luteus enim & terrenus ſenſus non capit myſteria.¶ Dicitur etiā corpus nr̄m vas fictile,vel litera legis:in eo quod Apoſtol⁹ ait,Habētes theſaurũ iſtum in vaſis
2.Cor.4.b. fictilibus:Quia in corpore poſitis theſaurũ gratiæ ꝑ ſpm̄ſanctum dn̄s largit,& in ſermonibus legis q̄ contēnunt,quia nulla arte grāmatica expoſiti videtur,recōditus ſit theſaurus ſapiētiæ & ſciæ dei. C

Et locutus eſt & cætera. Cap. XVII.

c ¶ A cunctis principibus.Omnis princeps habet virgam,quia ſine ea populum regere non poteſt.Vnde Paulus,quia princeps populi erat, dicebat:Quid vultis 1.Cor.4.d.
in virga veniam ad vos,an in charitate? ¶ Orige.Omnes principes tribuum neceſſe eſt,vt habeant virgas.Vnus ſolus eſt pontifex Aaron cuius virga germinauit: Hic eſt Chriſtus,cuius virga non ſolũ germinauit,ſed etiam floruit & credentiũ attulit fructus . Quis eſt fructus quem attulit? Nuces inquit, qui fruct⁹ primò indumento amarus,ſecũdo munit, tertio paſcit.Talis ergo eſt in auditorio Chriſti legis & ꝓphetarum doctrina.Prima facies literæ amara eſt,quæ circuncisionē ꝑcipit,& ſacri- †expies eũ
ficia & cætera quæ omnia tanq̄ amaram & infra
nucis corticē proijce.Secũdò ad munimētũ teſtæ perueniens,in quo vel moralis doctrina vel rō continētiæ ſignificat, quæ neceſſaria ſunt ad cuſtodiā eorum q̄ ſeruantur intrinſecus.Frangenda tamen quoq; & ſoluenda,abſtinentia em̄ cibi & caſtigatio corporis corruptili corpi neceſſaria ſunt. Cùm autē confractũ fuerit & reſolutũ,& reſurrectionis tempore incorruptibile & ſpiritale , non iam labore afflictionis nec abſtinentiæ caſtigatione , ſed qualitate ſui, nulla iam corpori corruptela dominabitur. Nunc ergo

nunc delebo eos. Cumq; iacerent[a]
a ¶ Videns in ſpiritu quæ gerebantur. ¶ Lex,quæ docet hominem ſcientiam & dei amorem.

in terra,dixit Mōyſes ad Aaron:[b]
a ¶ Carnem humanam. b ¶ Anima ſcilicet cum qua Chriſtus natus eſt.

†Tolle thuribulum,& hauſto ignē
¶ Spiritum immaculatum,

de altari mitte incenſum deſuper,
¶ Ne ſcilicet vltra procedat vaſtatio.

pergens citò ad populũ , ut †roges pro eis. Iam enim egreſſa eſt ira à domino,& plaga deſęuit. Quod
a ¶ Chriſtus ſacerdos magnus.
b ¶ Supplicandi & obſecrandi forma.

cùm feciſſet Aaron , & cucurriſſet ad mediam multitudinem , quam iam uaſtabat† incendium, obtulit
a ¶ Recto corde. ¶ Ne mors vltra graſſaretur.
b ¶ Peccatores, ¶ Nimietate ſcelerum.

thymiama,& ſtāns inter mortuos[c]
a ¶ Iuſtos. ¶ In operibus iuſtitiæ.

ac uiuentes pro populo deprecatus
a ¶ Lxx.vaſtatio,vel vt in alijs exemplaribus continetur confractio.

est,& plaga ceſſauit. Fuerunt autē qui percuſſi ſunt quatuordecim milia hominũ & ſeptingenti,abſq; his qui perierant in ſeditione Core. Re-[d]uerſusq; eſt Aaron ad Moyſen ad oſtium tabernaculi fœderis poſtquam quieuit interitus.

## Cap. XVII.

Et locutus eſt dn̄s[e] ad Moyſen dicēs: Loq̄re ad filios Iſraēl, & accipe ab[f] eis uirgas ſingulas ꝑ cognatiōes ſuas,
c à cunctis principibus tribuũ uirgas

*Nicolaus de Lyra.*

D

a ¶ Cumq; iaceret in terra , ad placandum iram dei contra populũ excitatam.b ¶ Dixitq; Moy.ad Aaron: Tolle thu.&c. Cognouit em̄ ex reuelatione diuina,ꝙ per ꝑces Aarō & oblationes incenſi quieſceret plaga inchoata. c ¶ Stans inter mor.& vi.vt retineret proceſſum vindictæ. d ¶ Reuerſusq; eſt Aaron ad Moyſen adhuc pro populo orantem .Et in hoc dedit exemplũ pręlatis, quòd non debent ſpiritualia ſubtrahere beneficia ſubditis propter iniuriā ſibi illatam ab eis. Cap. XVII.

Et locutus eſt dominus ad Moyſen dicens & cætera.Hic conſequenter ponitur ſacerdotij determinatio ꝑ floritionem virgæ Aaron.Circa quod primò tangitur virgarum acceptio ad facti diſcuſſionem.Secundò vnius germinatio ad ſacerdotij probationem,ibi:Quas cùm poſuiſſet.Tertiò eiuſdem reſeruatio ad recordationem,ibi:Dixitq; dominus.Circa primum dicitur:f ¶ Accipe ab eis virgas ſingulas ꝑ cognatiōes ſuas. a cunctis principibns tribuum virgas duodecim, vniuſ. id eſt tribus,ideo ſubditur:A cunctis principibus tribuum & cæt. Diuiſio

Et vniuſcuiuſq;

Moraliť

Moraliter .e ¶ Et locutus eſt dominus ad Moyſen dicens:Loquere ad filios Iſrael.Hic agitur de certificatione dignitatis ſacerdotalis per ſignum virgæ germinantis. ¶ Moraliter per virgam intelligitur doctrina,propter quod antiquitus Philoſophi portabant virgam in ſignum doctrinæ.Similiter Mar.vj.b. diſcipulis ad pręedicandũ miſſis dicitur,ꝙ non portēt niſi virgam tm̄.Igitur ille doctor cuius virga germinat,floret,& facit fructum, promoueri dignus eſt ad pontificis ſtatum.Germinat autem multiplicando diſcipulos,floret verò faciendo eos verbo & exemplo bonos & honeſtos,ſed facit fructum faciendo eos doctos & ad docendum aptos. Allegoricè
¶ Allegoricè per virgam Aaron quæ germinauit ſicca,figurata fuit virgo Maria,de qua ſcribitur Eſa.xj.a.Egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet.Per quē florē Chriſtus intelligitur ſcđm doctores Hebraicos & Latinos. Hæc autem virga ſicca germinauit abſque humore virilis ſeminis concipiendo,floruit autem ſanctiſſimè cōuerſando,ſed fructum protulit deum nobis & hominem in vna perſona pariendo,

duodecim, & uniuſcuiuſq; nomen ᵃ ᵇ
ſuperſcribes uirgæ ſuæ. Nomen au ᶜ
tem Aarõ †erit in tribu Leui, & †u ᵈ
na uirga cunctas eorũ familias con
tinebit, ponesq; eas in tabernaculo
fœderis coram teſtimonio, ubi †lo
quar ad te. Quem ex his elegero, ᵉ
ᵃ germinabit uirga eius, & cohibe
bo à me querimonias filiorum Iſ
raël, quibus contra uos murmurãt.
Locutusq; eſt Moyſes ad filios Iſ
raël & dederunt ei omnes principes
*uirgas per ſingulas tribus. Fue ᶠ
runtq; uirgę duodecim abſq; uirga
Aaron*. Quas cùm poſuiſſet Mo
yſes coram dño in tabernaculo te
ᵇ ſtimonij, ſequẽti die regreſſus inue
†Crucis.
ᶜ nit germinaſſe uirgã Aaron in do
ᵈ mo Leui, & †turgẽtibus gẽmis eru
perant flores, qui foliis dilatatis in
amygdalas deformati ſunt. Protu
lit ergo Moyſes omnes uirgas de
conſpectu domini ad cunctos filios
Iſraël, uideruntq; & receperunt ſin ᵍ ʰ
guli uirgas ſuas. Dixitq; dominus
ad Moyſen: Refer uirgam Aaron ⁱ
in tabernaculũ teſtimonij, ut ſerue
tur ibi in ſignum rebelliũ filiorum
Iſraël, & quieſcãt querelę eorũ à me,
ne moriãtur. Fecitq; Moyſes ſicut

E ☞bitur: Nunc ergo neceſſaria eſt abſtinẽtia, ſed poſtmodũ non
quærenda. Tertio loco inuenies abſconditũ myſteriorũ ſapientiæ
& ſcientiæ dei ſenſum, quo nutriantur animæ ſanctorũ etiã in futu
Mat.5.a. ro. Hîc eſt enim pontificalis fructus, de quo promittitur his qui e
ſuriũt & ſitiunt iuſtitiã, qa ſaturabunt. Sic ergo in oĩbus ſcripturis
Pro.22.c. triplicis ſacramẽti ratio percurrit. Sic & ſa
pientia monet, vt deſcribamus eã i corde
Geñ.26.e. noſtro triplicit. Sic tres puteos fodit Iſa
†ſcribes ſuper virgam ac, quorũ tertibus latitudo vel amplitu
do nominatur. Quia verò ſacerdotale ſa
Hiere.1.c. cramẽtum eſt virga nucis, puto Hieremiã
(qui erat de ſacerdotibus ex Anathot)
vidiſſe virgam nuceam & ꝓphetaſſe quæ
ſcripta ſunt quidem de virga nucea vel
de lebete vel de olla ſuccẽſa, quaſi per hęc
oſtenderet in virga nucea eſſe vitam, & in
Eccle.15.d. lebete ſuccẽſo, mortẽ. Vita enim & mors
ponunt ante faciem noſtram. Et eſt vita
Chriſtus in ſacramẽto nucis, mors autem
diabolus in figura lebetis. Si ergo peccaue
*ſingulas ris, erit pars tua cũ lebete accenſo. Si bene
Canti.6.d. egeris, in virga nucea cum pontifice ma
gno. In canticis quoq; canticorum ſpõſa
dicitur deſcendere in hortũ nucis, & cum
*q̃ erat in medio virgarũ eorũ nucibus ſacerdotalium pomorũ copiam
inueniſſe. a ℭ Germinabit virga.
Orige. Vnum fructum promiſit deus in
virga & dedit plura, vt liberalitatem dei
largiorẽ promiſſionibus attẽdamus. Erit
inquit, homo quencunq; elegero, virga e
ius germinabit. Vbi verò ad rem venitur
non hoc tm̃ promiſſum implet, ſed mul
ta addũtur. ait em̃: Et produxit frondes &
protulit flores & germinauit nuces. ſolũ
autem germẽ promiſſum eſt. Sicut in his
Tropolo. promiſſionem ſuam de⁹ in quadruplum
F dedit, & multa plura & pretioſiora largi
tus eſt q̃ promiſit. In omnibus locis ſcri
pturæ vbi aliqua promiſſio cõtinet, in fu
turo multipliciter ꝑparabitur, & verè cõ
1.Cor.2.b. plebitur illud: Quod oculus nõ vidit, nec
Eſa.64. auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.
Siue ergo terram ſiue cęlũ dixeris, ſiue ſo
lem hunc & fulgorem viſibilis luminis, o
mnia hæc oculus vidit & auris audiuit.
Tranſgredere ergo omnia q̃ vides, q̃ au
dis, quicqd etiã cogitari põt, & ſcito illud
repoſitũ eſſe diligentib⁹ deum, qđ nec ad
cogitationem cordis tui poteſt aſcendere. Vnde puto nihil in his
promiſſionibus corporale cogitandũ. Ratio enim materiæ corpa
Moraliter lis ſenſum cogitantis nõ effugit, ſed q̃ i ſola dei ſapientia cõtinẽtur.
b ℭ Inuenit germinaſſe virgã &c. Grego. Cùm ſacerdotiũ
Aarõ qui de tribu Leui fuerat deſpiceretur, dignusq; alius qui of
ferret holocauſta crederetur, duodecim virgæ iuxta duodecim tri
bus in tabernaculo poni iubentur, & virga Leui viruit, & qd vir
tutis Aaron in munere haberet oſtẽdit. In qua innuitur, ꝙ omnes
qui vſq; ad finem mundi iacemus in morte, quaſi virgæ reliq̃ in a
riditate remanemus. Sed cũctis virgis in ariditate remanẽtibus, vir
ga Leui ad florẽ redijt, quia corpus dñi, veri. ſ. ſacerdotis in mor
tis ariditate poſitum in florẽ reſurrectiõis erupit, quo flore Aarõ
rectè ſacerdos eſſe oſtenditur, quia reſurrectionis gloria redẽptor
qui de tribu Iuda & Leui ortus eſt, interceſſor pro nobis eſſe mon
ſtratur. Virgæ duodecim tribuum in ariditate permanent, qa cor
pus dñi poſt mortem viuit, ſed noſtra adhuc corpora vſq; in finẽ
Allegoricè mundi differuntur à gloria reſurrectionis. ℭ Orige. Virga arida
germinat cùm corpus extinctum reuiuiſcit, cui quatuor ꝑſtabunt.
1.Cor.15.f Seminatum in corruptione, ſurget in incorruptione. Seminatũ in
infirmitate, ſurget in virtute. Seminatũ in ignominia, ſurget in glo
ria. Seminatum corpus aĩale ſurget ſpirituale. Hæc quatuor virga
aridi corporis in reſurrectione germinabit. c ℭ Virgam. Gre
Myſticè go. Carnem Chriſti, quæ de radice Ieſſe ſucciſa & mortificata citò
reuixit poſt ariditatem mortis. ℭ In virga, regnantis poten
Cant.2.a. tia, in flore pulchritudo. vnde: Ego flos campi & lilium conualiũ.
Alij hanc virgã quæ ſine humore floruit Mariam eſſe putãt, q̃ ſine
Eſa.11.a. coitu edidit verbum dei. vñ: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos
de ra. e. aſc. Chriſtus. ſ. qui futuræ typum pręferens paſſionis, can
dido fidei lumine ac paſſiõis ſanguine purpurabat, flos virginum,
corona martyrum, gratia continentiũ. d ℭ Turgetentib⁹ &c.
Orige.

Orige. Hac verò rõne qua promiſſionũ bona maiora promiſſio G
nibus dantur: pœnæ quæ pctõrib⁹ prædicunt, multiplicatis crucia
tibus inferunt. Niſi quis tertiũ aliquid poſſe fieri cogitet: colligens
aliqua ſolatia ex his quæ in cõminatione Dauid continentur, vbi tri 2.Re.24.
duo pręnuntiata eſt futura mortis vaſtatio, & intra ſex horas bre
uiatum eſt tempus ſupplicij. Sed hæc ibi
proficere poſſunt, vbi pœnitẽtiæ tempus Exo.34.a.
& ſatisfactionis locus conceditur. Scribi † & ꝑ ſingulis capitibus domꝰ prm ſuorũ erit vna virga
tur tamen, quia deus malis reddit peccata
in tertiam & quartam progeniem, bonis
autem faciens miſericordiam, non ſolùm
in tertiam & quartam, ſed ſecundum ſcri
pturam in mille generationes. ℭ Orig.
Poſſumus etiam ſic intelligere eorum q̃ Tropolo.
in virga germinauerunt differentia. Qui † teſtificabor tibi. hoc loco teſtari ſumit ꝑ loq nõte ſtimõia dei ſunt ei⁹ oracula voces & eloquia
in Chriſto credit primò moritur, & po
ſtea renaſcitur, & ſic virga arida germiat.
Primum germen eſt prima in Chriſto cõ
feſſio. Secundò frondeſcit, vbi renatus
donum gratiæ & ſpiritus ſanctificatiõem
recipit. Inde refert flores, vbi proficit
& ſuauitate morum decoratur, & fragrã
tiam miſericordiæ & benignitatis effun
dit. Tandem affert fructus iuſtitiæ quib⁹
non ſolùm ipſe viuat, ſed vitam alijs pręs
beat proferendo. ſ. ex ſe verbum fidei & ſci 1.Ioh.2.b.
entiæ dei vt alios lucrifaciat. Sic ergo ſin † protulerũt ramos & floruerat flos, & reddiderat amygdal⁹
guli fideles de virga Aaron qui eſt Chri
ſtus germinantur, quorũ quatuor iſtæ dif
ferentiæ alijs in ſcripturæ locis velut æta
tes quatuor deſignãtur. vnde: Scripſi vo
bis pueri, & ſcripſi vobis adoleſcentes, &
ſcripſi vobis iuuenes, & ſcripſi vobis pa
tres. In quibus non corporalis ætatis ſed
animæ profectus differentias ponit, ſicut
obſeruamus in germine ſacerdotalis vir
gę. Habent autẽ hæc omnia, nõ tã in vir
ga Aaron, quã in ea quæ exiuit de radice
Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet ſuper
☞ quem re. Eſa.11.a.

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Vt vniuſcuiuſq; nom. ſcilicet
tribus. b ℭ Su perſcribes virgę ſuæ.
ita ꝙ nomẽ Ruben erat ſcriptum in virga
illius tribus. & ſic de alijs. c ℭ Nomen
autem Aaron. Hoc dicit quia in virga H
quæ erat pro tribu Leui nõ erat ſcriptũ
nomẽ Leui, ſicut de alijs. Cuius ratio erat, quia quæſtio de ſacerdo
tio quãtùm ad illos de tribu Leui iam erat determinata per mortẽ
Core & ducentorum & quinquaginta virorum, qui obtulerãt in
cenſum: & ideo de ſacerdotio Aaron nõ erat quæſtio niſi quantũ
ad alias tribus. d ℭ Et vna vir. Ex hoc dicũt aliqui ꝙ præter. xij.
virgas prædictas erat vna communis omnibus tribubus: Sed hoc
nõ videtur rõnabiliter dictum: quia non apparet cui deſeruiret: &
ideo illud quod dicitur hîc: Et vna virga cunctas eorũ familias cõ
tinebit, nõ refertur ad familias aliarũ tribuũ, ſed ad familias de tribu
Leui, in qua erãt plures familiæ. vt ſuprà dictum eſt. iij. cap. ſed vir
ga Aaron ſufficiebat pro omnibus, eò ꝙ quęſtio iam erat determi
nata quãtũ ad alias familias Leui, ita ꝙ domus Aaron continebat
totum ius tribus Leui quantùm ad ſacerdotium. e ℭ Quem ex
his elegero, germinabit virga eius. Vt hoc ſigno alij quie
ſcant à ſacerdotio f ℭ Fueruntq; virgæ duodecim & cæte.
Quia erant duodecim trib⁹ præter tribum Leui. In Hebręo habe
tur: Fueruntq; virgę duodecim, & virga Aaron in medio, quia ſic
fuerunt diſpoſitæ coram domino in tabernaculo: quòd ſex virgæ Moraliter
erant ex vna parte ipſius, & ſex ex altera: & ex hoc patet ꝙ non fue
runt ibi. xiiij. virgæ, ſed. xiij. tm̃. g ℭ Videruntq;: ſcilicet virgam
Aaron ſolũ germinaſſe miraculoſè. h ℭ Et receperunt ſinguli
virgas ſuas. Recognoſcentes eas tanquã non mutatas, & ſic vide
runt ſacerdotium remanſiſſe Aaron & filijs eius per ſignum datũ
à deo. i ℭ Refer virgam Aaron in tabernaculum. Vt ſi
qui de cætero vellent contendere pro ſacerdotio, reprimãtur hoc
ſigno. Moraliter virga quæ eſt ſignum domini & correctionis,
ſignificat bonum pręlatum, in quo eſt poteſtas regendi atque e
tiam corrigendi. Hæc ergo virga germinat bonitate conſcien
tiæ, frondet veritate doctrinæ, floret celebritate famæ, & fructi
ficat ſanctitate vitæ, & ideo ſibi debetur dignitas ſacerdotalis.
Dixerunt autem

A quem requieſcet ſpūs dñi. Nec videt̃ otioſum φ virga dicitur exire, & flos aſcendere. Quãuis em̄ vnus ſit Chriſtus ꝑ ſubſtantiã, ſingulis tñ diuerſus efficit̃, prout eget is in quo operat̃. Qui ſegnior eſt ꝓ diſciplina, fit ei virga: & in virga nõ aſcẽdere dicit̃, ſed exire. Exeũdũ eſt em̄ ei qui eſt ſegnis, & trãſeundũ ad aliũ ſtatũ, ſicut virga. i. ſeueritate rigidioris doctrinæ compulſo. In iuſto verò qui ſicut palma floret, aſcendere dicit̃ Chriſtus. Si quis ergo verberibus indiget, exit ad eum in virga. Qui autem proficit ad iuſtitiam, aſcendit ei in flore vſq; quo afferat fructus ſpiritus, qui ſunt charitas, gaudium, pax & cæteræ virtutes. Gal. 5. d.

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Dixerunt aũt filij Iſraël. Iſtud refert̃ ad p̃dicta in capitulo p̃cedenti. viderant enim filij Iſraël Core & ſibi adiunctos mortuos, eò qđ accedebant indebitè ad diuina, & occaſione etiã huius plures alij ſunt mortui: ideo timentes petierunt à Moyſe remedium apponi, & ideo non ſunt puniti, cùm dixerunt. b ¶ Ecce conſumpti ſumus omnes &c. Quia nõ dixerunt hoc murmurando contra deũ vel contra Moyſen, ſed remedium quærendo

præceperat dominus. Dixerunt a autẽ filij Iſraël ad Moyſen: Ecce b conſumpti ſumus, omnes peribimus. Quicunq; accedit ad tabernaculum domini, moritur. Num uſq; ad internetionem cuncti delendi ſumus?

## Cap. XVIII.

DIxitque dominus c ad Aaron: Tu & d filij tui, & domus patris tui tecum,
(a ¶ Lxx. Sumetis peccata ſanctorum, quia per ea ſcilicet quæ offert pontifex pro peccato cuiuſq; purificat eum.)
portabitis iniquitatem ſanctuarij, & tu & filij tui e
(a ¶ Sacrificia pro peccatis oblata quæ debentur ſacerdotibus.)
ſimul ſuſtinebitis peccata ſacerdotij ueſtri. Sed & fratres tuos de f tribu Leui & ſceptro patris tui ſume tecum, præſtoq; ſint & miniſtrent tibi. Tu autem & filij tui g miniſtrabitis in tabernaculo teſtimonij. Excubabunt * Leuitæ h ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi, ita duntaxat, ut ad uaſa ſanctuarij & altare non accedant, ne & illi moriantur, & i k uos pereatis ſimul. Sint autem tecum & excubent in cuſtodijs tabernaculi, & in omnibus ceremonijs eius. Alienigena non l miſcebitur uobis. Excubate in

*GLO. ORDI.*

CAP. XVIII.

DIxitq; dñs. a ¶ Tu & filij &c. Alia litera: tu & filij tui & dom⁹ patris tui accipietis peccata ſanctorum, & pctã ſacerdotij vrĩ. Hæc ſunt pctã ſctõrũ q̃ appellant̃ ſacrificia ꝓ pctĩs. Pctã v° ſctõrũ dictũ eſt, non q̃ ſancti cõmittũt, ſed ab eo φ ſunt ſancta. Dictũ eſt ſanctorũ, qa in ſctĩs offerũt̃. Et pctã dicunt̃ ſacrificia ꝓ pctĩs, ideo appellata ſunt pctã ſctõrũ. Et pctã ſacerdotij vrĩ. i. eadem ipa q̃ offerunt̃ ꝓ pctĩs, ſicut etiã in Leuitico declarat, & ptinere dicit ad ſacerdotẽ. ¶ Orige. Alia litera: Tu & filij tui & dom⁹ patris tui tecũ ſumetis pctã ſctõrũ. Qui meliores ſunt, inferiorũ culpas & pctã ſuſcipiũt, vñ: Vos q fortiores eſtis infirmorũ imbecillitates ſuſtinete. Iſraelita ſi peccet. i. laicus, ipſe ſuũ nõ põt auferre pctm̃, ſed requirit Leuitã vl' ſacerdotẽ vl' põtificẽ, vt pctõrũ remiſſionẽ accipiat. Sacerdos aũt aut põtifex ſi delinquat, ipe ſuũ põt purgare pctm̃, ſi tñ nõ peccet in deũ. De hmõi em̄ pctĩs nõ facilè videmus in legis literis remiſſionẽ pctõrũ ſignificari. ¶ Orige. Ieſus pontifex noſter q penetrauit cælos cum filijs ſuis, id eſt apoſtolis & martyribus ſumit peccata ſanctorũ. Venit enim vt peccata mundi tolleret morte ſua. Filij quoq; eius auferunt pctã ſanctorũ, vñ: Paul. Libenter impendar ꝓ aĩabus vrĩs, Et alibi: Ego em̄ iã immolor &c. Hoſtia verò ad hoc immolat̃, vt eorũ ꝓ qbus iugulat̃, pctã purgent̃ de martyribus Iohãnes in Apocalypſi ſcribit: Quia aĩæ eorũ q iugulati ſunt ꝑpter nomẽ Ieſu aſſiſtũt altario. Qui aũt aſſiſtit altario, oſtenditur ſacerdotis fungi officio. i. ꝓ populi pctõ ſupplicare. Vereor ergo ne fortè, ex q̃ martyres nõ fuerint, & hoſtiæ ſctõrũ nõ offerunt̃ ꝓ pctĩs nrĩs non fiat remiſſio, & accidat nobis qđ de ſe dicunt Iudæi. Quia non habẽtes altare neq; templum neq; ſacerdotium, & ideo nec hoſtias offerentes, pctã noſtra, inquiũt, manẽt in nobis, ideo veniã nõ cõſequmur. Nos aũt dicere debem⁹, qa hoſtiæ martyrum non offeruntur ꝓ nobis: iõ manẽt in nobis pctã noſtra. Nõ em̄ meremur ꝑſecutionẽ pati ꝑpter Chriſtũ. Sciẽs em̄ diabolus ꝑ paſſionem martyrij remiſſionẽ pctõrũ fieri, nõ vult nobis ꝑſecutionẽ gentium publicam mouere, qa inuidet glorię noſtrę, vel fortaſſis, ſcit nos deus idoneos nõ eſſe martyrio. ¶ Orige. Quærẽdũ eſt quõ aliq ſancti dicantur, & de peccatis eorũ ſcribat̃. Nõ em̄ (vt putant qdã) ſtatim q ſanctus eſſe cœpit, peccare nõ põt & cõtinuò eſt ſine pctõ. Dicit̃ em̄ ꝑ Ezechielem: A ſanctis meis incipietis. Si enim ſancti ſine pctõ ſunt, quõ primi ſuccũbũt in ſupplicio peccatorũ? Et alibi: Iuſtus in principio ſermonis ſui ipe ſui accuſator fit. Apl's quoq; q in pricipio epiſtolę ſcribit: Oĩb⁹ q ſunt Romę dilectis dei vocatis ſanctis poſtea eiſdem dicit: Nolite propter cibum ſoluere opus dei. Et ad Corinthios Paulus vocat⁹ apoſtol⁹ Ieſu Chriſti, eccleſię dei q̃ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu vocatis ſanctis, poſtea eiſdem dicit: Cùm cui m ſint inter

Margin: Pctã ſctõrũ quę ſunt. — B Myſticè — Rom. 15. a — Myſticè Heb. 4. d. — 2. Co. 12. e. — 2. Tim. 4. b — Apo. 6. c. — Dañ. 3. b. — Oſee. 3. b. — Quęſtio — Eze. 9. c. — Pro. 18. c. — Roma. 1. a. — Ro. 14. d. — 1. Co. 1. a. — 1. Cor. 3. a.

C enim ſint inter vos ęmulationes & cõtentiones, nonne carnales eſtis & ſecundũ hominẽ ambulatis? Et paulopoſt. Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gẽtes, & vos inflati eſtis. In quo nullum immunem relinquit, dum alijs fornicationẽ, alijs inflationem & ſuꝑbię crimẽ aſcribit, & multa huiuſmodi & peiora in ſequẽtibus ponit. ¶ Sed ſctõrũ multæ differẽtiæ ſunt. Sctĩ em̄ dicunt̃ hi ijdẽq; pctõres, q ſe deo vouerũt, & ſeparauerunt à vulgo vitã ſuã, vt dño ſeruiant. Hmõi hõ ſcđm hoc φ cęteris actib⁹ circunciſis ſe dño mancipauit, ſanctus dicitur. Sed fortè in hoc φ domino ſeruit, non ita gerit omnia, vt competit, ſed in aliquibus delinquit. Si enim qui ſeparat ſe ab omnibus actibus, vt diſciplinã medicinę vel philoſophię cõſequat̃, nõ cõtinuò ita ꝑfectus eſt, vt nõ peccet in aliquo: imò plurima delinquendo vix ad perfectionẽ ꝑuenit. & tñ cum ad hmõi ſcholas ſe tradidit, certũ eſt eũ vel inter medicos vel inter philoſophos numerari. Ita qui mancipat̃ ſtudijs ſanctitatis ſcđm hoc qđ ꝓpoſuit, ſanct⁹ appellat̃. ſcđm hoc verò φ neceſſe eſt eũ ĩ multis delinquere, dum vſu, diſciplina, & diligẽtia abſcidatur conſuetudo peccandi, peccator dicit̃. ¶ Addo amplius, φ niſi ſanctum propoſitũ aliquis habeat, & ſanctitatis ſtudium gerat: neſcit peccati pœnitẽtiã gerere, vel remedium quęrere. Qui non ſunt ſancti, in peccatis ſuis moriunt̃: qui ſancti ſunt, pœnitẽtiã ꝓ peccatis gerũt, vulnera ſua ſentiunt, lapſus ſuos intelligunt, ſacerdotem requirũt & purificationẽ per põtificem. ideo cautè & ſignificanter dicit̃, quia põtifices, & ſacerdotes non

Margin: 1. Cori. 5. a. — Sctĩ varij

*NICO. DE LY.*

DIxitq; dñs. Ca. XVIII. Determinato ſacerdotio, hĩc cõſequenter adiungitur oneris impoſitio, & primò inceptũ ſacerdos eſt mediator populi ad deũ. ſcđò ecõuerſo inceptum eſt mediator dei ad populũ capitulo ſequẽti. prima in duas, quia primò onus imponitur, ſcđò merces retribuitur, ibi: Locutuſq; eſt dñs. Circa primum dicitur: c ¶ Dixitq; dñs &c. mediante tamen Moyſe, vt dicit Ra. Sa. d ¶ Tu & fi. &c. i. habebitis illa q̃ offerunt̃ in ſanctuario ꝓ peccatis ppl'i, vt exponũt aliq. Sed iſta expoſitio nõ videt̃ cõueniẽs, qa portare & ſuſtinere deſignãt onus impoſitũ: receptio autẽ oblationum non eſt ſacerdotibus oneroſa. ideo aliter exponitur referendo ad finem capituli pręcedentis, vbi quęritur remedium cõtra periculum mortis in populo, ſi indebitè aliqui accederent ad diuina, vt ſit ſenſus: e ¶ Et tu & filij tui ſimul ſuſtinebitis peccata & c. i. ſi aliqui ſe ingerẽt per veſtram negligentiam non ſolùm punientur pro ſua temeritate: ſed & vos pro veſtra negligentia: & ideo vobis incumbit onus arcẽdi eos, & diligenter pręcauendi ne aliquis indebitè accedat. f ¶ Sed & fratres tuos &c. ſume tecum pręſtoq; ſint. ſ. ad officia ſibi conuenientia, vtpote in cuſtodia vaſorum & portarũ, ne aliquis indebitè ſe ingerat. g ¶ Tu autem & filij tui miniſtrabitis ĩ tabernaculo. Leuitis enim nõ erat licitũ ingredi in motione caſtrorum, quãdo vaſa ſancta erant inuoluta, vt ea portarent. i ¶ Ne & illi moriantur: ꝑpter ſuã temeritatem. k ¶ Et vos pereatis ſimul. propter veſtram negligẽtiam. & ſic patet φ impoſitum erat ſacerdotib⁹ reprimere Leuitas, & Leuitis

Margin: * — Diuiſio D

Moraliter. c ¶ Dixitq; domin⁹ ad Aaron &c. Sequitur: h ¶ Excubabũtq; Leuitę ad pręcepta tua & ad cũcta opera tabernaculi: ita duntaxat vt ad vaſa ſanctuarij & ad altare non accedant. Per hoc aũt φ Leuitę arcent̃ ab ingreſſu ſanctuarij, & ab actu offerendi ſacrificia in altari holocauſtorũ, ſignificatur, φ clerici q ſunt ſub ſacerdotibus etiã in alijs ſacris ordinib⁹ conſtituti, nõ debent exercere actus ptinentes ad officiũ ſacerdotũ. l ¶ Alienigena nõ miſcebit̃ vobis. Per hoc autẽ φ ppl's cõis arcetur ab ingreſſu loci diuini cult⁹, & cõceditur ſacerdotib⁹ & Leuitis eis miniſtrantib⁹: ſignificatur φ in nouo teſtamento ppl's cõis arcendus eſt a cancello vel choro, vbi diuinũ officium celebratur.

Margin: Moraliter

V * Oĩa q̃ ſanctifican

E ſacerdotes nõ quorũcunq;,ſed ſanctorũ peccata ſumũt. Sanct⁹ em̃ eſt qui peccatũ ſuũ p põtificē curat. a ¶Tu autem & filij. Orig.
Tropolo. Alia litera: Tu aũt & filij tui tecũ in cõſpectu tabernaculi teſtimonij, obſeruate cuſtodias veſtras, & altaris tabernaculi &c. Obſeruare diligenter cõuenit quę ſcripta ſunt, & eos pcipuè q in ordine ſacerdotali gloriantur. Qui autē obſeruet, & faciat quæ ſacerdotibus mandata ſunt, & qui vtatur ordine & ore ſacerdotij, opera verò non obſeruet, ſolus noſſe põt qui ſcru
Hiere.17.b. tatur corda & renes. Mandātur aũt obſeruari non ſolũ ea q̃ foris ſunt, ſed præcipuè quæ intra velum ſunt, quaſi cura ſit ſacerdotibus, euidētia & manifeſta diuinæ legis mandata implere, & myſteria abſcondita omni perſpicacia intueri. Si verò ad hominem velit referre tabernaculum teſtimonij
Heb.9. (Paulus enim corpus hominis tabernaculum dicit) interiora velaminis vbi inacceſſibilia teguntur: principale cordis dicemus, quod ſolùm recipere poteſt myſteria veritatis. Duo verò altaria .i. interi⁹ & exterius quoniam altare orationis indiciũ eſt, illud
1.Cor.14.c. puto ſignificare quod dicit Apoſtol⁹: Orabo ſpiritu, orabo & mente. Cũ enim in cor
Matth.6.a. de orauero, ad altare interi⁹ ingredior. vñ: Tu autem cũ oraueris, intra in cubiculum tuum & claude hoſtium & ora patrē tuum in abſcondito. Qui ita orat, ingreditur ad altare incenſi quod eſt interius. Qui verò clara voce & verbis cum ſono prolatis, vt ædificet audientes ſpiritu orat: & offert hoſtiam in altario quod eſt foris ad holocauſtum populi conſtitutum. Oportet ergo ſacerdotes ea pręcipuè curare, quæ intra velum interius tegũtur, ne quid ibi pollutum inueniat, interiorē ſcilicet hominē & cordis ſecreta, vt ibi immaculata permaneāt. Cherubin & propitiatorium ſciētia eſt intelligēda trinitatis. Cherubin quidem multitudo, id eſt pfectio ſcientię interpretat, & quę alia pfe
F ctio ſciētię, niſi agnouiſſe patrem & filium & ſpiritũſanctũ? Hæc ergo curāda ſunt à ſacerdotibus, vt incontaminata & illæſa ſeruent. Vrna verò habens celeſtem cibũ mãnę, theſaurus diuini verbi eſt. Arca aurea in qua ſunt tabulæ teſtamenti *mens noſtra* eſt, in qua legē dei deſcriptā habere debemus. Hęc debet eſſe aurea, id eſt pu
2.Cor.3.a. ra & pretioſa, in qua lex dei ſit ſcripta, non atramento, ſed ſpũ dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. vnde:
Roma.2.c. Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Scripſit autem deus in cordibus eorum digito legē naturalē, quā dedit de⁹ humano generi, & in cunctorũ mētibus ſcripſit. vnde initiũ ſumim⁹ & ſemina quædā ad pſcrutādam veritatē, quæ ſi bene excolam⁹ fru
Allego. ctum vitæ afferēt nobis. ¶Tu autem & filij tui. Allego. Perfectiores ſcilicet in eccl'ia & ſcti doctores, quorũ officiũ eſt ſacramēta diuina manib⁹ cõtrectare, & vaſa ſctā .i. ſcripturæ miſtica vba vētilare & ad itellectũ perducere. Cętera autē turba meditet diligenter
2.Pa.26.d. quæ cape põt, & q̃ magiſtrorũ diſcretio iubet. b ¶Si qs extern⁹ &c. Nõ de tribu Leui. Ozias em̃ de tribu Iuda, quia vſurpauit ſacerdotium, lepra percuſſus eſt. c ¶Locutus eſt dñs &c. Orige. Alia litera: Locutus eſt domin⁹ ad Aaron dicens: Ecce dedi vobis ad conſeruandum primitias. Alij tamen ad obſeruādũ, ſed veri⁹ ad
Quęſtio conſeruandũ. Quęrēdũ eſt autē, quõ ſcd'm legē primitiæ obſeruāt? Non em̃ vt cuſtodiāt ſacerdotes accipiũt, ſed vt cõſumāt, hoc ergo ad legē literę non applicatur, ſed ad legem ſpiritus. Spiritales enim primitię cõſeruari poſſunt, literales nõ poſſunt. Chriſt⁹ primitię eſt
1.Cor.15.c verè, q̃ ad conſeruādũ nobis datę ſunt. Beatũ eſt em̃, vt anima quæ Chriſtũ ſuſcepit, ſemp cõſeruet & ſemp habeat. Quę aũt offerebāt in lege cõſumebant, & in ventre digerebantur in ſeceſſum. Has autem
Matt.7.b primitias q mãducauerit, & guſtauerit panem qui de cęlo deſcēdit,
Ioan.6.c. nõ moriet in ęternũ. Hic eſt em̃ panis, q cũ ſemp cõedat ſemp pmanet, imò auget. Quātò enim ampli⁹ vbum dei ſumpſeris, tantò abundabit. d ¶Primitiarum. Primitię literales conſumuntur, ſpirituales cuſtodiunt. Quātò em̃ verbum dei amplius ſumpſeris: tantò abũdabit. e ¶Oĩa quæ ſan. a fi. Iſ. Origeñ. Alia litera. Ex
Moraliter oĩb⁹ q̃ ſanctifi. mihi à filijs Iſrael &c. Non vult de⁹ accipere primitias niſi à ſanctificatis Iſrael. Inueniunt em̃ apud Gentiles opa digna deo. Excoluerũt enim aliqui virtutes animi, & philoſophia in nonnullis aliqd egit. Ex illis vult de⁹ bñfacta ſuſcipere quorũ mēs videt deũ, & q ſancti ſunt p fidē dei. Gentilis aũt etiā ſi quid honeſtum habeat in morib⁹ (quia non deo, ſed ſibi aſcribit) nõ ſanctificat, nec in

ter primiti

cuſtodia ſanctuarij, & in miniſterio altaris, ne oriatur indignatio ſuper filios Iſraël. Ego dedi a
uobis fratres ueſtros Leuitas de medio filiorum Iſraël, & tradidi donum domino, ut ſeruiant in
a miniſterijs tabernaculi eius. Tu b
autem & filij tui cuſtodite ſacerdotium ueſtrum, & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra uelum ſunt, per ſacerdotes
b adminiſtrabuntur. Si quis exter-
c nus acceſſerit, occidetur. Locu- c
tuſq; eſt dominus ad Aaron: Ec- d
d ce dedi tibi cuſtodiā primitiarum
e mearum. Omnia quę ſanctifican e

a ¶Non a proſelytis, non a Gentilibus.

f tur à filijs Iſraël tibi tradidi & fi- f
lijs tuis pro officio ſacerdotali le

¶Spiritualiter .ſ. intellecta.

g gitima ſempiterna. Hæc ergo

a ¶Quia per ſe ſancta non ſunt.

accipies de his quæ ſanctificantur, & oblata ſunt † domino.

ter primitias recipit. ¶Orige. Videt autē ſecundũ literam proſelytos excludere: ſolos autē ſanctificatos ex filijs Iſrael vult offerre primitias. Puto autē proſelytũ ex eo dici, q licet ei eccleſiam ingredi. G
Scriptum eſt enim: Nõ abominaberis Idumęũ, quia frater tuus eſt, Deut.23.b.
nec AEgyptiũ, quia incola fuiſti in terra eius. Filij ſi nati fuerint eis, tertia generatione intrabũt in eccleſiam dei. Donec ergo fruct⁹ nõ affert AEgyptius vel Idumęus, nec facit filios primę & ſecũdę & tertię generationis, nõ igreditur in eccleſiā, ſed filiorum generatio ingredi facit. Notandum aũt quia nõ dicit, ſi nati fuerint eis filij vel filię, ſed filij ſi nati fuerit eis. Soli filij q faciunt patres in eccleſiam introire. ¶Orige. Ter etiam in anno apparere iubetur Exo.23.c.
omne maſculinum, non fœmininum.
f ¶A filijs. non à filiabus. Nõ enim otioſè alibi nominat cum filijs etiam filias, alibi filiarum nõ facit mentionem. Quę tamē ſpecialiter non ad ſexum, ſed ad diſcretionem animarũ referenda ſunt. ¶Orige. Difficilè inuenies ſanctos qb⁹ deus eximiũ prębeat teſtimonium filias genuiſſe, Abrahã & Gen.30.c.
Iſaac non genuerunt filias. Solus Iacob vnā Gen.34.d.
filiam genuit, & ipſa fratribus & parentib⁹ opprobrium fuit, & vindictę furorem fratrib⁹ incitauit. g. ¶Hęc ergo acci. &c. Anagogia
Idem. Et hoc ſit vobis ex his quę ſanctificātur ſanctis de ſacrificijs &c. Spirituſſanctus ita ſanctus eſt, vt non ſit ſanctificatus. Non enim aliunde accedit ei ſanctificatio, nec initium ſanctitatis accepit. Idem de patre & filio intelligendum eſt. Sola enim trinitas ſubſtantia eſt, quæ non extrinſecus, ſed ſui natura ſancta eſt. Omnis verò creatura vel ſpiri Leuit.16.a.
tuſſancti dignatione, vel meritorum ratione ſanctificata ſancta dicitur. vnde: Sancti † in igne
eſtote, quia ego ſanctus ſum &c. Nõ enim eadē ſanctitas in deo & hoĩe ponēda. De deo em̃ dicitur, quia ſanctus eſt. hominibus autem quaſi qui non ſemper fuerunt, iubetur vt fiant ſancti. Vbi autem habemus nos, ſancti eſtote, in Gręco habetur ſancti efficimini. Sed noſtri interpretes indifferenter eſtote pro efficimini poſuerunt. Vnuſquiſq; ergo noſtrum ex quo ſe deo vero corde mancipauit, ſanctus efficitur. Verè autem & ſemper ſanctus ſolus eſt deus. vnde: Qui enim ſanctificat & qui ſanctificantur, ex vno omnes. Non autem putes eſſe contrarium quod de H
Chriſto legimus: Quem pater ſanctificauit, & miſit in hunc mundũ. Heb.2.c.
Qui enim ſanctificatur ſcd'm carnē Chriſtus eſt, nõ ſcd'm ſpiritũ. Io.10.g.
Scd'm ſpiritum pariter & ſcd'm carnem dicit. Ego ſanctifico meipſum p eis, vt qui ſanctificat ſcd'm ſpiritũ intelligat: qui aũt ſctificat Io.17.c.
ſcd'm carnem

## *Nicolaus de Lyra.*

tas, & Leuitis populũ. a ¶Ego dedi vo. &c. non ad faciēdũ opera veſtra exteriora in domib⁹ vr̃is, ſed ad ſeruiēdũ in miniſterijs tabernaculi, ideo ſubdit: Et tradi. do. &c. Sequit. b ¶Tu aũt & filij tui cuſto. &c. i. ſacerdotale officiũ: qd' ſeruatur debitè miniſtrando, & perdit indebitè exercēdo, ſicut Nadab & Abiu mortui ſunt offerendo ignem alienum, vt habet Leui. x. c ¶Locutus eſt Diuiſio
dominus &c. Hic deſcribit retributio pro labore, & primò quãtùm ad ſacerdotes generaliter, ſecundò quantùm ad Leuitas, ibi: Filijs autē Leui. tertiò q̃tùm ad ſummum ſacerdotem ſpecialiter, ibi: Locutuſq; eſt dominus. Quantùm ad primum dicitur: d ¶Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarũ mearũ. Et dicitur cuſtodiā quia non oportebat talia comedere prima die & ſecunda tantũ, ſicut de aliquib⁹ ſacrificijs, quorũ reliquę non poterāt reſeruari p victu ſacerdotũ in tempus magis longũ. e ¶Omnia quæ ſanctificantur. Hoc eſt deo promittuntur per votum. f ¶Tibi tradidi, & filijs tuis pro officio ſacerdotali .i. pro labore officij.

In ſanctuario

e ¶Omnia quæ ſanctificantur a filijs Iſrael tibi tradidi. Moraliter
Per hoc aũt q ſacerdotib⁹ aſſignant primitię & Leuitis decimę p ſuſtentatiõe ſua familiarũq; ſuarũ, oſtendit q in nouo teſtamento populus tenet puidere ſeruiētibus deo de victu & veſtitu ſecundũ cõditionē ſtatuum & pſonarũ, & iſtud obſeruatũ fuit ab antiquo etiā apud Gentiles, ſicut patet Gen. xlviij. e. vbi dicit q ſacerdotes AEgypti tpe famis non fuerunt cõpulſi vendere poſſeſſiões ſuas ſicut alij, quia ſtatuta cibaria ſibi ex horreis publicis præbebantur.

a Omnis oblatio & ſacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in ſanctaſanctorum, tuum erit & filiorum tuorum: In ſanctuario a comedes illud. Mares tantùm b edent ex eo, quia conſecratum eſt domino. Primitias autem c quas uouerint & obtulerint filij Iſraël, tibi dedi & filiis tuis ac fi- b liabus tuis iure perpetuo. Qui mūdus eſt in domo tua ueſcetur c eis. Omnē medullam olei & ui- d ni ac frumēti, quicquid offerunt primitiarum domino, tibi dedi.

¶Fortes in fide. ¶virgines.
a ¶Aaron, ſcilicet. ¶Vero.ſ.pontifici, id eſt Chriſto.
b ¶Apoſtolis maioribus ſcilicet & minoribus poteſtatibus.
a ¶Sanctis animabus vel plebibus.

ſecd'm carnē, vnus tamē & idē Chriſtus. Ab omnib9 ergo fructibus
A ſanctificatæ ſunt offerendæ primitiæ, ſed ſpirituali pontifici. Fru-
Gal.5.d. ctus aūt ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia &c. Sunt au-
Deut.6.a. tem primitię charitatis, vt diligat deum ex toto corde, & ex tota aīa
& ex tota mente. Ex hoc charitatis fructu ſecundo habere debeo, vt
Matt.22.d. diligam proximum ſicut meipſum. Illæ er-
go primitiæ charitatis deo offeruntur per
pontificem, quæ ſecundo loco ſunt, meis
vſibus relinquuntur: tertio autem loco ex
Mat.5.g. hoc fructu diligere debeo etiam inimicos
Moraliter meos. ¶ Orige. Primitias omnium † gre-
†frugū gum ſacerdotibus lex mandat offerri, ita
vt omnis qui poſſidet agrū, vineā, oliuetū,
hortū, & ſi qd qd' exercet in terris, & q pe-
culia cuiuſcunq; pecoris nutrit, offerat deo
omne qd' primū eſt. Deo enim offerri dicit,
quod ſacerdotibus datur. hoc enim ex lege
docetur, qa nemo legitimè vtitur fructib9
vel pecoribus, niſi deo. i. ſacerdotibus, ex
ſingulis primitiæ offerantur. Hanc ergo le-
gem ſecundū literā ſicut alia nōnulla neceſ-
ſariò obſeruandam puto. Sunt enim aliqua
mandata, etiam in nouo teſtamento neceſſa
riò obſeruanda. Sunt tamen qui dicant; Si
aliquid obſeruatur ſecd'm literā, cur nō oīa?
Si verò ſpiritaliter intelligenda, ſpiritaliter
ſunt omnia diſcutienda. Nos autē vtriuſq;
aſſertionis inſolentiam temperantes, quid
in his obſeruandū ſit autoritate ſcriptura-
rum pferem9. Scriptum eſt enim: Lex do-
Pſal.18.b. mini irreprehenſibilis, conuertens animas,
teſtimonium dñi fidele, ſapientiam pręſtans
paruulis. Præceptū dñi lucidū illuminans oculos, timor dñi caſtus
permanet in ſeculum ſeculi. Iuſtitiæ domini rectę, lętificantes cor-
da. Iudicia domini vera &c. Niſi eſſent hæc ſingula diuerſa, non
proprias differentias vnicuiq; ſcriptura dediſſet, vt aliud de lege do-
mini, aliud de mandato, aliud de iuſtificationibus, aliud de iudicijs
diceret. Aliud ergo lex, aliud pręceptum, aliud teſtimonium, aliud
B iudicium, aliud iuſtificatio. vnde alibi: Hæc eſt lex & mandata, & iu
Deute.6.a. ſtificationes, & pręcepta, & teſtimonia, & iudicia quę pręcepit domi
nus Moyſi. Diligentius ergo his quæ recitātur ex lege intendamus.
Sicubi enim ſcribitur eſſe mandatum, non continuò lex accipienda
eſt. Iuſtificationes quoq; non ſtatim lex, aut mandatum putandæ
ſunt. Teſtimonium enim aut iuſtitia non confuſè vnum ex cæteris,
Heb.10.a. ſed diſtinctè accipiēdum eſt. Cùm ergo dicitur, quia lex habet vm-
Exo.12.g. bram futurorum: non ideo mandatum vel iuſtitiæ vel iudicia vm-
bra ſunt futurorum. Nec eſt enim ſcriptum: hoc eſt mandatum pa-
ſchæ, ſed hæc eſt lex paſchæ. Et lex vmbra futurorum bonorum eſt,
1.Cor.5.c & lex paſchæ. In oue ergo corporali debeo intelligere vmbram eſſe
futuri boni, & quia paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Simi-
liter etiam inuenies de azymis, & de alijs feſtorum dierum obſeruan
tijs ſcriptum. Quia ergo hæc omnia ſub legis titulo ſcribuntur in le
ge, quęrere debeo q̄ ſunt azyma futurorum bonorum, & inuenio
1.Cor.5.c. apoſtolū dicentem: Non in fermento veteri, neq; in fermento mali-
Gene.17.b tiæ & nequitię &c. Scriptū eſt quoq;: Hæc eſt lex circūciſionis. Quę
ro ergo quid circūciſionis vmbra bonorū cōtineat futurorum, ne
mihi in vmbra circunciſionis dicat Paulus: Si circuncidimini, Chri
Gal.5.a. ſtus vobis nihil pderit. Hæc ergo ſingula, q̄ non ſecundum literam
obſeruanda dicit Apoſtolus, inuenies apud Moyſen legis titulo ſi-
Deut.5.b. gnari. ¶ Orige. Vbi verò dicit: Non occides, non adulterabis, &
hmōi, legis titulū nō pręmiſit. Hæc enim mādata ſunt, & ideo non
exinaniunt apud diſcipulos euangelij, ſed implent. Non enim man-
datū, ſed lex vmbrā habere futurorum dicit bonorum. ¶ Origeñ.
Lex duplex Notandū vero, q lex dupliciter dicitur. Generaliter enim oīa hęc, mā
datum, iuſtificationes, pręcepta, teſtimonia, iudicia, lex dicunt. Spe-
cialiter autē aliqua pars eorū quę in lege ſcripta ſunt, vt ſupradicta
Generaliter verò lex ſignificat, cūm dicit: Non veni ſoluere legem
Mat.5.b. ſed adimplere. Et alibi: Plenitudo legis eſt dilectio. Omnia enim
Roma.13.c quæ in lege ſcripta ſunt, legem nominauit. ¶ Orige. Alibi quoq;:
Iuſtè, inquit, ſectare quod iuſtum eſt. Et quid opus eſt etiam in his
Deut.16.c. allegoriā q̄rere, cum ædificet litera? ¶ Origeñ. Quęro quoque ſi
Quęſtio. aliqua quæ ſecundum literam ſtare poſſint, neceſſariò etiam allego
ricè intelligantur? Scriptū eſt enim in lege: Propter hoc relinquet
Geñ.2.d. homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ &c. Quia hęc al
legorica myſteria contineāt: Paulus pronunciat dicens: Myſterium
Eph.5.g. hoc magnū eſt &c. Quia autem oportebat etiā ſecundū literam cu
Geñ.2.d. ſtodiri ipſe dominus oſtendit dicens: Scriptum eſt: Propter hoc
Mat.19.a. relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori ſuæ, & erūt
duo in carne vna. Quos ergo deus coniunxit, homo non ſeparet. C
Quòd aūt Abrahā duos filios habuit, vnū de ancilla, & vnū de libe
ra, qs dubitat hoc ſecd'm literā ſtare debere? Adiecit tñ plus: A Hęc Gal.4.c.
aūt ſunt allegorica. a ¶ Oīs oblatio &c. Orige. eſt autem ſapien-
tis ſcribæ & docti de regno dei, vt ſciat de his theſauris proferre
noua & vetera, & quomodo penitus lite- Mat.13.g.
ram occidentem abijciat, & ſpiritum viui- 2.Cor.3.b
ficantem requirat, aut confirmet vtilem &
neceſſariam literæ doctrinam, aut manente
hiſtoria etiam myſticum ſenſum introdu-
cat, ſicut in præſenti loco. ¶ Orige. Vti- Moraliter
le eſt enim ſacerdotibus euangelij offerre 1.Cor.9.b.
primitias, vt qui euangelium annunciant,
de euangelio viuant. Impium eſt enim vt
qui ingreditur eccleſiam dei, qui ſcit ſacer-
dotes & miniſtros aſſiſtere altari, & verbo
dei, aut miniſterio eccleſiæ deſeruire, non
offerat ſacerdotibus primitias de fructibus
terræ quos dedit dominus, ſolem ſuum
producendo & pluuias miniſtrando. Qui
enim ſibi datos fructus à deo credit, ſcit mu
nerando ſacerdotes, honorare deum de mu Mat.23.c.
neribus ſuis. vnde: Væ vobis ſcribę & Pha
riſæi hypocritę, qui decimatis mentam &
cyminum & anetum, & pteritis quæ ma-
iora ſunt legis. Hypocritæ, hæc oportet fie
ri, & illa non omitti. Vult ergo dominus
hæc ſecundum literam nō omitti. Ad diſci-
pulos quoq; ait: Niſi abundauerit iuſtitia Matth.5.c.
veſtra, plus quā ſcribarum & Phariſęorum
non intrabitis in regnum cælorum. Quod
ergo vult à Phariſæis, multò magis à diſci-
pulis. Quod autē a diſcipulis non vult fieri, nec a Phariſęis. Vnde
dictū eſt antiquis: Non occides, hoc ſeruant Phariſęi. Diſcipulis aūt Matth.5.c.
dicit: Qui iraſcitur fratri ſuo, re9 erit iudicio. ¶ Ori. Chriſtus nos Ibidem.
redemit de maledicto legis, non de maledicto mandati vel teſtimo Gal.3.b.
nij, vel iudiciorum, ne ſcilicet ſubiecti eſſemus circunciſioni car-
nis, & ſabbathorum obſeruationi, & huiuſmodi quę cōtinentur in
lege, non in mandatis. Abundat ergo iuſtitia noſtra, plus quàm ſcri
barū & Phariſęorum, & illi de fructibus terrę guſtare non audēt, Mat.5.c.
priuſq; primitias ſacerdotibus offerāt, & Leuitis decimas ſeparent. D
Ego autem nihil horum faciens, fructibus terrę ita abutar, vt ſacer-
dos & Leuita & dei altare non ſentiat. ¶ Orige. Petrus quoque & Roma.15.c
Paulus per ſe primitias credentiū offerūt. vñ Paul9 dicit: Quia ab Ie
ruſalem vſq; ad Illyricum repleuerim euangelium Chriſti, vbi non
nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ędificarē.
Omnes ergo quos docuit tanquam fructus ſuos offert, & quoti-
die quęrit nouos agros quos excolat, & noua rura quę ſeminet. Vn
de ait: Cupio venire ad vos, vt aliquem fructum habeam in vobis, Roma.1.b.
ſicut in cęteris gentibus. Ex his omnibus electa quęq; ſignat, & ſin-
gularum eccleſiarum eligit & offert primitias. ¶ Orige. Quiſquis
etiam doctor quia docet, pręédicat & inſtruit auditores, agrum ec- Allego.
cleſię ſuę, id eſt credentium corda videtur excolere. Habet quoque
culturę ſuę fructum, & in fructu electum aliquem & pręcipuum,
quem quaſi primitias offerat, & alium pro primogenitis, alium p
decimis. ¶ Orige. Habet fortè aliquis primogenitos & inferiores,
quos neq; pro primitijs, neq; pro primogenitis, ſed p decimis poſ-
ſit offerre. b ¶ Iure perpetuo. Quomodo poteſt ęternum eſſe,
quod viſibile eſt? Quę enim videntur temporalia ſunt, primitię 1.Cor.5.c.
autem quę offeruntur Aaron, viſibiles ſunt, circunciſionem quoq;
& azyma & paſcha viſibile, neceſſe eſt ęternum nō eſſe, ſed tempora
le. Inuiſibilis ergo circunciſio quę in occulto eſt, æterna eſt & azy- Roma.2.d.
ma ſynceritatis & veritatis. Sic & hęc ei qui non in manifeſto ſed in 2.Co.4.d.
occulto Iudęus, qui ſpiritu, non litera legem cuſtodit, ſecundum in-
teriorem hominem legitima æterna dicūtur. c ¶ Omnē medul- Myſtice
lam &c. Orige. Oſtendimus mandatum de primitijs frugum vel
pecorum debere etiā ſecd'm literam ſtare, videamus quō ſpiritaliter
intelligatur. Hîc enim ait: Oēs primitię olei, vini & frumēti: horum
omnium

## NIC. DE LY.

a ¶ In ſanctuario comedes illud. Et ſic determinat locum.
b ¶ Mares tantum edent. Et ſic determinat ſexum quantùm
ad ſacrificia pręédicta. c ¶ Primitias autem quas vo. &c. Se-
quitur: Qui mundus eſt in domo tua veſcetur eis. Licet poſ
ſent comedi a maſculis & mulierib9, vtpote vxore & filiabus ſacer-
dotū, tamen non erat licitum immūdis. d ¶ Omnē medul. &c.
Quia pmitię debebāt dari de meliori, quod ſignificatur per medu
V ij li. Quicqd

a ¶Corda humana.

a Vniuerſa frugum initiã, quæ gi-
gnit humus & domino depor-
tantur, cedent in uſus tuos. Qui
mundus eſt in domo tua, ueſce-
tur eis. Omne quod ex uoto red-
diderint filij Iſraël, tuum erit.

a ¶Primogeniti ſunt cum mu-
lieribus non ſunt coinqui-
nati vel martyres.

b Quicquid primũ erum pet è uul- a
ua cunctæ carnis quam offe-
¶Rationalibus.
runt domino, ſiue ex hominibus

☞ omnium primitiæ quæ oblatæ fuerint domino, tibi ea tradidi. Si
E autem omnes primitię ad pontificẽ pertinent, pontifex requirend⁹
eſt ad quem pertinere debeãt, etiam illę primitię quas in alijs locis
1. Cor. 15. c etiã inuenim⁹. De Chriſto aũt legimus, quia ſit primitiæ mortuo-
rum: eſt ergo & ipſe in aliqua parte primitię. Dicit etiam Apoſtolus
1. Cor. 16. c de quibuſdã, quia ſunt primitię Aſię, & alij
Achaię primitię. Conſequẽs ergo eſt p ſin-
gulas eccleſias aliquos primitias nomina-
Act. 10. d. ri: de quibus eſt Corneli⁹, qui Cezarieſis ec-
cleſię cũ his qui cũ eo ſpiritũſanctum ſuſce-
perũt, primitię dicit: & fortè omniũ gentiũ
de quibus primus credidit, & primus ſpiri-
tũſanctum meruit. Ager aũt mũdus dici-
Matte. 1. a. tur: Ager autem non terrę ſolùm, ſed cor-
da humana, quem angeli exceperunt exco-
lendum. Culturę ergo ſuę fructus ipſi poſ-
ſident, eos. ſ. qui ſub ꝓcuratoribus & acto-
ribus agũt, & nõdũ ad ſummam ętatis per-
fectionẽ ꝑuenerũt. Perfectos verò tãquam
electos & pręcipuos offerũt primitias pon-
Act. 10. a. tifici magno. Inuenimus ipſum Cornelium
anteq̃ doctrinam verbi vel gratiam bapti-
ſmi à Petro ſuſciperet, audiſſe ab angelo,
quia orationes eius & eleemoſynę aſcendiſſent ad deũ. vnde per an-
gelũ videt quaſi primitię deo oblatus. ¶ Chriſt⁹ eſt primitię primi-
tiarum. Cornelius primitię gentiũ. Alij primitię eccl'iarũ: ſicut qdã
primitię Aſię, alij Achaię. ¶ Orig. Aderit vnuſquiſq; angelorũ in cõ-
Angelorũ ſummatiõe ſeculi in iudicio, ꝓducẽs ſecum eos quib⁹ pręfuit, quos
aſſiſtentia. iuuit, q̃s inſtruxit, ꝑ quibus ſemꝑ vidit faciẽ patris qui in cęlis eſt. Et
Matt. 18. b. puto ibi inquirendũ vtrũ culturę hominũ angelus defuerit: an cul-
turę angelicę nõ dignè humana ſegnitia reſpõderit: Erit ergo & in
Hebrę. 1. d. hoc iudiciũ dei vtrũ negligentia miniſtrorũ, q miniſteriũ & adiuto-
riũ miſſi ſunt ꝓpter eos qui hęreditatem accipiunt ſalutis, an no-
ſtra ignauia tot lapſus nobis eueniant. Erit ergo etiã inter homines
& angelos iudicium dei. Et fortè iudicabunt aliqui cum Paulo, &
conferent laboribus & fructibus eius, qui ex multitudine credẽtium
veniunt, & fortè inuenietur fortior aliquibus angelis. vnde: An ne-
1. Cor. 6. a. ſcitis quoniam angelos iudicabimus? Non q Paulus iudicet ange-
F los, ſed opus Pauli iudicabit aliquos. Hinc fortaſſis Petrus aiebat:
1. Pe. 1. c. In quem concupiſcunt angeli etiam cõſpicere &c. Quamuis etiam
apoſtoli angelis vtantur adiutoribus ad pręedicationis officium
Act. 12. c. conſummandum. Vnde in Actibus apoſtolorum dicebatur: quia
angelus Petri eſſet qui ad oſtium pulſaret. Similiter ergo intelligit
eſſe angelus Pauli & cuiuſlibet apoſtoli & ſingulorũ per ordinem
vel pro meritis: quos in laboribus & doctrina vel apoſtolorum vel
reliquorum doctorum neceſſe eſt primas partes habere: & anima-
rum quę per eos ꝑfecerunt fructũ cũ his per quos operati ſunt ad
aream dñi cõportare. Erit ergo in cõgregatiõe fructuũ. i. in electio-
ne credẽtium, qui fuit illius eccleſię p̃cipuus & eximi⁹ primitię. Su-
perior verò illi⁹ eccleſię primogenit⁹ ab illo archangelo oblatus.
Hebr. 10. a. Omne ergo qđ adumbratũ eſt in lege (q̃m lex vmbrã habet futuro-
rum bonorũ) alio quodã modo ꝑ angelorũ miniſteria in futurorũ
bonorũ v̾itate cõplebit, vt quę formata ſunt in Iſraël, q eſt ſecũdũ
carnẽ, in veris Iſraëlitis impleant. Nomen eñ Iſraëlis ad angelos ꝑ-
uenit, qui tãtò verius Iſraël appellant, quantò verius ſunt mens vi-
dens deum. hoc eñ Iſraël interpretatur. Sicut eñ q̃dam nomina gẽ-
tiũ vel principũ ad angelos malos referũtur, vt Pharao rex Aegy-
pti, Nabuchodonoſor rex Babylonis vel Aſſyrius, ita q̃ de ſanctis
viris & de gente religioſa ſcribunt, ad ſanctos angelos referuntur.
vnde Eſaias de Nabuchodonoſor: Et inducam gladium ſuper gen-
Eſaię. 37. b. tem magnam & ſuper principẽ Aſſyriorũ. Et alibi: Quaſi de prin-
Eſaię. 14. c. cipe cuiuſdã gentis: Quomodo cecidiſti de cęlo Lucifer qui mane
oriebaris? Quia aũt in Geneſi legimus deũ ad angelos loquentẽ: Ve-
Gene. 11. b. nite cõfundamus linguã eorum, putandũ eſt q diuerſi angeli diuer-
ſas in hominib⁹ linguas & loquelas operati ſunt; Verbi gratia: Vn⁹
vni homini linguã impreſſit Babylonicam, alius Aegyptiam, alius
Græcam & ſic fortaſſe diuerſarum gentiũ ipſi principes fuerũt qui
linguę & loquelę videbant autores. Manſit autẽ lingua per Adam
primitus data. i. Hebręa in ea parte hominum, quę non angeli vel
Angeli cu- principis, ſed dei portio eſt. ¶ Orige. Offerũt ergo angeli ex nobis
ſtodes ho- primitias, & excolit quiſq; quod ſtudioſè ab erroribus gentiũ con-
minum. uertit ad deũ: & eſt qſq; in portione vel cura illi⁹ vel illius angeli. Et
ſicut ab initio cũ diſpergeret deus filios Adam ſtatuit fines gentiũ
Deute. 32. a. iuxta numerum filiorum dei, & quęq; gens ſub illo vel illo angelo
facta eſt, Iſraël autem pars domini & funiculus hęreditatis eius.
Ita credo in fine mundi huius, & initio alterius ſeculi futurum:
vt iterũ diuidat excelſos filios Adam, & qui nõ poterunt tam mun-
di eſſe cored

di eſſe corde, vt ipſum videant deũ, & eſſe portio domini, vel ſan- G
ctos angelos videant, & ſint ſcd'm numerũ angelorum dei. Opta-
bile eſt ergo ita proficere quẽq;, vt inter primitias vel primogeni-
ta eligatur, & deo offeratur tanq̃ pars eius. Si minus, vel ſancto-
rum angelorum pars eſſe mereatur. Dummodo nõ inueniatur in-
ter illos de quibus dicitur: Introibunt in in- Pſal. 62. c.
feriora terrę, tradentur in manus gladij, par-
tes vulpium erunt, hoc eſt dęmonum. Hæ
ſunt enim vulpes quę exterminant vineas, Cãn. 2. d.
de quibus erat Herodes, de quo dicitur: Ite
dicite vulpi huic. Refugiamus ergo terre- Lucę. 13. g.
nos actus, & intelligentiam terrenam: ne in-
troeamus in inferiora terrę. Introeũt enim
qui legem dei & promiſſionum bona terre-
na intelligentia excipiunt, & non excitant
animas terrenorum ad expectationem cęle-
ſtium, vt quęrant quę ſurſum ſunt, nõ quæ
ſuper terram. ¶ Orige. Offerunt angeli pri-
mitias, vnuſquiſq; credo gentis ſuę & eccle- Coloſ. 3. a.
ſię ſuę, quibus Iohannes in Apocalypſi ſcri- Apoc. 2. b.
bere videt, angelos ſcilicet eccleſię Epheſi, Tropolo.
Smyrnę, & Laodicię &c. Offert ergo qſq;
primitias gentis ſuę vel eccleſię quę ei diſpẽ-
ſanda cõmiſſa eſt: vel fortè extrinſecus & alij angeli ſunt, q ex omni-
bus gẽtibus fideles cõgregent. Et cõſideremus ne fortè ſicut in ali-
qua ciuitate vbi nondum Chriſtiani ſunt, ſi quis doceat, inſtruat &
poſtea ibi princeps & epiſcopus fiat, ita ſancti angeli eos quos è di-
uerſis gentibus congregauerũt, ſi proficere fecerũt, in futuro prin-
cipes fiant & rectores, vt Chriſtus dicatur rex regum & dominus
dominantium. Hi eñ ſunt reges eorũ quos regunt & proficere fa- Apoc. 19. c.
ciunt. Ipſi ergo offerunt quoſdam quidem pontifici, quoſdam fi-
lijs pontificis, id eſt ſuperioribus virtutibus & archangelis, quoſdã
Leuitis, id eſt Paulo inferiorib⁹: ſi angelici ordines, vt Iſraëlitę diſtin-
cti ſunt, cùm ipſi dicantur vmbrę & exemplari deſeruire cęleſtium.
Fortè ergò in futuro cũ omnes fructus congregabuntur ad aream
erunt quidam portio veri pontificis, id eſt Chriſti, alij Leuitarum,
vel angelis vel alijs cęleſtibus virtutibus ſegregati, quidã & portio
hominum, qui in hac vita prudentes dei diſpenſatores fuerunt, vn- H
de ei cui dominus crediderat quinq; mnas, & fecerat decem, ait:
Eſto poteſtatem habẽs ſuper decem ciuitates &c. Quæ eñ hìc pote- Lucę. 19. c.
ſtas ſuper ciuitates intelligitur, niſi gubernacula animarum? Vnde
mihi videtur q inter angelos alij principatum & poteſtatem ſuper
alios gerant, alij ſubiaceant & obtemperent poteſtati. Sic nec ille
cui poteſtas decem ciuitatum vel quinque datur, immeritò ad hãc
peruenit poteſtatem. Omnia ergo apud deum ratione & iudicio
fiunt, nec ad gratiam tantùm, ſed pro merito. alius princeps mul-
torum eſſe ponitur, alius prncipatui ſubiectus. ¶ Idem: Agri an-
gelorum corda noſtra ſunt, quiſq; eorum ex agro quem colit of-
fert primitias domino. ¶ Orige. Sicut Chriſtus rex regum, ita pri- Myſticè.
mitię primitiarum, q̃ non pontifici iã ſed deo oblatæ ſunt: quia ſe- Hebr. 9. d.
ipſum hoſtiã obtulit deo, & ſurgens à mortuis ſedet ad dexteram Epheſ. 1. d.
dei. Dicitur autẽ primitiæ & primogenitus totius creaturæ. Quod Coloſ. 1. b.
vtrũ ſic ꝑ ſingulas creaturas intelligi debeat, vt inter homines primi-
tiæ dormiẽtiũ dicit & intelligit, an celſiori & diuiniori intelligẽtia,
non eſt p̃ntis tẽporis ꝓſequi. ¶ Sed ſi mererer ego magnũ & ſum-
mo pontifice dignũ offerre ſenſum, vt ex his quæ loquimur & do-
cem⁹ aliquid egregium ſummo pontifici placeret, poterat angelus
qui pręeſt eccleſiæ ex oibus dictis noſtris aliqd eligere, & loco pri-
mogenitorũ vel primitiarum de agello noſtri cordis dño offerre.
Sed vtinã ꝓ his quæ loqmur dãnari nõ mereamur, ſufficeret no- Summus
bis hæc gratia. a ¶ Vniuerſa frugum Aug. Primogenita oĩa pontifex.
quęcunq; in terra eorũ fuerint, quantumcũq; obtulerint dño, tibi
erunt. Hìc primogenita nõ fœtus primos vel primitiuos pecorũ
dicit. Nam ipſa Græcè πρωτότοκα nominantur: hæc autem πρωτογε-
νήματα. Sed Latinè his duabus reb⁹ duo nomina nõ ſunt reperta: &
ideo iſta, πρωτογενήματα, quidam primitias interpretati ſunt, ſed
primitię ἀπαρχαι dicuntur & aliud ſunt. Hæc igit tria ita diſ-
cernuntur: quia πρωτότοκα, ſunt primitiui animaliũ fœtus & ho-
minum πρωτογενήματα verò primi fructus de terra ſumpti, vel
de arbore vel de vite. Primitiæ autẽ de fructibus quidẽ, ſed iam re-
latis ab agro ſicut de maſſa, de lacu, de dolio, de cupa, quæ primi-
tus ſumebant. b ¶ Quicquid primum. Orige. Poſſunt fortè
illi primogeniti dici qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, vel Apoc. 14. a.
☞ etiam martyres

*Nicol. de Lyra*

✠ lam. a ¶ Quicquid primum erum. i. quod primò naſcetur.
✠ Vt pro hominis

e tiã martyres. Primitię q̃q̨ eccle-
A ſię poſſunt dici virgines : decimę
Quare ob- v̇ò q poſt cõiugiũ cõtinẽtes ſunt.
lationes & a ℭ Om̃es.Rab. In vtroq̨ teſta
decimę cle mẽto miniſtris altaris oblatiões &
ricis. decimę ad neceſſaria tribuunt̃, ne
terrenis poſſeſſiõib⁹ audeãt ĩhiare,
†ſupra.3.g nec lucrũ de miniſterio q̃rere.vñ:
Matt.10.a. Gratis accepiſtis,gratis date.Noli
te poſſidere aurũ neq̨ argẽtũ,neq̨
Myſticè pecuniã.ℭ Myſticè aũt,decimę ob
ſeruãtiã legis ſignificãt, vel ſynceri
tatẽ ĩtegritatis fidei, vel pfectionẽ
boni operis, quę maximè habere
debent qui miniſterio diuino ſe
exhibẽt.In denario enim numero
creaturę & creatoris cognitio cõ
prehenditur,quia ſeptenari⁹ reſpi
cit ad humanam naturã,tribus.ſ.
vim animę oſtẽdẽtib⁹.vnde:Dili-
Deut.6.a. ges dominũ deum tuum ex toto
corde tuo,& ex tota anima tua,&
ex tota fortitudine tua . Corpus
autem ex quatuor conſtat elemen
tis. Septenarium autem ſi terna-
rio numero fidẽ & confeſſionem
†Deut.18.a trinitatis exprimenti adiunxeris,
denarium complebis. b ℭ Pa-
ctum ſalis. Raba. Pactum ſalis
Pactũ ſalis nominat oblationum vniuerſita-
tem quæ ad miniſteriũ vel ad ius
ſacerdotum pertinet.vnde in Le-
Leui.2.d. uitico:Quicquid obtuleris ſacri-
Miſticè. ficij ſale cõdies &c . ℭ Myſticè
†De deci. oſtendit̃ ſapiẽtiam conuenire ſa-
ca.1. cerdotib⁹& prędicatorib⁹diuinę
B legis,non ſecularem ſed apoſtoli
1.Cor.2.b. cam. de qua Paulus dicit: Sapi-
entiam loquimur inter perfectos
†moriant̃ ſapientiã non hui⁹ ſeculi. De qua
apoſtolis dicit:Vos eſtis ſal terrę.
Matt.5.b. Sicut em̃ omnis cibus ſale condi
tur, ſic omnis ſermo apoſtolica
ſapientia.Aaron ergo & filijs ei⁹
pactũ eſt ſalis ſempiternum, quia
non ſolũm epiſcopis neceſſaria
†Loquere eſt ſapientia,ſed etiã preſbyteris,
diaconibus,& omnibus ordini-
bus:& hoc coram deo.i. vt pu-
*in hęredi- ra & ſimplex ſine verſutia & ma-
tatẽ veſtrã, litia deo placeat. Sapientia enim
Roma.8.b hui⁹ mũdi inimica eſt deo.

## GLO.O RDI.

CAP.XIX.
Locutusq̨ eſt do.
Aug.Alia litera. Et
locutus eſt dñs ad
*cuncta Moyſen & Aarõ di
cens:Iſta eſt diſtinctio legis,q̃cũq̨
cõſtituit dñs &c.Nõ eſt diſtictio
niſi inter duo vel plura. Diſtin-
Auguſtin⁹ ctionem em̃ ſingularitas nõ reci-
De diſtin- pit,nec diſtinctionem cuiuſlibet
ctiõe legis, rei memorauit,ſed addidit legis,
nec cuiuſcũq̨ legis. Aſſiduè enim
in ſcriptura dicit̃ de vnaq̃q̨ re, de
qua legitimè pręcipit̃, hęc eſt lex
iſtius vel illius, nõ vniuerſalis lex,
quę continet oĩa quę legitimè prę
cipiuntur.Hîc verò cũm dixiſſet:
Hęc eſt diſtinctio legis, adiunxit,
q̃cũq̨ conſti

## Nicolaus de Lyra.

a ℭ Vt,p hoĩs primoge-
nito pretium accipias.Qđ
eſt quinq̨ ſiclorũ argẽti,vt dictũ
eſt ſuprà

ſ Idiotis ſimplicibus
ſiue de pecoribus fuerit,tui iuris erit, ita dunta-
xat,ut p hominis primogenito pretium acci- a
pias , & omne animal quod immundum eſt, b
redimi facias, cuius redemptio erit poſt unum
menſem, ſiclis argenti quinque pondere ſan-
ctuarij. † Siclus uiginti obolos habet. † Pri- c
mogenita autem bouis, & ouis,& capræ non
facias redimi , quia ſanctificata ſunt domino.
Sanguinem tantùm eorum fundes ſuper al-
tare , & adipem adolebis in ſuauiſſimum
odorem domino . Carnes uerò in uſum tu- d
um cedent, ſicut pectuſculum conſecratum
a & armus dexter tua erunt . Omnes primi-
a ſ Archangeli,angeli,apoſtoli,& quilibet doctores eccleſiæ.
tias ſanctuarij, quas offerunt filij Iſraël domi-
no, tibi dedi & filijs ac filiabus tuis iure per-
a ſ Sapientiæ diuini condimenti.
b petuo . Pactum ſalis eſt ſempiternum coram e
ſ Epiſcopis. ſ Sacerdotibus,diaconibus.
domino, tibi ac filijs tuis . Dixitque domi-
nus ad Aaron: † In terra eorum nihil poſſi- f
a ſ Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei,&c.Pſal.15.b.
debitis, nec habebitis partem inter eos. Egô g h
pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſraël.
a ſ Qui continẽtes poſt cõiugiũ viuũt.
ſ Veri.ſ.
† Filijs âutẽ Leui dedi omnes decimas Iſraëlis i
in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiũt mi
hi in tabernaculo fœderis,ut nõ accedãt ultrà fi
lij Iſraël ad tabernaculũ,nec committant pecca
tum †mortiferum,ſolis filijs Leui mihi in taber
naculo ſeruientibus & portantibus peccata k
populi: Legitimum ſempiternum erit in ge-
nerationibus ueſtris. † Nihil aliud poſſide-
bunt, decimarum oblatione contenti, quas l
in uſus eorum & neceſſaria ſeparaui . Lo- m
cutúsque eſt dominus ad Moyſen dicens:
†Præcipe Leuitis atque denuntia : †Cùm ac-
ceperitis decimas à filijs Iſraël quas dedi uo-
bis *, primitias earum offerte domino, id eſt
decimam partem decimę,ut † reputetur uobis
in oblationem primitiuorum , tam de areis
quàm de torcularibus & uniuerſis, quorũ acci
pitis primitias,offerte domino,& date ea Aa-
ron ſacerdoti. Omnia quę offertis ex decimis
& in donaria domini † ſeparatis , optima &
electa erunt *. Dicéſque ad eos: Si præcla-
ra & meliora quæque obtuleritis ex decimis,
reputabitur uobis quaſi de area & torcula-
a ſ Orige.Allego.Non ſolum cibos vel pecuniam largiatur,ſed & affectũ miſerendi habeat & compatiendi.
ri dederitis primitiâs & comedetis eas in omni-
bus locis ueſtris,tam uos quàm familiæ ueſtrę,
quia pretium eſt pro miniſterio, quo ſeruitis
in tabernaculo teſtimonij,& non peccabitis
ſuper hoc , egregia uobis & pinguia reſeruan
tes: Ne polluatis oblationes n
filiorum Iſrael & moriamini.

Cap. XIX.

Locutúſque eſt dominus ad
Moyſen & Aaron, dicens:

eſt ſuprà.iij.ca. & intelligit̃ de pri- C
mogenitis aliarũ tribuũ à tribu
Leui, cui⁹ primogeniti erãt deo
oblati ad miniſteriũ tabernaculi.
b ℭ Et om̃e animal qđ im-
mundum eſt redimi facias.
Hoc non intelligit̃ gñaliter de o-
mni aĩali ĩmundo,ſed de omni ĩdi
gẽte redẽptiõe.Inter aĩalia em̃ im †Primogẽ
mũda aliq̃ erãt quorũ priogeni- nitum
ta nõ redimebant̃ ſed ĩterficieban Exo.30.b.
tur ſicut primogenitum canis, & Leui.27.c.
aliq̃ quę nõ redimebant̃ pecunia, Ezech.45.d
ſed p eis ouis offerebat̃, ſicut pri-
mogenitũ aſini. c ℭ Primoge
nita aũt bouis & ouis & ca.
non fa.re.quia ſan.ſunt dño.
Quia debebãt immolari ipſi deo.
d ℭ Carnes vero in vſum
tuum ce.ſicut pec.cõſe.i.ſicut
de alijs ſacrificijs q̃rũ vna pars eſt
offerẽtiũ,pectuſculũ tñ & armus
dexter de illis ptinẽt ad te, ſic car-
nes de iſtis. e ℭ Pactũ ſalis eſt
ſempiternũ.In omni ſacrificio
ponebat̃ ſal,& ideo ſtabilitas ali-
cuius pacti deſignat̃ noĩe pacti ſa
lis. f ℭ In terra eorum nihil
poſſidebitis . Ex quo em̃ accipie-
bãt victum à populo nõ debe-
bãt habere partem in hęreditate.
g ℭ Nec habebitis partem
inter eos.Hoc addit̃ ad denotã-
dũ,q̨ nec etiã in pda hoſtiũ debe-
bant habere ptem, vt dicit Rab.
Sa. h ℭ Ego pars & hæredi
tas tua.Quia oblata & ſanctifica
ta dño erant aſſignata pro victu
ſuo. i ℭ Filijs autẽ Leui.Hîc
cõſequẽter agit̃ de mercede Leui-
tarũ,& patet lr̃a vſq̨ ibi: k ℭ Et D
portantibus pctã po . Quia ſi †Deut.18.a.
ex eorũ negligẽtia alij ſe ingerant
indebitè ad tabernaculum puniẽ
tur. l ℭ Quas in vſus eorũ &
neceſſa.ſepara.Per hoc oſtẽdit̃
q̨ Leuitę nõ poterãt tm̃ decimas
comedere , ſed etiã ĩ alia ſibi neceſ †De deci.
ſaria cõmutare.m ℭ Locutuſq̨ c.2.
eſt dñs. Hîc conſequẽter agitur † & reputa
de mercede ſummi ſacerdotis ſpe bit̃ vobis
cialiter,quia Leuitę de decimis re eleuatio ve
ceptis à populo debebant dare ſtra ac ſi da
partẽ decimã ſummo ſacerdoti, retis frumẽ
& de illis debebant dare illa quę tũ de area
erant meliora, aliter peccarent ſi & plenitu-
ſciẽter ſibi meliora retinerẽt:& ex dinẽ de tor
his patet litera vſq̨ ibi: n ℭ Ne culari.
polluatis.i.decimas vobis obla- *ſeparabi-
tas ab ipſis p pctm̃ p̃dictũ.o ℭ Et tis
moriamini.ſ.ſi hoc feceritis.

## NIC.DELY.

CAP.XIX.

Locutuſq̨.Hîc cõ-
ſequẽter agit̃ de offi
cio ſacerdotis ĩquã-
tũ eſt mediator dei
ad ppl̃m, & hoc p-
priè reſpicit purificationẽ q̃ à deo
deriuat̃ ad ppl̃m p ſacerdotis offi
cium. In lege aũt erant duę purifi-
cationes.

Moraliter. p ℭ Locutuſq̨ Mo raliter
eſt dñs &c. In hoc caplõ agit̃
de ĩmolatione vaccę rufę, de cui⁹
cinerib⁹ aq̃ cõmiſtis fiebat aqua
luſtrationis ad purificationẽ im-

 * mũdor

†Iſta eſt religio uictimæ, quam a conſtituit dominus: Præcipe fi- b a lijs Iſraël, ut adducant ad te uac- c cam rufam ætatis integræ, in qua d e b c nulla ſit macula: nec portauerit g d iugum: tradetiſq; eã Eleazaro ſa h e cerdoti. † Qui eductam extra ca i f ſtra immolabit in cõſpectu oĩm, k g h & tingens digitũ in ſanguine eius l

a ¶Quia omnis operatio eius perfecta.

a ¶Quia peccatum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. j. Pe. ij. d.

E quæcũq; cõſtituit dñs, pcipiẽdo. ſ. non creando. Quidam eñ quæcunq; præcepit dñs, trãſtulerũt. Si ergo hęc eſt diſtinctio legis, quæcunq; præcepit dñs, magna eſt iſta diſtinctio, & rectè intelligitur duo teſtamenta intelligere vel diſtinguere. Eadẽ ſunt enim in veteri & in nouo teſtamento: ibi obumbrata, hîc reuelata. Non enim tantũ ſacramẽta diuerſa ſunt, ſed etiam pro

†hoc eſt ſtatutum legis quod

nuſſa. ibi videnť tẽporalia proponi, quibus ſpirituale premiũ occultè ſignificeť, hîc autẽ manifeſtè ſpiritualia promittuntur, & ęterna. Temporaliũ eñ bonorũ & carnalium & ſpiritualium atq; ęternorũ: quæ certior diſtictio eſt, quã paſſio Chriſti: In cui⁹ morte claruit, nõ trãſitoriã felicitatem pro magno munere ſperandã & optandam cũ vnigenito filio (quem tanta; pati voluit) longè aliud deus à ſe peti & expectari apta diſtinctione declarauit. Hanc ergo paſſionẽ Chriſti velut diſtinctionem duorum teſtamentorũ, hoc qđ de iuuẽcę rufę mactatiõe diciť ſatis cõgruè figurat. Locut⁹ eſt eñ dñs ad Moyſen & Aaron dicẽs: Iſta eſt diſtinctio legis, quęcũq; cõſtituit dñs, deinde mandare incipit, hæc adiungens, dicens: Loquere filijs Iſraël. Poteſt etiam ita diſtingui: Et locutus eſt dominus ad Moyſen & Aaron dicens: Iſta eſt diſtinctio legis, quæcunque conſtituit dominus dicens: non quæcunq; conſtituit dominus creans, ſicut cælum & terram & mare & omnia quæ in eis ſunt, ſed quæcunq; cõ ſtituit domin⁹ dicẽs, in duobus. ſ. teſtamentis vt deinde ſequatur: Loquere filijs Iſraël & accipiant à te iuuencam rufam ſine vitio. Iuuenca rufa carnẽ Chriſti ſignificat. Sexus fœmineus infirmitatem carnalem, rufam paſſione cruentatam. Quòd autẽ ait, accipiant à te, in ipſo Moyſe figurã oſtendit legis: quia ſecũdum legem viſi ſunt ſibi occidere Chriſtum, quia ſoluebat ſabbathum, & obſeruationes legis prophanabat. a ¶ Vaccam. Per maſculum fortitudo, per fœminam infirmitas ſignificatur: per vaccam ergo infirmitas dominicæ incarnationis ad ſacrificium aſſumpta figurať. Mortuus eſt eñ Chriſtus ex infirmitate, ſed viuit ex virtute dei. ¶ Vaccã rufam, rubrã. ſ. ſanguine paſſionis. vñ: Dilectus meus candidus & rubicundus. Candidus. ſ. ex diuinitate, rubicundus ex ſanguine, candidus etiam per iuſtitiam vitæ. ¶ Grego. Moraliter. Vaccam rufam mactamus, cùm carnem à laſciuia voluptatis extinguimus: quã cũ hyſſopo, ligno cedrino, & cocco offerimus, quia cũ maceratione corporis ſacrificium fidei, ſpei, & charitatis adolemus. b ¶ Nulla ſit macula. Augu. ſine vitio. Hanc enim carnem cæteræ hoſtiæ ſignificabant, vbi ſimiliter ſine vitio pecora ĩmolari iubebantur. Erat enim in ſimilitudine carnis peccati, ſed non caro peccati. Sed hîc vbi euidentius legis diſtinctionem voluit deus commendare, parum fuit dicere ſine vitio, niſi diceretur quæ non habet in ſe vitium. Quòd ſi repetendi cauſa dictum eſt, fortè non fruſtra eſt q eam rem ipſa repetitio firmius commendauit, q̃uis non aberret à vero: & ideo additum intelligatur, quæ non habet in ſe vitium, cùm iam dictum eſſet iuuencam ſine vitio. Quia in ſe non habuit vitium caro Chriſti, in alijs autem habuit, qui membra eius ſunt. Quę eñ in hac vita caro ſine peccato, niſi illa ſola, quæ non habuit in ſe vitiũ? c ¶ Nec portauerit. Omnis qui peccat, ſeruus eſt peccati. Quia ergo Chriſtus nũq; peccauit, iugum non portauit. ¶ Augu. Alia litera. Et non eſt ſuper eam ſuppoſitum iugum &c̃. Non eñ ſubiugata eſt iniquitati, cui ſubiugatos inueniens liberauit, & vincula eorum dirupit. vnde: Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis &c̃. Super illius enim carnem non eſt poſitum iugum, qui poteſtatem habuit ponendi animam ſuam, & iterum ſumendi eam. d ¶ Tradetiſq;. Vacca ad immolandum ſacerdoti traditur: quia dominus incarnatus pro redemptione noſtra ſacrificium ſemetipſum fecit, datus manibus Iudaici populi. ¶ Aug. Alia litera. Et dabis eam ad Eleazarũ ſacerdotem &c̃. Cur nõ ad Aaron? Fortè pręfiguratum eſt nõ ad tẽpus qđ tunc erat, ſed ad poſteros huius ſacerdotij paſſionẽ dñi peruenturam. e ¶ Qui eductam extra caſtra. Aug. Quia extra portam paſſus eſt Chriſtus, vt nos à conuerſatione pſentis vitæ quaſi à ciuitate educeret. ¶ Augu. Et eijciam eam extra caſtra. Sic eiectus eſt dominus paſſurus extra ciuitatem. ¶ Augu. In locũ mũdũ, quia non habuit cauſam malam. Et occident eã in conſpectu eius, ſic occiſa eſt caro Chriſti in conſpectu eorum, qui futuri erant in nouo teſtamento domini ſacerdotes. f ¶ Immolabit. Iſido. Moraliter. Vaccam rufam (cuius cinis eſt expiatio populi) immolare non poterit, niſi qui terrena opera non fecerit, iugũmque delicti non traxerit, & vinculis peccatorum ligatus non fuerit. g ¶ In conſpectu omnium. Gregor. Quia Chriſtus in conſpectu omnium quaſi extinctus eſt. In cõſpectu patris immolat⁹, qa quod ante oculos hominum pœna, hoc ante oculos patris ſacrificium fuit. h ¶ Et ingens digitum in ſang. eius. Auguſt. Alia litera: Et accipiet Eleazar ſanguinem eius, & aſperget contra faciem teſtimonij à ſanguine eius ſepties. Quia Chriſtus ſecundũ ſcripturas fudit ſanguinẽ ĩ remiſſionẽ peccatorum, ideo contra faciem tabernaculi teſtimonij, quia nõ aliter declaratũ eſt, quã fuerat diuino teſtimonio prænuntiatum. Et ideo ſepties, quia ipſe numerus a demundationem pertinet ſpiritalem. ¶ Greg. In digito diſcretio operationis ſignatur. In ſanguine vaccæ digitum tingere, eſt in paſſiõe domini noſtra opera conſecrari, vt paſſionem eius quam cognoſcim⁹ imitemur. Paſſus eſt eñ nobis reliquẽs exẽplum, vt ſeq̃mur veſtigia eius. Grego. Elea

Margin (left): Paſſio Chriſti. — †He. 13. b. — Iohan. 9. c. — 2. Co. vlt. a. — Cañ. 5. c. — F — Moraliter — Auguſtin⁹ — Leuit. 22. a — Roma. 8. a. — Iohan. 8. d. — Pſal. 115. b. — Iohã. 10. d. — Auguſtin⁹ — Heb. 13. d. — Iohã. 19. c. — Moraliter.

Margin (right): G — Myſtice. — 1. Petr. 2. d.

## *Nicolaus de Lyra.*

cationes. Vna ab immũditia ſpirituali, quæ contingit ex peccatis, & iſta quæ erat grauior purificabatur p oblationes & ſacrificia, vt habetur Leuit. iiij. & v. Alia autem erat ab immũditia corporali, quæ cõtingit ex tactu alicuius rei immundæ vel alia immunditia corporali, per quam efficiebatur homo ineptus ad ingrediendum locũ cultus diuini, ita q tales immunditiæ erant quaſi quædam irregularitates impedientes accedere ad locum diuini cultus, q̃diu manebant. & tales purificabantur per aſperſionem aquæ luſtrationis, in qua commiſcebantur cineres vaccæ combuſtæ: & de iſta purificatione agitur hîc. ¶ Circa quod primò ponitur ritus oblatiõis, ſecundò modus expiationis, ibi: Habebunt quoq; filij Iſraël. Adhuc circa primum deſcribitur vaccæ immolatio, ſecundò ex hoc aliquorum inquinatio, ibi: Et tunc demum. Circa primum dicitur ſic: a ¶ Iſta eſt religio victimę &c. Quia ĩmolabatur pro purificatione totius populi, vt poſſet accedere ad cultũ dei, qui cultus in ſacra ſcriptura vocatur religio: & ideò hęc victima ſpecialiter nominatur nomine religionis. b ¶ Præcipe filijs Iſrael, vt adducant. Quia pro purgatione multitudinis fiebat iſta immolatio, ideo animal immolandũ debebat exhiberi à toto populo. c ¶ Ad te vaccam. Erat enim immolanda pro peccato idolatriæ vituli. ideo dicitur vacca magis q̃ vitulus: quia ſic nominatur ille populus, Oſee v. Sicut vacca laſciuiens declinauit Iſraël: & eadem ratione adducebatur ad Moyſen, & non ad Aaron, quia timore populi fecit idolum vituli, vt habetur Exod. xxxij. d ¶ Rufam. In Hebræo habetur: Rubeam: quia idolum pr̨ędictum fuit aureum propter ſimilitudinem coloris. e ¶ Aetatis integræ. In Hebræo non habeť, Aetatis: & ideo integritas refertur ad colorem vaccæ, quæ debebat eſſe rubea integraliter abſque varietate aliqua alterius coloris. f ¶ In qua nulla ſit macula, id eſt defectus membrorum, quia talia defectuoſa non erant immolatitia. g ¶ Nec portauerit iugum: ad ſignificandum, q filij Iſraël in idolatria vituli abiecerant à ſe iugum legis dei. h ¶ Tradetiſque eam Eleazaro & non Aaron. Quia Eleazar non peccauit in conflatione vituli. i ¶ Qui eductam extra caſtra immolabit in conſpectu omnium. Non ſolùm de caſtris deitatis & Leuitarum, ſed etiam populi, ad deſignandum q idolatria debebat ſimpliciter à toto populo elongari, quia periculoſius inficit q̃ lepra, propter quam tamen eijciebantur leproſi de tribus caſtris prædictis, vt dictum eſt ſuprà. v. capitulo. k ¶ Immolabit in conſpectu omnium. In Hebræo habetur: In conſpectu ſuo: quia ſicut dicit Rab. Sa. Eleazar debebat eam immolare per alterum coram ſe & multitudine. l ¶ Et tingens digitum in ſanguine eius, aſperget contra fortes tabernaculi. Non q de loco extra caſtra rediret ad tabernaculum, vt dicunt aliq̃: quia non debebat inde recedere, donec vacca eſſet incinerata: ſed de illo loco vertebat ſe verſus illam partem, vbi erant fores tabernaculi, aſpergens verſus illam partem, ſicut Daniel. vj. dicitur q apertis feneſtris orabat contra Ieruſalem, exiſtens tamen in Chaldæa. Septem vi

※mundorũ. Per hãc vaccam, quæ debebat eſſe ſine macula, figurata fuit caro Chriſti ſanctiſſima, & licet hæc vacca in trãſlatione noſtra dicať rufa, tñ in Heb. diciť rubea, quia caro Chriſti fuit in ſuo ſanguine rubricata. Debebat etiã eſſe ętatis integrę, quia Chriſtus triceſimo tertio anno ętatis ſuę p nobis fuit ĩmolat⁹. ſecđm aũt aliq̃s paſſus fuit. xxxiiij. anno: ſed hoc nõ refert ad ppoſitũ, nã vterq; annus eſt ætatis perfectæ. i ¶ Qui eductam extra. In quo figuratum fuit, q Chriſtus extra Ieruſalem erat paſſurus: vt habeť Iohan. xix. ※Aſperget cõtra

Margin (right): Diuiſio. — Religio victimę. — H — Moraliter. Vacca ſine macula.

a aſperget contra fores taberna- b culi ſeptem uicibus, c comburetq́ue d eam cunctis uidentibus, tam pelle & carnibus eius, quam ſanguine e & fimo flammæ traditis. Li- [Crucem.] f gnum quoque cedrinum & hyſ- g ſopum, coccumq́ue bis tinctum h ſacerdos mittet in flammam quæ i uaccam uorat*. Et tunc demum lotis uestibus[a] & corpore[b] ſuo, in-

a Infidelitatis operibus.
b Aqua baptiſmi. ſ. & pœnitentia mundato.

¶Grego. Eleazar ſacerdos immolat, & in ſanguine digitũ tingit:
A quia plebs Iudæa ex reproborum parte humilitatem domini vſ-
Moraliter que ad paſſionem perſecuta eſt. In electis verò operationem humilitatis eius imitata. a ¶Aſperget contra fores tabernaculi. Tabernaculum ſynagogam ſignificat. Qui ergo tinxerit digitum contra fores tabernaculi aſpergat, id eſt quiſquis paſſionis eius vias imitatur, ſynagogæ non credenti & reſiſtenti per exempla bona & prędicationem rectã ſignũ bene viuendi præbeat. ¶Grego. Aſperget: id eſt reſiſtenti plebi per prędicationẽ rectã & opera paſſionis Chriſti exempla mõſtrabit. b ¶Septem vicibus.
Septenariꝰ numerus. Quia ſeptem ſunt dona ſpiritusſancti, quę per Chriſti ſanguinẽ ſup ecclęſiæ populos diſtribuũtur: in quo ab omni delicto purgãtur. ¶Gregor. Septẽ vicibus &c. In ſeptenario perfectio ſignificatur vel accipiť, vnde & ſeptẽ diebꝰ vniuerſum tempus impletur, & ſpiritusſanctus ſeptiformis vocatur.
*ſacerdos Septem ergo vicibus in ſanguine digitum intingere, eſt ꝑfecta operatione myſterium paſſionis imitari.
Moraliter Et ſeptem vicibus contra ſynagogam aſpergere eſt perfecta prędicatione paſſionem infidelibus nũtiare. c ¶Comburetq́ eam cunctis videntibus. Gregori. Per pellem & carnem & ſanguinem & fimum ſacrificia in veteri teſtamento habita, quæ infirmitatem domini nuntiabant, ſignificantur. Quia omnia poſtmodum ſpiritaliter à patribus intellecta iuxta ex-
Philip. 3. b. terius myſterium ſtercora ſunt vocata, vnde Paulus: Omnia arbitratur vt ſtercora, quę flammæ traduntur. Quamuis enim primum carnaliter ſint exhibita, poſtmodum per ſpiritumſanctum intel-
Auguſtinꝰ ligentiæ igne conſumpta ſunt. ¶Auguſtinus. Et cremabunt eam in conſpectu eius. Puto quia crematio ad ſignum pertinet reſurrectionis. Natura enim eſt ignis, vt in ſuperna moueať, & in ipſum conuertatur quod crematur. Nam & ipſum cremare de Græco in Latinum ductum verbum eſt à ſuſpenſione. Quòd verò additum eſt, in conſpectu eius, id eſt in conſpectu ſacerdotis ſignificare vide-
1. Petri. 2. b. tur, quia illis apparuit reſurrectio Chriſti, qui futuri erant regale ſa-
B cerdotium. d ¶Tam pelle & carnibus eius &c. Auguſti. Quòd verò ſequitur pellis eius & carnes & ſanguis eius cum ſtercore eius comburentur. Id expoſitum eſt quomodo cremabitur, & ſignificatum eſt, ꝙ non ſolùm ſubſtantia mortalis corporis Chriſti quæ commemoratione pellis & carnium & ſanguinis intimata eſt, ſed etiam contumelia & abiectio plebis quæ in ſtercore ſignificaretur, conuerteretur in gloriam quam cõbuſtionis flamma ſigni-
Moraliter. ficat. ¶Grego. Per pellem & carnem exterior Chiſti operatio ſignificatur. Per ſanguinem ſubtilis & interna virtus exteriora facta viuificans. Per fimum laſſitudo, ſitis, eſuries, & timor mortis, & quęcunque ex humanitate pati voluit. Quicquid em̃ defectu mortalitatis habuit, quaſi fimus in eo abijciendum fuit, quæ omnia igni cremenda ſunt, id eſt iuxta veritatem ſpiritusſancti intelligenda, vt quæ ab eo corporaliter geſta ſunt per incorporeum diuinitatis ſpiritum diſpoſita ſentiantur. e ¶Lignum quoq́ cedrinum & hyſſopum coccunq́ bis tinctum. Grego: Cedrus lignum altum & imputribile eſt. Hyſſopus herba valde humilis, quæ tamen
†alta inflationem amouet pulmonis. Per cedrũ ergo †altam: perſeuerãs contemplatio, Per hyſſopum manſueti cordis humilitas ſignatur.
Allego. Qui enim contemplatione ad ſuperna tollitur, per humilitatis compaſſionem debet condeſcendere inferioribus, nec ſe ex eo quod habet erigat, ſed his qui illud non habent, prędicando libenter impen-
Auguſtinꝰ dat. ¶Auguſt. Alia litera. Et accipiet ſacerdos lignum cedrinum & hyſſopum & coccinum, & mittet in mediũ cõbuſtionis iuuencæ. Lignum cedrinũ ſpes eſt, quæ in ſupernis firmiter habitat. Hyſſopus fides, quæ eſt humilis herba radicibus hęrens in petra. Coccinum charitas, quod feruorem ſpiritus igneo colore teſtatur. Hæc tria debemus mittere in reſurrectionem Chriſti, tanquam in medium combuſtionis illius, vt cum illo ſit abſcondita vita noſtra.
Moraliter ¶Grego. Poteſt intelligi per cedrum ſpes, quæ alta petit. Per hyſſopum (quæ etiam odore ſtomachi immunditiam purgat) fides quæ nimis aduerſa æquanimiter tolerat: & quicquid ex anteactis peccatis contractum fuerat mundat. Per coccum verò charitas. Vnuſquiſque igitur noſtrum in flammam quæ vaccam vorat, cedrum hyſſopum & coccum bis tinctum mittat. i. in ſacrificio dñicę
1. Cor. 13. d paſſionis fidem, ſpem & charitatẽ exhibeat, ne paſſionẽ redẽptoris ſui ſine cauſa audiat. Hinc Paulus: Nunc autem manent fides, ſpes, charitas: maior autem horum eſt charitas. Vnde & hic coccus extremus ponitur, quia fide & ſpe completa cùm ad æternam patriam venerimus, ſola in nobis charitas ad vltimum multiplicatur.

catur. ¶Grego. Mittatur in flãmam quæ vaccã vorat: cedrus, id eſt C
perſeuerantia & altitudo noſtræ cõtẽplationis cõburať igne dñicę Moraliter
paſſionis. Mittatur & hyſſopꝰ. i. humilitas cordis noſtri, veritatem manſuetudinis trahat ex admiſtione dñicæ paſſionis. Mittatur coccus bis tinctus, id eſt charitas, quę nos ad amandum deum & proximum excitat, aſſiduè nos contemplari paſſionẽ dñicam cõpellat, vt in ipſa diſcat opa recta quę faciat. f ¶Hyſſopum. Iſidor. Baptiſmũ, quia hyſſopo tincto ſanguine agni ſpargebantur. g ¶Coccumq́ bis Exod. 12. d.
tinctum. Iſido. Coccus bis tinctus, ſanguis Chriſti quo mente & corpore abluimur. Hęc tria purgant peccata, cedrus. i. fides crucis, hyſſopus baptiſmus vel martyrium, coccus ſanguinis dñici ſacramẽtum. ¶Greg. in cocco bis tincto virtus charitatis exprimitur quæ flamma ſancti amoris ſuccenſa, duobus pręceptis exhiberi iubetur, dilectione. ſ. dei & proximi. Bis tinctus ergo coccus eſt charitas duplici præcepto formata, vt ſic diligatur deus, ne deſeratur proximus, & ſic proximus ne con- 1. Petr. 2. b.
tẽnatur deus. h ¶Sacerdos. Gre. Omnes qui in Chriſto credimus ſacerdotes ſumꝰ. vñ: Vos aũt eſtis genus electũ, regale ſacerdotiũ &c̃. Alta ergo quę ꝑ cõtẽplationẽ ſentimꝰ, & qđ ex manſuetudine humilitatis agimus, qđ per ignẽ charitatis exhibemus, paſſionis Chriſti ſanguine tingere debemꝰ, vt omne qđ in nobis eſt, illũ imiteť à quo eſt, quia extra imitationẽ paſſionis nõ tam virtus q̃ vitiũ eſt. ¶Gre. Poteſt iſte ſacerdos ꝗ vaccę carnes pellẽ, ſanguinẽ, fimũq́ comburit, ordinẽ Iudaici ſacerdotij cũ plebe ſuppoſita in necẽ domini conſentientis ſignificare. vñ ſequitur: Et tunc demũ lotis veſtibus & corpore ſuo. i ¶Et tunc demum. Idem. Poteſt intelligi ꝙ iſte ſacerdos & lotus ſit veſtibus, & tamen vſq́ ad veſperã immundus, quia Iudaicus populus ex parte eorũ ꝗ crediderunt mundus, ex parte eorũ ꝗ non crediderũt vſq́ ad veſperã ꝑmanet immundꝰ. Lauat ergo veſtimẽta & corpꝰ, quia credẽdo
exteriora opera D

## *Nicolaus de Lyra.*

b ¶Septẽ vicibus. ad denotandũ ꝙ peccatũ idolatriæ quodammodo æquipõderat omnibus alijs peccatis, eò ꝙ importat totalem receſſum à deo, vniuerſitas aũt ſeptenario numero deſignať. c ¶Cõburetq́ eã cunctis vidẽtibus. In Hebræo habeť: In conſpectu ſuo, quia iſtã cõbuſtionẽ faciebat ꝑ alium. d. ¶Tã pelle & carnibus &c. Flammæ traditis. ad denotandũ, ꝙ de peccato idolatriæ nulla cõditio vel circũſtantia debebat in populo remanere. e ¶Lignum quoq́ cedrinum & hyſſopum. Iſta ponebanť in igne ad reprimendum fœtorẽ exalantẽ ex cõbuſtione pellis & fimi vaccæ. f ¶Coccumq́ bis tinctũ. Qui diu ſeruat colorem, ad deſignandum ꝙ cineres debebant ſeruari per totum annum ad purificationem populi, prout ſubditur poſtea: Vt ſint multitudini filiorum Iſraël in cuſtodiã &c. g ¶Et tunc demum lotis veſtibus &c. Hîc quæritur quomodo cõburẽs vaccã maculabať ex hoc, cùm illa combuſtio fieret ad hoc, ꝙ ex cineribus vaccæ combuſtæ immundi purgarentur. Ad hoc reſpondetur, ꝙ immũditia dupliciter

* a ¶Aſperget contra fores tabernaculi. ad ſignificandum ꝙ per aſpſionẽ ſanguinis Chriſti mundať ecclæſia pfectè, quæ Moraliter.
perfectio ſignificať numero ſeptenario, eò ꝙ totum tẽpus reuoluiť ſeptẽ diebus. b ¶Comburetq́ eam. ad ſignificandũ, ꝙ Chriſtus ex maximo charitatis feruore fuit paſſus. Per hoc autẽ ꝙ cineres vaccę aq̃s viuẽtibus cõmiſtæ purgabãt imũditias carnis, ſignificabať, ꝙ virtus Chriſti paſſi in aquis baptiſmalibus purgaret immunditias mentis, & in aq̃s pœnitẽtiæ imũditias poſt baptiſmũ cõtractas. Heb. ix. d. Si ſanguis hircorũ aut vitulorũ aut cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emũdationem carnis, q̃tò magis ſanguis Chriſti, ꝗ ꝑ ſpiritũſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emundabit conſciẽtias noſtras ad ſeruiendũ deo viuenti? Per hoc autẽ ꝙ in combuſtione vaccæ ponebať lignum cedrinum, hyſſopus, & coccus, ſignificabantur tres ꝑſonæ cũ Chriſto paſſæ, duæ per cõpaſſionẽ mentis, & tertia ꝑ compaſſionem carnis. Prima fuit beata virgo Maria ꝑ hyſſopũ, que eſt humilis herba ſignificata quia fuit humillima. Luc. j. e. Reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ. Secunda fuit Iohãnes Euangeliſta, ſignificatus per cedrum, quæ eſt arbor multũ alta: ipſe verò fuit eleuatus ad videndum ſecreta cæleſtia. Apo. j. Tertia fuit latro Chriſtũ cõfitens in cruce ſignificatus ꝑ coccũ bis tinctum, quia Chriſto cõpatiebať mẽte dicẽte, Lu. xxiij. f. Hic autẽ nihil mali fecit. Et cum Chriſto patiebatur in corpore.

exteriora opera & interiorem mentē à prauis actionib⁹ mūdat, &
E plenè tunc ad caſtra reuertit̃, cū ad finē pfectè reuocat̃. Sed q̃a Iudæa
in infidelitate partim perdurante, ad fidem Gentilitas ingreditur, &
myſteria diuinę incarnationis intelligit, rectè: Colliget autem cine-
res vaccę vir mundus &c. ¶ Auguſtinus. ¶ Lauabit veſtimen-
ta ſua ſacerdos, & lauabit corpus ſuum a-
qua, & poſtea introibit caſtra, & immun-
dus erit ſacerdos vſque ad veſperam. Laua
tio veſtimentorum & corporis, mundatio
eſt exteriorum & interiorū. hoc ſacerdos.
Deinde ſequitur & qui cōburet eā, lauabit
veſtimenta ſua, & lauabit corpus ſuum a-
qua, & immundus erit vſque ad veſperam.
In eo q̃ cōburit, eos figuratos arbitror, qui
Chriſti carnē ſepelierunt, reſurrectioni eam
velut cremationi mandantes. a ¶ Vſq;
ad veſperam. Augu. Ad veſperam ſacer
†De conſe. dos intrat, quia infidelis populus q̃ vſque
di. 3. c. aquā ad veſperā, id eſt finē mundi extra mandata
vitæ, velut extra caſtra poſitus eſt, prauis o
perib⁹ cōmaculatus, aqua baptiſmi & pœ
nitentia lotus ad cognitionem in fine mun
di quaſi in caſtra reuertitur. b ¶ Colliget
autem. Augu. Et congregabit homo mun
dus cinerem iuuencæ, reliquias. ſ. interfe-
ctiōis & combuſtionis, ſcilicet famam, quę
ſecuta eſt paſſionem & reſurrectionem
Chriſti, quia ſunt reliquiæ homini pacifi-
co. Cinis erat Chriſtus, quia velut mortu⁹
ab infidelibus condemnabatur, & tamen
mundabat, quia reſurrexiſſe à fidelibus cre
debatur. Et quia hæc fama in cæteris gen-
tibus, quæ non erant de conſortio Iudæo-
rum maximè claruit, dictum eſt: Congrega
bit homo mundus cinerem iuuencæ. Mun
F dus. ſ. ab interfectione Chriſti, quæ Iudæos
fecit reos, & reponet in locum mundum,
id eſt honorabiliter tractabit tamen extra
caſtra, quia extra celebrationem Iudaicæ cō
ſuetudinis euāgelicus honor claruit. ¶ Gre
gorius. Vaccam ſacerdos comburit, cine-
†De conſe. res vir mundus colligit, quia infirmita-
diſ. 4. c. nec tatem domini Iudęus mactauit, ſubtilia
quemq;. eius myſteria Gentilis intelligit. Mundi
ſunt qui paſſionem Chriſti gentibus præ-
dicant. c ¶ Effundet eos. Quia Genti-
lis ſacramenta quę agnouit, prædicare non
Moraliter. ceſſat, ſed neſcientibus manifeſtat. ¶ Gre-
go. Vir mundus in loco puriſſimo vaccæ
cineres fundit dum quilibet doct⁹ ex Genti-
litate aſſumptus, mūda ꝑ humilitatē Genti-
lium corda requirit: & myſteria eis redem-
ptoris tradere non deſiſtit. Quod cùm agit̃,
fides gentium multiplicat̃, diuina virtus a-
gnoſcitur, diſciplina præceptorū tenetur. Vnde ſubdit, vt ſint mul
titudini filiorum Iſraël in cuſtodiā. Iſraël enim interpretatur vir vi-
dens deum. Et bene cōuerſa Gentilitas Iſraël dicitur, quę deū iam fi-
de cōtēplatur. d ¶ Extra caſtra. Quia omnis Gentilitas extra le-
gē, extra ſacrificiū, extra ſynagogā. e ¶ Puriſſimo. Quia prauis ac
pollutis mentibus non ſunt ſecreta dñicæ incarnationis tradenda,
ſed his qui ad fidē venientes cor mundauerunt. f ¶ Multitudi-
Auguſtin⁹ Tropolo. ni fi. Auguſti. Alia litera. Et erit ſynagogæ filiorū Iſraël in conſer-
uationem. Aqua aſperſionis purificatio eſt. Poſtea declarat plenius
quemadmodum ex hoc cinere fiebat aqua aſperſionis, vnde mun-
dabantur à contactu mortuorū, i. ab iniquitate huius moribundę
vel morticinę vitæ. Sed mirū eſt qđ ſeqtur: Et q̃ cōgregat, inquit, ci
nerē iuuēcę, lauabit veſtimēta ſua, & immundus erit vſq; ad veſpe-
rā. Quomodo erit ex hoc īmundus q̃ mūdus acceſſerat? niſi quia &
hi q̃ ſibi videt̃ mundi in fide Chriſtiana agnoſcūt, quia oēs pecca-
uerunt & egent gloria dei, iuſtificati gratis ꝑ ſanguinē ipſius. Hunc
tñ veſtimēta ſua lauare dixit, nō etiam corpus, credo ꝙ illius cineris
congregatione & repoſitione in loco mundo (ſi hęc ſpiritaliter in-
Act. 10. g. telligant̃) iā intrinſecus vult intelligi fuiſſe mūdatū. Sicut Corneli⁹ au
diens & credens qđ pdicauit Petrus, ita mūdat⁹ eſt, vt ante viſibilē
baptiſmum cum ſuis qui aderant donum accipet ſpūſancti. Sed
nec viſibile ſacramentum cōtemni potuit, vt ablutus etiam extrinſe
cus lauaret quodammodo veſtimēta ſua. g ¶ In cuſtodiā. Quia
ſubtiliora ſacramēta mūdis Gentiliū cordib⁹ tradita, in mētis muni-
tionē ꝟtuntur

¶ Cognitione fidei. a ¶ Eccleſiæ.

gredietur in caſtra, commacula-
a ¶ Finem mundi, tunc vero reli-
quiæ ſaluæ fient.
a tuſq; erit uſque ad ueſperum.
a ¶ Qui offerunt vitulam, immundi ſunt,
& qui Chriſtum apprehenderunt.
Sed & ille qui cōmbuſſerit eam,
a ¶ Exteriora opera.
b ¶ Mentem interiorem.
lauabit ueſtimēnta ſua & cōr-
pus, & immundus erit uſque ad
¶ Finem mundi. ¶ Agnoſcendo.
b ueſperum. † Colliget autem
a ¶ Gentilis fide mundatus. vnde: Fide corda
eorum mundans.
b ¶ Subtiliſſima incarnationis ſacramēnta.
uir mundus cinerēs uaccæ, &
c d effundet eos extra caſtra in lo-
e f co puriſſimo, ut ſint multitudini
g filiorum Iſraël in cuſtodiam, & a
in aquā aſperſionis, quia pro pec
cato uacca combuſta eſt. Cumq;
lauerit qui uaccæ portauerat ci-
¶ Non etiā corpus. a ¶ Contracta aliqua
labe huius vitæ, etiam poſt plenam remiſ-
ſionem peccatorum.
neres ueſtimenta ſua, immūndus
h erit uſque ad ueſperum. Habe- b
a ¶ Proſelyti Gentiles.
bunt hoc filij Iſraël & aduēnæ,
¶ Tanquam pinguedini radicis
inſerti.
qui habitant inter eos, † ſanctum
i iure perpetuo. † Qui tetigerit ca c
dauer hominis, & propter hoc
ſeptem diebus fuerit immun-
dus, aſpergetur ex hac aqua
non plebeius, non ignobilis fodit, ſed principes & duces, qui canen
tes prophetant, quò tranſituri ſint de deſerto. i. Mathana. i. donum,
inde ad Nahaliel. i. torrentes dei, deinde ad Bamoth, qd' interpre-
Phil. 3. c. tatur excelſa, vel adueniens mors, quando conformes efficimur
mortis Chriſti. Poſtea occurrit nobis vallis humilitatis, quæ tamē
in vertice montis Phaſga poſita eſt, qui interpretatur dolatus. ſ.
nihil habens informe vel rude, qui reſpicit ſolitudinem, quę Hebrai
cè dicitur Sin, quia in virtutum culmine poſiti totius mūdi ruinas
& omniū peccatorum reſpicimus vaſtitatē. Dibongad interpretat̄
fortiter intellecta tētatio. Poſt Dibongad pugnat̄ contra Sehon re
gē Amorrhęorū, & Og regē Baſan. Cū aūt venerimus ad ſummū
& biberim⁹ de fonte principū: aſcēdētes mōtē Phaſga, ne ſuperbia
mus, ſed ꝓpoſitā nobis ſolitudinē timeamus. d ¶ In libro bel-
lorum. Aug. Nō dixit in quo libro ſcriptū ſit, vel cuius prophe-
Gene. 12. b. tæ vel patriarchæ. Neq; negandum eſt, fuiſſe iam libros ſiue Chal-
dęorū, vñ egreſſus ē Abrahā, ſiue AEgyptiorū vbi didicerat Moy
ſes oēm illorū ſapiētiā, vl' cuiuſlibet alterius gētis, in quorū librorū
aliquo potuit hoc eſſe ſcriptū. Qui tñ nō ideo ſit aſſumēdus in eas
ſcripturas, quib⁹ diuina cōmēdat̄ autoritas. Licuit em̄ diuinæ au-
toritati vñ voluit verū teſtimonium ſumere, ſed non ideo omnia
quæ ibi ſcripta ſunt, accipienda confirmat. Cur autem hoc loco
iſtud commemoratum ſit, non euidēter apparet: niſi fortè vt fines
illic inter duas gentes conſtituerentur, bello actum eſt: quòd eiuſdē
loci homines propter magnitudinem bellum domini eſſe dixerūt,
vt ſcriberetur in aliquo eorum libro bellum domini. e ¶ Ex eo
Quæſtio loco &c. Orig. Quid eſt ꝙ magnopere præcipit dominus Moyſi
de puteo populū cōgregare, vt det eis aquas de puteo bibere: quaſi nō ſpon
te ad bibēdum conueniret populus: Ait ſpiritus p̄ Salomonē in ꝓ
uerbijs: Bibe

uerbijs: Bibe aquā de tuis vaſis, & de puteorum tuorum fonte, & C
ne ſupereffundantur tibi aquę extra tuū fontē. Quāuis in alijs exem Prou. 5. c.
plaribus legerim⁹: Et effundant̄ tibi aquę extra tuū puteum. Habet
ergo quiſq; in ſemetipſo puteum, imò puteos multos & vaſa aquæ
multa. vnde ait: De vaſis tuis, & de fonte puteorum tuorū. Habuit Ge. 14. b.
Abraham puteos & Iſaac. In euangelio Gen. 26.
ſuper puteum ſedebat ſaluator requie- Iohan. 4. b.
ſcens poſt laborem, & dicens: Quia ſi
quis biberit ex aquis, quas puteus conti-
net terre

ſigno. Qui percuſſus aſpexerit a
eum, uiuet. Fecit ergo Moyſes
ſerpētem æneum, & poſuit† pro †ſuper ve-
ſigno. Quem cùm percuſſi aſpi- xillū vel pti
a cerent, ſanabantur. Profectiq; fi- b cam
lij Iſraël caſtrametati ſunt in O-
b both. Vnde egreſſi fixere ten- c
toria in † Ieabarim in ſolitudine d
quæ reſpicit Moab contra orien
talem plagam, & inde mouen-
¶ Aliena deſcenſio.
c tes uenerunt ad torrentem Za-
reth. Quem relinquentes caſtra-
¶ Maledictionem.
metati ſunt contra Arnon, quæ
eſt in deſerto, & prominet in fi-
nibus Amorrhæi. Siquidem Ar
non terminus eſt Moab, diui-
dens Moabitas & Amorrhæos:
d Vnde † dicitur in † libro bello- e
rum domini: † Sicut fecit in ma- f
ri rubro, † ſic faciet in torrentibus g
Arnon. † Scopuli torrētium incli- h
nati ſunt, ut requieſcerent in Ar-
non, & recomberent in finibus
e Moabitarum. Ex eo loco † appa i
ruit puteus ſuper quo locutus eſt.

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Qui percuſſus aſpexerit eū
uiuet. i. ſanabitur. Dicit Rab. Sa. ꝙ in ſer-
pente non erat virtus ſanandi, ſed aſpicien- Serpens
tes ſerpentem, recognoſcebāt afflictionem Moyſi
illam ſibi à deo iuſtè illatam, petentes ab eo
miſericordiā, & ipſe ſanabat eos. Ratio au-
tem myſtica eſt, quia ſerpens ille figurabat
Chriſtū paſſurū in cruce, vt habet̄ Iohā. iij.
p̄ cui⁹ intuitū & fide & deuotiōe ſanamur à
morſib⁹ ſathanę. b ¶ Profectiq;. remoto
impedimento. Hîc conſequenter ponitur
itineris continuatio. c ¶ Fixere tento-
ria in Ieabarim. In Hebræo habetur
בעייהעברים in hijehaabarim. i. in ſolitu
dinibus Abarim. Abarim enim eſt nomen Abarim
mōtis, in quo Moyſes moriturus aſcendit,
vt habetur Deute. xxxij. Circa quem ſunt † [illegible]
ſolitudines. d ¶ In ſolicitudine quę [illegible]
reſpicit Moab. i. in illa parte ſolitudinis aūt [illegible]
circa montē prædictū exiſtētis, q̄ reſpicit ter [illegible]
rā filiorum Moab. Dicit aūt Ra. Sa. hîc ꝙ comme[illegible]
petiuerunt filij Iſraël tranſitū p̄ terrā Moab, rabuntur
ſed non fuit eis cōceſſus, & ideo iuerūt in cir †in Bere[illegible]
cūitu, & nō intrauerunt in terrā Moab: & puteus hic
hoc etiā habet̄ Iud. xj. c. vbi dicit̄: Et circumi aūt puteus
uit Iſraël ex latere terram Edom & terram eſt
Moab. Quòd autem dicitur Deut. ij. f. Con H
cedas nobis tranſitum, ſicut fecerunt filij
Eſau, qui habitant in Seyr, & Moabitæ, qui morantur in Ar: quòd
videt̄ contradicere dicto ei⁹. Rñdet ꝙ li, ſicut fecerūt, refertur ad
cibū cōceſſum eis pro pretio à Moabitis, nō ad tranſitū p̄ eorū ter
rā, ſicut dictū fuit de filijs Eſau capitulo p̄cedēti. e ¶ Vnde dici
tur. Hîc cōſequenter ponitur diuini beneficij oblatio, & primò in
tranſitu periculoſo. vñ dicit̄ in libro bellorū dñi. i. bñficiū iſtud ibi- Liber bello
dē ſcribitur. Dicūt aūt aliq, ꝙ iſte liber nō eſt trāſlatus, ſicut nec plu rū domini
res alij. vñ. ij. Regū dicit̄: In libro iuſtorum, qui non habetur apud
nos. Alij autē dicūt, ꝙ intelligit̄ de libro Numeri, vbi hoc ſcribit̄:
quia libri Hebræorum in quibus continent̄ bella Iudęorum, com-
muniter appellant̄ libri bellorū domini, quia virtute eius vincebāt.
Hebræi aūt dicūt, ꝙ hîc eſt textus: In narratiōe bellorū dñi, quia di
ctio Hebraica hîc poſita eſt æquiuoca ad librū & ad narrationē: &
eſt ſenſus ſcd'm Hebræos, qñ narrabunt̄ bella quę fecerūt filij Iſraël
dei adiutorio protecti, narrabitur etiā iſtud quod ſubditur: f ¶ Si
cut fecit in mari rubro. Pugnans pro Hebræis AEgyptios de
mergēdo & Hebręos ſaluādo, vt habet̄ Exo. ciiij. g ¶ Sic faciet
in torrentibus Arnon. i. pugnabit ibi pro eis. vnde ſubditur:
h ¶ Scopuli torrentium inclinati ſunt. Dicunt enim Hebręi,
ꝙ in loco vbi debebāt trāſire filij Iſraël, erāt ſcopuli magni proten
ſi ſuper aquā, in quibus erant cauernoſitates, & in eis aduerſarij He
bræorū poſuerāt homines armatos latenter, vt inde cū lapidibus
& ſagittis interficerēt filios Iſraël deſubtus trāſeuntes, ſed dominus
fecit illos ſcopulos inclinari ſuper aliā partē aquę, & ſic illi qui late-
bāt ibi fuerūt mortui ex illa inclinatione, & filij Iſrael habuerunt li
berū trāſitū ſuper ſcopulos inclinatos, & poſtea illi ſcopuli diuina
virtute reuerſi ſunt ad locum ſuum. i ¶ Ex eo loco ap. pu.
Non ſic eſt intelligendum, ꝙ ille puteus fuerit in loco, vbi inclinati
ſunt ſcopuli, ſed ex illo loco tranſierūt vltrà, & poſuerunt caſtra, &
ibi datus fuit iſte pute⁹, vt popul⁹ biberet & iumēta. vñ in Hebręo
habet̄: Ex hoc loco ad puteū, i. venerūt ad locū vbi datus eſt pute⁹.
Tunc cecinit Moralitē

* i ¶ Ex eo loco apparuit puteus, ſuper quo locu-
tus. Per quem ſignificatur ſacra ſcriptura, vbi hauritur ſalutaris ſa-
pientia de quo dicitur Iohan. iiij. b. Puteus altus eſt, nam intel-
lectus ſacræ ſcripturæ profunditatis eſt magnæ. Ideo ſubditur:
*Quem fode-

a dominus ad Moyſen: Con-
grega populum, & dabo ei a- a
quam. Tunc cecinit Iſraël car-

a ¶ Lxx. Initiate ei puteum, id eſt initium omnium cõfitemini eſſe puteum.

b mẽ iſtud: Aſcẽdat puteus. Con- b
c cinebant, puteus quem foderunt c

¶ Alij reges.

d principes & † parauerunt duces

net terrenus, ſitiat rurſus. Qui autem biberit ex illis, quas dat Ieſus,
A fiat in eo fons aquę viuę ſalientis in vitam ęternam. Alibi autem di-
Iohan.7.f. citur: Qui credit in eum flumina de ventre eius fluent aquę viuę.
Qui ergo credit in eum, non puteũ, ſed puteos nõ ſolũ fontes ſed
& flumina habebit in ſe: nõ quę mortalem ſolẽt conferre vitã, ſed q̃
conferãt æternã. Secundũ hęc ergo quæ in
Proue.5.c. prouerbijs legimus: vbi putei cum ſonte
nominantur, accipiendum eſt verbum dei:
puteus verò, ſi profundum myſterium te-
git, fons autem ſi ad populos effluit. Quæ-
rendum eſt autẽ quomodo pluraliter pu-
teos, & ſingulariter fontem in ꝓuerbijs di-
Prou.5.c. cit Sapiẽtia. Bibe aquas de fonte puteorum
tuorũ. Videam⁹ ergo quorũ puteorũ vnũ
dixit fontem. Ego puto ꝙ ſcientia ingeniti
†foderũt li patris vnus poſſit intelligi puteus, & alius
berales po- agnitio vnigeniti filij: alius enim à patre fi-
puli cũ legiſ lius, nec idem qui & pater. vnde: Alius eſt
latore qui teſtimonium de me dicit pater. Tertius eſt puteus cognitio
Iohan.8. ſpiritusſancti. Alius enim eſt à patre & filio ſpiritus. vnde: Mittet
Iohã.14.b. vobis pater aliũ paracletum ſpiritum veritatis. Eſt ergo hæc trium
perſonarum diſtinctio in patre & in filio & ſpiritusſancto, quæ ad
pluralem puteorum numerum reuocatur, quorum vnus eſt fons,
quia vna eſt ſubſtantia & natura trinitatis. ¶ Origenes. Poſ-
Tropolo. ſunt & illi putei videri de quorũ ſcientia dicit, qui repletus eſt ſcien
Sapiẽ.7.c. tia dei, ipſe enim mihi dedit eorum quæ ſunt ſcientiam veram, vt
ſcirem ſcientiam mundanam & elementorum virtutem, & initium
& finẽ & medietatẽ temporũ, & viciſſitudinũ permutationes & cõ
mutatiões temporũ, anni circulos & aſtrorum poſitiones, naturas
animalium & iras beſtiarum &c. Vides quanti ſunt putei in rerũ
ſcientia. Puteus eſt ſcientia virgultorum, & fortè cuiuſq; virgul-
ti natura habet proprium puteum. Item eſt puteus animalium
ſciẽtia, & fortè quęq; ſpecies animalium proprium habet puteũ, &
hęc ſingula (quoniã profundã habẽt ſcientiã) merito putei eſſe di-
Col.1.d. cũtur. Et dum abſconditũ fuit myſterium Chriſti à ſeculis & gene
ratiõibus, rectè horum ſciẽtia putei dicunt. Cũ autem credentibus
manifeſtauit deus per ſpiritum, efficiuntur hæc omnia fontes & flu
mina, vt iam non habeat in occulto horũ ſcientia: ſed riget creden-
Iohan.7.f. tes & ſatiet. Ideo credo ſaluator dicebat: Quia qui credit in eum, &
aquã doctrinæ eius biberit, nõ iam puteus nec fons, ſed fient in eo
B flumina aquæ viuæ. Sicut enim vnus puteus. i. ſermo dei efficitur
putei & fontes & flumina, ita & anima hominis quæ eſt ad imaginẽ
dei poteſt in ſe habere & producere puteos & fontes & flumina.
Sed putei qui ſunt in anima noſtra indigent fodiente, vt munden-
tur, & quod terrenum eſt auferatur, vt venæ illæ rationabiliũ ſen-
ſuum quas eis inſeruit deus, pura & ſyncera fluẽta producãt. Dum
enim terra tegit, non poteſt pura laticis vnda ꝓfluere. Ideo ſcriptũ
Gene.21.d. eſt: Quia pueri Abrahã fodiebant puteos, ſed operiebant eos ter-
Gene.26 d. ra Philiſtæi. Iſaac quoq; qui hæreditatem patris ſuſceperat, patris
puteos fodit, & terrã remouit quam iniecerant Philiſtæi. ¶ No-
Moraliter tandũ autem, quia dum viueret Abraham, non ſunt auſi Philiſtæi
replere puteos aut inijcere terram, ſed eo mortuo inualuerunt &
Gene.24.e. inſidiati ſunt puteis eius, ſed reparant per Iſaac. Puer quoq; Abrahę
Gene.29.b. ad puteos inuenit Rebeccã, quæ interpretatur patientia. hæc effici
tur vxor Iſaac, ſed apud puteos. Similiter Iacob cùm ad Meſopo-
tamiam venit habens præceptũ patris, ne alienigenam duceret vxo
Exodi.2.d. rem, apud puteos inuenit Rachel, & Moyſes Sephoram. Si ergo in
tellexiſti quæ & quales ſint ſanctorum vxores, ſi vis patientiam in
coniugium ſumere, vel ſapientiam & alias animi virtutes, & dicere
Sapiẽ.8.a. quòd de ſapientia dictum eſt: Hanc quæſiui mihi ducere vxorem.
Eſto aſſiduè circa puteos iſtos, & ibi reperies huiuſmodi coniugẽ:
quia apud viuentis verbi fluenta certum eſt habitare virtutes. Sũt
ergo multi putei intra animam, & alij plurimi in ſingulis ſcriptura-
rum ſermonibus & ſenſibus. Eſt tamen hic eminentior quem fode
runt, non quicunq; homines, ſed principes, & horum ſublimiores
quos appellauit reges. Ideo in hymnis canitur deo apud hunc pu-
teum: & ſcriptum eſt, quoniam hic eſt puteus, ſuper quo locutus
eſt dominus Moyſi: Congrega populum & dabo ei aquam de pu
Allegoricè teo. ¶ Congrega populum. Allego. Lex conuocat te ad pu-
teum, Chriſtum. ſ. dei filium, propria quidẽ ſubſtãtia ſubſiſtentem
vno tamen cũ patre & ſpiritu deitatis fonte nominatum. Ad hũc
Iohan.4.b. ergo puteũ. i. ad Chriſti fidem conuocat te lex. Inde ipſe dicit: quia
Rom.10.b. Moyſes de me ſcripſit. Vocat autẽ vt bibamus aquas, & cantemus
ei cãticũ. i. corde credamus ad iuſtitiã, & ore cõfiteamur ad ſalutẽ.
b ¶ Aſcendat puteus. Orige. Initiate illi puteum. i. initium o-
Apoca.3.c. mnium ponite puteũ: qa ipſe eſt principiũ & primogenit⁹ oĩs crea
turæ. ¶ Vel ſic, vt verba dirigant ex perſona Moyſi ad populum:
Date initiũ cordi veſtro, vt incipiat intelligere qd ſit pute⁹, de quo
ſpirituales aquæ

ſpirituales aquã haurienđę ſunt, & reficiẽdus eſt pp̃ls credentiũ. Ini C
tiate ergo ei. i. Iſraeli hunc puteum, vt ſenſum myſticũ ſi quis ex cor
de videt, deum de profundis poſſit haurire. Ad hũc puteum Moy
ſes. i. lex congregat, ad quem videtur aliqs peruenire, ſed niſi p Moy
ſen cõgregetur, non eſt deo acceptus. Marcion videtur ſibi veniſſe
& Baſilides & Valentinus: ſed quia nõ ve-
nerunt per Moyſen, nec acceperunt legem
& prophetas, non poſſunt laudare deum
de fontibus Iſrael. Non veniunt ergo ad
puteum tales, quem foderunt principes &
excuderunt reges. Eſt autem vallis ſalſa in Gen.14.b.
qua ſunt putei bituminis. Omnis autem hę
reſis & omne peccatum in valle eſt, & in val
le ſalſa. Peccatum enim non aſcendit ſurſum
ſed ſemper ad ima & ad inferiora deſcen-
dit. Eſt ergo in valle poſitus ſalſus & ama-
rus omnis hæreticus ſenſus, & omnis pec-
cati actus. Quid enim dulce, quid ſuaue po
teſt habere peccatum? Si autem veneris ad hæreticam ſententiam
& amaritudinem peccati, veniſti ad puteos bituminis, quod eſt eſca
& nutrimentum ignis. Si guſtaueris aquam de his puteis, ſi hæreti
cum ſenſum & peccati amaritudinẽ receperis, fomenta ignis & ge
hennæ incendia in te præparabis. Talibus dicitur: Incedite in lumi Eſa.50.d.
ne ignis veſtri &c. Foderunt illum principes & excuderunt reges.
Principes ergo foderunt, reges excuderunt, quod ab excudendo,
non excidendo dictum eſt. Excudi enim dicitur, quod in ſaxo
cęditur vel formatur. Principes ergo tanquam inferiores foderũt,
id eſt quaſi in terræ mollitiem altitudinẽ quandã demerſerunt. Hi
verò quos reges appellat, quaſi fortiores, non ſolùm terrę profun-
dum, ſed ſaxi duritiam penetrant, vt perueniant ad profundiores
aquas, & ipſas abyſſi venas perſcrutent: ſcientes iudicia dei eſſe abyſ
ſum multã. Hi ſunt apoſtoli, quorum aliqs dicit: Nobis autem re- 1.Cor.2.c.
uelauit deus p ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiã
alta dei. Qui ergo per ſpiritumſanctum poſſunt alta ſcrutari & pe
netrare profunda miſteria putei, reges eſſe dicuntur, qui puteum in
petra excuderunt, quia dura & difficilia ſcientiæ penetrarunt ſecre
ta. Foderunt ergo puteum iſtum principes, & excuderunt reges gẽ
tiũ, id eſt apoſtoli, q gentes cõgregauerunt ad obediendũ fidei, &
omnibus patefecerũt ſcientiã Chriſti, in quo ſunt omnes theſauri
ſapiẽtiæ & ſcientiæ abſconditi. Impleuerũt enim mandatũ dei, do- D
centes oẽs gentes, & baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpiri Mat.28.d.
tusſancti. Et per hoc excuderũt, id eſt patefecerunt ſcientiam putei.
Hæc quoq; quæ in manibus habemus, nobis puteus eſt, & omnis
ſcriptura legis & prophetarũ euangelica quoq; & apoſtolica ſimul
vnus puteus eſt, quem non poſſunt fodere vel excudere, niſi reges
& principes, qui ſcilicet poſſunt auferre terram & amouere ſuper-
ficiem literę, & de inferiori petra vbi Chriſtus eſt, ſpiritales ſenſus
velut aquam viuam proferre. Reges dicuntur, quia peccati regnũ
expulerunt, & iuſtitię regnum in mẽbris ſuis poſuerunt. Decet enĩ
cũ docere cæteros qui prius fecerit quæ docet. vnde: Qui fecerit &
docuerit ſic hoĩes, magn⁹ vocabiť in regno cælorum. Magnũ aũt Matth.5.c.
in regno eſſe, eſt regẽ eſſe. c ¶ Principes. Poſſunt idẽ vocari prin
cipes & reges. Vel principes, prophetas intelligamus. ipſi enim ſen
ſum & prophetiam de Chriſto defoſſam in profunditate literæ
collocauerunt, ideo de illis dicitur: Niſi occultè audieritis, plorabit
anima veſtra. Et alibi: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ do Hiere.13.c.
mine, quàm abſcondiſti timentibus te? Reges ſunt apoſtoli, qui Pſal.30.c.
perſcrutantur alta dei, & eccleſias regũt, vnde & Chriſtus diciť rex
regũ. d ¶ Et parauerũt duces. Orig. Excuderunt, inquit, reges 1.Tim.6.c.
gentium in regno ſuo dum dominarentur eis. Non enim poſſunt
fodere puteũ iſtum, nec latentes aquę viuę venas aperire, niſi prius
dñi ſint gentiũ barbararum. Quicquid in eis ferum fuit in actibus,
quicquid barbarũ in moribus, domuerũt & ſubiecerũt regio ſen-
ſui, vt non Gentiliter, ſed legitimè agant. Hi verè ſunt reges,
profunda putei rimantes, & verbi dei arcana perſcrutantes.
☞ Profectiq; ſunt

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Tunc cecinit Iſraël. pro gratiarum actiõe. b ¶ Aſcẽ-
dat puteus, id eſt aqua de puteo. c ¶ Quem foderunt
principes. Quia ex diuino iudicio percuſſerunt cum bacu-
lis in loco determinato, & inde exiuit aqua in abundantia.
In datore le.

c ¶ Quem foderunt principes, & parauerunt duces.
id eſt apoſtoli alij quæ doctores ad aperiendum eius intellectum Moralite
literalem & myſticum cum dei adiutorio fideliter laborantes.
Miſit autem

multitudinis in datore legis ^a^ & in baculis ſuis. ^a^ Profectique ſunt

*Munera ipſorum.*

de ſolitudine Mathana. De Ma-

*Ex deo.*

thana in Nahaliel: de Nahaliel ^b^ in Bamoth. † Bamoth uallis eſt in regione Moab in uertice Phaſga, & reſpicit contra deſertum.

*Alias Moyſes.*

^d^ † Miſit autem Iſraël nuntios ad ^b^

*a Id eſt infidelium ſcilicet qui deum in amaritudine ducunt.*

Sehon regem Amorrhæorum, dicens: Obſecro ut trãſire mihi liceat per terram tuam: Non declinabimus in agros & uineas, non

*a Diſciplinam diabolicam vel pietati contrariam.*

^e^ bibemus aquas ex puteis. Via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos. Qui conce ^c^ dere noluit, ut tranſiret Iſraël per ^f^ fines ſuos, quin potius † exercitu congregato egreſſus eſt obuiam ^g^ in deſertum, & uenit in Iaſa, pugnauitq; cõtra eum. A quo * per- ^h^ cuſſus eſt in ore gladij, & poſſeſ-

*Ciuitas.*

^i^ ^k^ ſa eſt terra eius ab Arnon uſq; Ieboc, & filios Ammon, quia forti ^d^

a ❡ Profectiq; ſunt. Orige. Profecti à puteo veniunt in Mathana, quod interpretatur munera ipſorum. Fidẽ eñ & affectũ expetit deus ab homine. vñ: Et nunc Iſraël: Quid dominus deus tuus poſcit à te, niſi vt timeas deũ, & incedas in vijs eius, & diligas eũ &c. Hæc munera oportet à nobis domino dari, poſtquam agnitionem bonitatis eius de altitudine putei biberimus.

E — Deut. 10. c. Mich. 6. c. ſecundum Lxx.

Notandum autẽ ꝙ propheta dicit: poſcit à te, vt erubeſcant qui negant in arbitrio hominis eſſe vt ſaluetur. Quomodo enim poſceret ab hoĩe deus, niſi haberet homo in poteſtate ſua quòd poſcenti debeat offerre? Sunt ergo, quę danť à deo & q̃ ab homine. In homine fuit, vt de vna mna faceret qnq; ex deo vt mnam haberet homo, ex qua poſſet facere decẽ mnas. Cùm autem obtulit ex ſe, accepit ex deo, nõ iam pecuniam, ſed poteſtatem & regnũ decẽ ciuitatũ. Petijt deus ab Abrahã, vt offerret ei filiũ ſuum, obtulit intrepidus, impoſuit ſup aram, cultrũ eduxit ad iugulandũ, ſed continuò inhibetur, & aries pro filio dať ad victiman. Vides ergo qa q̃ de deo offerimus nobis manẽt, ſed expetimur, vt affectus noſter & fides probeť. ❡ Qui de hoc puteo bibit, ad hoc proficit vt habeat munera q̃ deo offerat, de quibus in lege dicitur; Munera mea, datá mea. Ex his ergo qui deus dedit, offertur deo. Dedit aũt agnitionẽ ſui: & homo offert ei fidẽ ſuã & affectũ. ❡ Cũ obtulerimus quę ex nobis ſunt, conſequimur q̃ ex deo ſunt. Cũ eñ noſtrã fidẽ & affectũ obtulerimꝰ, tunc ipſe largiť diuerſa dona ſpiritusſancti, de quo diciť: Omnia autem ex deo ſunt. b ❡ In Bamoth. Bamoth aduentus mortis, qua, ſ. cõmorimur, vt cõuiuamus ei, & mortificamꝰ mẽbra noſtra ſup terrã. Conſepulti eñ ſumus illi p baptiſmũ in morte. Qui enim ordinẽ ſalutaris viæ tenet, debet per hęc ſingula iter agere, & poſt multa ad hunc locum venire. ❡ Orig. Et ex Bamoth, inquit, in nemus, quod eſt in campo Moab, à vertice montis cęſi q reſpicit ad deſertum. Si hoc itinere incedamus, quòd non tam locorum vocabulis, q̃ animæ pfectibus cõſtat, poſt omnia venimꝰ in nemus, vľ ſecundũ alios in † ſanam, quod interpretať aſcẽſus vel vertex montis. Per hæc ergo venitur ad illud famoſum paradiſi nemus, & amœnas delitias antiquæ habitationis, vel ad perfectionis & beatitudinis ſummitatẽ, vt dicamus quia ſuſcitauit nos cum eo, & ſedere fecit in cæleſtibus cũ Chriſto. Vides quouſq; puenitur à puteo, quibus manſionibus, imò profectibus iter animæ paratur ad cælum. c ❡ Miſit autẽ. Idẽ. Mittit Iſraël legatos ad regẽ Amorrhæorũ, regẽ, ſ. ſuperbum, qui ait; Virtute mea faciã, & ſapiẽtia intellectus mei auferam fines gentium &c. Et aſcẽdam in cæliũ, & ſuper ſydera cæli ponam thronum meũ &c. Ille quoq; ſuperbus & elatus, quaſi vnigenitus eius; de quo ſcriptum eſt: Quia extolletur ſuper omne quod diciť, aut qđ colitur deꝰ &c. Omnis ergo elatus, filius elati huius eſt vľ diſcipulus & imitator eſt. vñ: Ne fortè elatus incidat in iudicium diaboli. In quo oſtendiť, ꝙ omnis elatus ſicut diabolus condemnabiť. Nos ergo q tranſire volumus per hunc mundum, vt perueniamꝰ ad ſanctam terram ſanctis pmiſſam, mittimus verbis pacificis ad Sehon, promittẽtes qa non habitabimus in terra eius, nec morabimur cũ eo, ſed tranſibimus tm̃ incedẽtes viam regiã, vel via regali, nuſq; declinantes, nec in agrũ, nec in vineam, nec de lacu eius bibentes. Cùm eñ ad aquã baptiſmi venimus, & primæ fidei ſignacula ſuſcipimus, diabolo renũtiamus, & pompis eius, & omnibus operibus eius, & omnibus ſeruitijs eiꝰ, & voluptatibus eiꝰ, qđ adũbrať cùm diciť: Quia nõ declinet Iſraël in agrũ, neq; in vineam eiꝰ, neq; bibet de lacu eius. Non enim vltrà diſciplinæ diabolicæ, non aſtrologicę, non magicæ, vel illius doctrinæ quæ contra dei pietatẽ ſit, bibit fidelis. Habet enim fontes ſuos, & bibit de fontibus Iſraël, de fontibus ſaluatoris, nõ de lacu Sehon. Nec relinquẽs fontẽ aquę viuæ, cõgregata ſibi lacus cõſractos vel cõtritos. d ❡ Ad Sehon regem. Sehõ qui interpretať arbor infructuoſa vel elatus, hic eſt rex Amorrhęorũ, qui interpretanť in amaritudinẽ adducentes vel loquẽtes. Hic eſt diabolus elatus & infructuoſus, de quo diciť: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicq̃. Et alibi: Ecce princeps huius mundi mittetur foras. Non quia creauit mundum, ſed quia in mũdo peccatores ſunt, & ipſe peccati princeps eſt, ſecundũ quod diciť: Quia omnis mũdus in maligno poſitus eſt, id eſt ipſe mundi princeps eſt. e ❡ Via regia. Quæ dicit: Ego ſum via, veritas, & vita. De quo diciť: Deus iudicium tuum regi da. Hac incedendum eſt, & nuſquam declinandum, nec in agrum nec in vineam, i. nec ad opera, nec ad ſenſus diabolicos ſi volumus pacificè tranſire per mundum. Sed hoc magis incitat principem mũdi, quòd dicimus nos nolle manere cum eo vel morari vel aliquid eius contingere. Inde iraſcitur & mouet perſecutiones & pericula, excruciatus intentat. Inde diciť: Congregauit Sehõ populum ſuum &c. f ❡ Exercitu. principibus ſcilicet & iudicibus mundi, & omnibus nequitię miniſtris qui ſemper impugnãt populum dei. g ❡ In Iaſa. In Iaſa, Hebraicè יה צח iah tſah, quod interpretatur mandati impletio. Si enim veniamus ad impletionem mandatorum, ſuperamus ſuperbum & elatum. Mandatum enim complere, eſt diabolum & exercitum eius ſuperare. Nihil enim nobis poterit nocere, ſi veniamus in Iaſa, id eſt ſi præcepta dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruemus. h ❡ In ore gladij. Viuus eſt ſermo dei, efficax, & penetrabilior omni gladio &c. De quo dicit Apoſtolus: Et gladiũ ſpiritus quod eſt verbum dei. In huius ore cadit Sehõ, id eſt diabolus. i ❡ Terra eius. Omnis terrena regio terra Sehon diciť. Sed Chriſtus & eccleſia eiꝰ in omni terra Sehon dominať. k ❡ Ab Arnõ vſq; Ieboc. Ieboc ciuitas finiſq; regni Sehon, ſicut Arnon initiũ. Interpretať autẽ Arnõ maledictiões eorũ, Ieboc luctamen. Neceſſe eſt enim, vt qui vult exire de regno diaboli, lucretur cũ eius miniſtris. Sed ſi vicerit, iam non erit Ieboc ciuitas Sehon, ſed Iſraelis. Hinc Iacob cùm veniſſet ad quendam locum, paratum eſt ei certamen, & ibi tota nocte luctatus cùm inualuiſſet, vocatum eſt nomen eius Iſrael.

Deut. 10. c. — Mich. 6. c. — Luc. 19. b. — † Et de Bamoth i vallem quæ — Geñ. 22. a. — † Suprà. 20. b. — Deut. 2. c. — Leuiti. 2. ſecundũ aliã literam. — Rom. 11. b. — Roma. 6. a. — F — † Rama — Eph. 2. a. — Allegoricè — Eſa. 14. c. — 2. Theſ. 2. a. — 1. Tim. 3. b. — Eſa. 12. a. — Allegoricè — Iohã. 14. d. — Iohan. 12. e. — G — 1. Iohã. 5. d. — Iohã. 14. a. — Pſal. 71. a. — Heb. 4. c. — Ephe. 6. c. — † omni populo ſuo — Gene. 32. d. — * Iſrael — H

## *Nico. de Lyra.*

a ❡ In datore legis: id eſt deo qui dedit legem principaliter, & in Moyſe qui dedit eam miniſterialiter, & ex eius merito data eſt illa a qua. Cætera patent. b ❡ Miſit autem Iſrael nuntios ad Sehõ regem Amorrhęorũ dicẽs: Obſecro vt tranſire mihi liceat per terram tuam: Non declinabimus &c. Hîc ponitur impedimentum ex inuaſione Amorrhęorũ, & primò regis Sehõ, ſcđò regis Og, ibi: Verteruntq; ſe. Iſti eñ duo reges fuerunt Amorrhęi, vt habetur Ioſue. 1. Circa primũ poniť ipſius Sehõ debellatio. Secundò ſoluitur tacita quęſtio, ibi: Vrbs Heſebon fuit. Circa primum dicitur: Miſit autem Iſraël nuntios, vt poſſent tranſire pacificè ad terram ſibi promiſſam. Sequitur: c ❡ Qui concedere noluit, vt tranſiret Iſrael per fines ſuos, quin potius exercitu &c. Dicunt eñ Hebræi, ꝙ ipſe recipiebat tributum à Chananęis, qui habitabãt terra promiſſionis, vt impediret tranſitum filiorum Iſraël ad eos: & ideo non ſolùm tranſitũ prohibuit, ſed etiam iuit eis obuiam ad debellandum eos. Et patet litera vſq; ibi: d ❡ Quia forti præſidio tenebantur termini Ammonitarum. Dicit Rab. Sa. ꝙ iſtud forte præſidium erat prohibitio domini ne filij Iſraël terrã eorum acciperent, ſicut habetur Deut. 2. Vrbs Heſebon

Diuiſio

* b ❡ Miſit autẽ Iſrael nuntios ad Sehon regem Amorrhęorum dicens: Obſecro, vt tranſire mihi liceat per terram tuam. Non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis. Via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos &c. Ab iſto loco vſq; ad finem huius capituli agiť de regibus Sehõ & Og nitentibus impedire filios Iſraël à tranſitu vſq; ad terram ſibi promiſſam: per quos deſignantur dæmones & homines mali; qui nitũtur impedire bonos in proceſſu virtutis. Sed ſicut Sehon & Og à filijs Iſraël fuerũt debellati, ſic dęmones & mali homines cũ dei adiutorio à bonis ſuperantur & ſic per iter ſuum gradiuntur, Pſalm. lxxxiij. b. Ibunt de virtute in virtutem: & videbitur deus deorum in Sion.

Moralitas

præſidio tenebantur termini Ammonitarum. Tulit ergo Iſraël omnes ciuitates eius, & habitauit in urbibus Amorrhæi, in Heſebon ſcilicet & uiculis eius. Vrbs Heſebõ fuit Sehõ regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab, & tulit omnem terram quæ ditionis illius fuerat uſque Arnon. Idcirco dicitur † in prouerbio: Venite in Heſebon, ædificetur & conſtruatur ciuitas Sehon. Ignis * egreſſus eſt de Heſebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Arnon Moabitarum, & habitatores excelſorum Arnon. Væ tibi Moab, periſti popule Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon. † Iugum ipſorũ diſperiit ab Heſebon uſque Dibõn, † laſſi peruenerunt in Nõphe, & uſque Medaba. Habitauit

¶Cogitationes ſcilicet. ¶De patre uel aqua paterna. ¶Maledictionem uel illuminationem eorum. ¶Congregans. ¶Abundanter intelligens tentationem ſcilicet uel fluxus eorum. ¶Sufflans uel ſpirans. ¶De ſaltu.

† ab iis qui prouerbiis vtũtur
* enim
† vel regnũ
† deſolauimus eos vſque

A eius Iſrael a ¶Tulit ergo. Aug. Hîc poſſedit Iſrael ciuitates Amorrhęorũ, quas bello ſuperauit, quia non eas anathematizauit. (Aug.) Si enim anathematizaſſet, poſſidere nõ poſſet, nec inde ad vſus ſuos aliquid prædæ vſurparet. (Literaliter) Notandum verò quomodo iuſta bella gerebant: innoxius em̃ tranſitus negabať, q iure humanæ ſocietatis debebatur: Sed iam vt deus ſua promiſſa compleret, adiuuit hîc Iſraelitas, qb⁹ Amorrhęorũ terrã dari oportebat. Nã Edõ cũ ſimiliter eis trãſitũ negaret, nõ pugnauerũt cũ illa gẽte Iſraelitæ, i. filij Iacob cũ filijs Eſau: qa terrã illã Iſraelitis non promiſerat, ſed declinauerunt ab eis. b ¶Iſrael. (Moraliter) Qui in Chriſto Iſrael eſt, nõ in carne, nec in manifeſto Iudęus (Rom. 2. d.) habitat ĩ omnib⁹ ciuitatib⁹ Amorrhæorũ, cũ in toto orbe terrarũ Chriſti eccłæ ꝑpagant. Sed & qſ ꝙ noſtrũ prius fuit ciuitas regis Sehõ, q interpretať elat⁹. Regnabat em̃ in nobis ſtultitia, ſupbia, impietas, & oĩa q̃ ſunt ex parte diaboli. Sed vbi expugnatus eſt fortib⁹ & vaſa eius direpta, effecti ſumus ciuitates Iſrael & hæreditas ſanctorũ, ſi tñ exciſa eſt in nobis penitus poteſtas quæ prius dominabatur, & arbor infructuoſa, & rex elatus, & ſimus ſub eo qui dicit: Diſcite à me, qa mitis ſum & humilis corde. (Matt. 11. d.) In Heſebõ & viculis &c. Sigillatim ciuitates ſupbi & infructuoſi regis enumerat, & p̃cipuã regni ei⁹ vrbẽ Heſebõ nominat, quę interpretať cogitatiões: Meritò ergo maxima pars regni diabolici & poteſtas eius plurima in cogitationib⁹ regnat, qa de corde ꝑdeunt cogitatiões malæ, homicidia, adulteria, & hmõi, q̃ coinquinant hominẽ. Neceſſariò ergo iſta ciuitas igne exuritur, quẽ ſaluator venit mittere in terram, & vult vt accendať. ¶Iſido. (Allegoricè) In triceſima nona manſione geriť bellũ contra Sehõ regem Amorrhęorũ, & Og regem Baſan. Sehon interp̃tať tentatio oculorũ. Hic eſt diabolus qui tranſfigurat ſe velut in angelum lucis, (2. Cor. 11. c.) & per hæreſes & ſchiſmata veriſimilia mentiť, vt incautos fallat: hunc Amorrhæi, id eſt amaricantes habent regem. (B) Niſi enim quædam ſimulatio veritatis pręcedat, non ſunt hæreſes amaricantes, nec ſchiſmata in eccleſia. Hunc regem quiſque occidit, cùm damnat ſimulationem, & diligit veritatem. Og interpretatur concluſio: Baſan autem confuſio. Id enim diabolus agit, vt concludat viam ad deum, opponẽdo idola ne credatur in Chriſtum. Cõcluſio p̃cedit vt rex, ſequitur cõfuſio tanquã plebs, quia q modò concludunť, ne credant in Chriſtum, cùm Chriſtus apparuerit, confundentur. Ideo manſio hęc, id eſt Dibongad, interpretatur fortiter intellecta tentatio: quia ſi ſuperetur ſimulatio quæ per ſchiſma vel hæreſim exacerbat eccleſiam, & confuſio quæ per ſacrilegium claudit fidei viam, tentatio intelligitur, & intellecta fortiter ſuperatur. c ¶Sehon regis. Sehon i. loquẽtis: q enim ſub diabolo agunt, tm̃ loqui norũt, ſed inania loquunť, vtpote aſtrologi aliqui & philoſophi. (1. Cor. 4. d.) Fidelium autẽ regnũ qđ à deo eſt, non in ſermone ſed in virtute dei. d ¶Moab. Raba. (Moab) Moab qui interpretatur de patre, vel aqua paterna, de inceſtu & ebrietate conceptus, quaſi abſente & neſciente patre, ſecularem ſcientiã ſignificat, quæ autorem ſui ſenſum habet. Et quia ex dei cõditione generať, videtur naſci de patre. Sed qa adulter eſt, & aduerſarius populi dei, de inceſtu & ſpelũca & noctę generatur. (Eſa. 15. a.) vñ ſecundum Eſa. In nocte perit. i. in errore ſempiterno Arnõ quoꝗ vrbs Moabitarum, quę interpretatur aduerſarius, ſignificat ꝙ hęc ſapiẽtia deo inimica eccleſiaſtico ſermone contra ſe pugnante, veritatis igne cõſumitur, à quo & habitatores excelſorum Arnõ deuoranť. Arnon enim maledictio vel illuminatio eorũ interpretatur. Quia qui cõfidunt in eloquentia vel ſapientia humana, q̃ filijs tenebrarũ videť lucida, corruunt & conſumuntur. e ¶Idcirco dicitur. Orige. Alia litera. Propter hoc, inquit, dicent ænigmatiſtę. Venite in Heſebon, vt ædificetur & conſtruatur ciuitas Sehõ, quoniam ignis proceſſit de Heſebõ, & flamma de ciuitate Sehõ, & deuorauit vſꝗ Moab &c. Sehõ erat rex, cui⁹ erat ciuitas Heſebon: Hîc eſt ergo verborum ordo, (Aenigmatiſtæ) acſi dicant ænigmatiſtæ: Venite vt ędificetur & conſtruatur Heſebon, quæ fuit ciuitas regis Sehon. Aenigma dicitur ſermo figuratus: Aenigmatiſtæ qui figuraliter loquuntur. Hi ſunt lex & prophetæ. (Pſal. 77. a.) vnde: Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio. (C) Et Eſa. Erunt, inquit, verba libri huius, ſicut verba libri ſignati. (Eſa. 29. d.) Signatus eſt enim liber, quia figuris perplexus eſt, & ænigmatibus inuolutus. Venite in Heſebon vt ædificetur: cecidit prima ſubuerſa & incenſa, reædificanda eſt alia. Si videas Gentilem in dedecore vitæ & in religionis errore, dic ꝙ hîc ſit Heſebon ciuitas in regno regis Sehõ. Regnat em̃ in cogitationibus eius rex infructuoſus & elatus. Ad hunc ſi accedat Iſrael, id eſt eccleſiæ filius adhibens iacula verbi dei, diſtringens gladiũ ſpirit⁹ contra eũ, & deſtruat in eo om̃es munitiones Gentiliũ dogmatũ, & omnes argumentationes elatorum igne veritatis exurat, dic quia ſubuerſa eſt Heſebõ ciuitas regis Sehõ. Nõ tñ deſertus relinquiť. Cùm enim filij Iſrael euerterint in hominib⁹ malas cogitationes & impios ſenſus, bonas cogitationes reædificant & pios ſenſ⁹, doctrinã veritatis inſerũt, religionis ritum, viuendi ordinem, & morũ honeſtatẽ. Et tũc verè dicunt iſti ænigmatiſtę adinuicẽ: Venite, ędificem⁹ Heſebõ, q̃ fuit ciuitas Sehon. Filij em̃ eccleſiæ, qa legis ęnigmata ſpiritaliter intelligũt, ænigmatiſtæ dicunť. vñ: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, eradicare & ſubuertere, reædificare & plãtare. (Hiere. 1. b.) Subuertit em̃ Heſebõ, eradicat cogitationes impuras. Reædificat autẽ & replantat cogitationes caſtas, vt efficiať Heſebõ, nõ Amorrhęorũ, ſed filiorum Iſrael. f ¶Væ tibi Moab. Chamos interpretatur cõgregãs, vel quaſi attrectatio. Dibon abundãter intelligens tẽtationẽ vel fluxus eorum. Nophe ſufflans vel ſpirans. Medaba, de ſaltu. (Moab Chamos Dibon Nophe Medaba) Væ ergo illis, qui in ſpiritali Moab confidentes, (D) congregant ſibi theſauros ſecularis ſapientiæ, & erigunt ſe contra potentiam dei, quorum audacia non præualebit, ſed fugiet & tradetur in captiuitatem regis ſpiritualium Amorrhęorũ. Iugum enim ipſorum diſperiet ab Heſebon vſque Dibon id eſt à radice cogitationis vſque ad profunditatem intellectus defluet ſcientia eorum, laſſiꝗ ſufflantes vanitates verborum, & ſpi-

rantes ſœ-

## *Nicolaus de Lyra.*

a Vrbs Heſebon. Hîc reſpondeť tacitæ quæſtioni, (Quæſtio) quia immediatè dictum eſt, ꝙ Iſrael habitauit in Heſebon & viculis eius. & tamen fuit in terra Moab: ideo poſſet aliquis quærere, quomodo Iſraël accepit terram illam, cùm eſſet ei prohibitum à domino, ne pugnaret contra eos, & ꝙ nihil de terra eorum daretur eis, vt habetur Deutero. 2. a. Ideo ad hoc reſpondetur hîc, quia licet illa terra fuiſſet intra terminos Moab, aliquando tamen Sehon rex Amorrhæorũ eam acquiſierat iure belli, & ſic Iſrael eã licitè occupauit: ꝑpter quod hîc declaratur, quomodo Sehõ illam terrã acceperat à filijs Moab, cùm dicit: Vrbs Heſebõ fuit Sehõ regis Amorrhęi, qui pugnauit &c. Idcirco dicitur in prouerbio, hoc eſt in cantilena facta & diuulgata de victoria quã habuit Sehon contra filios Moab. b ¶Venite in Heſebon, ædificetur & conſtruatur ciuitas regis Sehon. Primò enim eã deſtruxit pugnãdo contra filios Moab, & poſtea eã ſibi reædificauit. c ¶Ignis egreſſus eſt. Quia ille Sehon incendit terrã in circũitu, pugnando contra filios Moab. d ¶Væ tibi Moab: quia deuictus es à Sehon. e ¶Periſti popule Chamos. nomen eſt idoli Moabitarum. f ¶Dedit filios eius in fugam. ſicut victi ſolent fugere quãdo poſſunt. g ¶Et filias i captiuitatem regi Amorrhęorum Sehon. quia mulieres non poſſunt ita fugere ſicut viri, ideo facilius capiuntur. h ¶Iugũ ipſorum. Id eſt dominium Moabitarum. i ¶Diſperijt ab Heſebon vſque Dibon. Per hoc oſtenditur, ꝙ Sehon non occupauit totam terram eorum ſed partẽ. k ¶Laſſi. Ex bello & fuga. l ¶Peruenerunt in Nophe & vſque Medaba. Nomina ſunt ciuitatum quæ eis remanſerunt, & ad quas confugerunt. m ¶Habitauitque Iſrael in terra Amorrhęi. Hæc eſt concluſio ad oſtendendum, quòd Iſrael non fecit contra præceptum domini, occupando terram Moabitarum ſeu Amorrhęorum, quod erat eis licitum.

E Errantes fœtidū odorē putridi ſenſus, in ſaltū puenient, vbi non ſunt arbores fructuoſæ ſed beſtiæ, contra quas dicit: Ne tradas beſtiis aīas confitentes tibi. a ¶ Iazer. i. fortitudinem eorum. Fortiſſima ſcilicet hæreticorum dogmata dialectica arte conſtructa. b ¶ Et poſſede. Ab errore conuertendo, & pcepta domini docendo, vt de eorum correctione & pfectu cęleſtē ſibi patriā acqrerēt c ¶ Og rex Baſan. Orige. Ad Og regē Baſan nec legatos mittere dignantur, nec petere ab eo vt tranſeāt per terram eius; ſed ſtatim cū eo pugnant, & ſuperāt eum & populū eius. Baſan interpretať turpitudo. Meritò ergo nec legati mittuntur ad iſtam gētem, nec trāſitus petitur per terrā eius. Nullus em̄ nobis trāſitus vel acceſſus debet eſſe ad turpitudinem, ſed ab initio ſtatim expugnāda, & omnino cauēda eſt. Og autem interpretať concluſio, q̄ figurā tenet omniū carnaliū & materialiū rerū, quarū deſiderio detenta aīa excludiť à deo, cōtra quos ita bellū pcipitur gerēdū, vt nō relinquať in eo viuēs. Nullū ergo oportet relinq̄ à filiis Iſrael in regno turpitudīs & dedecoris viuētē. Decet Iſraeliticā ꝟtutē reſecare turpia, & pia rędificare & honeſta. De regno aūt Sehō nō eſt ſcriptū, vt nullus viuus reliquať, nec de regno Moab. Fortè em̄ ex illis aliquibꝰ indigemus p vitæ huius exercitiis & agonibus, alioqn debuimꝰ ex hoc mūdo exiſſe. De Baſan verò, i. turpitudine nullo penitus indigemus, excutiēda ſunt oīa opera turpitudinis, in nullo em̄ poteſt honeſtū eſſe, qđ turpe eſt.

Pſal. 73. d.
† Deut. 3. a. & 29. b.
† vſq; quo nō relinqueret ei q̄ aufugeret vel ſupſtes eſſet
1. Cor. 5. c.

itaq; Iſraël in terra Amorrhæi. Mi- a
[Lex.] [Prædicatores.]
a ſitq; Moyſes qui explorarēt Iazer.
[Conuentus populorum.]
b Cuius ceperunt uiculos, & † poſſede b
runt habitatores. † Verteruntq; ſe c
[Turpitudinis.]
& aſcenderunt per uiam Baſan, & d
[Interclusio.]
c occurrit eis Og rex Baſan cū omni populo ſuo pugnaturus in Edrai. Dixitq; dominus ad Moyſen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum ac terram eius. Faciesq; illi ſicut feciſti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Heſebon. Percuſſerūt igitur & hunc cum filiis ſuis, uniuerſumq; populum eius † uſq; ad internecionem, & poſſederunt terram illius.

† expulit Amorrhęū q̄ erat ibi

## Cap. XXII.

Profectiq; caſtrametati e ſunt in cāpeſtribus Moab, ubi trans Iordanem

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Miſitq; Moyſes qui explora. Iazer. q̄ erat ciuitas Sehō, in qua remāſerant aliq̄ bellatores ad cuſtodiendū. b ¶ Cuiꝰ
F ceperunt vicu. & poſſe. habi. Iſti enim exploratores miſſi à Moyſe ne viderenť ſimiles illis quos miſerat de Cadeſbarne, qui in reditu ſuo terruerunt populum, vt dictum eſt ſuprà. xiii. cap. noluerunt reuerti donec cepiſſent loca ad quæ exploranda miſſi fuerant c ¶ Verteruntq; ſe. Hîc ponitur impedimentum ex inuaſione Og, cùm dicitur: d ¶ Et occurrit eis Og rex Ba. ne timeas eum. Erat enim valde fortis & robuſtus, quia gigas valde magnus, & habebat populum fortem: ideo dixit dominus Moyſi vt non timeret, aſſecurans eum de victoria: & patet litera. De magnitudine verò & fortitudine regis Og, dicitur in quodam libro, q̄ apud Iudæos dicitur liber benedictionum, vel benedictiones, ꝙ cùm Og audiſſet, quòd caſtra filiorum Iſrael occupabant tria terrę miliaria. iuit & eradicauit vnum montem tantum ſpatium occupantem, & poſuit ſuper caput ſuum, vt proiiceret ſuper caſtra Iſrael, ſed deus immiſit formicas quę perforauerunt montem illum & ſic per foramen illud mons ille deſcendit verſus collum eius, & cū vellet ſe expedire de mōte illo, creuerunt dentes eius, & intrauerunt foramina mōtis, ita ꝙ nō potuit illū mōtē de capite ſuo amouere; & ad hoc ibidē inducitur autoritas Pſal. iii. b. fal ſificata tamen. Dentes impiorum confregiſti. Gloſſa: Non dicas Sirabata. i. confregiſti: ſed Sirabeta, i. accreuiſti. Et ibidem ſubditur, ꝙ Moyſes habebat decem cubitos altitudinis ſecundū menſurā tabularū tabernaculi, vt habetur Exo. xxvi. Tenebat etiam ſecurim, cuius manubrium habebat decem cubitos in longitudine. Et cùm viderat Og mōte irretitum occurrit ad eum, & ſaltauit in altum per decem cubitos, & ſic attigit ad cauillam pedis eius, & proiecit ad terrā. Sed quia hoc eſt ita abſurdū, ꝙ non indiget alia improbatione, ideo hoc poſui in hoc loco, vt videatur quanta cæcitas eſt in Iudæis, qui credunt hoc eſſe verum ad literam: quia nec Ra. Sal. qui fuit maximus doctor apud eos, nec alii doctores, huius dicti aſſignant alium intellectum parabolicum vel myſticum.

Fabula Iudæorū, de magnitudine & fortitudine Og regis

¶ In cap. xxi. vbi dicitur in poſtilla: Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum &c.

## *ADDITIO*

Licet multis modis deus potuiſſet ſanare percuſſos ab ignitis ſerpētibus, q̄ p intuitū ſerpētis ænei, tū hîc modus in hoc loco videť valde cōueniēs ex duobus. Primò ex correſpōdentia ad peccatū. Peccauerant enim in hoc, ꝙ ex cibo optimo & ſuauiſſimo de quo naturaliter debuiſſent cū gaudio refici, nauſeabat tamen eorum anima de

illo, quod eſt

illo quod eſt cōtra cōmunē curſum naturę, vnde dicūt: Nauſeat a- G
nima noſtra ſup cibo iſto leuiſſimo. Et ideo deus per oppoſitū percuſſos à ſerpentibus ignitis, qui cōmuniter debuiſſent lædi ab intuitu eorum, prout tradūt medici de his qui à cane rabiem patiente mordentur; hoc cōtra curſum naturæ deus diſpoſuit, vt per aſpectū ſerpentis curarenť. Secundò ex correſpondentia ad figuratū. Conſtat enim, ꝙ quidā audientes doctrinā Chriſti, quę erat cibus animæ ſuauiſſimus, nauſeabat anima eorū. vñ dicebāt, Ioh. vi. f. Durꝰ eſt hic ſermo. Quorū multi fuerūt à ſerpētibus ignitis pcuſſi, ſ. à tentationibꝰ diabolicis; ſed fecit deus exaltari ſerpentes, ſcilicet Chriſtū, in ſimilitudinē carnis peccati in cruce pendētis: quē fideliter intuētes, etiā ſi morſibus diaboli fuiſſent læſi, ſanarentur, prout in euāgelio Io. iii. legiť. Et iſte ſenſus licet ptineat ad figurā, reducitur tamen ad ſenſum literalem, inquātum reddit rationē literæ, put ſuprà in quæſtiōe ante principiū Geñ. de ſenſu literali poſita fuit, oſtēſum.

## CAP. XXII.

Profectiq;. Hîc cōſequēter poniť impedimētū pcuratū p Balaā ad ſuggeſtionē regis Moabitarū. Et qa in ſequētibus Balaā diciť magus & ariolus, & tamē eius pphetiæ tanq; veræ habentur in autoritate, ideo vidēdū eſt ſi fuerint à deo vel dæmone, & de veritate ipſarum. Circa primū ſciendū, ꝙ propheta diciť quaſi pcul fans, qa denūtiat illa q̄ ſunt pcul ab humana cognitione ſecundū viā naturę. nūc aūt ita eſt, ꝙ quātò aliqs eſt ſubtilioris intellectꝰ, tātò eius cognitio ſe extendit ad altiora, ad q̄ non pōt attingere cognitio intellectus magis rudis, qui non poteſt capere niſi ſenſibilia & groſſa: & ſi hoc eſt verum in diuerſis intellectibus eiuſdem ſpeciei, multò plus eſt verum in intellectibus diuerſarum ſpecierum, cuiuſmodi ſunt intellectus angelicus & humanus: & ideo cùm angelꝰ ſit H
ſublimioris & altioris naturæ, eius cognitio ad multa ſe extendit, ad quæ non poteſt humana cognitio attingere: naturalia autem in dæmonibus remanſerunt integra, & ideo eorum cognitio naturalis ad plura ſe extendit, q̄ humana. Cognitio autem bonorum angelorum adhuc ad plura ſe extendit, inquantum ſunt illuminati lumine gratiæ & diuinis reuelationibꝰ. Patet igitur ꝙ dæmones à deo permiſſi, poſſunt hominibꝰ aliquas veritates reuelare eis incognitas; tum quia dæmonum cognitio naturalis ad plura ſe extendit quàm humana, vt dictum eſt: tum quia ſecundum Auguſt. ii. ſuper Gene. ad literam, plura de ſupernaturalibus veritatibus à ſanctis angelis aliquando dæmonibus reuelantur, quas poſſunt vlterius hominibus reuelare à deo permiſſi. Cùm igitur reuelatio fit hominibus per dæmones, tales dicuntur prophetæ dæmonum: cùm autem fit à deo immediatè, vel mediantibus angelis ſanctis, dicuntur prophetæ dei. Conſiderandum etiam ꝙ talis reuelatio differt à præcedenti, non ſolùm quātùm ad cauſam reuelantem, vt dictum eſt, ſed etiam quātùm ad formam reuelationis: quia reuelatio facta à deo & angelis ſanctis nullam falſitatem continet, ſed illa quę fit à dæmonibus, frequenter habet admiſtam falſitatem, quia ſecūdum quod dicitur, Ioh. viii. f. Ipſe dæmon mendax eſt, & pater mēdacii. Et ideo licet aliquando reuelet hominibus aliquas veritates, hoc facit vt efficacius decipiat, vt ex pluribus veritatibus ab eo prędictis, poſtea ſibi credatur in falſitate, ſecūdum quod dicitur in collationibus patrum, colł. ii. abbatis Moyſi, quòd dæmon in ſpecie angeli boni cuidam fratri frequenter apparuit, & multas veritates ſibi dixit, & quando vidit illum fratrem bene inclinatum ad credendum ſibi, tunc ei perſuaſit vt circuncideretur, & ꝙ aliter nō poterat ſaluari. Sciendum etiam ꝙ reuelatio veritatis quæ fit à deo & angelis bonis, non ſolùm fit hominibus bonis, ſed etiam aliquādo malis, vt patet per verbum ſaluatoris, Matthe. vii. capi. Multi dicent in illa die: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus &c. & ſubditur: Et reſpōdebo illis: Nunquā noui vos &c. Hoc etiam patet per illud qđ habetur. i. Reg. xiii. de propheta idolorum qui ſeduxit prophetam domini, & poſtea facta eſt ſibi reuelatio à deo de morte illius prophetæ domini, eò ꝙ non obedierat voci eius. Prophetia enim reſpicit actum intelligendi: charitas autem quæ facit hominem bonum, eſt actus voluntatis, quæ procedit ab actu intelligendi: prius autem poteſt eſſe ſine poſteriori:

Propheta q̄s dicatur

Reuelationes dæmonum

& ideo reue-

a Hiericho ſita eſt. †Videns autem a Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Iſraël Amorrhæo, & quòd per b timuiſſent eum Moabitæ, & †im- c petum eius ferre non poſſent: dixit d ad maiores natu Madian: †ita delebit hic populus om̃es qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ¶ Prædicator. ſolet bos herbas uſq; ad radices carpere. Ipſe autem *erat eo tempore e f b rex in Moab. †Miſit ergo nuntios g ad Balaam filium Beor †ariolum, qui habitabat ſuper flumen terræ filiorum Ammon, ut uocarēt eum & dicerent: Ecce egreſſus eſt populus ex Ægypto, qui operuit ſuperficiem terræ, ſedens contra me: Veni h igitur, & maledic *populo huic, qui

A ☞ a ¶ Videns autē. Aug. Quod dicit ſcriptura poſtquam vicit Iſrael Amorrhæos, & poſſedit omnes ciuitates eorum, miſiſſe legatos Balac regem Moabitarum ad conducendum Balaam, qui malediceret populum Iſrael, ſatis oſtenditur non omnes Moabitas veniſſe in cōditionem Sehon regis Amorrhæorum, quando eos bello ſuperauit. Siquidē remāſit gēs Moabitarū vſque ad illud tempus, vbi regnaret Balac rex Moab. Quòd verò Moab dixit ſenioribus Madian, id eſt Moabitæ ſenioribus Madianitarū: Nūc ablinget ſynagoga hæc omnes qui in circumitu noſtro ſunt. Non vna gens erat, ſed vicini ad vicinos dixerunt, q; pariter cauendum eſſet. Moab enim fuit filius Loth: Modiā filius Abrahę de Cethura: non verò vna gens erat, ſed duæ vicinæ. b ¶ Miſit ergo nuntios ad Balaā filium Beor. Origeñ. Bellum tibi imminet rex Balac; oportet te arma & exercitum præparare, & armis inſtructum occurrere. Tu verò mittis ad Balaam diuinum munera multa, & promittis maiora dicens: Veni, maledic populum qui exiit de AEgypto. Balaā verò refert hoc ad deū, & venire prohibet. Rex itē mittit legatos, & ſpem omnem ponit in Balaā, vt in populum pro telis iaculentur maledicta, ſi fortè verbis ſuperetur populus, quem regis exercitus ſuperare non poterat. Quid hęc hiſtoria conſequentiæ vel conſilij habet? Quis regum aliquādo imminente ſibi prælio omiſſis vel armis ad diuini & aruſpicis verba confugit? Primò ergo fatendum eſt in quibuſdam plus valere verba quàm corpora. Qđ enim exercitus nequit efficere, hoc verbis efficitur: nec dico ſanctis verbis vel dei verbis, ſed quibuſdam verbis quæ inter homines habent, quæ quō nominē, neſcio. Sunt tamen inutili arte compoſita, cuius vocabulū ſit qđ cuiq; placuerit. Erāt in AEgypto incātatores & magi. Quis hominum poteſt fortitudine corporis virgā mutare in ſerpentem, vel aquam in ſanguinem, quod illi fecerunt? Fecerat enim Moyſes

B hoc primus. Sed quia ſciebat rex AEgypti hæc quadam arte fieri verborum, quæ habetur inter homines, putauit hoc Moyſen non dei virtute, ſed magica arte feciſſe, & virtute dei factum ſimulaſſe. Conuocat continuò AEgyptiorum incātatores & magos, qui inter eum qui virtute dei operabatur, & eos qui dæmones inuocabant, facit eſſe certamen, efficit ſimiliter contraria virtus, ſed ſerpēs per dei virtutem factus abſorbuit alios. Non enim potuit virt⁹ dęmoniaca malum quod ex bono fecerat, reſtituere in bonū. Potuit ex virga facere ſerpentem, ſed non virgam reddere ex ſerpēte. Ideo conſumuntur omnes ab ea quæ dei virtute conuerſa fuerat in ſerpentem, & per virtutem diuinam naturæ ſuæ redditur, vt naturæ deum fateretur. Verterunt incantatores AEgyptiorum aquam in ſanguinem, ſed non potuerunt ſanguinem vertere in aquā. Dei autem virtus nō aquā ſed totum fluuiū vertit in ſanguinem, & orante Moyſe naturę ſuę reddidit. Produxerunt magi ſcyniphes, ſed nō potuerūt eas repellere: Moyſes autē produxit & reſtituit. Cōtraria autem virtus malè aliquid facere pōt, ſed reſtituere in integrum nō poteſt. Sunt autem magorum differentiæ: alij enim plus valent, alij minus. Balaam famoſus erat in arte magica, & in carminibus potens. Non enim habebat poteſtatem vel artem verborum ad benedicendum, ſed ad maledicendum. Dæmones enim ad maledicendū inuitantur, non ad benedicendum. Quaſi ergo expertus in talibus in oriente erat opinatiſſimus: Aliter enim non præſumpſiſſet rex hoc poſſe fieri ſermonibus, quod ferro & acie vix compleretur. Certus ergo & frequenter expertus, omiſſis bellicis inſtrumentis, mittit ad eum dicens: Ecce populus exiit de AEgypto, & cooperuit faciem terræ & cætera. Videtur etiam rex audiſſe quia filij Iſrael ſolent hoſtes vincere oratione, non armis, non tam ferro quàm precibus. Nulla enim Iſrael contra Pharaonem arma commouit, ſed dictum eſt ei: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Cōtra Amalecitas quoque non tantùm vis armorum, quantùm Moyſi valuit oratio, hæc audierat rex Moab. Scriptū eſt enim: Audierunt gentes & iratæ ſunt, dolores comprehenderunt habitatores Philiſtiim. Tunc feſtinauerunt duces Edom, & principes Moabitarum & cætera. Cogitauit ergo apud ſemetipſum dicens: Quia orationibus huius populi arma nulla poſſunt conferri, ideo mihi preces requirendæ ſunt, quæ poſſint ſuperare orationes iſtorum. Scriptum eſt ergo: Et dixit Moab ad ſeniores Madian. Nunc

De prophetijs Balaam *ADDITIO.* Circa prophetias Balaã tam p̃cedentes q̃ ſequentes tria occurrũt attendenda. Primũ eſt, qđ licet de ſtatu populi Iſraelitici à principio vſq́ ad finem tractant, vt patet, nunq̃ tamen aliquid tangunt de infortuniis ſeu aduerſitatibus eorum, licet multa talia eis deuenerunt, tam tempore iudicum q̃ etiam temporibus regum, & maximè in captiuitate Babylonica & in aliis, ſed ſolùm tangunt proſperitatem eorum. Cuius ratio poteſt eſſe, q̄ deus nolebat vt talia reuelarentur Balaam, nec per ipſum manifeſtarentur gentibus: ne ex hoc poſſent audaciam aſſumere reſiſtendi ſeu inuadendi eos: & ideo in principio deus vniuerſaliter dixit ipſi Balaam: Non maledicas populũ, quia benedictus eſt: in quo prohibuit ſibi ne aliquid mali de eis diceret. Secundò quia Balaam prophetauit de his q̃ ptinẽt ad pſperitatem illius populi, nõ ſolũ temporalem, ſed etiã ſpiritualem: q̃ qui- B dem bona ſpiritualia intelligenda ſunt de iuſtis. ſ. de Iſrael ſeu Iacob ſecũdũ ſpiritum, non autẽ de peruerſis: prout patebit inferius in locis ſuis. Tertiũ eſt, qđ quatuor prophetiæ iſtius Balaam videntur reſpicere quatuor ſtatus populi Iſraelitici. Quorum primus ante legem. ſ. ab Abraham vſq́ ad dationem legis. Secundus eſt à datione legis vſq́ ad tempus, quo poſſederunt terram promiſſionis: antè tamen quàm regem habuiſſent aut templũ. Tertius verò à tempore prædicto vſq́ ad tempus quo habuerunt regem & templum incluſiuè. Quartus verò & finalis ſtatus populi ſub Chriſto: & in omnibus iſtis ſemper tangitur proſperitas eorum, omiſſis aduerſitatibus ratione prædicta. ¶ In prima igitur prophetia commendat primũ ſtatum illius populi de quatuor. Primò de hoc q̄ erat à deo benedictus: vnde non poterat maledici qđ correſpondet cũ hoc qđ fuit dictum Abrahę in prima ſui vocatione, Gene. xij. a Benedicam tibi, &c. Et benedicã benedicẽtibus tibi &c. de quo dicit hîc Balaã: Quomodo maledicam, cui non maledixit deus. Secundò commendat eum de hoc q̄ erat ſeparatus à gentibus in fide: de quo hîc dicitur: Populus ſolus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Et q̄a iſta diſtinctio incepit ab Abraham & fuit continuata per patriarchas, ideo huic diſtinctioni prędicit. De ſummis ſilicibus videbo eum, & de collibus conſiderabo illum, ſcilicet de viris iuſtis & perfectis qui montibus in ſcriptura ſimilantur, à quibus ille populus ſumpſit initium Tertiò cõmendat eum de magna numeroſitate, q̄a cũ primi patres eſſent pauci, tamen in magnam multitudinem creuerunt, de quo dicit: Quis dinumerare poſſit puluerẽ Iacob &cę. correſpondenter ad illud quod dixit deus Abrahæ Geneſi. xiij. d. Multiplicabo ſemen tuũ ſicut puluerem terræ. Quartò commendat eum de bono fine, de quo dicit: Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia, correſpondenter ad hoc quod dictum fuit Geneſi. xv. c. Tu autem ingredieris ad patres tuos in pace, in quo videtur aſſecurare eum de pœnis alterius vitæ: vnde in ſinu Abrahæ iuſti ante aduentum Chriſti leguntur collocari, vt Luc. xvj. f. Nec mirum ſi Balaam cùm eſſet peſſimus, appeteret finem iuſtorum. Nam ſecundum Grego. in paſtorali: Sicut plerunq́ mali inutiliter compunguntur ad iuſtitiam, ſic plerunq́ boni innoxiè tentantur ad culpam. ¶ In ſecunda prophetia primò continuat dicta dicendis dicens: Non eſt deus quaſi homo vt mentiatur &c. q. d. iſte populus, vt dixi, non eſt maledictus à deo, ſed econtra: & quia deus mentiri non poteſt, ideo ad benedicendum adductus ſum &cę. Conſequenter videtur tangere ſecundum ſtatum populi ſupradictum, quem cõmendat in quinq́. Priò à ſeparatione ab idolatria, q̃ in primo p̃cepto decalogi fuit phibita. de quo dicit: Non eſt idolũ in Iacob, nec videt̃ ſimulachrũ in Iſrael. Secũdò cõmendat illũ ſtatũ de cultu vni9 dei, quod multipliciter traditur in lege, de quo dicit: Dñs deus eius cũ eo eſt. Tertiò commendat eum de hoc, q̄ etiã ſine rege temporali victoriã obtinebãt de regibus ſibi aduerſantibus, vt patet pręcipuè in hiſtoriis Ioſue & etiã Iudi. de quo dicitur: Clangor victoriæ regis in illo eſt. q. d. licet nõ habeãt regẽ tẽporalẽ, obtinẽt tñ victoriã acſi regẽ habuiſſent: & quia illa victoria procedebat ab illo, cuius fortitudo maxima eſt, ideo ſubdit: Dñs deus eduxit eum de AEgypto, cui9 fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. ſ. cuius cornua in quibus deſignatur poteſtas ſeu fortitudo, ſunt præeminentia cęteris. Quartò commendat eos in hoc, q̄ non regebantur in cognitione agendorũ ſeu futurorum per vana & ſuperſtitioſa, ſed per reuelationes diuinas: de q̃ dicit: Non eſt auguriũ in Iacob, nec diuinatio in Iſrael: & temporib9 ſuis dicetur Iacob & Iſraeli, q̄d operatus ſit dñs. ſ. p pphetas denuntiantes ea quę deus vult operari. Quintò cõmendat eos de hoc, qđ in promptu erat eis parata victoria de aduerſantibus, de quo dicit: Ecce populus vt Læena conſurget &c. Et non accubabit leo, donec deuoret prędam, & occiſorum ſanguinẽ bibat: qđ põt intelligi de illo populo ſub Moyſe, qui quidem Moyſes non accubauit. i. mortẽ non vidit donec deuicit reges fortes, Sehon & Og & Madianitas, quorum ſanguinem effudit. Vl' intelligitur de toto populo q̄ nõ accubabit. i. non habebit quietam poſſeſſionem terræ ſibi promiſſę: donec occideret oẽs reges Chanaã, vt patet in hiſtoriis ſacris de hoc tractantibus. ¶ In tertia prophetia videtur tangere tertiũ ſtatum populi ſupradictum, quem commendat in quinq́. Primùm in hoc qđ habebant habitationem diuinam inter eos, & hoc quandoq́ in tentoriis ſicut à tempore Moyſi vſq́ ad Dauid incluſiuè, q̄ñ arca fœderis quę in tentorio à Moyſe fabricato exiſtens in diuerſis locis figebatur, quandoq́ verò in tabernaculis. ſ. in templis ſicut in templo Salomõis, & poſtea in tẽplo p Eſdrã & Neemiã ædificato. de quo dicit: Quàm pulchra &c. Vbi notandum qđ in Hebręo in hoc loco prius petuntur tentoria q̃ tabernacula, ſicut in ordine tẽ- D poris priora fuerunt, vnde aſſimilat huiuſmodi tentoria vallibus nemoroſis & hortis irriguis, in quibus homines q̃ in tranſitu delectant̃ eò q̄ talia tentoria non habebant locum fixum, ſed mouebantur de loco in locum tranſeundo, vt dictum eſt. De tabernaculis verò ſcilicet de templis quę immobilia erant & cedrina, dicit q̄ tabernacula quæ fixit dominus quaſi cedri prope aquas. Secundò commendat illum ſtatum de doctrina ſacra, de quo dicit: Fluit aqua de ſitula eius, exponatur prout in poſtilla: de ſtudio legis & prophetarum quod viguit in Ieruſalem, vel de ſapientia Salomonis, ad quam audiendam de vniuerſa terra veniebant, vt in. iij. Reg. iiij. Tertiò cõmendat illum de regno temporali, quia primus rex qui fuit in Iſrael, deuicit regem Agag qui erat principalis aduerſarius illius populi: de quo dicit ſecundũ verã literam Hebraicam: Superextolletur ſup Agag rex eius, & ſequitur: Et eleuabitur regnum eius: exponat̃ put in poſtilla. Quartò commendat illum ſtatum de victoria, quam habuit de circũſtantibus aduerſariis, vt patet tempore Dauid, quam victoriam attribuit fortitudini illius qui eduxerat eos de terra AEgypti dicens. Deus eduxit illum de AEgypto &c. Deuorabunt gentes hoſtes illius &c. Quintò concludit hanc prophetiam correſpondenter ad primũ dictũ ſuæ prophetię vbi dixerat: Quõ maledicam cui non maledixit dominus. q. d. illa benedictio dei qua hunc populum in patribus benedixerat, firma eſt & irretractabilis. ¶ In quarta verò prohetia agit de quarto ſtatu illius populi. ſ. ſub Chriſto: vnde in hac prophetia, & non in aliis facit mentionem de extremo tempore: q̄a vltimus ſtatus populi Iſraelitici ſcđm omnes in hac vita, eſt tp̃s Meſſiæ, vltra qđ non eſt niſi aliud ſeculum. Et q̄a in hoc ſtatu myſteria abſcõdita à ſeculis erant [illegible]plenda, idcirco in hac tantũ prophetia de ſe dixit: Qui nouit doctrinam altiſſimi. q. d. iſta quæ dicturus ſum nullus ſcit, niſi qui nouit doctrinam altiſſimi. i. ſecreta altiſſimi. Quem quidem ſtatum commendat in quatuor. Primò ex hoc qđ rex eius futurus erat cæleſtis, de quo dicit: Orietur ſtella de Iacob. vñ Ra. Moy. Gerũdeñ. ſic. d. in hoc loco. q̄a Meſſias cõgregaturus eſt diſperſiones Iſrael ab extremis terrę vſq́ ad extremum, idcirco aſſimilat eum ſtellæ quę tranſit per firmamentum à ſummo cælo. De quo etiam dixit Daniel: Ecce in nubibus cæli ſicut filius Dañ.7.d. hominis veniebat. Hæc ille. Quod ſatis concordat veritati noſtræ, licet ipſe qui loquitur, hoc non perfectè ſentiret. In ſignum autem huius ſcilicet quod rex Meſſias eſſet rex cæleſtis, ſtella noua apparuit magis, cùm natus eſſet Chriſtus Matthęi. ij. a. Secundò commẽdat ſtatum iſtũ ex parte p̃dicti pſidentis. ſ. Chriſti, q̄ idolatriã pe-

C Cõmendat Iſrael p Balaã inquiq́. — Nume, 23. c

B nitus deuaſtatur⁹ erat. & ſic princeps huius mūdi eiiciēdus erat fo-
ras, vt Iohā. xij. e. Et de hoc dicit: Cōſurget virga de Iſrael, ſ. virga di
Pſal. 44. b. rectionis. De quo in Pſal. Virga directionis, virga regni tui. Dilexi-
ſti iuſtitiā & odiſti iniquitatē. Et quia idolatria ante tēpus legis euan
gelicæ totū mundū cōprehēdebat, idcirco dicit: Vaſtabitq; omnes
filios Seth. A Seth em̄ gen⁹ humanū communiter deſcēdit, prout de
ducitur in glo. Vaſtauit igit̄ Chriſtus omnes à Seth deſcendentes,
qa deorū ſuorum cultū amouit, eorū templa etiā, & aras deſtruxit.
Nominauit tamē inter omnes gētes Moab & Idumæā ſeu Seir, q̄ eſt
terra ipſius Edom, propter diuerſas ratiões. Moab enim, qa cum
Moabitis loquebatur, quaſi diceret eis: Et ſi pronūc non ſuperabūt
te, tū in futurum eis ſubiicieris. Idumæā verò nominauit, qa fuit pri
mus aduerſarius ipſius Iacob ab vtero, cuius primogeniturā & be
nedictionem Iacob accepit, vt Geñ. xvij. Et ideo in ſcripturis, ſicut
Iſrael ſæpe accipit̄ ꝓ ppl'o, q ſub fide & cultu dei reſidet, etiam ſi ab
Iſrael nō deſcendat ſcd'm carnem: ſic Edom & Seir ſæpe accipitur
ꝓ gente q̄ aduerſat̄ populo dei, etiā ſi ab Edom & Seir ſcd'm carnē
Abdię. f. nō deſcēdat; put in prophetia Abdię deo duce largi⁹ eſt tractandū:
quod in Chriſto impletum eſt. Subiecit etiam in primo aduentu,
Matt. 28. d. & hoc ſpiritualiter cū poſt reſurrectionē dixit: Data eſt mihi omnis
poteſtas in cælo & in terra, ſcd'm quā poteſtatem cōdēnauit om̄es
infideles dicēs, Qui nō crediderit cōdēnabit̄, Mar. xvj. d. Et iſto etiā
modo pōt intelligi id qd' dicit̄: Vaſtabitq; oēs filios Seth. Tertiò cō
mendat illū ſtatū ex pte populi q fidē Chriſti cū tāta cōſtātia & viri
li fortitudine ſuſceperūt, qd' etiā vſq; ad effuſionē ſanguinis fidem
Chriſti p orbē diuulgauerūt, de q̄ dicit: Iſrl' verò fortit̄ agit. quartò
cōmendat illū ſtatum circa ſcd'm aduentum, quando non ſolū Idu-
męi. ſ. aduerſarij fidelium, erunt ſubiecti fidelibus modo prædicto:
ſed etiam ex toto conſument̄, euntes in ignem æternū: ſed de hoc di
cit: De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis ſcilicet
mundi vel diaboli. vnde Abdias propheta de hoc tractās ſimiliter
dicit: Non erūt reliquię domus Eſau, & ſic finitur quarta ꝓphetia, q̄
reſpicit

reſpicit Iſrael ſcd'm quatuor ſtatus prædictos, tangens ꝓſperitates G
eorum, & nihil exprimēs de aduerſitatib⁹ intermediis ratione iam
dicta. ¶ In ſequētibus verò tāgit ſtatū Gentilitatis, ſpecialiter reſpe
ctu Iſraelis, & eſt quinta prophetia. Vñ glo. interlinearis vbi dicitur:
Cūq; vidiſſet Amalec, interponit ſic: Quinta viſio Balaā, in qua vi
ſione ſeu ꝓphetia agit de tribus generibus gentiū. ſ. de primo aduer
ſario Iſraelis, q fuit Amalec: & de vltimo aduerſario qui fuit gēs Ro
mana: & de gente intermedia quæ erat quaſi adiacens ſeu aſſocia
ta ipſi populo Iſraeli. ſ. populus Cinęus deſcendēs de Iethro. De pri
mo. ſ. Amalec dicit: Principiū gētiū Amalec &c. exponat̄ put̄ poſt.
De Cinęo verò dicit: Robuſtū qdē eſt habitaculum tuū. q. d. Nō po
teris euadere Aſſyrios, ſupple q iuaſuri ſunt Iſrl', vt. iiij. Reg. xvij. et
ſi ſis i robuſtiſſimo loco: qa Aſſur capiet te, & hoc. ſ. quomodo ca-
ptiuauit Iſralē. q. d. Iſta ſocietas nō aſſecurabit te ab illa captiuitate:
In quo innuit quaſi p indirectū aduerſitas Iſraelis in captiuitate Aſ-
ſyriorū: quā tū p directū nō expreſſit rōne prius tacta. De gēte verò
Romana, quæ fuit vltima & principalis affligēs ipſum populū ab
Iſraele ſcd'm carnē deſcendentē dicit: Veniēt in trierib⁹ de Italia: vbi
in Hebręo habet̄ de Roma ſuperabūt Aſſyrios, vaſtabuntq; He-
bręos, quaſi diceret: Iſta gēs Romana erit ſic potētiſſima, q ſupera-
bit ſeu vaſtabit tā affligētes. ſ. Aſſyrios q̄ afflictos. ſ. Hebręos, & tū
ad extremū ipſi etiā pibunt, qa regnū eorū euacuatū fuit p regnum
Chriſti, put ꝓphetatū fuit à Daniele, Dañ. ij. de lapide exciſo ſine ma
nib⁹ & ſtatuā pcutiēte. vñ gl. ſup hūc locū: Iuxta incarnationē dñi
veniēt Romani, Aſſyrios, Hebręos & oēs oriētales ſupaturi, & tan-
dē regnū pdituri ſcd'm ſtatuā Danielis: Hæc in gl. Et notādū, q licet
in oib⁹ p̄dictis ꝓphetijs Balaā noiabat iſtū pplm ſub noie Iſraelis
vl' Iacob (q̄ ſūt noīa q̄ accipiūtur frequēter ꝓ ppl'o fideliū, ſcd'm no
minū iterpretationē) i hoc tū loco noiat eos ſub noie Heber, q̄ſi iā
nomē Iacob vl' Iſraelis perdiderāt, qa tps q̄ gēs Romana illū pplm
vaſtauit, fuit poſt paſſionem Chriſti, quando iam perdiderant no-
men Iſrael & Iacob ſecundum ſpiritum.

## GLO. ORDI.

### CAP. XXV.

M Orabatur &c. in Setim. Interpretatione Hębraicorū nominum שִׁטִּים Sittim inuenimus in lingua noſtra, reſpōſionem vel refutationem dici. Appli cuit ergo Iſrael ad rñſionem vel refutationem, nō bene applicuit, a ¶ Et fornicatus eſt popul. Orig. Ipſa hiſtoria nos ędificat, docens, quia aduerſus nos militat fornicatio. Sed ſi habuerimus arma

F

Moraliter

Gal. 6. c. apoſtoli, luxurię tela nō nocebūt nobis. i. ſi habeamus loricam iuſti
tiæ, galeam ſalutis, gladium ſpiritus qd' eſt verbum dei, & ſcutum
fidei, calciati pedes in pręparatione euangelij pacis. Si hæc arma pro
iicimus, diabolo locū dam⁹, & captiuat nos omnis dęmonū chor⁹,
& deus contra nos iraſcitur, nec ſolùm in præſenti, ſed in futuro pu
niemur. Faciūt autem nos vincere pudicitia & iuſtitia, prudentia &
Apo. 2. d. cæterę virtutes. Faciunt autem vinci, luxuria, libido, auaritia, impie-
3. Re. 13. a. tas & omnis malitia. Idem ait Iohannes in Apocal. Habes ibi quoſ-
dam tenētes doctrinam Balaam &c. Qui facit quæ facit Balaam, do
ctrinam eius docere videtur. Sicut de doctrina Iezabel ibi memo-
ratur, non q aliquis ex diſcipulis Iezabel doceat quæ illa tradiderit,
ſed qui prophetas perſequitur ſicut illa, aut dolo aliquos capit, aut
falſis criminibus perimit innocentes, iſte tenet doctrinam Iezabel.
Sic ergo qui prauo conſilio ſcandalum generat in populo & of-
fenſionem & iram dei prouocat, vel idolorū ſacrificijs cōmunican
do, vel libidini ſeruiendo, doctrinam Balaam tenet. Eſt ergo execra
bilis etiam corporis fornicatio, quæ violat templum dei, & tollit
1. Cor. 6. membra Chriſti, & facit membra meretricis. Sed execrabilior ge-
neralis fornicatio, in qua omne genus peccati pariter continetur.
Cūm anima ſcilicet conſortio verbi dei aſcita, & matrimonio eius
ſociata ab aduerſario eius qui eam ſibi in fide deſpondit corrumpi-
2. Cor. 11. a. tur. eſt ergo ſponſus & vir animæ mundæ verbum dei, id eſt Chri-
1. Timo. 2. ſtus. vnde: Volo autem vos omnes vni viro virginē caſtā ex Chri-
Geñ. 3. ſto &c. Dum igitur anima adhæret ſponſo, & complectitur & au-
dit verbum eius, ab ipſo ſucipit ſemen verbi, & concipit & facit fi
lios: vt ſalua ſit per generatiōem filiorum. Si permanſerit in fide, &
charitate (etiam ſi prius ſicut Eua ſeducta fuit) vbi concubitus fa-
ctus fuerit animæ cum verbo dei & complexus adinuicem datus,
naſcitur generoſa progenies, pudicitia: ſcilicet iuſtitia, patientia &
omnes virtutes. Si autem ſe diabolo & dæmonibus proſtituerit, fa
Pſal. 127. a. ciet filios adulterij. ſ. omnia peccata. Per ſingula ergo quę gerim⁹ ge
nerat filios anima noſtra, ſenſus ſcilicet & opera. Et ſi quidē ſcd'm le-
gem eſt

### Cap. XXV.

¶ Lxx. applicuit Iſrael in Setim.

a M Orabatur autē eo tempore Iſraël in Setim, & a ¶ Quia non bene applicuit, refutatus eſt a deo. b fornicatus eſt populus cum filiabus Moab quæ uocauerūt eos ad ſacrificia ſua. At il-

*Gloſ. ordi.*

gem eſt & verbū dei, quod facit: parit ſpi
ritum ſalutis, & ſaluabitur per generatio
nem filiorum, de quibus dicitur: Fi- H
lij tui ſicut nouellæ oliuarum in cir-
cumitu

## NICO. DE LY.

### CAP. XXV.

M Orabatur autē. Hîc cōſequēter ponit̄ ꝓuocatio filiorū Iſrael ad peccatū ex cōſilio Balaā. Et primò ponit̄ dicta
Diuiſio prouocatio, ſecundò ipſius punitio, ibi: Locutuſq; eſt dominus.
Circa primum deſcribitur primò Iſraelis prouocati tranſgreſſio,
Ad ordinationē ppli q̄ regrūtur ſecundò tranſgreſſionis punitio, ibi: Et iratus dominus. Circa pri-
mū ſciendum, q Balaam ſciens filios Iſrael eſſe pronos ad lu-
xuriam, dedit conſilium ipſi Balac vt mitteret puellas pulchras, no
biles, & ornatas prope exercitum eorum, & q iuuenes venientes ad
ſe verbis allicerent: & cū viderent eos inflāmatos ad actū carnis, nō
permitterent ſe ab eis cognoſci, niſi prius comederent de idolotitis
& idola adorarent quæ ſecū portauerāt: vt ſic deus offenderetur, &
populus Iſrael à deo percuteretur, & in manibus hoſtium traderet̄.
Dicit etiam Ioſephus, qd' aliqui nobiles de Iſrael acceperunt ſibi v-
xores de ill'. Licet autem hîc nō ſit ſcriptum q Balaam dederit hoc
conſilium, tamen habetur ex eo qd' dicitur. j. xxxj. ca. Cur fœminas
reſeruaſtis? nonne iſtę ſunt q̄ deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionē
Balaam? Et Apoca. ij. d. dicitur: Habes illic tenentes doctrinam Ba
laam qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filijs Iſrael, edere
ſcilicet de idolotitis & fornicari. & hoc eſt qd' dicit̄ hîc: a ¶ Mo-
rabatur autem Iſrael eo tempore in &c. nomen eſt loci pro-
pinqui loco vbi p̄dictæ mulieres venerunt. b ¶ Et fornicatus
eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos.
Spiritualiter p idolatriā, & corporaliter p luxuriam, vt dictum eſt.
Initiatuſq; eſt

Moralit̄. a ¶ Morabat̄ autem eo tempore Iſrael in Se. Moralit̄
Per hoc autem, q populus Iſrael trahēs morā prope mulieres Gē
tiles & idolatras tractus fuit ad luxuriam & idolatriam, monemur Meretrices
nos elōgare à mulieribus, ne verbis earū, ſignis & aſpectib⁹ decipi fuge
amur. Quia ſcribit̄ Eccle. iij. d. Qui amat periculum i illo peribit. Et Iſidor⁹ in li.
Iſidorus libro de bona & honeſta cōuerſatione: Si vis à fornicatio- de bona cō
ne eſſe tutus, eſto à muliere corpore & viſitatione diſcretus, iuxta uerſatione.
ſerpentem, & proximus periculo, diu illęſus non eris: prope ignem
inaduſtus non eris, ferreus ſis, aliquando tamen diſſolueris.
Qd' cū vidiſſet

a ☞Conſecrati ſunt ſcilicet idolis gentium. b ☞Non ſolum manducauerunt.

li comēderunt,& adorāuerunt deos earum. †initiatusq́ eſt Iſraël Beelphegor:

a ☞Quia arguit eos lex negligentes & deſides.

Et irātus dn̄s dixit ad Moyſen: Tolle cunctos principes populi,&

a ☞Quem nihil latet. b ☞Palam ſcilicet vt omnibus ſint exemplum.

ſuſpēde eos contra ſōlē †in patibūlis, ut auertatur furor meus ab Iſraël.

A ☞ cumitu menſæ tuæ.Si verò cōtra legē eſt quod agit, de con-
ceptione cōtrarij ſpūs parit filios peccati & maledictionis. Anima
ſemper parit ,ſemp generat,vel deverbo concipiens vel de contra-
rio ſpiritu. Fortè ad has generationes reſpicit quod dictum eſt: Cū
Roma.9.c. enim nondum nati fuiſſent,aut aliquid egiſſent boni aut mali &cæ.
Iſtę enim generationes animæ ex ſpiritu-
ſancto generatę priuſq́ faciāt aliquid bo
ni,diliguntur.Si verò ex ſpiritu maligno
†coniunxit q́ſe prius quā impleāt aliquid mali,hoc ipſo
quòd hmōi voluntatē peperit anima, di
gnè odio habetur malè voluntatis execrā
da conceptio. Ideo forſitan & Chanaan
puer antequam naſceretur maledicitur,
quia peccauerat pater eius.Et prophetās
Noe,quòd vnicuiq; filiorū ſuorum o-
ptima quęq; ſignaret,vbi ad Chan ven-
Pſal.136.b. tum eſt:Maledictus,inquit, Chanaan pu
Gen̄.9.d. er.vnde: Filia Babylonis miſera, beatus
qui retribuit tibi retribu.tuam, quam re
tribuiſti nobis . Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad pe-
tram. Et ſi nondum aliquid operis geſſerit in nobis Babylonius
conceptus,dum paruulus eſt non miſerearis ſtatim interfice: odibi-
lis enim eſt; elide ad petram ne creſcat , ne augeantur opera confu-
ſionis in eo . Petra Chriſtus eſt,in conſpectu tremendi iudicij eius
poſita pereat hæc ſoboles.Hæc dicta ſunt de generali fornicatione,
cuius ſpecies eſt corporalis fornicatio.Hinc Paulus ait: Qui ſe iun-
1.Cor.10.b git deo vnus ſpiritus eſt,& qui ſe iungit meretrici , vnum corpus
Moraliter eſt. Quaſi omnis anima aut domino coniuncta eſt aut meretrici.
1.Cor.6.d. Dominum autem dixit virtutes quæ Chriſtus eſt , id eſt verbum,ſa
pientiam , virturem , iuſtitiam & huiuſcemodi. Meretricem verò
omnes malitiæ ſpecies. vnde : Mulier occurrit ei habens ſpeciem
Proue.7.b meretricis,quæ iuuenum facit auolare corda.Hæc meretrix malitia
eſt,qui ſe iungit huic meretrici , vnum corpus malitiæ efficitur.Si-
cut ergo qui ſe iungit domino iungit ſe ſapientiæ,iuſtitiæ,pietati &
veritati , & cum omnibus vnus efficitur ſpiritus , ita qui ſe iungit
huic meretrici,iungit ſe impudicitiæ,iniquitati,mendacio & omni
busmalis,cum quibus vnum corpus efficitur. a ¶Comede-
B runt.Quaſi etiam de his quæ immolata ſunt idolis comedunt,quę
execrabilia ſunt apud deum.Quis enim conſenſus templo dei cum
2.Cor.6.d. idolis? ¶Orige.Ait apoſtolus : Si quis viderit ſcientiam habentem
1.Cori.8.c. in idolio recumbere:nonne ſcientia eius cum ſit infirma ædificabi-
tur ad manducandum idolatica? Vbi videtur non tam rem ipſam
grauem pronuntiare, quā illius offenſam qui hæc videns ad idem
prouocatur,cūm non ſimili ſcientia muniat,vt non tam ſui quàm
alterius ſit reus. Fortè ſtudioſi literarum Græcarum homines , &
adamatores philoſophiæ deſiderio adhuc ſtudiorum veterum te-
nebantur,& philoſophorum dogmata quaſi idolis immolata ede-
bant.Quæ fortaſſe non lædebant eos qui ſcientiam veritatis acce-
perant . Sed minus in Chriſto eruditi,ſi imitantes talia legerent,
1.Cor.13.b vulnerari poterant . Quia ergo charitas non quærit quod vtile eſt
ſibi:ſed quod multis,talem verbi cibum capiamus , qui non ſolùm
nos ædificet & delectet,ſed etiam videntes non offendat . Eſt ergò
non ſolùm in cibis idolis immolatum,ſed & in verbis. Omnis ſer-
mo qui pietatem,iuſtitiam,& veritatem docet , deo immolatus eſt.
Qui autem impudicitiam , iniuſtitiam,impietatem, idolis , & qui
eum recipit,idolis immolata manducat. b ¶Et adorauerunt
Nota deos earum. Nota ordinem;Malos ſeruos primò concupiſcen-
tia decipit,inde ingluuies,poſtremò captiuat impietas , cuius mer-
3.Reg.11.a. ces exoluitur fornicatio.¶Origen̄. Salomon cùm eſſet ſapientiſſi-
mus multis mulieribus inclinauit latera , ideo deceptus eſt:Ego ta-
men non puto quòd multæ mulieres multa dogmata non nomi-
nentur , quæ ſingula cùm vir ſapientiſſimus ſcrutari & agnoſcere
voluiſſet,intra legis diuinæ regulam tenere ſe non potuit. Decepit
eum Moabitica philoſophia , vt idolo Moabitico immolaret,
& Ammonitarum & reliquarum gentium,quarum mulierès dici-
tur recepiſſe, templa ædificaſſe , idolis immolaſſe . Grande opus
eſt tot dogmatibus quaſi mulieribus miſeri , nec à veritate decli-
nare , ſed conſtanter dicere : Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta
Can̄.6.c. concubinæ,adoleſcentularum non eſt numerus, vna tamen eſt co-
Beelphegor lumba mea. c ¶Initiatus eſt Iſraël Beelphegor: Et ira-
tus dominus dixit ad Moyſen: Conſecratus eſt ſcilicet myſte
rijs idoli,quòd apud Madianitas præcipuè à mulieribus colit̄,& eſt
ſpecies turpitudinis,ſed ſcriptū vix reperit̄ q̄ vl' qualis ſit vel cui⁹ for
mæ,fortè ne auditorē polluat.Cū ergo multę ſint turpitudinis ſpe-
cies vna Beelphegor dicitur.Omnis ergo qui turpe aliquid cōmit-
tit,in aliqua turpitudinis ſpecie Beelphegor conſecratur . ¶Ori-
Myſticè gen.Et initiatus eſt Beelphegor &c.Per omnia peccata quæ com-
mittimus,maximè ſi nō ex ſurreptione aliqua ſed ſtudio peccamus,
illi dæmoni

illi dæmoni cui curæ eſt quod admittimus ,conſecramur . Et fortè C
tot dæmonibus conſecramur quot peccata committimus,& myſte
ria idoli illius vel illius ſuſcipimus,vnde;Iam enim myſterium ope-
ratur iniquitatis. Circumeuntes ergo quærunt quomodo vnun- 2.Teſſ.2.b.
quenque myſteriis ſuis conſecrent. Si ſenſeris malignum ſpiritum
loqui in corde tuo , vt te ducat ad ali-
quod opus peccati : Intellige quia vult te
obſecrare alicui dæmoni vt ſuſcipias my
ſteria diaboli . Adeſt econtra vnicuiq; Angel⁹ bonus adeſt vnicuiq;.
noſtrum angelus bonus qui regat , mo-
neat , qui pro actibus noſtris corrigen-
dis & miſerationibus expoſcendis quo-
tidie videat faciem dei . Et ſecundum
Apocalypſim Iohannis, vnicuiq; eccle- Apoc.2.a.
ſiæ generaliter angelus præeſt , qui vel
collaudatur pro bene geſtis populi , vel †corā dn̄o
pro delictis culpatur . In quo ſtupendi
myſterij admiratione promoueor,quòd
tanta cura deo eſt de nobis, vt etiam an-
gelos ſuos culpari pro nobis & confutari patiatur.Sicut cùm pæda
gogo traditur puer,ſi minus dignis imbutus appareat diſciplinis,
culpa ad pædagogum refertur,nec ita puer à patre vt pædagogus
arguitur , niſi durus & laſciuus , & proteruus pædagogi ſalutaria
monita ſpreuerit.Quid autem illi animæ fiat , docet propheta di-
cens : Derelinquetur filia Sion ſicut tabernaculum in vinea &cæte. Eſa.1.c.
Sui enim arbitrij eſt anima , & ideo iuſtum dei iudicium eſt , quia
ſponte ſua vel bonis vel malis monitoribus paret . Maior autem
curæ humanæ ſalutis deo eſt , quàm diabolo perditionis . Quaſi
enim non ſufficiat angelorum diligentia contra dæmonum, & eos
qui ad peccandum trahunt inſidias.Ipſe vnigenitus dei adeſt,defen
dit,cuſtodit,& nos ad ſe trahit.vnde: Vobiſcum ſum vſq; ad con-
ſummationem ſeculi.Nec ſufficit eſſe nobiſcum , vim nobis facit,& Matt.28.d.
ad ſalutem trahit. vnde : Omnia traham ad meipſum . Vides quo-
modo non ſolùm volentes,ſed etiam cunctantes trahit.vnde : Vo- Ioh.12.c.
lenti ſepeliri patrem ſuum nec ſpatium temporis dedit,ſed ait;Sine Luc.9.g.
mortuos ſepelire mortuos ſuos &cæte.Pater etiam nos trahit. vn- D
de;Nemo venit ad me niſi pater meus traxerit eum , qui ſeruis ſuis Ioh.6.e.
dicit: Quoſcunq; inueneritis,compellite intrare . Sanctus quoq;
ſpiritus ait:Separate mihi Saulum & Barnabam &cæte. Probibet Luc.14.e.
etiam Paulum ire in Aſiam ,& cogit ire Ieroſolymam,prædicens Act.13.e.
quia vincula & carceres maneant eum ibi. d ¶Tolle cunctos Act.20.e.
principes populi,& ſuſpende eos contra ſolem in patibu
lis,vt auertatur furor meus ab Iſrael. Origen̄. Fortaſſis refe- Tropolo.
runtur hæc ad angelos : Veniens enim ad iudicium nobiſcum , &
ſtabunt ante ſolem iuſtitiæ , ne fortè aliquid cauſæ ex ipſis fuerit
quòd deliquimus ne fortè minus operis expenderint,ne nos à
peccatis reuocarent.vnde in Apocalypſi:Habeo aliquid aduerſum Apoc.2.d.
te quòd habes ibi tenentes doctrinam Balaam , & huiuſmodi . Si
enim mercedem ſperat angelus,qui nos conſignatos accepit à deo
pro his quæ bene geſſimus,timet etiam culpari pro malè geſtis . Et
ideo oſtentari dicuntur contra ſolem , vt appareat quorum culpa
commiſſa ſunt peccata per quæ Beelphegor vel cuilibet idolo pro
qualitate peccati conſecramur.Quòd ſi princeps,id eſt cuiq; ange-
lus conſignatus non defuit,ſed de bonis commonuit,& locutus eſt
in corde meo : in eo duntaxat in quo me conſcientia reuocat
à peccato , & ego ſpretis eius monitis & conſcientiæ retinaculo
in peccatis prorupi,duplicabitur mihi pœna pro contemptu mo-
nitoris & facinoris commiſſi , ne mireris ſi angeli veniant cum ho- Eſa.3.e.
minibus ad iudicium.Ipſe enim dominus ad iudicium veniet cum
☞ principibus populi

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Initiatusq́ eſt Iſrael Beelphegor.id eſt applicat⁹ eſt Diuiſio
ſiue coniunctus cultui illius idoli. b ¶Et iratus dominus ad
Moyſen:Hîc conſequenter ponitur huius tranſgreſſionis puni-
tio.Et primò in generali ,ſecundò in ſpeciali,ibi:Et ecce vnus. Cir-
ca primum dicitur: c ¶Tolle cunctos principes populi.
Dicunt expoſitores noſtri,quòd punitio primò facta eſt in princi-
pibus per ſuſpenſionem,quia aliqui erant culpabiles in tranſgreſ-
ſione idolatrando,& alijs ſubditos reprimere negligendo. Rab.Sal.
aliter exponit dicens:Tolle cunctos principes populi,id eſt congre-
ga eos vt iudicent & puniant tranſgreſſionem prædictam. d ¶Et
ſuſpende eos.ſcilicet qui inuenientur culpabiles,& hoc vltimum
non refertur ad principes. e ¶Contra ſolem in patibulis,
vt aduertatur &c.vt pœna ſit publica ſicut & peccatū, & ad ter
rorē aliorū,& dictū Ra.Sal.conſonare videt̄ huic quod ſubditur:

 Dixitq; Moyſes

a Dixitꝙ Moyſes ad iudices Iſra-
ël: †Occidat unuſquiſque proxi-
mos ſuos, qui initiati ſunt Beel-
b phegor. Et ecce unus de filiis Iſra
c ël intrauit coram fratribus ſuis
d ad ſcortum Madianitidem uiden
te Moyſe & omni turba filiorum
e Iſraël, qui flebant ante fores taber
¶Christus.
a f nacul. †Quod cùm uidiſſet Phi-
nees filius Eleazari, filij Aaron ſa
a ¶Nobis quoqꝫ contra talia ſurgendum eſt.
g cerdotis, ſurrexit de medio multi
¶Gladio ſpiritus.
b h tudinis, & arrepto pugione in-
¶Iſraeliticum ſenſum.
greſſus eſt poſt uirum Iſraëlitem
i in lupanar & perfodit ambos ſi-
a ¶ Diabolicam cogitationem.
mul, uirum ſcilicet & mulierem
¶Ipſo fomite peccati
k in locis genitalibus. † Ceſſauitꝙ
c plaga à filiis Iſraël, & occiſi ſunt
uigintiquatuor milia hominum.
Dixitꝙ domin⁹ ad Moyſen: Phi
nees filius Eleazari filij Aaron ſa
cerdotis auertit iram meam à fi-
liis Iſraël, quia zelo meo commo
tus eſt contra eos, ut non ipſe de-
lerē filios Iſraël in zelo meo: Id-
l circo loquere ad eum: †Ecce do
ei pacem fœderis mei, & erit tam
d ipſi quàm ſemini eius pactum ſa
cerdotij ſempiternum, quia ze-
latus eſt pro deo ſuo, & expia-

E ☞ principibus populi ſui. Oſtendant ergo principes, & ſi in illis culpa eſt, deſinit ira dei à populo. Debemus ergo magis eſſe ſolliciti ſcientes, ꝙ non ſolū ꝓ actibus noſtris ſtabimus ante tribunal domini, ſed & angeli tanquam principes & duces noſtri. vnde: Obedite

1.Cori.5.b. Hebr.13.c. præpoſitis veſtris, ipſi enim peruigilant rationē reddituri pro animabus veſtris. ¶Origen. Populus peccat & principes oſtentantur contra ſolem ad

Eph.5.c. † Exo.32.f. examinādum, vt arguantur à luce. Non enim tantū pro ſuis arguunt delictis, pro populo enim coguntur principes reddere rationem, ne fortè non docuerint, non monuerint, non ſollicitè arguerint eos qui primū peccauerunt, ne contagio diſpergeretur in populos. In ipſos enim conuertetur ira dei, & ceſſabit à populo. Hæc ſi cogitarent homines, principatus non ambirent: ſufficit cuiꝙ pro peccatis proprijs argui

† 1.Ma.2.c. 2.q.7.c.nos ſi in ſi. Auguſt. & reddere rationem. Qui neceſſe eſt pro peccatis populi oſtentari contra ſolem, ante quem nihil poteſt abſcondi, nihil obſcurari? ¶Auguſtinus. Et dixit dominus ad Moyſen: Accipe duces populi, & oſtenta eos domino contra ſolem, & auferetur ira animaduerſiōis domini ab Iſraël. Iratus dominus de fornicationibus Iſraël carnalibus ſcilicet, & ſpiritualibus (nam & filiabus Moab ſe miſcuerant, & idolis fuerant conſecrati) dixit Moyſi, vt oſtentaret domino duces populi contra ſolem. In quo verbo intelligitur iuſſiſſe crucifigi, vt hoc ſit oſtentare eos domino cōtra ſolem, id eſt palam in conſpicuo huius lucis. Nam Græcus ait παραδειγμάτισον, quod dici poſſet exempla, quia παράδειγμα exemplum dicit. Nā Aquila dixit, Cōfige, vel poti⁹ ſurſum confige, qđ eſt ἀνάπηξον. Simmachus aūt ſuſpēde. Sed mirū eſt ꝙ ſcriptura deſijt narrare vtrū hoc fuerit ex præcepto

F dn̄i impletū, qđ contemni potuiſſe nō video: aut ſi cōtemptum eſt, impunè cōtemni. Si aūt factum eſt & tacitum, cur ex eo qđ Phinees tranſfixit adulteros placatum fuiſſe dominū ſcriptura dicit plagāꝙ ceſſaſſe? Quaſi crucifixis ducibus ſicut præceperat dominus, adhuc indignatio perſeuerans alio modo placanda videretur, cùm falſum eſſe non poſſet qđ pronuntiauerat dicens: Auertetur ira animaduerſionis domini ab Iſraël. Si ergo factū erat, quis dubitet iram fuiſſe auerſam? Quid ergo opus erat, vt Phinees ad placandum deum in adulteros vindicaret, & ſcriptura perhiberet quòd ſic placauerit dominum? Niſi fortè intelligamus,

Deu.17.a. cùm illud quòd præceperat dominus de ducibus populi Moyſes implere diſponeret, voluiſſe eum etiam ſecundum legem talia punire flagitia: vt iuberet vnunquēꝙ interficere proximum ſuū dijs alienis conſecratum, & interea illud Phinees faceret, & ſic ira dei iam placata, non opus fuiſſe duces populi crucifigi. Hæc ſanè ſeueritas illi tempori congrua, quātum malum ſit fornicationis & idolatriæ prudentium fidei ſatis euidenter oſtendit. a ¶Quod cum vidiſ-

Moraliter ſet Phinees. Orige. Hæc ędificauerunt priorem populum, tibi autem qui à Chriſto redemptus es, cui de manibus gladius corporalis ablatus eſt, & datus eſt, gladius ſpiritus, arripe hunc gladium.

Eph.6.c. Et ſi vides Iſraëlicum ſenſum cum Madianitis ſcortantem meretricibus, id eſt cum diabolicis cogitationibus voluntatem: ne parcas, ne diſſimules, ſtatim percute, peccatum perime: ipſam quoꝙ vuluam, id eſt ſecreta naturæ diſcutiens & penetrans ipſum fomitem peccandi reſeca, ne vltrà concipiat & generet, & maledicta peccatorum ſoboles Iſraëlitica caſtra contaminet: ſic enim ſedabis iram dei. Preueniſti enim diē iudicij, q̄ dies iræ dicit & furoris. Et exterminato fomite peccati q hîc vulua mulieris appellat, ad iudicium venies ſecurus. Orem⁹ ergo vt inueniam⁹ ſemp paratū iſtū gladiū ſpiritus, per quē exterminent ipa ſemina & cōcepta culpa, & ꝓpiti⁹ nobis fiat deus p verū Phineē dominum noſtrū Ieſum Chriſtum. b ¶Arrepto pugione, ſignificat per crucem Chriſti nō ſolū idolatriam, ſed & omnē carnis affectū vel concupiſcentiā perimi, & ſic deum placari. c ¶ Occiſi ſunt vigintiquatuor milia. Quia lumen veritatis & iuſtitię relinquentes, cæcitatem idolatriæ & fornicationis amauerunt, ſolis æterni lumine priuati, mortis tenebras

G nebras incurrunt. Viſibilis enim ſol vigintiquatuor horis orbem illuſtrat, & ſuo ambitu noctis tenebras fugat, ſic & Chriſtus ad fugandas peccati tenebras per apoſtolos & prophetas mundum illuſtrat. d ¶Pactum ſacerdotij. Quiſquis zelo dei compunctus carnis ſtimulos contemnit, comprimit, vel ſubiectos ne laſciuiant corrigit, ſempiternum ſacerdotiū acquirit, pertinens ad eundem, de quo dicit: tu es ſa- Pſal. 109.a. cerdos in ęternum ſecđm ordinē Melchiſedech, cum quo ęternū regnum poſſidebit. Interpretatur autem Phinees ore parcens vel ore requieuit vel oris auguriū. Eleazar, deus me⁹ adiutor, vel dei adiutoriū. Aaron ☞ mons

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Dixitꝙ Moyſes ad iudices Iſraël &c. proximos &c. principes erant de iudicibus. b ¶ Et ecce vnus. Hîc ponit punitio dictæ tranſgreſſionis in ſpeciali cū dicit: Et ecce vnus: Iſte fuit magis effrons & audax in pctō ſuo ꝗ alij, quia erat princeps in tribu Simeon, vt habet. j. & de iſto dicūt Ioſephus & Rab. Sal. quòd in palā dixit Moyſi coram iudicib⁹ populi ꝙ licitè poterat ingredi ad illam mulierē & accipere eam vxorem, ſicut Moyſes acceperat Sephoram filiam ſacerdotis Madian, vt habet Exodi. ij. Sed non erat ſimile, quia quando Moyſes acceperat Sephoram, adhuc non erat data lex filijs Iſraël, quę prohiberet matrimonium cum alienigenis, nec Moyſes per vxorem ſuam fuit tractus ad idolatriam, ſed econtrario ipſe traxit eam de ritu Gentili ad cultum veri dei. c ¶Intrauit corā fratribus ſuis. id eſt contribulibus, qui ei perſuadebant contrarium. d ¶Vidēte Moyſe & omni turba filiorum Iſraël. non quòd viderent ipſum concubantem cum muliere, vel intrantem locum vbi ipſa erat, quia non erat ita prope tabernaculum fœderis, ſed quia videntibus Moyſe & alijs ipſe receſſit de loco dicens, quòd ibat ad mulierem illam pro actu venereo: & ſic grauis erat eius culpa: tum ex contemptu tali: tum etiam ex publicatione. e ¶Qui flebant ante fores tabernaculi. timentes iram dei ꝓpter peccatum populi. f ¶Quod cum vidiſſet Phinees. Prædictum virum ſic pertinaciter & inuerecundè recedentem. g ¶Surrexit de medio multitudinis. accenſus Zelo legis. h ¶Ingreſſus eſt poſt virum Iſraëlitem in lupanar. In Hebręo habetur: קֻבָּה Quobah, id eſt tabernaculū: vnde, dicunt aliqui Hebræi quòd intrauit tabernaculum illius principis, vbi adduxerat prædictam mulierem: vt ibi cognoſceret eam carnaliter. Alij autem quòd intrauit tabernaculum mulieris quod erat extra caſtra per modū proſtibuli, vt dicit tranſlatio noſtra. i ¶Et perfodit ambos. quia reperit eos in coitu. k ¶ Ceſſauitꝙ plaga a filijs Iſraël. Quia per zelum ipſius Phinees dominus fuit placatus, ne procederet vltrà plaga in populo, vt patet ex litera ſequenti. l ¶ Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi &c. Id eſt dignitatem ſacerdotij poſt patrem ſuum: licet enim dominus dediſſet ſacerdotium Aaron & filijs eius, tamen Phinees non erat certus, quòd deberet ſuperuiuere patri ſuo, & ei ſuccedere in ſacerdotio, ſed hîc fuit certificatus de vtroque. Erat autem

Audacia Zambri. Ioſephus. H † 1.Co.10.b † Ecc.45.d. 1.Ma.2.f.

Moraliter

f ¶ Quod cum vidiſſet Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis &c. Per Phinees qui zelo dei cōcitatus occidit principē Simeonis, & filiā nobiliſſimi principis Madianitarū: ſignificat iudex bon⁹ tpalis vel eccleſiaſtic⁹ ſecularis vel religioſus, q humano timore ſublato nō omittit facere debitā iuſtitiam de perſonis q̄ ſunt in ſcādalū cōitatis, licet ſint alti ſtat⁹ vl' ſanguinis. Per hoc aūt, qđ Phinees ex hoc facto p ordinationē dei ꝓmot⁹ fuit ad ſummi ſacerdotij dignitatē, datur intelligi qđ boni iudices propter timorē humanū nihil de cōtingentib⁹ omittentes, dignitatē cæleſtis curæ conſequentur, in qua omnes ſunt reges & ſacerdotes. Apoca. j.b. Fecit nos reges & ſacerdotes deo & patri.

mons fortitudinis, vel mons fortis. Quæ A nomina congruē p̄dictū ſenſum exprimūt. Qui enī ſe ore cōtinet ne praua loquat̄, & myſteria cæleſtia exponit, auditorib⁹ p dei adiutoriū pium laborē explēs, ad montem fortitudinis, id eſt Chriſtū feliciter aſcendit. a ¶ Erat aūt &c. Iſraëlita q fornicat⁹ eſt cū Madianitide, ſignificat eos q ab eccleſia per errorē vel prauā opationē ſeparati, blaſphemiā dei inter infideles excitāt. Quibus dicit̄: Per vos blaſphemat̄ nomē dei in gentibus: quos nomina ipſa oſtendūt. Nam & Zambri interpretat̄ pſalmus vel canticum. Salu, tentationem reſpiciens. Simeon, audiuit triſtitiā, vel nomē habitaculi. Cozbi, calix immenſus vel immola mihi. Sur, murus vel anguſtia. Madian, cōtradictio vel reſponſio. Zambri ergo fornicatorem corporalē & ſpiritualē ſignificat, q nō canticū laudis, ſed pſalmū irriſionis inter inimicos Chriſti excitat. vñ: In me pſallebāt q bibebāt vinū. Hic ergo ad tētationē reſpiciēs & tētationi cōſentiens, ſub noie habitaculi, id eſt ſub noie eccleſiaſtici de caſu ſuo ingerit triſtitiā fidelib⁹, qa calicis immēſi amore replet̄, id eſt gulæ deſeruiēs ſemetipſum diabolo immolauit, cū mēbra ſua libidini tradidit. Hic cōtradictiōis reſpōſum ab aduerſarijs dei prauo ope efficiens, muris æterni carceris & anguſtię ſemetipm immerſit, vbi cruciat̄ die ac nocte vſq; ad nouiſſimū quadrantem.

Roma. 2. d. — Pſal. 68. c. — † Poſt plagam autem

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Erat autem nomen &c. hoc dicitur ad cōmēdationē Phinees, qa cælo dei motus non timuit occidere principem B vnius tribus. b ¶ Porro mulier Madia. &cæ. Hoc exprimit̄ ad oſtendendum odiū Madianitarū cōtra filios Iſraël, q cum alijs mulieribus miſerunt filiam nobiliſſimi principis eorū ad pſtibulum, vt poſſent decipere filios Iſraël, & ptrahere ad offenſam dei ſui. c ¶ Hoſtes vos ſentiant. Hīc cōſequenter ponit̄ punitio Madianitarum, eō ꝙ puocauerūt filios Iſraël ad peccatū vt dictū eſt. Et circa hoc dicta punitio primō pręcipit̄, ſcđō ordinatio ppl̄i interponit̄, ca. xxvj. tertiō Moyſes p̄dictum p̄ceptum exequit̄. ca. xxxj. Circa primū dicitur: Hoſtes &cæ. li hoſtes, eſt hīc accuſatiui caſus. d ¶ Et percutite eos. nō ſic aūt pręcipitur de Moabitis: tum quia & ſi ipſi miſerunt filias ſuas ad decipiēdū filios Iſraël, nō tñ ita nobiles miſerunt ſicut fecerūt Madianitæ: tum qa ipſa Ruth erat deſcenſura de eis, de qua deſcēdit ipſe Dauid, vt habetur Ruth vl. tum qa dñs ꝓhibuerat ne bellarēt cōtra Moabitas, vt dictū eſt ſuprā. xxj. cap.

† ſuprā. 1. a. Exod. 30. b. — Diuiſio

*GLO. ORDI.*

Cap. XXVI.

POſtquam noxiorū &c. Origeñ. Quia illi qui primō aſciti fuerant pro peccato ceciderūt, ſcđs nūc populus in eorū locū ſuccedēs vocat̄ ad numerū. Et quod de illis dictum nō fuerat, de his. ſ. dicitur. His diſtribuet̄ terra in ſortem ex numero nominum &cę. Si de prioribus dictū fuiſſet, falſum fuiſſet, quia ceciderunt in deſerto pro peccato ſuo, his aūt cuncta quæ promittuntur impleta ſunt. c ¶ Numerate omnem. Iterū ppl̄us numeratur & Leuitæ, vt interfectis primis carnalibus, nouus ppl̄s dei cenſeatur, qui per Iordanis baptiſmum tranſeat, & celeſtis hæreditatis repromiſſionem accipiat. Iſtis diuidetur

† diuiſerūt ſe — Quare populus iterū numeratur — 1. Mach. 3. e — ✳ eos — † Fuerunt in ſignum — † perierunt

a uit ſcelus filiorum Iſraël. Erat autem nomen uiri Iſraëlitæ, qui occiſus eſt cum Madianitide Zābri filius Salu dux de cognatione & tribu Simeōis. Porrō mulier Madianitis, q̄ pariter interfecta eſt, b uocabatur Cōzbi, filia Sūr principis nobiliſſimi Mādianitarum. Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen, dicens: Hoſtes uos ſentiant c Madianitæ, & percutite eos, quia d & ipſi hoſtiliter egerunt contra uos, & decepere inſidiis per idolum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian ſororem ſuam, quæ percuſſa eſt in die plagæ pro ſacrilegio Phogor.

¶ Pſalmus vel canticum. ¶ Tentationem reſpiciens. a ¶ Audiuit triſtitiam uel nomen habitaculi. a ¶ Calix immēſus uel imola mihi. b ¶ Murus uel anguſtia. a ¶ Madian contradictio uel reſponſio. ¶ Loci illius.

Cap. XXVI.

b POſtquam noxiorum ſanguis effuſus eſt, dixit dñs e ad Moyſen & Eleazarum filiū Aaron ſacerdotem: c † Numerate omnē ſummā filiorū Iſraël à uiginti annis & ſuprà, per domos & cognationes ſuas, cunctos q poſſunt ad bella ꝓcedere. Locuti ſunt itaq; Moyſes & Eleazar ſacerdos in cāpeſtribus Moab ſuper Iordanē contra Iericho ad eos qui erant à uiginti annis & ſuprà, ſicut dñs imperarat, quorū iſte eſt numerus. Ruben primo- f genitus Iſraël: † Huius filius Henoch, à quo familia Henochitarū: & Phallu, à quo familia Phalluitarū: & Heſron, á quo familia Heſronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum. Hæ ſunt familiæ de ſtirpe Ruben, quarū numerus inuentus eſt quadraginta tria milia & ſeptingenti triginta. Filius Phallu Eliab, hui⁹ filij Namuel & Dathan & Abiron. Iſti ſunt Dathan & Abiron principes populi, qui † ſurrexerunt contra g Moyſen & Aarō in † ſeditiōe Core, quando aduerſum dñm rebellauerunt, & aperiens terra os ſuum, deuorauit ✳ Core morientibus plurimis, quādo combuſſit ignis ducentos quinquaginta uiros. † Et factum eſt grande mira- h culum ut Core pereūte, filij illius non † perirent. Filij Simeon per cognationes ſuas, Namuel, ab

*NICO. DE LY.* C

Cap. XXVI.

POſtquam &c. Hīc īterponitur reordiatio populi q fuerat deordinat⁹ p idolatriā, vt dictū eſt. Et ponit̄ hīc triplex ordinatio, prima eſt viri ad ꝓximum, ſcđa ppl̄i ad principē ſuū circa mediū, ca. xxvij. ibi. Dixit quoq; do. tertia vtrorūq; ad deum. ca. xxviij. Circa primū ſciendū, qđ ad bonam ordinationē ppl̄i inter ſe regrit̄ poſſeſſionū diuiſio: vt dicit Phil. ij. pol. tum quia cōia negligunt̄, & ꝓpria magis curant̄: tum qa p hoc multa litigia & cōtētiones ceſſant, eō ꝙ qlibet ſcit qđ eſt ſuū, & qđ eſt alienū: & qa diuiſio poſſeſſionū debet fieri ſcđm nūerū pſonarū, iō primō deſcribit̄ ppl̄i nūeratio: ſcđō deſcribit̄ diuiſiōis mod⁹ & determinatio, ibi: Locutuſq; eſt dñs. Adhuc primō ponit̄ p̄ceptū numerationis, ſcđō modus executionis, ibi: Ruben primogenitus Iſraël. Circa primū p̄mittit̄ temp⁹ nūerationis, cū dicit̄: Poſtq; noxiorū ſanguis. ef. eſt. Et dicūt aliq, ꝙ hoc fuit poſt occiſionē Madianitarū q̄ habet̄ infrà. xxxj. c. licet antè ſcribat̄: qa non oïa ſcripta ſunt eo ordine quo facta ſunt. Alij dicūt & probabilius vt videt̄, ꝙ fuit antè: & ꝙ dicit̄ hīc: poſtq; noxiorum &cæ. intelligit̄ de filijs Iſraël occiſis propter peccatū idolatrię, vt habet̄ ca. pręce. ꝙ de filijs Iſraël occiſi ſunt. xxiiij. milia; vt dicit Ra. Sa. qđ ſimile eſt paſtori cuius gregem intrauerunt lupi, & poſt mortem plurium numerat reſiduum, vt ſciat numerum remanentium. vnde in Hebręo habet̄: Et factum eſt poſt mortalitatem dixit dñs &cę. in quo videtur intelligi mortalitas inducta â deo ſuper filios Iſraël pro peccato D prędicto. Cætera patent in litera. f ¶ Ruben primogenitus Iſraël. Hīc conſequenter ponitur executio numerationis, & primō numerantur illi qui habitabant ad partem meridionalem tabernaculi ſcilicet tribus Ruben, trib⁹ *Simeon*, & trib⁹ *Gad*. & patet litera vſq; ibi. g ¶ In ſeditione Core &c. Licet iſte eſſet de filijs Leui, tamen hīc recolitur, quia pro ſeditione eius mortui ſunt Dathan & Abiron qui erant de tribu Ruben, vt dictum eſt ſuprà. xvj. c. h ¶ Et factū eſt grande miraculum, vt Core &c.

Ad ordinatiōem ppl̄i q̄ requirūt — Diuiſio — infrà. 31. b. — † Ge. 46. b Exod. 6. b. 1. Para. 5. a.

*Moraliter.* e ¶ Poſtq; noxiorū &c. Per hoc ꝙ dominus præcepit poſt mortem peccatorum, qui fuerunt vigintiquatuor milia, numerare remanentes in vita, ſicut paterfamilias poſt gregis mortalitatem numerat partem remanentem, & ſic cognoſcit numerum vtrorunq;. Moraliter fuit ſignificatum, quòd coram deo recolere debemus & numerare peccata noſtra, quæ ſunt opera mortua, & opera bona quæ ſunt opera viua, illa ad dolendū, & de ipſis miſericordiā poſtulandū: iſta verō ad agendum deo gratias, cuius adiutorio ſunt facta, Iohan. xv. a. Sine me nihil poteſtis facere, & Eſa. xxvj. c. Omnia opera nr̄a opat⁹ es in nobis dñe. ¶ Allegoricè verō p hoc ꝙ mortuis trāſgreſſorib⁹ in deſerto ſecūdū dei ſentētiā ſuprā poſitā. xiiij. c. nūerat̄ hoc nou⁹ ppl̄s trāſitur⁹ Iordanē, & ꝓmiſſionis terram intratur⁹, ſignificatū fuit, qđ ppl̄s nūero & merito finali ad nouū ptinēs teſtamētū (vtpote q per ſacramētū baptiſmi trāſiuit qđ p Iordanē ſignificat̄, eō qđ fuit ibi inſtitutum qñ ſaluator noſter tactu ſuę ſanctiſſimæ carnis contulit aquis virtutem regenerandi) terrā intrabit viuentium cum fidelibus promiſſam.

Myſticè — Moraliter — † cōgregatione — Allegoricè

hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: Zaræ, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarũ. Hæ ſunt familiæ de ſtirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit uigintiduo milia ducẽti. Filij Gad per cognationes ſuas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Heri, ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. Iſtę ſunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit quadraginta milia quingenti. †Filij Iuda, Her & Onan, qui ambo mortui ſunt in terra Chanaan. Fueruntq́ filij Iuda per cognationes ſuas, Sela, à quo familia Selaitarum: Phares à quo familia Phareſitarum: Zare, à quo familia Zareitarum. Porrò filij Phares, Heſron, à quo familia Heſronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum. Iſtę ſunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit ſeptuaginta *milia quingenti. Filij Iſſachar per cognationes ſuas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum: Iaſub, à quo familia Iaſubitarum: Semran, à quo familia Semranitarum. Hæ ſunt cognationes Iſſachar: quarum numerus fuit ſexagintaquatuor milia trecenti. Filij Zabulon per cognationes ſuas: Saredi, à quo familia Sareditarũ: Elon, à quo familia Elonitarum: Iahelel, à quo familia Iahelelitarũ. Hæ ſunt cognationes Zabulon: quarum numerus fuit ſexaginta milia quingenti. Filij Ioſeph per cognationes ſuas Manaſſe & Ephraim. De Manaſſe ortus eſt Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum. Galaad habuit filios Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum: & Aſriel, à quo familia Aſrielitarum, & Sechem, à quo familia Sechemitarum: & Semeda, à quo familia Semeditarum: & Hepher, à quo familia Hepheritarum. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios nõ habebat ſed tantùm filias: †quarum iſta ſunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Therſa. Hæ ſunt familiæ Manaſſe, & numerus earum quinquagintaduo milia ſeptingenti. Filij autem Ephraim per cognationes ſuas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia Thehenitarum. Porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. Hæ ſunt cognationes filiorum Ephraim, quarum numerus fuit triginta duo milia quingenti. Iſti ſunt filij Ioſeph per familias ſuas. Filij Beniamin in cognationibus ſuis: Bela, à quo familia Belaitarũ: Aſbel, à quo familia Aſbelitarum: Achiram, à quo familia Achiramitarum, Supham, à quo familia Suphamitarum. Hupham, à quo familia Huphamitarum. Filij Bela, Hered & Noemam. De Hered familia Hereditarum. De Noemam familia Noemanitarum. Hi ſunt filij Beniamin per cognationes ſuas, quorum numerus fuit quadragintaquinque milia ſexcenti. Filij Dan per cognationes ſuas: Suham, à quo familia Suhamitarum. Hæ ſunt cognationes Dan per familias ſuas. Omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat ſexagintaquatuor milia quadringenti. Filij Aſer per cognationes ſuas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Ieſſui, à quo familia Ieſſuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum. Filij Brie, Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. Nomen autem filiæ Aſer fuit Sara. Hæ cognationes filiorum Aſer, & numerus eorum fuit quinquagintatria milia quadringenti. Filij Nephtali per cognationes ſuas Ieſihel, à quo familia Ieſihelitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: Ieſer, à quo familia Ieſeritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum. Hæ ſunt cognationes filiorum Nephtali per familias ſuas, quorum numerus quadragintaquinque milia quadringenti. Iſta eſt ſumma filiorum Iſraël qui recenſiti ſunt, ſexcenta milia, & mille ſeptingenti triginta. Locutúsque eſt dominus ad Moyſen dicens: Iſtis diuidetur terra iuxta

E ſanctę trinitatis fide, oleo lætitiæ illuminatus exhibet cũ bono opere. a ¶Et duas decimas. Hoc facit qui decalogum legis in duobus pręceptis charitatis ad ſuã & ꝓximorum vtilitatem ſtudet conuertere, & ſic totam vitam ſuã in ſuauẽ odorem domino dedicare. b ¶Et decimã decimę &c. ꝑ agnos ſin. Hoc fit cùm ſimplicitas morũ ſecundũ ſcripturarum regulã gratia ſpũſſcti cooperãte inſtituit & ornatur. Bñ aũt hæc oĩa in holocauſtũ dño iubent offerri, quia hæc agere debem⁹, nõ vt humanã laudẽ vel pſentẽ retributionẽ quęram⁹, ſed oĩm bonorũ datori deo per oĩa placeam⁹, & æternæ vitæ retributionem mereamur. c ¶Menſe. Orige. Quarto loco ponitur inter feſtiuitates, diei paſchæ ſolennitas, in qua agnus occidit, agn⁹ ſ. verus, agnus dei qui tollit peccata mũdi, quia paſcha noſtrũ immolat⁹ eſt Chriſt⁹. Iudæi carnali ſenſu comedãt carnes agni, nos aũt carnẽ verbi dei. Ipſe eñ ait: Niſi comederitis carnes meas, non habebitis vitã in vobis: Hoc qđ modo loquimur, carnes ſunt verbi dei, ſi tamen non quaſi infirmis olera, aut quaſi pueris lactis alimoniã proferamus. Si tñ pfecta loquimur, ſi robuſta, ſi fortia, carnes verbi dei apponimus comedendas. Vbi eñ myſtic⁹ ſermo & trinitatis fide repletus & ſolidus ꝓfert, vbi futuri ſeculi amoto velamine literę legis ſpiritalia ſacramẽta panduntur, vbi ſpes animæ auulſa de terris, collocatur in illis quę ocul⁹ non vidit nec auris audiuit: hęc omnia ſunt carnes verbi dei. Qui põt pfecto intellectu veſci, & corde purificato, ille verę feſtiuitatis paſchę immolat ſacrificiũ & diẽ feſtũ agit cũ deo & angelis eius. d ¶Quintadecima die. Idẽ ſequit huic continua feſtiuitas azymorũ: quã meritò celebrabis, ſi extermines omne fermentũ malitię & nequitiæ ab anima tua, & azyma ſynceritatis veritatiſq́ꝫ cuſtodias. Nõ eñ putandũ eſt deum leges hominibus ꝓ fermẽto ſcribere, & exterminari animam iubere de populo ſuo, ſi fortè parum fermẽti in domo ſua habuerit, & huius frumenti cauſa tantùm offendi, vt animã quam ad imaginẽ ſuam fecit, exterminari iubeat & euerti. Sed illud magis eſt quod horreſcit deus ſi malitię, ſi irę, ſi nequitię ſpiritu anima ſ fermentetur & intumeſcat ad flagitia. Hæc ſi de domo animæ noſtræ non abijcimus, meritò exterminabimur. Sed ne cõtẽnas etiã ſi videris paruã intra te fermentari malitiã: quia modicum fermenti totam maſſam corrumpit. Et ideo neqꝫ de paruo peccato negligas quoniam vnum peccatũ aliud gignit. Sicut enim qs accepto caſtitatis fermento q̃tidie caſtior efficitur, ſic accepto nequitię fermento quotidiè efficit nequior & deterior. ¶Idem. Oẽs qui imbuendi ſunt altioribus diſciplinis, moleſtũ habent rudimẽtorũ laborẽ, cùm diſciplinę ignorant vtilitatem. Moleſta ergo nobis videnĩ rudimenta Iudęorum, q primis imbuebanĩ elementis, cũ primò audiuntur. Vult eñ quiſqꝫ diſcere de his q̃ ad ſalutẽ pertinẽt. Cũ aũt ſacrificia arietũ, hircorum, & vitulorum recitanĩ, nihil vtilitatis ineſſe putat. Sed ſi poſſit veteris teſtamenti velamẽ remouere, videbit q̃ꝫ magnifica ſint, q̃ ſuperflua & ſuperſtitioſa dicuntur. In paſchę feſtiuitate agnus eſt qui purificat populum, in alijs hircus in alijs vitulus, aut aries, vel capra vel vitula. Vnus ergo ex his q ad purificandũ populum ſumuntur eſt agnus, id eſt ipſe Chriſtus, qui tollit peccata mũdi. Quòd ſi agn⁹ q ad purificandũ populum datus eſt, Chriſtum ſignificat, cõſequẽter etiã cętera aĩalia purificatiõi deputata referunĩ ad alias perſonas q̃ aliquid purificationis conferãt humano generi. Sicut eñ Chriſtus in ſacrificium oblatus, pctõrum remiſſionẽ vniuerſo mundo pſtitit, ita fortè cęterorum ſanctorũ ſanguis q effuſus eſt, alterius ſicut vitulę, alterius ſicut hirci aut capræ aut alicuius horum fuſus eſt ad expiandũ ꝓ parte aliqua populũ. Siue hęc ad iuſtorum prophetarumq́ꝫ pſonas qui in hoc mũdo iugulati ſunt, vel eorũ qui dicunt: Quoniam propter te mortificamur tota die ęſtimati ſumus &c. referenda ſunt ſiue ad ſupiores virtutes, quibus procuratio humani generis data eſt, quis facilè audeat affirmare? Neqꝫ eñ aĩalia hęc p ſpẽm, ſed p figurã referunĩ ad illam vel ad illam perſonam. Sicut ipſe Chriſtus non ideo agnus dicit ꝙ in agni ſpeciem ſit conuerſus, ſed quia voluntas & bonitas eius quæ deum hominibus ꝓpitiauit: & peccata deleuit: quaſi agni hoſtia fuit imaculata & innocens, q̃ placari hominib⁹ diuina credunĩ. Sic ergo fortaſſis, ſi quis angelorum

quis angelorum vel iuſtorũ hominũ enixius interueniat ꝓ peccatis hominũ, ꝓ re propitiatione diuina, velut aries aut hircus aut vitulus oblatus ſacrificiũ ad purificandũ populum accipi poteſt. An non videtur vt aries vel hircus holocauſtum ſe obtuliſſe Paulus ꝓ populo Iſraël cũ diceret: Optabam anathema eſſe à Chriſto ꝓ fratribus meis &c. Et alibi: Ego iam immolor &c. Figuraliter ergo poteſt videri, ꝙ alius ꝓ feſtiuitate ſabbathi, alius ꝓ feſtiuitate nouorum, alius pro feſtiuitate tabernaculorum, quaſi, hircus vel vitulus aut aries offeratur ad reconciliandum hominib⁹ deũ. Dum eñ ſunt peccata, neceſſè eſt requiri hoſtiam ꝓ peccatis. Si enim nõ fuiſſet peccatũ, non neceſſe erat dei filiũ agnũ fieri, & in carne poſitũ iugulari. Sed quia introijt peccatum in hũc mundum, cuius neceſſitas propitiationem requi-

Moraliter

† hebraiſm⁹ eſt, ꝓ ſingulas decimas & infra.

Iohan. 1. d.

1. Cor. 5. b.

Iohan. 6. f.

Rom. 14. a.

1. Cor. 3. a.

† Exo. 12. c.

Leui. 14. a.

Eſaię. 64. b.

Azymorũ feſtiuitas

1. Cor. 5. c.

F

Geneſ. 1. d.

† infirmet

Gal. 5. b.

Allegoricè

2. Cor. 3. d

Iohan. 1. d.

Pſal. 43. d.

G

Roma. 9. a.

2. Tim. 4. b

Tropologi.

† ſacrificiũ

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Et decimã decimæ &c. i. vnã decimam ephi, quæ eſt decima pars cori. b ¶Libamenta autem. Oblationes de liquidis libamẽta dicunĩ. c ¶Media pars hin &c. De quantitate huius mẽſurę dictum fuit Exo. xxix. d. ¶Hoc erit holocauſtum per omnes menſes &c. Quia nõ poterat p̃termitti p̃dictũ ſacrificiũ in principio menſis ſiue lunationis, qđ idẽ eſt apud Hebræos: & ſi p̃termitteretur, nõ poterat ſuppleri in alio menſe ſicut dictum eſt de oblatione ſabbathi. e ¶Hircus quoqꝫ offeretur. Hebręi dicunt ꝓ expiatione, & in idem redit. ¶Notandũ tamen ꝙ occaſione hui⁹ qđ dicit hîc, dño, & nõ dicit in alijs hircis ſequentibus, q offerri iubẽtur ꝓ peccato, vt patet in textu, dicunt Hebræi ꝙ habeĩ in Talmud, ꝙ iſte hircus qui offerebatur in neomenia erat pro expiatione ipſius dei, eò ꝙ minorauit lunã. ¶Ad cuius intellectũ ſciendum, ꝙ ex hoc ꝙ dicit Geñ. j. b. Fecit deus duo luminaria magna, dicunt Hebræi, ꝙ ſol & luna in principio ſuę formationis fuerunt æquales in lumine, ſed quia luna voluit habere ſingularem gloriam, ſuggeſſit ipſi deo vt minueret lumen ſolis, propter quod deus motus contra lunam minorauit lumen eius: tamen ad pacificandum lunam de diminutione ſui luminis fecit ſtellas, & dedit eĩ in obſequium ad illuminandum noctem cum ea, & ſic exponunt quod ſubditur ibidem: Luminare minus vt pręeſſet nocti. Et ſtellas, & poſuit eas &c. veruntamen quia luna non fuit p hoc pacificata, dixit deus offerte ꝓ me expiationem, quia minoraui lunã. Ex quo patet Iudæorum cæcitas, imò inſania, q credunt deũ indiguiſſe expiatione, & peccaſſe. vnde & Ra. Sa. licet pręđictam expoſitionẽ non reprobet, tamẽ cum ipſa dat aliã expoſitionẽ dicẽs, ꝙ in oblatione huius hirci dicitur, domino, ad deſignandũ ꝙ ille hircus oblatus ꝓ peccatis expiabat illa peccata, quorũ ſolus deus erat conſcius: & ſimile iudicium habendum eſt de alijs hircis ſequentibus, propter qđ non reperitur in eis, domino, quia ſufficit ꝙ ponatur in principio. f ¶In holocauſtum. In Hebręo habetur. על עלת התמיד al olath hatommid, ſuper iuge holocauſtum: quia illud nõ dimittit propter iſta q̃ fiebant in neomenia, quę erãt q̃dam ſuperaddita iugi ſacrificio. g ¶Menſe autem primo. Hîc cõſequenter agit de ſolennitatibus q̃ fiebant ſemel in anno tantùm. & primò de illis quę fiebant in vere. Secundò de his quæ fiebant in autumno. xxix. capi. In vere autem fiebant duo feſta. ſ. paſcha & penthecoſtes. primò ergo agitur de paſchate cùm dicitur: Menſe autẽ primo. ſ. in martio. Veruntamen menſis martius apud Hebræos aliquando concurrit cum aprili noſtro, quia computant menſes per lunationes: annus autem ſolaris continet. xij. lunationes & vndecim dies. propter quod in tertio anno Iudęi vltra duodecim lunationes cuiuſlibet anni habent trigintatres dies, de quibus accipiunt triginta pro vno menſe, & ſic habent tredecim menſes propter quod apud eos februarius qui vocatur Adar, duplicatur: & tunc martius eorum qui vocatur Niſan concurrit ferè totaliter cum aprili noſtro. h ¶Quartadecima die menſis phaſe domini erit &c. id eſt immolatio agni paſchalis, de cuius immolatione & ritu dictum fuit Exodi duodecimo. i ¶Et quintadecima die ſolennitas. Quæ incipiebat à veſpere præcedentis diei in qua immolabatur agnus. Fiebat autem hæc ſolennitas in memoriam benefi-

† venerabilis & cõuocatio.

Quare luna facta minor ſole: fabula ex Talmud

H

nem requirit, q̃ tamẽ per hoſtiã fit, neceſſariũ fuit pro peccato hoſtiam prouideri: & quia peccati diuerſæ qualitates fuerunt, prouidentur hoſtiæ diuerſorũ animaliũ. Sic ergo ali⁹ angelorũ vel ſanctorũ efficitur vitulus, qui in illa feſtiuitate iteruenit pro delictis populi. Alius autem aries in alia feſtiuitate. Quòd ſi purificari potuerint homines à peccatis minuũtur hoſtiæ. Si enim pro multitudine peccatorũ multiplicantur hoſtiæ, & pro exiguitate minuũtur. Vnde in feſtiuitate ſcenophegiæ cùm per octo dies iubentur hoſtiæ offerri, prima die quaſi adhuc in abundantia peccacatorum quatuordecim vituli iubentur offerri. Secunda quaſi imminutis peccatis minuuntur hoſtiæ & offeruntur tredecim vituli. Tertia duodecim, poſt hæc vndecim & quaſi purificationibus deficiente per dies multitudine peccatorum, minuitur numerus hoſtiarum. Sic etiam pro diſpoſitione totius mundi rationem purificationis intellige. Indigent enim purificatione non ſolùm ea quæ in terra ſunt, ſed etiam quæ in cælis. Imminet enim cælis perditio, quia peribunt & omnes vt veſtimentum veteraſcent, & mutabuntur. Intuere ergo totius mundi, id eſt cæleſtium, terreſtrium, & infernorum purificationem. Vide quantis indigeant hæc omnia hoſtijs, quantos requirant vitulos, quantos arietes, quantos hircos, ſed in his omnibus vnus eſt agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatum. Ideo cæteræ ceſſauerunt, quia hæc vna hoſtia ſufficit pro totius mundi ſalute: cæteri enim precibus peccata, hic ſolus poteſtate dimiſit. Dicebat enim: Fili remiſſa ſunt tibi peccata tua. Sic ergo imbuitur mundus primò per diuerſas hoſtias quærere remiſſionem peccatorum, donec veniat ad hoſtiam perfectam agnum anniculum perfectum qui tollit peccata mundi, per quem feſtiuitates agat ſpiritales, non ad ſatietatem carnis, ſed ad profectum ſpiritus ſacrificijs ſpiritalibus in purificatione mentis oblatis. a ℭ Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges domino expletis hebdomadibus &c. Orige. Sexta feſtiuitas dicitur nouorum, quia primitiæ de nouis fructibus offeruntur. vbi enim ſeminatus fuerit ager & diligenter excultus, & ad maturitatem peruenerit ſeges, in fructuum perfectione feſtiuitas domini agetur. Si vis ergo nouorum diem feſtum agere cũ deo, vide quomodo ſemines, aut vbi: vt poſſis tales metere fructus quibus lætari facias deũ & agere diem feſtum. Quod implere non poteris, niſi in ſpiritu ſeminaueris, vt de ſpiritu metas vitam æternam, & verè agas feſtum nouorũ. Vnde: Innouate nobis noualia, & nolite ſeminare ſuper ſpinas. Qui cor ſuum innouat, innouat ſibi noualia, & non ſeminat ſuper ſpinas, ſed ſuper terram bonam, quæ reddet ei fructum triceſimum, aut ſexageſimum aut centeſimũ. Iſte eſt ergo qui in ſpiritu ſeminat, & colligit fructum ſpiritus. Fructus autem ſpiritus primum omnium eſt gaudiũ, & merito diẽ feſtũ nouorum fructuũ agit qui gaudiũ metit. Præcipuè aũt ſi ſimul metat pacẽ, patiẽtiã bonitatẽ, mãſuetudinẽ & ſiſia.

A
† ſacrificiũ
Ephe. 1. b.
Pſal. 101. d.
† ſuper holocauſtũ iuge fiet & libamen ei⁹. Chald. iter. pæter holocauſtũ iuge & libamẽ eius fiet
B
Feſtiuitas nouorum.
Galat. 5. b.
Hiere. 4. a.
* vnum
Galat. 2. d.

a ❡ Peccatum, ſ. qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Iohan. viij d.

& ſancta erit. Omne opus ſeruile non facietis in ea: Offeretiſq; † in incenſum holocauſtum domino, uitulos de armento duos, arietem unum, & agnos anniculos immaculatos ſeptem, & ſacrificia ſingulorum ex ſimila quæ conſperſa ſit oleo, tres decimas per ſingulos uitulos, & duas decimas per arietem, & decimam decimæ per agnos ſingulos, id eſt per ſeptem agnos, hircum pro peccato unum, ut expietur pro uobis: præter holocauſtum matutinum, quod ſemper offeretis. Ita facietis per ſingulos dies, ſeptem dierum † in fomitem ignis & in odorem ſuauiſſimum domino † qui ſurget de holocauſto & de liberationibus ſingulorum. Dies quoq; ſeptimus celeberrimus & ſanctus erit uobis. Omne opus ſeruile non facietis in eo. Dies etiam primitiuorum quando offeretis no-

a ❡ Fructus ſcilicet ſpiritus, gaudium, pacem, patientiam, & ſimilia.

uas fruges domino expletis hebdomadibus, † uenerabilis & ſancta erit. Omne opus ſeruile non facietis in ea: Offeretiſq; holocauſtum in odorẽ ſuauiſſimum domino, uitulos de armento duos, arietem unum, & agnos anniculos immaculatos ſeptem, atq; in ſacrificijs eorum ſimilæ oleo conſperſæ: tres decimas per ſingulos uitulos, † per atietes duos, per agnos decimam decimæ, qui ſimul ſunt agni ſeptem, hircum quoq; * qui mactatur pro expiatione, præter holocauſtum ſempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus ſuis.

## *Nico. de Lyra.*

...moriam beneficij eductionis filiorum Iſraël de AEgypto, q̃ fuit quintodecimo die primi menſis, vt habet̃ Exod. xij. a ℭ Omne opus ſeruile non facietis &c. Dicit aũt ſeruile, quia illa q̃ pertinebant ad cibũ illius diei poterant præparari: prout habet̃ Exodi. xij. capitu. Nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad veſcendum pertinent, & loquitur de prima die ſolennitatis & ſeptima, vt patet ibidem. b ℭ Offeretiſq; in incenſum holocauſtũ domino. Incenſum non accipitur hîc pro thimiamate, ſed pro crematione holocauſti, quod eſt ſacrificium totaliter incenſum ad honorem diuinum. & ideo li incenſum eſt hîc adiectiuum huius nominis ſubſtantiui holocauſtum. Cætera patẽt ex prædictis vſq; ibi: c ℭ Dies quoq; ſeptimus celeberrimus & ſanctus &c. Per hoc non eſt intelligendum, quod eſſet celebrior primo ſed diebus intermedijs in quibus non ſolũ erat licitum coquere cibaria, ſed etiã facere aliqua alia opera, quæ non erãt licita primo die & ſeptimo. d. ℭ Dies etiam primitiuorum. Hîc conſequenter agitur de ſolennitate pentecoſtes, cùm dicitur: Dies etiam primitiuorum, in paſchate enim bene offerebantur primitiua de granis, ſed in pentecoſte offerebantur primitiua de nouis frugibus, ſcilicet duo panes de nouo frumẽto. e ℭ Expletis hebdomadibus. Quia à die craſtina paſchæ numerabantur ſeptẽ hebdomadæ plenæ vt dictum fuit Leuiti. xxiij. capitulo quæ faciunt. xlix. dies, & in quinquageſima die fiebat dicta ſolennitas in memoria dationis legis, quæ fuit data in quinquageſima die à die exitus de AEgypto excluſiuè, vt dictum fuit Exod. xix. f ℭ Omne opus ſeruile non facietis in ea. Exponatur ſic vt prius. g ℭ Preter holocauſtum ſempiternum, id eſt iuge ſacrificium qđ nunq; ꝑtermittebatur. Cætera patent ex dictis.

C
Pẽtecoſte

ℭ In cap. xxviij. vbi dicit̃ in poſtilla: Ritũ aũt huius ſacrificij & rõnem &c.

## *ADDITIO*

Ratio huius iugis ſacrificij, quã poſtillator aſſignat ſuper Exo. xxix. eſt vna tm̃. ſ. q̧ hoc iuge ſacrificium figurabat æternitatẽ agni immaculati Ieſu Chriſti, q̃ quidẽ ratio licet eſt vera non tamen eſt literalis ſed figuratiua. vnde ratio literalis videt̃ eſſe illa quã aſſignat ſanctus Tho. prima ſecundę. q. cij. ar. iiij. in reſponſione ad. x. argumentum, vbi dicitur, q̧ ꝑ iſtud continuũ feſtũ iugis ſacrificij repręſentabat̃ ꝑpetuitas diuinę beatitudinis. & hoc intelligendũ eſt ꝑtinere ad ſenſum literalẽ. Hebræi em̃ q literam maximè ſequuntur perpetuitatẽ diuinę beatitudinis concedunt ſicut & nos. vñ litera teſtat̃ Exo. xvj. c. Dñs regnabit in ęternũ & vltrà. qđ pręcipuè ęternitatem diuinam demonſtrat ſecundũ quã rationẽ literalem huius iugis ſacrificij proprię cõiungitur ei ratio ſolẽnitatis ſabbathi, q celebrabat̃ in memoriã creationis rerũ, q̃ ꝓſupponit ꝓdictã ęternitatẽ. Simil'r & ſubiungit̃ feſtũ neomenię, ꝑ qđ celebrabat̃ memoria diuinę gubernationis, q̃ ꝓſupponit creationẽ. Si aũt rõ figuralis de hoc ſacrificio q̃rat̃: ſic ꝑ iuge ſacrificiũ agni figurat̃ ꝑpetuitas Chriſti, put ipſe ſanctus doctor vbi. ſ. declarat, ſecũdũ quã rõnem ꝑ ſabbathũ figurat̃ ſpũalis reqes nobis data ꝑ Chriſtũ, vt habet̃ Heb. iiij. & ꝑ neomeniã figurat̃ illuminatio primitiuę eccl'ię ꝑ Chriſtũ, q̃ tria adinuicem ſub rõne figurali correſpõdẽt. Attribuere aũt rõnẽ iugis ſacrificij ꝑpetuitati Chriſti, q eſt agn⁹ dei. & cõſeq̃nter ſabbathi rõnẽ creatiõi mũdi, & rationẽ neomenię gubernationi, nõ videt̃ cõuenieter dictũ. Põt etiã alia rõ horũ triũ ſacrificiorũ. ſ. ſacrificij q̃tidiani & neomeniæ & ſabbathi aſſignari ſic vt ꝑ iſta tria ſacrificia inſinuet̃ diuina excellẽtia, ſil'r euitet̃ idolatrię cultus quod ꝑtinet ad rõnem literalẽ, vt ſctũs Tho. in prima ſecũdę q. cij. arti. ij. in cor. q. vnde ꝑ iuge ſacrificiũ, qđ veſpere & mane cõtinuè fiebat proteſtabat̃ q̧ deus cui offerebatur, eſt prima & principalis cauſa diurni motus ſolis, qui quidem motus maximè mane & veſpere manifeſtatur. Per ſacrificium neomeniæ verò proteſtabatur, q̧ deus eſt cauſa prima & principalis motus proprij ſyderum: qui eſt ab occidente in orientem, qui quidẽ mot⁹ maximè manifeſtat̃ in nouilunio, per quos quidem duos motus hęc inferiora in generatione & corruptione regunt̃. Vnde Aug. iij. de trinitate:

† panis ſacrificij eſt (vt panem offeretis in ſacrificiũ)
Rõ iugis ſacrificij.
D
† conuocatio
† duas decimas ꝑ arietem
Sacrificiũ neomenię

 Corpora craſſiora

E Corpora craſſiora & inferiora per ſubtiliora & potiora quodam reguntur ordine. Vñ ꝑ iſtas ꝓteſtationes in hm̃oi ſacrificijs intellectas inſinuabaꝰ diuina excellentia: & excludebanꝰ errores idolatrarũ, qui ſolẽ & lunã tanq̃ deos colebãt, iuxta illud Deu. iiij. c. Ne forte eleuatis oculis in cælũ, adores & colas ea. Per ſabbathũ etiã quod requiẽ ſignat, ꝓſtabaꝰ diuina immobilitas q̃ cũ ſit immobilis, eſt cauſa ꝑdictorũ motuũ, & dat cuncta moueri. Correſpondet autẽ huic ſentẽtiæ ordo ꝑdictorũ adinuicẽ. Primò em̃ ſabbathũ poniꝰ. immobilitas em̃ diuina prima & pręcipua cauſa eſt omnium motuũ. Secundo loco ponitur iuge ſacrificiũ, quia motus diurnus eſt primus omniũ motuũ. Tertio loco ponitur neomenia, quia motꝰ ꝓpriꝰ planetarũ & ſyderum eſt efficax in gñatiõe & corruptione oĩm inferiorum: prout in primo de generatione patet, quæ omnia pertinent ad ſenſum (literalem vt dictum eſt) in c. xxviij.

## *REPLICA* Correctorij contra Burgen.

Burgen. vult magnificare fimbriam dicens poſtillatorem aſſignare rationẽ iugis ſacrificij, Exod. xxix. Et addit ꝙ non ſit literalis, & cõſequenter dicit cũ ſancto Tho. rõnem literalẽ, cui poſtil. non contradicit ſed potius conſonat in multis locis. Sed vt videꝰ Burgẽ. nõ bene vidit poſtillatorẽ in loco allegato: nam ibi non reddit, nec curat reddere, ſicut nec eſſet ad propoſitum literæ rationem literalẽ iugis ſacrificij aſſignare, ſed diſtinguit de oleo pilo tuſo & trito in molis. Nam quia primum puſrius eſt, deus voluit poni in iugi ſacrificio, quod fuit præcipuum & ſuauiſſimi odoris; vnde manifeſtum eſt, ꝙ non curauit poſtillator reddere rationem illius ſacrificij, ſed ſolùm rationem olei pertinentis ad illud ſacrificium quod dicebatur ſuauiſſimi odoris non ratione literali ſed figurali: quia figurabat æternitatem agni Ieſu Chriſti. Fruſtra igitur Burgenſis laborat notando poſtillatorem, in eo ꝙ de ſuo ſcripto ſumere non potuit: quia ſic non ſcripſit. G

## *GLO. ORDI.*

### CAP. XXIX.

Septimorũ feſtiuitas.

MEnſis etiã ſeptimi. Orige. Sequitur feſtiuitas ſeptimorũ. Sicut em̃ inter dies, ſeptimus quiſq; obſeruatur ſabbathum, & eſt feſtiuitas: ita inter mẽſes ſeptimus quiſq; mẽſis ſabbathum eſt mẽſiũ. Agiꝰ ergo in eo feſtiuitas q̃ dicitur, ſabbatha ſabbathorũ, & ſit ĩ die prima mẽſis memoria tubarũ. Sed qs eſt q feſtiuitatẽ gerat memorię tubarũ, niſi q ſcripturas ꝓpheticas & euãgelicas & apl'icas (q̃ veluti cæleſtis pſonant tuba) memoriæ theſauro cõmẽdat, & in lege dei meditaꝰ die ac nocte, & qui põt gratias ſpiritusſancti ꝓmereri, quibus inſpirati ſunt prophetæ, & pſallens dicere: Canite in initio mẽſis tuba. Eſt & alia feſtiuitas cùm affligunt animas ſuas & humiliant feſta celebrantes. O mira feſtiuitas, dies feſtus vocatur animæ afflictio. Hîc enim, inquit, dies eſt propitiationis decima die menſis ſeptimi. Vide ergo: ſi diem feſtum vis agere: ſi vis vt lætetur deus ſuper te, afflige animam tuam, & humilia ne expleat deſideria ſua, ne laſciuiat. Denique paſchæ feſtiuitas & azymorum panem afflictionis habere dicuntur, nec poteſt quis agere diem feſtum, niſi afflictionis panem manducauerit. Et paſcha cum amaritudine manducatur. Vides ergo quales ſunt feſtiuitates dei: non recipiũt corporalem dulcedinem, nihil remiſſum, nihil voluptuoſum volũt, ſed afflictionẽ animæ & amaritudinẽ humilitatèmque depoſcunt; quia qui ſe humiliat, exaltabitur. Hoc ergo poſcit dies propitiationis. Cùm enim afflicta fuerit anima & humiliata in conſpectu domini, propitiatur Chriſtus quem poſuit deus propitiatorem in ſanguine ſuo per fidem. b ¶ Quintadecima vero die menſis ſeptimi quæ. Origeñ. Vltimus dies feſtus de quo lætatur in homine ſcenophegia eſt. Lætatur ergo ſuper te, cùm viderit in tabernaculis habitantem, non ſuper terram fixum & fundatum animum habentem, nec quæ terrena ſunt: & quaſi vmbra pro hæreditate poſſidẽtem: ſed in tranſitu poſitum & dicentem: Incola ego ſum & peregrinus ſicut omnes patres mei. In tabernaculis enim habitauerunt Abraham, Iſaac, & Iacob. Cùm ergo paratus es extendere te ad anteriora, vſquequo peruenias ad terram fluentem lacte & melle, lætatur deus in te, & diem feſtum agit ſuper te; hoc quidem in præſenti. In futuro

Margin: Pſalm. 1. a. — Affectio aię F — † ſacrificiũ — Exod. 12. b. — Luc. 18. c. — Roma 3. d. — Scenophegia. — † ſingulas decimas, — Pſal. 38. c. — † oblatione — Hebr. 11. b — Philip. 3. c.

### Cap. XXIX.

a MEnſis etiam ſeptimi prima dies uenerabilis & ſancta erit uobis. Omne opus ſeruile non facietis in ea, quia dies clangoris eſt & tu- b barum. Offeretisq; holocauſtum in odorem ſuauiſſimum domino: ui- c tulum de armento unum, arietem d unum, agnos anniculos immacu- e latos ſeptem, & in ſacrificijs eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos uitulos, duas decimas per arietem, unam decimam per agnum, qui ſimul ſunt agni ſeptem, & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi præ- f ter holocauſtum calendarum cum ſacrificijs ſuis, & † holocauſtum ſem- g piternum cum libationibus ſolitis: Eiſdem ceremonijs offeretis in odorem ſuauiſſimum incenſum domino. Decima quoque dies men- h ſis huius ſeptimi, erit uobis ſancta

a ¶ Orig. Non permittas animam explere deſideria ſua: nec concedas ei laſciue euagari, ſed inquantum poteſt fieri, afflige eam & humilia.

atque uenerabilis, & affligetis a- i nimas ueſtras. Omne opus ſeruile non facietis in ea; Offeretiſque holocauſtum domino in odorem ſuauiſſimum, uitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos ſeptem, & in ſacrificijs eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos uitulos, duas decimas per arietem, † decimam decimæ per agnos ſingulos, qui ſunt ſimul agni ſeptem, & hircum pro peccato, abſque his k quæ offerri pro delicto ſolent in expiationem, & holocauſto ſem- l piterno & † ſacrificio & libaminibus b eorum. Quintadecima uerò die men- m ſis ſeptimi, quæ uobis ſancta erit,

## *NICO. DE LYRA.*

### CAP. XXIX.

Diuiſio

MEnſis etiã ſepti. Hîc cõſequẽter agitur de feſtis, quæ celebrabãtur tẽpore autũnali. ſ. in ſeptembri, & ille menſis erat quaſi totus feſtiuus. Fiebãt em̃ in illo quatuor feſta. ſ. feſtũ tubarũ de quo primò agiꝰ. ſecũdò expiationis, ibi: Decima quoq; dies. tertiò tabernaculorũ ibi: Quintadecima verò die, quartò cœtus vel collectæ ibi: Die octauo. Prima igiꝰ die huius mẽſis erat feſtũ tubarũ, & hoc eſt qđ dicit: b ¶ Dies clangoris eſt tu. Fiebat enim hoc feſtum duplici de cauſa. Vna erat in memoriã liberationis Iſaac à morte, ꝓ quo immolatus fuit aries, vt habeꝰ Geñ. xxij. & ideo illa die clangebãt Iudæi in cornibus pecorũ, quia ille aries inter vepres hęrebat cornibus, vt ibidẽ diciꝰ. Alia cauſa, quia iſte clãgor erat quaſi q̃dã denuntiatio ſolennitatũ ſequẽtiũ: vt ſe homines ad illas ꝑpararẽt. c ¶ Vitulũ de armẽto vnũ. In memoriã vitulę immolatę ab Abrahã, Geñ. xv. d ¶ Arietẽ. In memoriã arietis ĩmolati ꝓ Iſaac. e ¶ Agnos. Pro multitudine filiorum Iſraël, q̃ ſeptenario numero deſignatur. f ¶ Pręter holocauſtum. Quod offerebatur in feſto neomeniæ, quia non prętermittebatur propter iſtud ſacrificiũ qđ eadẽ die offerebaꝰ. Neomenia em̃ mẽſis ſeptimi & feſtũ tubarũ eadẽ die fiebãt. g ¶ Et holocauſtum ſempiternum. i. iuge ſacrificiũ qđ ſimil'r nõ ꝑtermittebaꝰ. h ¶ Decima quoq;. Hîc cõſequẽter agiꝰ de feſto expiationis qđ fiebat in memoriã illius beneficij, quo dñs fuit placatꝰ ſup fabricationẽ vituli, qđ fuit decima die ſeptẽbris. i ¶ Et affligetis animas veſtras. Pro expiatione dicti peccati. Cætera patent ex dictis vſque ibi: k ¶ Abſq; his q̃ offerri ꝓ delicto ſolent. Quia ꝑter iſtum hircũ pro peccato oblatũ, offerebaꝰ etiã vitulꝰ, cuius ſanguis inferebaꝰ intra ſanctũ ſctõrũ, & alius hircꝰ ſup quẽ ſacerdos cõfitebaꝰ peccata populi, & ſic emittebaꝰ in deſertũ, vt habeꝰ Leui. xvj. l ¶ Holocauſtum. i. iuge ſacrificium. m ¶ Quintadecima. Hîc cõſequenter agiꝰ de feſto tabernaculorũ, qđ agebaꝰ. xv. die menſis ſeptimi, in memoriã illiꝰ bñficij q̊ deus fecit habitare filios Iſraël lõgo tẽpore in deſerto, q̃ eſt terra ſterilis, & tamẽ cõuenienter ꝓuidit eis de neceſſarijs nõ ſolũ q̊ ad cibũ, ſed etiã q̃tùm ad vmbraculũ nubis cõtra ęſtũ: & inde deduxit eos ad terrã delectabilẽ & fructuoſam, in cuius ſignũ in hoc feſto debebãt habere fructꝰ arboris pulcherrimę, vt habeꝰ, Leui. xxiij. vbi de hac ſolẽnitate & alijs ꝑcedẽtibꝰ dictũ fuit, ꝓpter qđ breuius hîc tranſiui, maxiè quia hîc repetũꝰ iſtę ſolẽnitates ratione ſacrificiorũ, q̃ fiebãt in illis q̃ nõ fuerũt alibi ad plenum explicata & ideo de ſacrificijs huius ſolennitatis ſubdiꝰ: Offeretiſq;

Margin: Dies clãgoris & tubarũ quare — H — Tabernaculorum feſtũ

A futuro verò, ſi vis cōſiderare q̄modo agāt dies feſti, obliuiſcere oīa mūdana, deſcribe tibi quo
Matt. 24. c. modo cælum & terra trāſeunt, &
1. Iohā. 2. c. tranſit omnis habit⁹ mūdi. Cælū
Apoc. 21. a. v̄ò nouū & terra noua fundat̄. Amoue ſolis huius lucē & da illi mūdo qui ventur⁹ eſt ſolis hui⁹
Eſaiæ. 30. f. ſeptuplū lumen, imò ipſum deū. Pone aſtantes angelos gloriȩ, & omnes cælorum virtutes. Conſidera quomodo ibi agi poſſunt dies feſti domini, quæ ibi feſtiuitas, quæ ibi gaudia, quæ lȩtitiæ magnitudo. Quāuis enim magnæ ſunt & veræ feſtiuitates quȩ ſpiritaliter geruntur in anima ex parte tamen ſunt, nō ex integro,
1. Cor. 13. c. ſicut ex parte ſcimus & ex parte prophetamus. vnde: Nemo vos
Coloſ. 2. c. iudicet in cibo aut in potū aut in pte diei feſti. nō dixit in die feſto. Ex pte eī diem feſtū ī hoc mūdo
Sapiē. 9. c. celebramus. Corpus enim corruptibile aggrauat animam, & deprimit ſenſum multa cogitan-
1. Cor. 13. c. tem. Cùm autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.

### *Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Offeretiſq; holocauſtum in odorem ſuauiſſimum dn̄o, vitulos de armēto tredecim. Dicunt Hebræi, q̄ offerebantur p̄ gentibus alijs, & ideo in vniuerſo offerebantur lxx. vituli ſecundū numerū. lxx. gētium in. lxx. linguis diſtinctarum.
B Offerebant̄ autē prima die quatuordecim vituli, & ſecunda die xiij. & ſic diminuendo ſemper vnum vſq; ad vltimū diē incluſiuè vt patet ī litera: per quod deſignabatur, vt dicunt, q̄ dominiū gentium eſſet diminuendū, & terminandum ſub rege Meſſia, cui⁹ dominio erant ſubdendæ oēs gētes: quod ipſi expectant futurum ſicut & Meſſiam ſuum, quod tamen in Chriſto ſecundū veritatē eſt impletū, ſecūdū qd⁹ dicit̄, Mat. vlt. d. Data eſt mihi omnis poteſtas &c. autoritatiuè quantū ad omnes, executiuè quantū ad catholicos principes, quorū colla in multis partibus orbis iugo Chriſti ſunt ſubdita, & finaliter oēs gentes ei ſubdent̄. b ¶ Agnos anniculos īmaculatos quatuordecim. Dicunt Hebræi, q̄ offerebant̄ p̄ populo Iſraël qui in ſcriptura aliquando vocatur agnus, & erant in vniuerſo. xcviij. agni, vt à populo Iſraël excluderent̄ xcviij. maledictiones poſitæ in lege contra tranſgreſſores. Cætera hucuſq; patent ex prædictis. c ¶ Die octauo qui eſt celeber. Hîc agitur de feſto coetus vel collectæ, quod celebrabat̄ immediatè poſt feſtum tabernaculorum, vt patet in litera cùm dicit̄: Die octauo, q eſt celeberrim⁹. In Hebræo habetur: Qui eſt retentio; quia illa die retinebatur populus, qui ve-

†in quo fit coetus (vel congregatio populi)

Feſtū coet⁹

atque uenerabilis, omne opus ſeruile non facietis in ea, ſed celebrabitis ſolennitatem domino ſeptem diebus. Offeretiſq; holocauſtum ✝ in a odorem ſuauiſſimum domino, uitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos b immaculatos quatuordecim, in libamentis eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per uitulos ſingulos, qui ſunt ſimul uituli tredecim, & duas decimas arieti uno, id eſt ſimul arietibus duobus, & decimam decimæ agnis ſingulis, qui ſunt ſimul agni quatuordecim, & hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno & ſacrificio & libamine eius. In die altero offeretis uitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, ſacrificiaque & libamina ſingulorum per uitulos & arietes & agnos rite celebrabitis, & hircum pro peccato abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque & libamine eius. Die tertio offeretis uitulos undecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, ſacrificiaq; & libamina ſingulorum per uitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis, & hircum pro peccato abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque & libamine eius. Die quarto offeretis uitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, ſacrificiaque & libamina ſingulorum per uitulos & arietes & agnos rite celebrabitis, & hircum pro peccato abſque holocauſto ſempiterno; ſacrificioque eius & libamine. Die quinto offeretis uitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, ſacrificiaque & libamina ſingulorum, per uitulos & arietes & agnos rite celebrabitis, & hircum pro peccato abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque eius & libamine. Die ſexto offeretis uitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, ſacrificiaque & libamina ſingulorum per uitulos & arietes & agnos rite celebrabitis, & hircum pro peccato abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque eius & libamine. Die ſeptimo offeretis uitulos ſeptem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, ſacrificiaque & libamina ſingulorum per uitulos & arietes & agnos ri-
F te celebrabitis, & hircum pro peccato abſq; holocauſto ſempiterno, ſacrificioque eius & libamine. Die octauo † qui eſt celeberrimus, omne c opus ſeruile non facietis, offerentes holocauſtum in odorem ſuauiſſimum domino, uitulum unum, arietem unum, agnos anniculos im d maculatos ſeptem, ſacrificiaque & libamina ſingulorum per uitulos & arietes & agnos rite celebrabitis, & hircum pro peccato abſque holocauſto ſempiterno ſacrificioque eius & libamine. Hæc offeretis domino in ſolennitatibus e ueſtris, præter uota & oblationes ſpontaneas f in holocauſto, in ſacrificio, in libamine, & in hoſtijs pacificis.

C nerat ad feſtum tabernaculorum nec licitum erat eis illa die recedere: tum ratione feſti: tum quia illa die colligebat̄ pecunia à populo pro ſacrificijs & neceſſarijs tabernaculi & templi, p̄ tempore quo fuit tēplū. d ¶ Vitulum vnum, arietem &c. Non enim fiebant tot ſacrificia in hac die ſicut in prȩcedētibus: tū quia illa die colligebat̄ pecunia p̄ ſacrificijs totius anni quæ fiebāt de ſumptibus populi, & ſic quodāmodo reputabāt ſacrificia illi⁹ diei; tum quia illi qui erant de lōge nec poterant frequenter ad tēplum venire, ſacrificia & oblationes quȩ per annum vouerāt, iſta die ſoluebant. Ideo ſubditur: e ¶ Hæc offeretis domino in ſolennitatibus veſtris. Et loquit̄ de ſacrificijs oblatis in oīb⁹ ſolennitatib⁹ prȩdictis. f ¶ Præter vota & oblationes ſpontaneas. Quæ offerebant̄ maximè die iſta, vt dictum eſt. Ratio autē quare de animalibus prædictis, ſ. vitulis, arietib⁹, & hircis pl⁹ q̄ de alijs ſpeciebus animalium fiebant ſacrificia, poſita fuit in principio Leui. & Gene. xv. Cætera patent ex prædictis.

✝ſacrificiū

In ca. xxix. vbi dicitur in poſtilla: Decima quoq;. Hîc conſequenter agitur de feſto expiationis. D

## *ADDITIO I.*

In hac die. ſ. decia menſis ſeptimi credit̄ fuiſſe annūtiata Zacharię ſummo ſacerdoti cōceptio p̄curſoris Chriſti, de qua Luc. j. agitur: vt ibidē in additione fauente dn̄o videbitur. Vnde celeberrima dies erat, in qua etiā affligere debebāt aīas ad proclamādā miſericordiā diuinā, vt de remiſſione pc̄tōrum vera & vniuerſali, deus dignaret̄ humano generi prouidere.

Conceptio Iohānis baptiſ.

¶ In eo. ca. xxix. vbi dicitur in poſtilla: Die octauo. Hîc agit̄ de feſto coetus.

## *ADDITIO II.*

Iſtud feſtū coetus ſeu collectȩ non fiebat in memoria alicuius beneficij ſeu miraculi præteriti, vt patet per omnes doctores tā catholicos q̄ Hebrȩos. Similiter nec fiebat ad colligendum pecuniā pro ſacrificijs prout in poſtilla: ſed erat tantùm figuratiuū futurorū ſcilicet congregationis fideliū in prȩſenti eccleſia ſeu in regno cælorū p̄ut largè fuit deductū. ſ. in additiōe. ſ. Leui. xxiiij. & iō ſubiūgebat̄ cæteris feſtis veteris teſtamēti tanq̄ vltimū & finis eorum.

## *REPLICA Correctorij*

in ca. xxix. Burgē. q ſæpe p̄mittit literæ inſiſtere, certè à litera multū videtur recedere, ponens feſtū expiationis pertinere ad annūtiationem conceptionis Iohannis baptiſtæ; & feſtum collectæ non habere ſenſum literalē de re p̄terita: ſed ſolū figuratiuā de re futura, cuius correctoriū vide Leuit. xxiij.

## GLOS. ORDI.

Ca. XXX.

E Narrauitq; Moyſes. Sequit: a ¶Si quis. Animæ
Epheſ. 4. c. quæ in pfectum virũ occurrit, nemo dñatur in votis, ſed
libertatẽ ſuã habet in illis. ¶Ori
Votorum lex ge. Votorũ lex ponit, & nouo
principio in hac lege Moyſes vtitur. Ait
Leui. 27. a. enim: Homo homo quicunq; vouerit dño
&c. Quaſi non dixiſſe ſuffecerit, homo qui
2. Cor. 4. d. votũ vouerit dño. Eſt enim alius interior
homo, q renouat de die in diẽ ſecundũ ima
Tropolo. ginẽ dei; alius verò exterior, q corrũpit. Cũ
verò venitur ad hunc profectum, vt lex dei
ſuſcipiat, & vota offerant: q offerre nõ põt
niſi q habet aliqd in ſemetipſo qd offerat
deo, nõ ſufficit exterior legẽ dei ſuſcipere &
vota ſolus offerre: quia nõ põt aliqd dignũ
deo habere. Sed iterior q habet in ſe qd of
ferat deo: in q̃ eſt habitatio virtutũ, intelle-
ctus ſciẽtiæ, & diuinæ imaginis innouatio.
Qui cũ ſpeciẽ ſuã, q̃ ab initio à deo facta eſt
recuperauerit, & virtutũ reintegrationem
pulchritudine prioris formæ, põt vota of-
ferre, & tũc nõ homo ſolùm, ſed homo ho-
†33. q. 5. c. manifeſtũ. c. noluit. mo dicitur. Nam qui interiorem homi-
nem nõ excolit virtutibus, nõ cõſtruit, mo
ribus nõ ornat, ſapiẽtiã dei nõ quęrit & ſcri
pturis operã nõ impẽdit, nõ põt homo hõ
1. Cor. 2. d. dici, ſed homo tm̃, & homo animalis. Quia
iterior q verius & nobilius dicit homo, ſo-
pitus in eo eſt carnalib' vitijs, & mundi hu
ius curis. Vnde cuiq; agendum eſt, ſi interio
rem hominem peccatorum ſordibus in ſe
oppreſſum videt, vt citius eruat eum ab oi
inquinamento carnis & ſanguinis, conuer-
tatur ad pœnitentiam, reuocet ad ſe memo
riam dei & ſpem ſalutis. Non enim hæc ex-
trinſecus quęrenda ſunt. Intra nos eſt ſalu-
Lucę. 17. e. tis occaſio. Vnde: Ecce regnũ dei intra vos
eſt. Intra nos enim eſt cõuerſionis facultas.
Ezech. 18. Cũ em̃ cõuerſus ingemueris ſaluus eris, & nõ poteris dignè altiſſi-
F mo reddere vota tua, & hõ homo appellari. Votũ aũt eſt cũ aliqd
de nr̃is offerimus deo. Vult aliqd à nobis accipere de'; & ita nobis
largiri ipſe, vt dona ſua nõ ĩmeritis largiat. Vñ: Et nũc Iſraël qd do
Deut. 10. c. minus deus tu' poſſit à te, niſi vt tu timeas dñm deũ tuũ, & ambu-
les in vijs ei', & diligas eũ ex toto corde tuo &c. hęc poſcit de' à no
bis, q̃ ſi pri' nõ offeram', nihil ab eo accipiem'. Si dederim' gl'iam,
1. Regũ. 2. f. recipiem' gloriã, ait em̃: Glorificãtes me glorificabo. Si offeramus
iuſtitiã nr̃am, accipiemus iuſtitiã dei: & ſi offeram' noſtrã. i. corpo-
ris caſtitatẽ, accipiem' ab ĩpo ſpũs caſtitatẽ, & ſi offeramus ſenſum
1. Cor. 2. d. nr̃m, accipiem' ſenſum ipſi'. Vñ Apoſtol': Nos aũt Chriſti ſenſum
Vota diũſa habem'. Sic ergo nõ ſolũ hõ, ſed homo hõ dicemur: vterq; em̃ vo-
1. Reg. 1. b. cabuli ſui pfectiõe ornat' eſt. Legunt diuerſa vota in ſcripturis. An
Iudic. 11. f. na vouit deo fructũ vẽtris ſui, & Samuelem cõſecrauit in tẽplo. Ie-
pthe q̃dcũq; ſibi poſt victoriã occurriſſet, & occurrente filia vota
pſoluit lachrymanda. Alij vitulos vel arietes vel domos vel alia rõ
ne carẽtia. Ille vò qui appellat Nazaræus ſemetipſum. Hoc enim eſt
votũ Nazaræi qd eſt ſuper omne votũ. Filius em̃ vel filia aut pec'
aut pdiũ extra nos eſt. Semetipſum deo offerre, nec alieno labore,
ſed pprio placere pfecti' & eminẽtius eſt in oibus votis. Quod qui
facit, imitator eſt Chriſti. Ille em̃ dedit terrã, mare, & oia q̃ in eis ſunt.
Cęlum quoq;, ſolem, & lunã, & ſtellas miniſterio hominũ, pluuias, &
ventos, & q̃cquid in mũdo eſt hominib' largit, & poſtea ſemetip-
ſum. Sic em̃ dilexit deus mundũ, vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret p mũ
Iohan. 3. b. di vita. Quid em̃ magnũ faciat homo, ſi ſemetipſum offerat deo, cũ
Matt. 16. d. ſe deus obtulerit prior? Si ergo tollas crucem tuam & ſequaris Chri
Gallat. 2. d. ſtũ. ſi dicas: Viuo aũt iã non ego, viuit verò in me Chriſtus. Si deſi
Philip. 1. d. derer anima tua eſſe cũ Chriſto, & nõ delectet in ſeculo, temetipſum
i. animã tuam obtuliſti deo. Qui in caſtitate viuit, corpus ſuum vo
1. Cor. 7. f. uit. Vñ: Virgo cogitat quõ ſancta ſit corpore & ſpũ. Sancti ergo
dicunt q deo vouẽt. vñ aries ſi deo vouet ſctũs appellat: nec licet eũ
tõderi ad cões vſus. Similiter vitulus nec licet eũ iungi in cõe opus.
Si ergo te voueris deo imitãdus eſt tibi vitul', vt facias tm̃ quod
pertinet ad diuinũ cultum. ¶Idẽ animarũ quæ in eccleſia dei ſunt,
curam habent angeli, quos etiã ad iudiciũ cũ hominib' venire oſtẽ
dimus, vt cõſtet vtrũ ſui deſiderio peccauerint hoies, an cuſtodũ ne
gligentia. Videtur ergo mihi, q̃ aliæ ſub eis degunt vt filiæ, aliæ vt
vxores.

vxores. Si qua ergo vouet aliquid prępropere & minus aptè cuſto G
dis eſt reprimere vouentis audaciam, & retundere. Quòd ſi non fe-
cerit, anima liberabit à culpa, ipſe verò voti erit reus, ſed hoc de in-
ferioribus'. Perfectioribus verò adeſt ipſe dñs, ſicut dicitur de popu-
lo Iſrael, ipſe dominus ducebat eos. Sed poſtq; deliquerunt & in- Deut. 32. b.
feriores ſeipſis facti ſunt, angelo tradunt. vñ
Moyſes dicebat: Niſi tu ipſe veneris nobiſ- Exod. 33. c.
cũ, nõ me educas hinc. & de iuſto dicit deus:
Cũ ipſo ſum in tribulatione. Et alibi dicit: Pſal. 90. c.
Ne timeas deſcẽdere in AEgyptũ, quoniã Gen. 46. a.
tecũ ero. Iuſtis ergo & electis dñs adeſt, infe
rioribus verò angeli. Nos aũt cõtẽdere de-
bemus vt occurramus in virũ perfectũ, & Epheſ. 4. c.
vtamur libertate votorũ, vt cũ ipſo domi-
no vnus ſpiritus ſimus, vt ipſe in nobis ma
neat, & nos in ipſo: & nihil in nobis fœmi- 1. Cor. 6. d.
neum, nihil paruulæ ætatis habeatur, nec ne 1. Iohã. 4. c.
ceſſe ſit nobis ſub tutoribus & procurato- Galat. 4. a.
ribus derelinqui à patre. b ¶Iuramen-
to conſtrinxerit &c. Auguſti. Non hoc
ad omnem iurationem pertinet, ſed ad eam
vbi quiſque vouet alicuius rei abſtinentiã,
qua licebat vti per legem, ſed p votũ ipſe
ſibi efficit non licere. c ¶Mulier ſi &c.
id eſt ſi fœmina & adhuc tenera fuerit ani- †ligamin
ma, cui vir vel pater dominatur in votis,
non ſemper in ipſa eſt culpa: ſed interdum
reddit ad viros vel parentes. d ¶Et iu-
ramentum. Lxx. Et diffinitiones quas dif †audierit
finiuit aduerſus animam ſuã. Nõ q̃ talibus
votis noceãt aię ſuę; ſed aduerſus aiam dicit
aduerſus aialẽ delectationẽ ſicut ibi: Afflige
tis animas

## Cap. XXX.

Narrauitq; Moy- a
ſes filijs Iſraël o-
mnia quæ ei do-
minus impera-
rat, & locutus
eſt ad principes tribuum filio-
rum Iſraël. Iſte eſt ſermo, quem
a præcepit dominus: Si quis uiro- b
rum uotum domino uouerit, aut
b ſe iuramento conſtrinxerit, non
faciet irritum uerbum ſuum, ſed
omne quod promiſit, implebit. c
c †Mulier ſi quippiam uouerit, & d
ſe conſtrinxerit †iuramẽto, quę eſt
in domo patris ſui, & in ætate ad-
huc puellari, ſi †cognouerit pa- e
d ter uotum quod pollicita eſt, &
iuramentum quo obligauit ani-
mam ſuam, & tacuerit*, †uoti rea
erit. Quicquid pollicita eſt & iu-
rauit, opere cõplebit. Si autem
ſtatim ut audierit, cõtradixerit pa
ter, & uota & iuramẽta eius irri-

a ¶Adhuc ſcilicet paruula: & tantum diuinæ eruditionis habens initia.

* pater
† firma erũt vota ſua

## NICO. DE LYRA.

CAP. XXX. H

Narrauitq; Moyſes. Hîc cõſe-
quẽter agit de ordinatione po-
puli ad deũ, quãtũ ad ea in qui-
bus aſtringebatur propria vo- Diuiſio
luntate cuiuſmodi ſunt vota: quia licet vouere ſit voluntariũ, redde
re tñ votũ iã factum eſt neceſſarium. Et diuidit in quinq; partes, ſe-
cundũ qnq; modos pſonarũ vouẽtiũ. Prim' mod' eſt virorũ, qui
notat cũ dicit: b ¶Si quis viro. &c. Quia vtrunq; eſt obligato-
riũ, votũ tñ magis: cuius ratio eſt, quia obligatio voti cauſat ex fide
litate quam deo debemus: ad quẽ reqritur, q̃ ei promiſſum ſolua-
mus: obligatio aũt iuramẽti cauſat ex reuerẽtia quã debem' ei, ex q̃ Votũ differt a iuramento.
tenemur q̃ verificemus id qd p nomẽ eius pmittimus: omnis aũt
infidelitas irreuerẽtiã cõtinet, ſed non econtra. vñ & infidelitas ſer-
ui ad dñm videt eſſe maxima irreuerentia ad ipſum, & ideo votũ ex
ſua ratione magis eſt obligatoriũ q̃ iuramentũ. c ¶Omne qd.
Dũ tñ ſit de re licita & bona, quia aliter nõ eſſet votũ. ¶Sciẽdum
tamen, q̃ iſta lex nõ intelligitur de quocunq; viro generaliter, quia
nullus poteſt implere promiſſum de re, q̃ dependet ex voluntate al
terius ſine eius conſenſu, aliter fieret iniuria, & ideo religioſus ſine
conſenſu prẹlati ſui non poteſt vouere, vel votũ adimplere. Similr
ſeruus nõ poteſt aliquid vouere vel implere, p qd impediat opus
ſui domini. Similiter nec filiuſfamilias de rebus patris ſui: ſi tñ ad
annos pubertatis venerit põt vouere religionis ingreſſum, ſicut &
matrimonium contrahere: quia extũc eſt ſui iuris in his q̃ ptinẽt ad
pſonã ſuã: Et eadẽ rõne vir alligatus vxori, non põt vouere aliqd p Quę puella poſſit vouere.
qd impediat reddere debitũ vxori ſuę ſine eius cõſenſu, quia quan
tũ ad hoc nõ habet ptãtem corporis ſui, ſed mulier. d ¶Mulier.
Hîc ponitur ſecundus modus, videlicet q̃tùm ad votũ puellarũ q̃
ſunt i domo paterna. Nec intelligit iſta lex de puellis, q̃ nõ attigerũt
annos diſcretionis, quia illę nõ pñt vouere, nec etiã de illis quę ſunt
maritatæ: licet adhuc maneant cũ patre, quia ſunt emancipatę, ſed
de illis quæ attigerunt annos diſcretiõis, nec ſunt maritatæ viro ſeu
affidatæ, & ideo ſunt ſimpliciter ſub cura patris, & illę nõ pñt aliqd
vouere qd ſit ſtabile ſeu obligatoriũ abſq; cõſenſu patris expſſo vel
tacito. & q̃ntũ ad hoc ſubdit: e ¶Si cognoue. Et tacuerit, quia
in tali caſu conſenſiſſe intelligitur: põt tñ facere votum de ingreſſu
religionis vel Moraliter

Moraliter. Narrauitq; &c. Sequitur: b ¶Si q̃s virorum.
In hoc aũt caplõ agitur de voti obligatione & eius redditione, &
etiã de eius irritatione in q̃bus ſenſus literalis, eſt etiã moralis, pro-
pter qd nõ eſt hîc alia moralitas requirenda.

ti s animas veſtras. ¶ Aug. Meritò quęrit̃ in hoc loco etiã de voto A virginitatis. Mulieres em̃ etiã virgines in ſcriptura ſolent appellari: Leuit.16.g. & videtur Apl's de patre loqui, cũ dicit: Seruet virginem ſuam: & 1.Cor.7.g. det nuptum virginẽ ſuã, &c. hoc modo, vbi nonnulli intellexerunt virginẽ ſuã, i. v'ginitatẽ ſuã. nulla tñ hoc ſimili ſcripturarũ locutiõe demonſtrãt, cũ ſit inuſitatiſſima. a ¶ Nec obnoxia tenebitur. Lxx. Dñs mundabit eam, qa abnuit pater eius. i. mundam habebit & iudicabit, ſicut dicitur: Leui.13.b. Mundabit eũ ſacerdos, & mũdatione nõ mũdabis reũ. i. non dices mundum eũ qui immundus ſeſt. b ¶ Si maritũ: id eſt ſi adulta & viri potens fuerit ad cõcipiẽdũ ſemẽ verbi dei, & doctrinę ſpiritalis capiẽda ſecreta. vñ: 2.Cor.11.a. Volo aũt om̃es vos vni viro virginẽ caſtã exhibere Chriſto. Literaliter ¶ Aug. Quia dñs mandauit fœminã ſub patre eſſe anteq; nubat, & ſub viro nuptam, noluit ita lex aliqd vouere eam ✱vir eius aduerſus aĩam ſuã, id eſt in rerũ licitarũ abſtinentia, vt in eiſdem votis fœminea valeat autoritas, ſed virilis. Ita & ſi adhuc innuptę iã cõceſſerit pater vota pſoluere, ſi anteq; pſoluerit nupſerit, & viro eius hoc cognitũ †parcet nõ placuerit, non perſoluat, & ſit omnino ſine peccato, quia dominus mũdauit eam, ſicut dicit, id eſt mundã fieri iudicauit. Neq; hoc cõtra deum fieri putandũ eſt, cũ ipſe de' hoc pceperit & hoc voluerit. c ¶ Vxor in domo. Augu. De illa prius dixit q̃ in domo patris ſui vouit, & anteq; redderet nupſit. De ea ergo q̃ in domo mariti vouit, ita loquitur. Si in domo mariti eius votũ eius, aut diffinitio q̃ aduerſus animã eius cũ iureiurando, & audierit vir eius &c. Manifeſtũ eſt ergo ita voluiſſe legẽ fœminã eſſe Fœmina ſub viro ſub viro, vt nulla vota' eius q̃ abſtinentiæ cauſa vouerit reddantur ab ea, niſi vir fuærit autor permittendo. Nã cũ ad peccatũ eiuſdẽ viri ptinere voluerit, ſi prius permi- B ſerit & poſtea prohibuerit, etiã hîc: tamen nõ dixit, vt faciat mulier qđ vouerat, quia permiſſa prius à viro fuerat, viri dixit eſſe peccatũ qui abnuit quod prius cõceſſerat, nõ tamẽ mulieri, ideo pmiſit, vt ſi vir poſtea prohibuerit, contemnat̃. Sed vtrum iſta etiam ad vota continentiæ, & ad concubitus abſtinentiam ptineant, meritò quęritur, ne fortè ea intelligant̃ tm̃ aduerſus animam voueri, quæ ſunt in cibis & potibus, qđ Matth.5.d. etiam videtur ibi ſignificari: Nonne anima plus eſt quàm eſca. Et cũ de ieiunio pręcipitur, Leuit.16.g. ita dicitur: Affligetis animas veſtras. Neſcio aũt vtrum alicubi legatur aduerſus animã votũ dici, qđ de abſtinentia concubitus fuerit. Maximè cùm hîc lex autoritatem viro tribuat, nõ mulieri, q̃ viro ſubdita eſt, vt tunc vota perſoluere debeat ſi vir vota approbauerit. Si aũt renuerit nõ debere. 1.Cor.7.a. Apl'us cùm de hmõi loquereſ, nõ maiorẽ autoritatẽ viro q̃ fœminæ dedit. Sed vxori, inquit, vir debitũ reddat, ſimiliter & vxor viro. Vxor nõ habet poteſtatẽ ſui corporis ſed vir. Similiter vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier. Cùm ergo parem vtriq; tribuat poteſtatem, inſinuat de cõcũbendo vel nõ concũbendo regulam nõ ptinere ad ea vota, vbi nõ habẽt parẽ poteſtatem, ſed vir maiorẽ, & 'ppè eius ſolius eſt. Nõ em̃ ait lex virũ nõ debere reddere vota ſua, ſi vxor prohibuerit, ſed vxorẽ ſi vir prohibuerit. Vñ non mihi videt̃, in hmõi votis atq; obligatiõib' q̃ aduerſus aĩam fiũt, etiã iſta debere accipi q̃ inter ſe vir & vxor de cõcũbẽdo, vl' de abſtinẽtia cõcubẽdi placita habuerint. Præterea iſtæ iuſtificatiões dicunt̃, & meminim' in illis iuſtificatiõib' q̃ ĩ Exodo ſub Exodi.21. hoc noĩe memorant̃, multa pcipi, q̃ ad pprietatẽ nõ poſſunt accipi nec in nouo teſtõ obſeruari, ſicut de aure ſerui pertũdẽda, & hmõi. Vñ etiã hîc aliqd figuratè dictũ intelligit̃, vt qm̃ ſunt multę abſtinẽtiæ ceremoniarũ irrationabiles & inimicæ veritati. Hoc fortè intelligi voluit, tũc ratas eſſe, cũ rationabiles fuerint, id eſt cùm eas ratio approbauerit, q̃ ſicut vir debet regere omnẽ animalẽ motionẽ, C q̃ fit nõ tm̃ in appetẽdo, ſed etiã in abſtinẽdo, vt ſi mẽte & ratiõe decernit̃, tũc fiat. Si aũt improbat̃, nõ fiat. Si aũt ratio qđ prius rectè faciẽdũ eſſe decreuerit poſt improbet, ſit peccatum cõſilij, ſic tñ, vt non niſi rationi motio illa conſentiat.

[a] ta erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eò quòd contradixerit pater. [b] Si maritum habuerit & uouerit aliquid, & ſemel uerbum de ore eius egrediens, animam illius obligauerit iuramento, quo die audierit uir & non cõtradixerit, uoti rea erit, reddetq; quodcunque promiſerat. Sinautem audiens *ſtatim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, uerbaq; quibus obſtrinxerat animam ſuam, †propitius erit ei deus. [b] Vidua & repudiata quic- [c] quid uouerint, reddent. [d] Vxor in domo uiri cùm ſe uoto conſtrinxerit, & iuramẽto, ſi audierit uir, & tacuerit, nec cõtradixerit ſponſioni, reddet quodcunq; promiſerat: Sinautem extemplo contradixerit, non tenebitur promiſſionis rea, quia maritus cõtradixit, & dominus ei propitius erit. Si uouerit & iuramento ſe conſtrinxerit, ut per ieiunium uel cæterarum rerum abſtinentiam affligat animam ſuam, in arbitrio uiri erit † ſiue faciat ſiue non faciat. Quòd ſi audiens uir tacuerit, & in alteram diem diſtulerit ſententiam, quicquid uouerat atq; promiſerat, reddet: quia ſtatim ut audiuit, tacuit: [e] Sinautem contradixerit poſtq; reſciuit, [f] portabit ipſe iniquitatem eius. Iſtæ ſunt leges, quas conſtituit dominus Moyſi inter uirum & uxorem, inter patrem & filiã, quæ in puellari adhuc ætate eſt, uel quæ manet in parentis domo.

## Cap. XXXI.

[d] Locutúsque eſt [g] dominus ad Moyſen dicẽs: Vlciſcere pri- [h] us filios Iſraël de Madiani-

## Nico. de Lyra.

Moraliter. a ¶ Et nunc. In hoc capitulo Moyſes pmittit filijs Iſrael facilẽ ingreſſum terrę promiſſiõis, & ei⁹ poſſeſſionẽ pacificã, ſi tñ obſeruẽt dei mãdata diligẽter. ſi verò trãſgrediant̃, eis eiectionẽ de terra illa cõminat̃, & captiuitatẽ in aliena terra, vbi dijs ſeruiẽt alienis, ſicut frequẽter dictũ eſt. Per terrã promiſſiõis intelligit̃ terra viuẽtiũ, cui⁹ duplex eſt ingreſſus. Vn⁹ in re, ſicut ingreſſi ſunt beati. & q̃ ſic ingrediunt̃ nũq̃ eijcient̃. oẽs em̃ ſunt certi de ſuę beatitudinis ſtabilitate. Ali⁹ eſt ingreſſus ei⁹ in ſpe, & ſic igrediunt̃ fideles dei gratiã recipiẽtes, qa tñ ab ipa poſſunt cadere p mortale peccatum deo pmittẽte & diabolo pcurãte. & aliqñ ſic cadũt, & ſic de terra viuẽtiũ eijciunt̃, & fiũt captiui & ſerui vitiorum. Iohã. viij. d. Qui facit peccatũ, ſeru⁹ eſt peccati. Et quia multa ſunt vitia, & peccata, iõ ſeruiunt dijs alienis, in plurali. Guloſus em̃ vẽtri ſuo ſeruit ſicut deo ſuo, Phil. iij. d. Quorũ de⁹ venter eſt, & glĩa in cõfuſiõe eorũ, q̃ terrena ſapiũt. Silr̃ auarus ſeruit auro, & argento, & lapidibus pretioſis tanq̃ idolis ſuis, ppter qđ Apoſtolus Col. iij. auaritiam vocat idolorum ſeruitutem. nã auarus tot idola ſibi colenda ſtatuit, quot cõtra deũ cõcupiſcit.

Moraliter
†pręcipio
†in
†præcepi

A a ¶Nec eſt alia &c. Non eſt alia natio tam grandis, digni tate.ſ.donorũ, nõ multitudine populorũ. Nec enim gens Iudæorũ numero vincebat alias gẽtes aut potẽtia, ſed patrũ ꝓrogatiua & di gnatione diuina. b ¶Quę viderunt oc. Viſus inter omnes ſenſus obtinet principatũ: ideo ꝑ omni ſenſu ponit. c ¶Sculptam ſimilitudinem. Augu. Forſitan his duobus vocabulis vnam rem ſignificauit. Vel ſimilitudinem vocauit ſtatuã, vel ſimulachrum non ex alicuius hominis lineamentis imitando expreſſum. Quod enim tali expreſſione fit, imaginem dici nemo dubitauerit, vt ſit omnis imago ſimilitudo: ſed non conuertitur. In geminis enim ſimilibus, ſimilitudo eſt alterius cuiuslibet in altero, non imago, ſed ſi patri ſimilis ſit fili⁹ rectè imago dicitur, vt ſit pater πρωτότυπος prototypus.i. prĩa figura, vnde illa imago expreſſa videatur. Harũ imaginum aliæ ſunt eiuſdem ſubſtantiæ vt filius, aliæ non, vt pictura. Vnde illud quod ſcriptum eſt: Fecit deus hominem, ad imaginem ſuam, ſic intelligendum eſt, vt non ſit eiuſdem ſubſtantiæ imago, quę facta eſt. Si enim eiuſdem eſſet, non facta ſed genita diceretur. Quiòd verò non addidit, & ſimilitudinem, ſicut ſuperi⁹, ideo factum videtur, quia vbi imago & ſimilitudo. Vnde & hîc Moyſes ſimilitudinem & imaginem fieri prohibet. In decalogo autem nullam faciendam eſſe ſimilitudi- dicitur, nec imago memoratur. Si enim non ſit ſimilitudo nec imago. Quoniam ſi imago, & ſimilitudo. Deniq; vbi prohibuit ſimilitudinem & imaginẽ homines intelligi voluit. vbi ſimilitudo fieri poteſt non huius aut illius propriè ſed cuiuslibet, & imago, id eſt huius propriè vel illi⁹ hominis. cũ verò de irrationabilib⁹ animantibus diceretur, ſolam ſimilitudinẽ

B dixit. Nemo enim ſibi vnũ canẽ cõſtituit vel huiuſmodi, quem intuens imaginem pingat vel fingat, qđ de hominibus vſitatum eſt. d ¶Qui ſub terra morãtur. Auguſtinus. An aquam terram intelligi voluit, propter tractabilem corpulentiã, ſicut ibi: Fecit deus cęlum & terram. & ibi: Auxilium meum à domino qui fecit cælum & terram. An ideo dictum eſt ſub terra, quia niſi aquis terra ſuperior eſſet habitari ab hominibus & animalia terrena habere non poſſet. e ¶Quæ crea. Augu. Non ita dictũ eſt tanq; deus præceperit ea à cunctis gentibus coli, à ſolo populo ſuo non coli: ſed qđ pręſcierit gentes culturam exibituras his cæleſtibus, & tamen præſciens creauerit eas, populum verò ſuum futurum eſſe præſciuerit, qui iſta non coleret. Vel intelligatur vſus q commendatur in Geneſi: vt ſint in ſignis & tẽporib⁹

Quid imago & ſilitudo.
† magna
† ſtatuta
Geñ.1.d.
† eorum
† quos diſcẽt, vt timeant
† ſtatuta
* ꝓpter vocẽ
Geñ.1.a.
Pſal.120.a.
Auguſt
Geñ.1.b.

a ligens, gens magna. Nec eſt alia na a tio tam grandis, quæ habeat deos b

a ¶Manifeſte apparẽdo per ſigna & prodigia & auxiliando.

appròpinquantes ſibi, ſicut domi- c nus deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Quæ eſt enim alia gens †ſic inclyta, ut habeat †ceremonias iuſtaq; iudicia, & uniuerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos ueſtros? Cuſtodi igitur temetipſum & animam tuam ſollicitè: Ne obliuiſca- d

¶Intellexerunt.

b ris †uerborum quæ uiderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus uitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos, diẽ in quo ſtetiſti coram domino deo tuo in Horeb, quando dominus locutus eſt mihi, dicens: Congrega ad me populum, ut audiãt ſermones meos, †& diſcant timere me omni tempore quo uiuant in terra, doceantq; filios ſuos. Et acceſſiſtis ad radices

¶Hyperbole. ¶Aereum quod aqua diluuij occupauit.

montis q ardebat uſq; †ad cælum, erantq; in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutusq; eſt dominus ad uos de medio ignis. Vocem uerborum eius audiſtis, & formam peni

a ¶Ne ſcilicet volens imitari ſculpendo faceres idolum tibi.

tus nõn uidiſtis*. Et oſtendit uobis e pactum ſuum quod præcepit ut faceretis, & decem uerba quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis, Mihiq; mandauit in illo tempore, ut docerem uos ceremonias & iudicia quę facere deberetis in terra †quam poſſeſſuri eſtis. Cuſtodite igitur ſollici f tè animas ueſtras. Non uidiſtis ali- g quam ſimilitudinem in die, qua locutus eſt dominus uobis in Horeb de medio ignis, ne fortè †decepti fa

c ciatis uobis ſculptã ſimilitudinem,

¶Hoc de hominibus.

aut imaginem maſculi uel fœminę,

¶Hoc de animalibus.

ſimilitudinem omnium iumentorum, quæ ſunt ſuper terram, uel auium ſub cælo uolantium, atq; reptilium quæ †mouentur in terra, ſiue

d piſcium qui ſub terra morantur in

a ¶Nec in cælo vidiſti ſimilitudinem ne &c.

aquis, nẽ fortè oculis eleuatis ad cælum uideas ſolem & lunam & †omnia aſtra cæli, & errore deceptus

¶Alij diſtribuit.

e adores ea, & colas quæ creauit h

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Nec eſt alia natio tã. &c. Hîc replicatur explanando eminentiam legislatoris, quę potiſſimè apparuit in datione legis: Quam quidem eminentiam quatuor oſtendunt, quæ primò ſigillatim explicantur. ſecundò vt melius commẽdentur memoriæ inſimul breuius replicantur, ibi: Interroga de diebus antiquis. Illorum autem quatuor primum eſt benignitatis amor. ſecundum poteſtatis terror. ibi: Ne obliuiſcaris. tertium pietatis dulcor, ibi: Vos autem tulit. quartum ſęueritatis rigor, ibi: Caue ne quando obliuiſcaris. Primum autem oſtenditur per hoc q dominus

† reptant

C dominus filijs Iſrael familiariter condeſcendebat, vt patet in deſcenſu mannæ quotidie, & in populi allocutionę, in legis datione & cæteris alijs beneficijs, & hoc eſt quod dicitur: Nec eſt alia natio tã grandis, non numero vel corporali quantitate, ſed dignitate, q multę aliæ nationes fuerunt maiores in fortitudine & multitudine: ſed iſta fuit dignior alijs, inquantum accepit legem diuinitus datam diſponentem ad Chriſtum, qui erat naſciturus ſecundum carnem ex Iudæis, in quo conſiſtebat maxima dignitas illius populi. b ¶Quæ habeat deos appropinquãtes ſibi. id eſt condeſcendentes. Et dicit deos in plurali, quia aliæ nationes colebant pluralitatem deorum. c ¶Sicut dñs de⁹ noſter adeſt cũctis obſecrationibus noſtris. Licet enim dęmones in idolis gentium aliquando darent eis reſponſa, hoc tamen erat rarò. Erant etiam illa reſponſa obſcura & ambigua, & per conſequens deceptiua, ſicut illud: Aio te AEacida Romanos vicere poſſe. ꝑ quod deceptus pugnauit contra Romanos, & fuit deuictus. Poſſe enim vincere, poterat referri ad ipſum vel ad Romanos, & ipſe retulit ad ſe quod ad Romanos ſecũdum veritatem erat referendum. Verba autem domini ſemper ſunt vera, & nullo modò deceptiua: familiaritas autem quam oſtendit deus filijs Iſrael in veteri teſtamento, fuit figura illius maximę familiaritatis quam nobis oſtendit in beneficio ſuę incarnationis, de qua habetur Iohan.1.a. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis &c. Et quia diuina familiaritas requirit munditiam cordis & corporis: ideo concluditur: Cuſtodi igitur temetipſum & animam tuam ſollicite. & ſequitur: d ¶Ne obliuiſcaris. Hîc conſequenter oſtenditur ſuæ poteſtatis terror, quia ſicut amor attrahit ad bonum, ita terror retrahit à malo. & ideo ſicut in datione legis alloquẽdo populum oſtendit eis ſuæ benignitatis amorem, ita per ſigna terribilia quæ tunc fiebant, ſcilicet tonitrua & coruſcationes & ſimilia, incuſſit ſuę poteſtatis timorem. Et primò oſtendit propoſitum. ſecundò ex hoc infert corollarium, ibi: Cuſtodite igitur. Circa primum dicitur. Ne obliuiſcaris verborum quæ viderunt oculi tui & ne excidant de corde. de quibus dicitur Exodo.20.cap. Cunct⁹ autem populus videbat voces & lampades & ſonitum buccinę montẽq; fumantem, & perterriti ac pauore concuſſi &c. & hoc eſt quod ſubditur: Et diſcant timere me. Sequitur: e ¶Et oſtendit.i. legem quantũ ad decem ꝓcepta q̃ dedit immediatè & quãtùm ad alia pręcepta q̃ dedit mediãte Moyſe. & patet litera. f ¶Cuſtodite igitur. Hîc conſequenter concluditur corollarium, ſcilicet q latria ſoli deo ſit tribuenda. per hoc qđ in datione legis non apparuit figura alicui⁹ creaturę viuentis. & hoc eſt qđ dicitur: Cuſtodite igitur ſollicite animas veſtras. ſcilicet à cultu idolatrię. Cuius cauſa ſubditur. g ¶Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem. Et ideo primò prohibet latriam impendi creaturæ viuẽti ſub cælo, cũ dicitur: Ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam imaginem &c. ſecũdò corporibus cæleſtibus, cùm dicitur: Ne fortè eleuatis oculis ad cælum &cę. & ſubditur cauſa cùm dicitur: h ¶Quę creauit dominus deus tuus in mi. & ideo ſi creaturę hũanę nõ debet ĩpẽdi latria, mltò min⁹ corꝑib⁹ cæleſtib⁹, q̃ ꝓpter

cc hoiem

Ennius
D
Diuiſio
† ad cor cęli.i. vſq; ad mediũ cęli
† ad quã trãſitis vt poſſideatis eã
† corrupti
Diuiſio
† ſtellas oẽm militiam

E & temporibus, & diebus, & annis, quem vſum communem habet populus dei cum omnibus gentibus, ſed non cultum quem habent aliæ gentes. a ¶Sculptam ſimilitu. Aug. Hîc generaliter loquens ſimilitudinem poſuit, imaginem tacuit, quia ſi ſit nulla ſimilitudo nec imago. b ¶Teſtes inuoco hodie cælum &c. μετονυμικῶς Metonomicos, pro id quod continet, id quod continetur ſignificat. c ¶Nouiſſimo autem. Conuerſionem Iſraelis ad fidem Chriſti prænuntiat, vt poſtquam plenitudo gentium intrauerit, omnis Iſrael ſaluus fiat.

[Metonomia figura eſt]

[Roma.11.d Auguſt.]

d ¶A ſummo cæli. Augu. Cur non dixerit ſimiliter à ſummo terræ vſque ad ſummum terræ, difficilè eſt dinoſcere, ſicut & in euangelio vbi dicitur: Congregabuntur electi à ſummis cælorũ vſque ad terminos eorum. Sed fortè hoc intelligi voluit, nec in hominibus nec in angelis auditum eſſe, quod in hoc populo ſingulariter factum eſt, ſicut ſequentia demonſtrãt. Sed quomodo intelligetur illud in euangelio, à ſummis cælorum vſque ad terminos eorum, cùm hoc de nouiſſima electorum congregatione dicatur.

[*in hereditatem] [Matt.24.c.] [†corruptique]

¶In Viſum:

dominus deus tuus in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cælo ſunt. Vos autem tulit domi- a
nus & eduxit de fornace ferrea Ægypti, ut habe- b
ret populum hæreditarium ſicut eſt in præſenti die. Iratusq́ eſt dominus contra me propter ſer- c
mones ueſtros, & iurauit ut non tranſirem Iordanem, nec ingrederer terram optimam quam daturus eſt uobis*. Ecce morior in hac humo, non tranſibo Iordanem, uos tranſibitis & poſſidebitis terram egregiam. Caue ne quando obli- d
uiſcaris pacti domini dei tui quod pepigit tecũ,
a & facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorum quę fieri dominus prohibuit. † Quia dominus deus e

a ¶Pacta conſumit, & reprobos ignibus gehennæ tradit.

tuus ignis conſumẽns eſt, deus æmulator. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, †deceptique feceritis uobis aliquam* ſimilitudinem patrantes malum coram domino deo ue-
b ſtro, ut eum ad iracundiam prouocetis, †teſtes f

¶Angelos ¶Homines.

inuoco hodie cælum & terram, citò perituros uos eſſe de terra quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis. Non habitabitis in ea longo tempore, ſed delebit uos dominus atque diſperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas uos ducturus eſt dominus. Ibique ſeruietis diis qui hominum manu fabricati ſunt, ligno & lapidi, qui non uident, nec audiunt, non comedunt, nec odorantur. Cúmque quæſieris g
ibi dominum deum tuum, inuenies eũ, ſi tamen toto corde quæſieris & tota †tribulatione animæ tuæ, poſtquam te inuenerint omnia quæ
c prædicta ſunt. †Nouiſſimo autem tempore reuerteris ad dominum deum tuum, & audies uocem eius, quia deus miſericors dominus deus tuus eſt: Non dimittet te nec omnino delebit, neq́ obliuiſcetur pacti, in quo iurauit patribus tuis. Interroga de diebus antiq́s, qui fuerunt ante te h
ex die quo creauit deus hominem ſuper terram

¶Interroga te, ſubaudi.

d †à ſummo cælo uſque ad ſummũ eius, ſi facta i k
eſt aliquando huiuſcemodi res*, aut unquam †cognitum eſt, ut audiret populus uocem do- l
mini dei loquentis de medio ignis, ſicut tu audi- m
ſti & uixiſti: ſi †fecit deus, ut ingrederetur, & tol- n o
leret ſibi gentem de medio nationum per tenta- p
tiones, ſigna atque portenta, per pugnam & ro- q r s t
buſtam manum, extentumq́ brachium & †horribiles uiſiones, iuxta omnia quæ fecit pro uobis dominus deus ueſter in Ægypto uidentibus oculis tuis, ut ſcires quoniam dominus ipſe eſt deus, & non eſt alius præter eum. De v
cælo te fecit audire uocem ſuam, ut doceret te,
& in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximum, x
& audiſti uerba illius de medio ignis, quia di- y

*Nicolaus de Lyra.*

hominem ſunt facta. vnde & motus cæli ad completionem numeri electorum ordinatur. & ideo ipſo completo ceſſabit. Vnde habetur Apoca.x.b. Iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum, quod tempus amplius non erit.

F

a ¶Vos autem tulit. Hîc autem deſcribitur in legislatore pietatis dulcor, per hoc quod filios Iſrael ſua mera pietate eduxit de AEgyptiaca ſeruitute, & hoc eſt quod dicitur: Vos autem tulit dominus, & eduxit de fornace, quia ad literam coquebant lateres in fornace. Ferrea, quia illa ſeruitus erat duriſſima, vt habetur Exod.5. b ¶Vt haberet populum hæreditarium. id eſt immobiliter ſibi adhęrentem, ſicut hæreditas eſt poſſeſſio immobilis. c ¶Iratuſq́ dominus cõtra me propter ſermones veſtros. Hoc addidit Moyſes ad oſtendendum, quod debebant eſſe multùm grati deo, eò quod faciebat eis beneficium quod Moyſi negauerat, introducendo eos in terram promiſſionis: & patet litera. d ¶Caue ne quando obliuiſcaris pa. Hîc conſequenter circa legislatorem deſcribitur ſęueritatis rigor, ne ratione ſuæ pietatis inſoleſcerent, & ad idolatriam declinarent, & hoc eſt quod dicitur: Caue ne quando obliuiſcaris pacti domini dei tui &cę. id eſt legis, quæ primo præcepto prohibet idolatriam. e ¶Quia dominus deus tuus ignis cõſumens eſt deus æmulator. Si genueritis. id eſt acriter puniens, ſicut ignis inter elementa eſt magis actiuus. & quia iſta pœna non ſolùm erat eis inferenda, ſed etiam poſteris eorum, ſi ad idolatriam declinarent, ideo ſubditur: Si genueritis filios. Sequitur: f ¶Teſtes inuoco hodie cælum & terram, cito pe. id eſt omnem creaturam intellectualem in cælo & in terra exiſtentem, quia ſola creatura intellectualis poteſt propriè teſtificari. Et exprimit conſequenter multas pœnas. Prima eſt plurimorum mors ſiue perditio, cùm dicit: Citò perituros vos. Secunda de terra eiectio, ibi: Non habitabitis &cæ. Tertia inter infideles diſperſio, ibi: Atque diſperget. Quarta idolatriæ ſeruitus & ſubiectio, ibiq́ ſeruietis &cæte. Veruntamen quia cum dei iuſtitia ſemper currit miſericordia, ideo conſequenter promittit eis pœnę remiſſionem, ſi agãt veram pœnitentiam, cùm dicitur: g ¶Cumq́ quæſieris ibi dominũ deũ tuum inuenies eum. & patet litera. h ¶Interroga de diebus antiquis. Hîc conſequenter prędicta de legislatoris eminentia replicat breuiter, vt ea memorię firmius imprimantur, & primò de benignitate & familiaritate legislatoris, cùm dicitur: Interroga de diebus an. id eſt de his quæ facta ſunt ab antiquo. i ¶A ſummo cęlo &c. id eſt ab omni creatura quæ cæli ambitu cõtinetur. k ¶Si facta eſt aliquando. id eſt tãta dei beniuolentia oſtenſa alteri populo. l ¶Vt audiret populus vocẽ domini dei loquentis de me. dando ſibi immediatè mandata. m ¶Sicut tu audiſti. In Hebręo habetur: Et vixiſti. q.di. hoc non eſt factum alteri populo. Cõſequenter repetit de pietate legislatoris in eductione populi de AEgypto, cùm dicitur. n ¶Si fecit deus. ſcilicet alteri populo. o ¶Vt ingrederetur & tolleret ſibi gentem. ſicut per effectus ſuæ virtutis egreſſus eſt AEgyptum, vt te inde tolleret. p ¶Per tentationes. Primò mãdãdo Pharaoni ſimplici verbo, vt te dimitteret, vt habetur Exo.v. quaſi tentans ſi dimitteret populum abſq́ flagello. q ¶Signa: quę dedit fieri per Moyſen, vt ſibi crederetur quod eſſet nuntius dei ſicut fuit verſio virgę in ſerpẽtem & ſimilia. r ¶Atq́ portenta. id eſt plagas AEgypto illatas. s ¶Per pugnam & robuſtam manum extentũq́. ſcilicet in mari rubro, ſecundũ quod dicitur Exo.xiiij.d. Dominus pugnabit pro nobis &c. t ¶Et horribiles. ſecũdũ quod habetur, Sapi.xviij.c. Viſus malorum ſomniorũ turbauerunt eos &c. v ¶De cęlo. Hîc accipitur cælum aëreũ, quia vox illa formabatur in cacumine montis Sinai immediatè à deo vel miniſterio angelico, & audiebatur à populo exiſtente circa pedem montis. Conſequenter repetit de terrore poteſtatis, cùm dicitur: x ¶Et in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximum & audiſti verba illius de me. qui erat valde terribilis, vt habetur Exo.xix. y ¶Quia dilexit patres. Hoc inducitur ad oſtendendum, quod iſta beneficia non fecit deus filijs Iſrael propter boni

tatem eorum

[† In mitiſſimis diebus tunc] [† à fine ſiue termino cęli vſque ad finẽ cęli alterum,] [† auditum] [† tentauerit] [G] [Multiplex pœna.] [miniſterii] [† Heb.11.g] [*imaginem aut] [†infrà.30.d] [H] [† aía tua cũ fuerit tibi anguſtia, &] [*magna] [† terrores magnos]

lexit patres tuos, & elegit ſemen eo-
rum poſt eos. Eduxitq; te, præcedens
in uirtute ſua magna ex Ægypto: ut
†deleret nationes maximas & fortio-
res te in introitu tuo, & introduceret
te, daretq; tibi terram earum in poſſeſ
a ſionē, ſicut cernis in præſenti die. Sci-
to ergo hodie, & †cogitato in corde
tuo, quòd dominus ipſe eſt deus in cę
lo ſurſum, & in terra déorſum, & non
b eſt alius. Cuſtodi præcepta eius atq;
mandata, quæ ego præcipio tibi, ut
bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, & per
maneas multo tēpore ſuper terram,
quam dominus deus tuus daturus eſt
c tibi*. Tunc ſeparauit Moyſes tres ci
uitates trans Iordanē ad orientalem
plagam, ut confugiat ad eas qui occi-
derit nolens proximum ſuum, nec*
fuerit inimicus ante unum & alterum
diem, & ad harum aliquam urbium
poſſit euadere*: Boſor in ſolitudine
quæ ſita eſt in terra campeſtri de tri-
bu Rubē, & Ramoth in Galaad, quę
eſt in tribu Gad, & Golan in Baſan,
d quæ eſt in tribu Manaſſe. Iſta eſt lex
quam propoſuit Moyſes coram fi-
e f liis Iſraël, & hæc teſtimonia & †cere-
g moniæ, atque iudicia quæ locutus eſt
ad filios Iſraël, quando egreſſi ſunt de
Ægypto trans Iordanē in ualle †con-
tra phanum Phogor in terra Sehon
regis Amorrhæi, qui habitauit in He
ſebon, quem percuſſit Moyſes. Filij
quoq; Iſraël egreſſi ex Ægypto poſ-
ſederunt terram eius, & terram Og
regis Baſan, duorum regum Amor-
rhæorum, qui erant trans Iordanem
ad ſolis ortum ab Aroer, quæ ſita eſt
ſuper ripam torrentis Arnon uſq; ad
montem Sion, qui eſt* Hermon, o-
mnem planiciem trans Iordanem ad
orientalem plagam uſq; ad mare ſo-
litudinis, †& uſq; ad radices montis
Phaſga.

† expelleret
† redi ad cor tuum. heb.
* oib⁹ diebus
* & viuat
† ſub effuſionibus collis
* ſibi
† ſtatuta
† ē regione phani
* &

tatem eorū, ſed propter merita patrū Abrahā, Iſaac, & Iacob.

A a ¶ Sicut cernis in. De terra Sehon & Og data tibi. Conſequen- ter ex prædictis concluditur, ꝙ latria ſoli deo ſit impendenda, cùm dicitur: Scito ergo hodie &c. Secundò, quòd lex eius ſit cuſtodien da, cùm dicitur: b ¶ Cuſtodi præcepta eius. & patet litera.

Diuiſio

c ¶ Tūc ſepa. Vidēs em̄ Moyſes im- minere mortē ſuā, ſeparauit tres ciuitates trās Iordanē, vt poſſent ibi refugere & & ſaluari, q̄ abſq; inimicitijs & à caſu ꝓ- ximū occiderēt. & patet lr̄a. Sciēdū tn̄, ꝙ iſtę ciuitates nō fuerūt ſimpliciť determi natę ad refugiū, q̄uſq; alię tres fuerūt inſti tutę ī terra Chanaā, ꝓut dictū fuit Num. xxxv. vbi etiā determinatū fuit, q & q̄liť deberēt ibi ſaluari, & q nō. d ¶ Iſta eſt. Hîc ponitur concluſio intenta in hoc ca. Ad hoc em̄ replicauit legis dationē declarando eminentiam legis, & legiſlato ris, vt per hoc redderenť filij Iſrael atten- ti ad intelligendū & retinendum legē, q̄ erat replicanda & declaranda ca. ſe. & vl- trà vſq; in finē libri. & quantū ad hoc di citur: Iſta eſt lex, quā propoſuit Moyſes ſ. ca. ſe. e ¶ Et hæc teſtimonia. per legem enim intelliguntur pręcepta deca logi: per teſtimonia intelliguntur alia pręcepta moralia. f ¶ Et ceremonię. Per hoc intelliguņť ceremonialia p̄cepta, quę ordinant hominē ad cultum dei. g ¶ Atq; iudicia. q̄ ordinanť ad iuſtū cōuictū cū ꝓximo. Tāgiť etiā tēpus hui⁹ explanationis legis, cùm diciť: Qn̄ egreſſi ſunt de AEgypto, & loc⁹, ibi: trās Iorda- nē &c. & q̄liter fuit acquiſitus, cùm ſub- ditur: Filij quoq; Iſrael egreſſi de AEgy pto poſſederunt terram eius.

¶ In cap. iiij. vbi dicitur in poſtilla: Ne fortè eleuatis oculis in cælum &c.

B

## ADDITIO I.

Corporib⁹ cęleſtib⁹ cultus fieri ꝓhibetur

Nō videtur ſufficiēs rō in ꝓpoſito, quā poſtillator hîc aſſignat, dicēs, ꝙ ſi creatu- turę hūanę nō debet impendi latria, mul- tò minus corpibus cæleſtib⁹, q̄ propter hoīem ſunt facta. Primò qa nō erat no- tū his quib⁹ loquebatur, qđ mot⁹ cæli eſſet ordinatus ad cōpletionē numeri e- lectorū, & qđ ipſo cōpleto ceſſaret. Nō em̄ hoc habeť ex autoritate diuina in le- ge Moſaica cōtenta, quā ille populus reci pere tenebať, ſed poti⁹ ex autoritate no- ui te. qđ erat eis ignotū. vnde rō prędicta nō cōcludebat eis, q mediū hui⁹ cōſequē tię ignorabant. ſeundò, quia poſito, ꝙ mot⁹ cęli ordineť ad completionē nu- meri electorum ex hoc nō tollitur, quin huiuſmodi motus habet efficaciam in his inferioribus, magis q̄ aliæ creaturæ, quarum ſimilitudines hîc ꝓhibet, vt iu- mētorū, auium, reptilium & huiuſmodi. Et ideo ex hoc qđ alijs creaturis inferio- ribus prohibetur cultus latrię impendi, non ſequeretur, qđ talis cultus non debe ret impendi corporibus cæleſtibus, quæ ſunt altioris & maioris efficaciæ. Tertiò quia ſecundum ſanctum Tho. in prima parte. q. lxx. arti. iij. in reſpōſiōe ad ſcđm argu. Nihil prohibet dici ꝙ dignior creatura facta ſit propter infe- riorem, non ſecūdum ꝙ in ſe conſideratur, ſed ſcđm qđ ordinatur ad ītegritatē vniuerſi. Et iō dato ꝙ corpa cæleſtia ꝓpter hoīem ſint facta, ex hoc non tolliť, quin ſint digniora, & ꝑ conſequēs eis aliqs cultus impēdereť à ſuis inferioribus, p̄ſertim ab hoib⁹ qui tempo- ralia principaliter ſequuntur, in quib⁹ cæleſtia corpora euidētes ha bent effectus. Vnde aliter videtur dicendū hîc. Ad quod ſciēdū eſt, ꝙ vbi trāſlatio noſtra habet, Quę creauit domin⁹ de⁹ in miniſteriū cunctis gentibus: Hebraica lr̄a habet, Quę diſtribuit domin⁹ deus tuus cūctis gentib⁹. Cui⁹ ſenſus ſcđm quoſdā Hebręorū expoſito- res eſt, qđ ſicut deus deputauit ad cuſtodias ſingularum gentium ſingulos angelos, vt patet Dañ. x. De principe regni Perſarum & de principe regni Græcorum, ſic etiam ſingulis gentibus depu- tauit ſingula aſtra, quibus tales gentes exhibebant cultū. quod ſanè intelligendū eſt, prout in gloſ. traditur. & eſt Aug. vbi ſic dicit: Nō ita dictū eſt tanquā deus pręceperit ea. ſ. aſtra à cæteris gentibus co li, & à populo ſuo nō coli, ſed qa præſciuerit gentes culturā eis ex- hibituras & tn̄ p̄ſciēs creauit, populum em̄ ſuū futurū eſſe p̄ſciuit, q iſta nō cole- ret. hæc in gl. Vn̄ cōuenienter īmediatē ſubiungiť: Vos aūt tulit dn̄s & eduxit de fornace ferrea AEgypti, vt haberet popu lū hęreditariū. q. d. vos non īmeritò eſtis ſubtrahendi à cultura corporū cæleſtiū, quā cęterę gētes eis exhibēt; qa à ſolo deo educti fuiſtis de fornace &c. vt īmobiliter adhæreretis ſoli deo, itaq; ppl's hr̄ditari⁹.

Ç

¶ In eodē ca. iiij. vbi diciť ī poſtilla: Sicut tu audiſti & vidiſti.

## ADDITIO II.

In Hebręo habeť: Sicut tu audiſti & viuet. & eſt ſenſus, qa à ſeculis nō eſt auditū, ꝙ aliqs ppl's tot⁹ ſimul audiret vocē dei lo- quētis, dū eſſet in hac vita, ſicut infrà. v. c. dicitur: Quid eſt oīs caro, vt audiat vocē dei viuentis, q de medio ignis loquiť, ſi- cut nos audiuimus, & poſſit viuere: Li- cet em̄ aliq dęmones vel falſos deos co- lētes audiāt vocē deorū ſuorū, vel fingāt ſe audire, nūq; tn̄ à toto pplo p̄ſertim cū ſit magnus, ſiſe diciť fieri. & ideo dicit: In terroga à dieb⁹ antiqs, ſi facta eſt aliquā- do huiuſcemodi res, ſcilicet qđ populus in hac vita audiret vocem dei.

## REPLICA correctoꝛ cōtra Burgen.

In ca. iiij. Deuteronomij, vbi poſtil- lator dicit, ꝙ corporib⁹ cæleſtib⁹ cultus latriæ ꝓhibeť exhiberi, ea rōne, qa ꝓhibe tur impēdi humanę creaturę: quā rōnem D cōfirmat, eò qa corpora cæleſtia tanquā minoris ꝑfectionis, in obſequiū hominū ſunt creata &c. Huic rationi ſe opponit Burg. aſſerēs eā nō ſufficere. primò qa ꝑ autoritatē noui teſtamēti cōfirmata. ſecū dò qa dicit corpora cęleſtia eſſe altioris & maioris efficacię, ideo negat cōſequēti am poſtill. Et illud ſcđm dictū, cōfirmat ꝑ ſanctū Tho. prima pte. q. lxx. arti. iij. in reſpōſione ad ſcđm argumētū. Putauit Bur. ꝙ rō nō cōcluderet Iudęis; ſed ſi vir tus rationis poſtillatoris inſpiciť, nō ſolū Iudęo, verū & pagano, & cuilibet lumine rectę rōnis vtēti cōcludit. Quis vtēs rectę rōnis dictamine reſpiciētis ad ordinem eſſentialis eminētię audebit negare conſe quētiā illā: Latrię nō debet īpēdi homi- ni, igiť nulli corpori cęleſti: cū talis cōſe- quētia teneat ꝑ locū à maiori deſtructi- uè, q locus fundať in regula cōmuni. Si illud qđ magis videť ineſſe nō ineſt, nec illud qđ minus. cū igiť latria impēdiť ali- cui rōne ꝑfectionis eſſentialis, ſi nō impē- ditur homini, q eſt eſſentialiter ꝑfectior & dignior, nō mō corpore cęleſti, ſed & toto cęlo, minus impendeť corpori cæ- leſti cuicūq;. Quòd aūt homo ꝑfectior ſit eſſentialiter cęlo, non indiget ꝓbatione, quia eius oppoſitum ſapit multos errores Pariſijs damnatos, & q- libet vtens recta rōne iudicabit ſubſtantiam rōnalem eſſentialiter ꝑfectiorem ſubſtantia non rōnali. Homo autem eſt rōnalis ſubſtan- tia, cælū non: apud autenticos Philoſophos q cæli animā dicūt cęlo cōiungi ſcđm operari nō ſcđm eſſe: vn̄ cęlū nō dicitur rōnale, ſed à rōnali moueri, de quo alias erit ſermo. Nec valet qđ Bur. adducit, qa videlicet Iudęi non recipiunt nouum teſtamentum, igitur in expo ſitione veteris teſtamenti inſufficienter aſſumitur. Nec valet in lege Moſaica non habetur, igitur inconuenienter aſſumitur in expoſi- tione ſacrę ſcripture. Burg. enim & Iudæi videre poſſūt ex lege Mo ſaica, qđ ſol & luna ſunt in miniſterium hoīm creata, vt patet Geñ. .j. & eadem lege videre poſſunt reſurrectionem mortuorū, finalem

 retributionem

E retributionẽ & remunerationẽ iuſtorum,& principium electorum & complementum, quibus ſimul comportatis videre poſſunt recta ratione dirigente id quod poſtillator de nouo teſtamento aſſumpſit. Et quia ex Gene. principio habent corpora cæleſtia creata, recta ratione habere debẽt ea ſcd'm ſe fore tranſitoria. Ex quib9 omnibus concluditur, cultum latrię eis exhiberi non debere, imò minus quàm humanæ creaturę ratione perfectionis eſſentialis Audeo & dicere, quòd minus quàm iumentis eadem ratione. Nam omne formaliter viuum (etiam ſi muſca) eſt eſſentialiter perfectius cælo. Nec influentia corporũ cæleſtium arguit eorum perfectionem ſpecificam vltra formaliter viuentia. Stat enim in cauſis æquiuocis maximè partialibus, effectũ eſſe ſpecificè perfectiorem ſua cauſa, vel econuerſo. Nec deductio ſancti Thom. quã Burgen. adducit, valet. G Per ſcholam enim Pariſienſem reprobatur, & ad errorem reducitur, qđ cælum ſit dignius homine. Nam & ſi ſit dignius in genere corporum, non tamen in genere viuentium. Super totam em̃ latitudinem perfectionis ſubſtantiæ corporeę, ſubſtãtia animata, & maximè rationalis addit eſſentialem perfectionem, nec influxus vel efficientia manifeſta corporum cęleſtium ĩ inferiora, arguit perfectionẽ vel dignitatem eſſentialem. Nam ignis manifeſtam habet efficientiã ad hominem comburendum: tamẽ non eſt dignior homine. Nec valet expoſitio Burgẽ. quam addit, quia innititur fabulæ paganorũ & Iudæorum dicentium, ſingulis gentibus ſingula aſtra, ſicut ſingulos angelos pręſidere, quod fictum eſt.

## GLOS. ORDI.

### CAP. V

Queſtio literalis Auguſtini.

VOcauitq; &c. a ℂ Dñs de9 noſter. Aug. An ideo dictũ eſt, quia illi nõ ingrediuntur in terram promiſſionis. Omnes enim mortui ſunt, nec pertinent ad hoc teſtamentum, quorum tũc recognitio facta eſt, cũ. a. xx. annis & ſuprà numerarẽtur vſq; ad. l. annos habiles ad bellũ. Quomõ ergo illis locutus eſt dominus, q hodie viuũt? An q̃ xx. vel. x. &. ix. annorũ & infrà potuerunt multi tunc eſſe qui hoc meminiſſent, alieni à pœna, quã dñs conſtituit illis, q numerati ſunt non intrare in terram promiſſionis, vt hos vtiq; appellat, qui cũ uis. xx. annorum & ſuprà non eſſent, qñ deus ĩ mõte loquebat' vt numerari poſſent, potuerũt tñ eſſe. x. &. ix. & infrà. vſq; ad puerilẽ ętatẽ, q poſſent q̃ facta & dicta ſunt, & videre, & audire, & memoria retinere. b ℂ Facie ad faciem. &c. Augu. Paulò antè admonere curauit, q nullam ſimilitudinen viderint, ſed ſolam vocẽ de medio ignis audierint. An propter rerum euidentiam, & quodammodo diuinę maieſtatis pręſentiam, de qua dubitare nemo poſſet, his verbis vſus eſt? Põt ſimiliter intelligi qđ dictum eſt, Moyſen facie ad faciẽ cũ domino locutum, vt nec ipſe pter ignẽ aliquid viderit. Sed etſi amplius aliquid (Scriptum eſt enim: cũ intraſſet nebulam vbi erat deus) nõ tñ mortalibus oculis vidit ſubſtãtiam dei. Vñ poſtea ait: Oſtende mihi teipſum: vt ſcienter videam te. Nos autem, q nunc videmus per ſpeculum in ænigmate, in fine facie ad faciẽ videbim9. vnde: Tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum, vt ſcilicet q perfectè nunc deus hominẽ nouit, ſed ſicut deus, ita tunc perfectè noſcat homo deum, ſed ſicut hõ. Neque enim quia dictum Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cæleſtis pfectus eſt. Iõ æqualitatem patris quam filius habet ſperare debemus, q̃uis aliqui hoc ſperauerint. c ℂ Inter vos & deum. Augu. Tãq; dominus eſſet in loco. i. in monte. vnde & illi voces audiebant qui vbiq; totus, nec per locorum interualla propinquat aut recedit. Sed demonſtrationes eius in creatura, quę non eſt qđ ipſe, non aliter humanis ſenſibus exhibentur. Non fuit ergo Moyſes medius loci interuallo, ſed per eũ placuit populo audire cætera dei verba, poſtq; territus eſt, audiens de medio ignis vocem dei dicentis decalogum legis.

† Cald. inf. verbũ verbo id eſt manifeſtis verbis & ſignis vt negari non poſſit quin deus ſit

F

Exo. 24. d.

Exo. 33. c.

1. Cor. 13. d.

Matth. 5. g.

† Exo. 34. a

Num. 1. a.

Hiere. 52. c.

Diuiſio

Moraliter

d ℂ Reddens iniquitatem &cæ. Iſid. Sũt qui ita ediſſerãt, vt ad animã hũanã ſententiã vertant. Patrem in nobis leuem punctum ſenſuum & incentiua vitiorum eſſe dicentes: filium verò ſi cogitatio peccatum conceperit, nepotem ſi conceptionem opere perpetraueris, pronepotem ſi in perpetratis glorieris, ſecundum illud: Impius cùm in profundum malorum venerit, contemnit. Vel ſic poteſt intelligi, qđ tantæ miſericordię ſit, vt non ſtatim puniat, ſed ſententiam diu differat. e ℂ His qui oderunt me

Prouẽ. 18. a.

Gloſ. ordi.

oderũt me, & faciens miſericordiã in multa milia diligentibus me &c. His ſcilicet q hęreditaria ĩpietate dñm oderunt. Peruerſum eſt em̃, peccata patrũ filijs nõ peccantib9 imputari, cũ p Ezechielẽ dictũ ſit: Fili9 nõ portabit iniquitatẽ pris &c. Ezech. 18. c

☞ Nõ vſur

### Cap. V.

a VOcauitq; Moyſes omnem Iſraëlem, & dixit ad eum: Audi Iſraël † ceremonias atq; iudicia quæ ego loquor in aurib9 ueſtris hodie: Diſcite ea, & opere complete. Dominus deus noſter pepigit b nobiſcũ fœdus in Hõreb: Non cum c patribus noſtris iniit pactum ⁎, ſed d nobiſcum, qui impręſentiarum ſumus & uiuimus: † Facie ad faciem e locutus eſt nobis in monte de medio ignis. Ego ſequeſter & medius f fui inter deum & uos in tempore illo, ut annuntiarem uobis uerba eius. Timuiſtis enim ignẽ, & non aſcen- g diſtis in montem, & ait: † Ego do- h i minus deus tuus, qui eduxi te de ter- k ra Ægypti, de domo ſeruitutis: Nõ l habebis deos alienos in conſpectu meo: Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium quæ in cælo ſunt deſuper, & quæ in terra deorſum: & quæ uerſantur in aquis ſub terra. Non adorabis ea, & non coles. † Ego enim ſum dominus deus tuus, deus æmulator † reddẽs iniquitatem patrum ſuper filios in tertiam & quartam generationẽ his qui ode runt me, & faciens miſericordiam in multa milia diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea.

Interlinear glosses: a ℂ Scriptura legis. — ℂ Abraham, Iſaac, & Iacob. — a ℂ Non loco ſed interpretandi officio, uerba dei, populo, & populi renuntians deo. — a ℂ Idolatriam prohibet. — a ℂ Quem nihil latet. — a ℂ Vindicans & zelans. — a ℂ Primi motus ſenſuum. b ℂ Operationem. — a ℂ Gloriationem. ℂ Non alijs, ſed. — b ℂ Hæreditaria impietate. — ℂ Tam cito. — ℂ Vera dilectione. — a ℂ In hoc probatur dilectio. Vnde: Si diligeretis me ſermonem meum ſeruaretis, vel pręcepta mea. — b ℂ Quaſi theſaurum.

† ſtatuta

## NICO. DE LY.

### CAP. V.

VOcauitq; Moyſes omnẽ. Hîc incipit ſcd'a pars principalis libri, in q̃ incipit explicatio legis, & ei9 explicatio: & primò replicant' decalogi pręcepta, q̃ propriè dicũtur lex, ſcd'ò alia ad legẽ pertinẽtia. vi. c. Circa primũ Moyſes priò ponit quoddã pręambulum, ſecundò exequitur propoſitum ibi: Et ait: Ego dominus &c. Pręambulum autem eſt explicatio modi, per quem deus dedit pręcepta decalogi: & hoc notatur cũ dicitur: b ℂ Dominus deus noſter. id eſt decem pręcepta decalogi, quæ ab eo fuerunt data immediatè. c ℂ Nõ cum. id eſt legem datam, quia non legitur eam dediſſe Abraham, Iſaac, & Iacob. d ℂ Sed nobiſcum qui imprææſentiarum ſu. q. d. ex hoc de eius cuſtodia magis ſolliciti eſſe debemus. e ℂ Facie ad faciem locutus eſt nobis in monte de medio. Id eſt abſq; medio quantùm ad prolationẽ decem pręceptorũ, verũtamẽ, quia alia pręcepta non ſic fuerunt tradita populo, ſed mediãte Moyſe, ideo ſequitur: f ℂ Ego ſequeſter. annuntiando vobis alia q̃ ab eo recepi Et cauſa huius mediationis ſubditur. g ℂ Timuiſtis enim ignẽ &c. Timore em̃ percuſſi petierũt, qđ ſol9 Moyſes audiret verba dei, & eis referret, vt habet' Exod. xx. h ℂ Et ait. Hîc conſequenter ponitur replicatio decem pręceptorum ex ore dei datorum. In quo primò oſtenditur dei loquentis ſublimitas ſiue autoritas. Secundò populi audientis fragilitas, ibi: Vos autem. Circa primum dicitur: Et ait, ſcilicet ipſe deus: i ℂ Ego dominus deus tuus. per creationem & gubernationem. k ℂ Qui eduxi te de terra AEgypti, de domo ſeruitutis. vt eſſes mihi ſeruus, & non homini q. d. ex his paret, qđ in omnibus debes obedire mihi. Et in quib9 debeat eſſe iſta obedientia, conſequenter explicat dicens: l ℂ Non habebis deos alienos in conſpectu meo, non facies tibi ſculptile. & ponũtur cõſequẽter alia pręcepta decalogi

Diuiſio

⁎ iſtud

H

† Exo. 20. a.

Pſal. 80. b.

† Exo. 34. a

Moraliter. a ℂ Vocauitq; Moyſes omnem Iſraelem. In hoc cap. replicantur pręcepta decalogi poſita ſuperius Exo. xx. & q̃a ſunt moralia, non eſt ibi alia moralitas quærẽda, ſicut fuit dictum ibidem, excepto pręcepto de obſeruatione ſabbathi, qđ partim fuit ceremoniale, & quantũ ad hoc ſenſus myſticus fuit ibidem poſitus. Moraliter

⁎ Vos aũt poſtq;

A

Primũ prę ceptum Deu.6.a.

☞ a ℂ Non vſupabis nomẽ domini dei tui fruſtra &c. Primum mandatum ad patrem pertinet, quod dicitur in ſequentibus. Audi Iſrael, dominus deus tuus vnus eſt, vt hoc ſcilicet audiens vnum deum patrem colas, non multos deos ſuſcipias. Secundum pertinet ad filiũ, de quo hîc dicitur: Non aſſumes nomen dei tui inuanum, id eſt non æſtimes creaturam eſſe dei filiũ. Omnis enim creatura ſubiecta eſt vanitati. Sed credas eum ęqualem patri, deũ deorum, deum, apud deum, ꝑ quem omnia facta ſunt. Tertiũ ad ſpiritum, cuius dono requies æterna promittitur: quia eñ ſpirituſſanctus dicitur ſeptiformis, ideo ſeptimum diem ſanctificauit deus. In alijs enim dieb⁹ operum ſanctificatio non nominatur niſi in ſabbatho, in q̊ requieuit deus. Rectè ergo hoc mandatum pertinet ad ſpiritum: tum propter ſanctificationis nomen: tum propter æternam requiem ad donum ſanctiſpiritus pertinentem. Dicitur enim ſic: Memento vt diẽ ſabbathi ſanctifices, ſex diebus operaberis &c. In opere ſex dierum &c. videtur ſex milium annorum operatio ſignari, in ſeptimo tempus æternæ quietis, in quo poſt bona opera quies æterna promittitur. Quicquid ergo agimus, ſi propter futuram requiem facimus, ſabbathum obſeruamus.

†innoxium habebit de⁹ vel innocẽtẽ iudicabit deus

†Exo.20.b. Matth.15.a

B

b ℂ Honora patrem tuum & matrem, ſicut præcepit tibi. Poſt tria ꝑcepta ſuccedũt ſeptẽ quæ ad proximum pertinent. Inter ſeptem primum, ſed in ordine omnium quartum eſt. Honora patrem tuum &c. A parẽtibus enim homo oculos aperit, & vita hęc ab eorum dilectione exordiũ ſumit, vnde hoc mandatum, maximum & primum dicitur in altera ſcilicet tabula. Iubemur ergo parentes honorare, & officium pietatis & reuerentiam eis exhibere. Qui enim hoc parentibus non facit, quomodo faciet alijs? Quintum: Non mœchaberis, id eſt præter legitimam vxorẽ nulli miſceberis. Sextum: Non occides. Occidit etiam qui fame vł nuditate proximum mori videt, nec ſubuenit inquantum poteſt. Septimum: Non furtũ facies. In quo omnẽ rapinã ꝓhibet. Octauũ: Nõ falſum teſtimonium dices: Crimen mẽdacij & falſitatis abominatur. Nonum: Non concupiſces vxorem proximi tui. In quo etiã adulterinam cogitationem interdicit. Decimum: Non concupiſces rem proximi tui. In quo ambitionem & concupiſcentiam percutit. Primum ergo prohibet ſurreptionem. Secundum errorem. Tertium ſeculi amorem. Quartum impietatem. Quintum fornicationẽ. Sextum crudelitatem. Septimum rapacitatem. Octauum falſitatem. Nonum cogitationem adulterij. Decimum cupiditatem mundi. Et notandum, quod ſicut decem plagis percutiuntur AEgyptij, ſic decem præceptis regitur populus dei, & dæmones occiduntur. C

†6. diſ.his itaq;.23.q.c nonlicet.

Nota

c ℂ In duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi. Iſido. Duo teſtamenta ſignificantur in duabus tabulis, vel dilectio dei & proximi, in quibus tota lex pendet & prophetę. In vna enim tabula tria pręcepta ad dilectionem dei pertinent, in altera ſeptem ad ꝓximi ſocietatem. Lapideę tabulæ, lapidea Iudęorum corda ſignificant, de quibus dicitur: Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneũ, ſenſibile ſcilicet & itelligile. ☞ Quis

† vel inuanum

Exod.20.c.

† re vana

Ezech.36.f

– id eſt requies

ℂ Primum mandatum prohibet idolatriam. Secundum, periurium.
a ℂ Filij. b ℂ Iurando pro re quæ non eſt, vel nomen domini, ligno vel lapidi & huiuſmodi tribuendo.

a Non uſurpabis nomen domini dei tui †fruſtrà, quia
a ℂ Omnis creatura ſubiecta eſt vanitati. b ℂ Chriſtum ſcilicet purum hominem putans.
non †erit impunitus qui ſuper †rem uanam nomen
a ℂ Vt omnia facias propter ſabbathum, id eſt æternam requiem ad ſpirituſſancti donum, pertinentem.
eius aſſumpſerit. Obſeruâ diem ſabbathi, ut ſancti-
a ℂ Omnia ſancte faciendo, a ſtrepitu vitiorum ceſſando.
fices eum, ſicut præcepit tibi dominus deus tuus.
a ℂ Omni tempore operandi. b ℂ Bona & perfecta. c ℂ Naturæ tuæ congrua.
Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.
Septimus dies ſabbathi eſt, id eſt requies domini
ℂ Seruilis. ℂ Qui amore ſeruit.
dei tui. Non facies in eo quicquam operis, tu & filius
a ℂ Qui adhuc ſ. timore premuntur. b ℂ Iudæus vel ſapiens. c ℂ Gentilis vel ſtultus.
tuus & filia, ſeruus & ancilla, bos & âſinus, & omne
a ℂ Homines & iumenta ſaluabis domine, Pſal.35.b. b ℂ Nouiter conuerſus.
ℂ Aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Pſal 38.b.
c ℂ Eccleſiæ tuæ; Diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob, Pſal.86.a.
iumentum tuum, & peregrinus qui eſt intra portas
tuas, ut requieſcat ſeruus & ancilla tua ſicut & tu.
a ℂ Deo vel diabolo. b ℂ Mundo. c ℂ Ad filialem timorem.
Memento quòd & ipſe ſerui̇eris in Ægypto, & edu
ℂ Omnipotens ℂ Filio.
xerit te inde dominus deus tuus in manu forti & bra
ℂ Manifeſto.
chio extento. Idcirco præcepit tibi ut obſeruares di-
a ℂ Hoc eſt maximum & primum mandatum in altera tabula.
ℂ Officio pietatis & honoris.
b ℂ Carnalem vel ſpiritualem. c ℂ Ad literam vel deum vel eccleſiam.
b em ſabbathi. †Honora patrem tuum & mâtrem, ſi-
a ℂ Vita æterna pro qua laborandum eſt.
cut præcepit tibi dominus deus tuus, ut longo uiuâs
a ℂ Viuentium.
tempore, & bene ſit tibi in terrâ quam dominus de-
a ℂ Gratis. b ℂ Re vel voluntate, vel ſubtrahendo quod potes præſtare.
ℂ Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. 1. Iohan. 3.c.
b ℂ Adulterum prohibet carnale vel ſpirituale. Fornicatio eſt idolatria, & ſcripturarum expoſitio praua.
us tuus dâturus eſt tibi. †Non occides, nec̨ mœcha-
a ℂ Actu vel conſenſu, vel auaritia commiſſi talenti. ℂ Quamlibet rapinam.
beris, furtũm̨ nõ facies. Nec †loquêris contra pro
a ℂ Peſſimum genus mendacij. ℂ Falſitatem interdicit. b ℂ Sola voluntate. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt. Matth.5.d.
ximum tuum falſum teſtimonium. Non concupi-
ſces uxorẽ proximi tui. Non domum, non agrum,
ℂ Decimo mandato omnis rei cupiditatem interdicit.
ℂ Ambitionem & concupiſcentiam damnat.
non ſeruum, nõ ancillam, non bouem, non aſinum,
& uniuerſa quæ illius ſunt. Hæc uerba locutus eſt
ℂ Nemo excipitur.
dominus ad omnem multitudinẽ ueſtram in mon-
te de medio ignis & nubis & caliginis, uoce magna,
ℂ In tabulis.
a ℂ Duo ſunt teſtamenta, duo dilectionis præcepta.
c nihil addens amplius, & ſcripſit ea in duâbus tabu-
a ℂ Quia corda Iudæorum dura & inſenſata.
ℂ Quas lapidei erant accepturi.
lis lâpideis quas tradidit mihi. Vos autẽ poſtquam *
audiſtis uocem de medio tenebrarum, & montem
ardere uidiſtis, acceſſiſtis ad me omnes principes tri
buum & maiores natu, atque dixiſtis: Ecce oſtendit
nobis dominus deus noſter maieſtatem & magni-
tudinem ſuam. Vocem enim eius audiuimus de me
dio ignis, & probauimus hodie quòd loquente deo
cũ homine uixerit hõ. Cur ergo moriemur & deuo
rabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus ul
tra uocem domini dei noſtri, moriemur. Quid eſt
omnis caro, ut audiat uocẽ dei uiuẽtis, qui de medio
ignis loquit̃ ſicut nos audiuim⁹, & poſſit uiuere? Tu
magis accede, & audi cũcta q̃ dixerit dñs deus noſter

## *Nicolaus de Lyra.*

☙ præcepta decalogi eodem ordine, & ferè ſub eiſdem verbis, ſicut ponuntur Exod.xx. & ideo pertranſeo, quia ibi dictũ fuit qualiter iſta pręcepta diſtinguntur & exponuntur ſecundum doctores catholicos & Hebręos. a ℂ Vos autem. Hîc conſequenter deſcribitur audientis populi fragilitas, vbi primò deſcribitur timor populi, ſecundò approbatio dei, ibi: Quod cùm audiſſet dominus. Circa primum ſciendum, qđ humana fragilitas non poteſt bene ſuſtinere ſublimitatẽ dei, vnde & Daniel ex apparitione angeli iuxta ſe corruit in terram, vt habetur Dañ.x.c. & eodem modo hîc populus ex ſublimitate diuini ſermonis territus & debilitatus petijt humiliter, qđ ſolus Moyſes qui erat ꝑfectior & deo familiarior, verba dei audiret & eis referret, & quòd parati erant illi obedire ſicut nuntio dei. & patet litera. ☙ Qđ cûm D

†teſtificaberis

* a ℂ Vos autem poſtq̃ audiſtis vocem de medio tenebrarum, & montem. Per hoc autem ꝙ populus nõ potens ſuſtinere verba domini loquentis, petijt qđ ſolus Moyſes audiret immediatè â domino, & referret populo, & dominus hoc approbauit: ſignificatum fuit qđ pręlati & doctores credenda & operanda debent accipere à deo, qui loquitur eis in ſacra ſcriptura: & ipſi per doctrinam alijs tradere debent eo modò quo capere poſſunt. Grego. in paſtorali. Secundum qualitatem auditorũ formari debet ſermo doctorũ. Et Apoſtolus, j. Cor. ij. b. dicit. Sapientiam loquimur inter ꝑfectos: Et ibidem. iij. a. Tanquã paruulis in Chriſto lac potum dedi vobis, non eſcam. nondũ enim poteratis, ſcilicet intelligere altiora.

Moraliter

E a ❡Quis det talem eos habere mẽ. Vult deus intelligi gratia ſua hoc beneficium cõcedi, vt in oĩbus ſit iuſtitia dei ex fide, non quaſi ꝓpria ex lege. vnde: Auferã eis cor lapideum, & dabo cor carneũ .i. ſenſatũ. caro enim ſenſum habet, lapis verò non habet. Et alibi: Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti, non litera, ſed ſpũ.

Ezechi.36.f.
2.Cor.3.b.

aliud. Et notãdũ, ꝙ hęc diſtinctio ab eis aſſignata ĩter memẽto & obſerua, facit valde cõtra eos ĩ expoſitiõe illi⁹ ꝟbi Malach.vl.b. vbi dicit: Memẽto legis Moyſi, prout deo duce ibidem declarabitur. G

❡In cap.v. vbi dicitur in poſtilla: Cuius cauſa ſubditur: Quis det eos talem habere mentem?

*Nicolaus de Lyra.*

a ❡Qd' cum. Hîc cõſequenter deſcribit̃ approbatio dei, & ideo ſubditur: b ❡Bene. petentes audire mãdata dei per internuntium, cui⁹ cauſa ſubditur: c ❡Quis det. q.d. hoc eſt mihi placitũ, ſ. qđ timeant dñm, & ei⁹ mandata recipiant humiliter & obſeruent, nõ ſolũ audita à deo imediatẽ, ſicut ſunt p̃cepta decalogi, ſed etiã alia eis denũtiata p nũtios ex pte dei, ſicut per Moyſen & alios prophetas. d ❡Non. Id eſt pro aliqua ꝓſperitate obtinenda vel aduerſitate euitanda. Cætera patent.

†locutio eſt Hebraica p vtinam

❡In ca.v. vbi dicit̃ in poſtilla: Et primò replicãtur decalogi præcepta, quæ propriè dicuntur lex.

*ADDITIO I.*

Hæc pręcepta decalogi quæ in hoc loco ponũtur, proprẽ dicunt̃ lex: præceptũ tñ de dilectione dei, quod ponitur, & plenè exprimit̃ in cap. ſequenti. ſ. vj. in quo tota lex pendet & ꝓphetę, vt Matt.xxij.d. Non minus ꝓpriè lex debet dici, cũ ſit primũ & principale p̃ceptũ totius legis, tanꝗ illud in qđ cętera p̃cepta ordinãtur, qa vt Apoſtolus dicit .j.Tim.j. Finis p̃cepti eſt charitas. Vnde hæc prima diſtinctio poſtillatoris videt̃ incõuenienter dicta, ſpecialiter quantũ ad ſecũdũ mẽbrũ, qđ cõprehẽdit ſextũ.c. Circa qđ meli⁹ & veri⁹ diceretur, qđ in eo ponunt̃ prima pręcepta fidei, & maximũ & principaliſſimum legis mandatum, cum quibuſdam alijs ad legem ptinẽtibus, prout in eodẽ capitulo patebit. F

❡In eodem ca.v. vbi dicitur in poſtil. Et ponuntur conſequenter aliqua præcepta decalogi eodem ordine, & ferè ſub eiſdem verbis, ſicut ponũtur Exo.xx.cap.

† ſtatuta

*ADDITIO II.*

Doctores Hebręorum qui nimis literam ſequuntur, aſſerunt aliquam varietatem eſſe inter præcepta decalogi quæ ponuntur ſuprà, Exo.xx. & præcepta decalogi, quę hîc ponuntur, ſpecialiter in præcepto de obſeruatione ſabbathi, de quo in prima traditione dicitur: Memento, vt diẽ ſabbathi ſanctifices. & in ſecunda traditione, ſcilicet in hoc ca. dicit̃: Obſerua diem ſabbathi, inter quę verba diſſimilia aſſerunt eſſe magnam differentiam. Dicunt enim qđ cũ dicitur: Memento. In prĩo eſt præceptum affirmatiuum, in quo pręcipitur qđ homo ſit memor ad ſanctificandum illum diem. Itaꝗ ſi quis nihil operis ſeruilis faceret in die ſabbathi, & tamen non haberet in memoria, qđ illa dies eſt ſanctificanda vt ſabbathum, eſſet tranſgreſſor illius mandati affirmatiui per omiſſiõem. Similiter ſi quis haberet memoriam ꝙ eſſet dies ſabathi, & ſctificaret eũ, faciẽdo eũ diẽ ſolẽnẽ, & tñ cũ hoc qcꝗ opis ſeruilis faceret, nõ eſſet trãſgreſſor primi p̃cepti affirmatiui, in quo dicit̃: Memẽto, ſed eſſet trãgreſſor ſcđi .ſ. Obſerua. Cõſequẽt ad p̃dicta dicũt, qa vt Moyſes q fideliſſim⁹ ĩ tota domo dei eſt, non reputetur falſò repetiſſe huiuſmodi p̃cepta, ideo dicunt, ꝙ hęc duo verba, ſcilicet memento & obſerua, fuerũt à deo prolata ſil' & ſemel ſub ꝓprijs literis & ſyllabis vtriuſꝗ ꝟbi, qđ eſt ineffabile: qa p oĩpotẽtiã diuinã hoc dicũt eſſe factũ, & qa Moyſes nõ poterat hoc facere ꝟbo nec ſcripto, iõ ĩ prĩa traditiõe ſcripſit: Mẽmẽto. In ſcđa ꝟò tratitiõe: Obſerua. In q̃ loco altercatio Hebręorũ dicit̃ friuola. Tũ qa vbi dicit̃: Memẽto, ſtatim ꝓhibet opa ſeruilia, dicẽs: Nõ facies opus &c. & ſic etiã ibi tradit rõnẽ negatiui p̃cepti: & ĩ hoc loco vbi dicit̃: Obſerua diẽ ſabbathi, ſtatim ſequit̃: vt ſctifices eũ &c. qđ pertinet ad hoc, vt hõ vacet diuinis ĩ ſabbatho, qđ eſt affirmatiuũ. Tũ qa Moyſes etſi nõ potuerit ſil' & ſemel duo ꝟba diſſilia ꝓferre, potuiſſet tñ tradere iſta p̃cepta dicẽdo: Memẽto & obſerua diẽ ſabbathi: & ſic magis cõformaret̃ diuinę locutioni, ꝗ̃ dicẽdo vnũ & omittendo aliud. Et notan-

tibi, loquerisꝗ ad nos, & nos audientes faciem⁹ ea. Quod cùm audiſſet ᵃ dominus, ait ad me: Audiui uocem uerborum populi huius, quę locuti ſunt tibi: Bene omnia locuti ſunt: ᵇ

a Niſi ego. b Gratiam infuſam.

ᵃ †Quis det talem eos habere mẽtẽm ᶜ

Caſto timore. a Non lapidei, ſed ſenſibiles.

ut timeant me, & cuſtodiant uniuerſa mandata mea in omni tempore, ut bene ſit eis & filiis eorum in ſempiternũ? Vade ergo & dic eis: Reuertimini in tentoria ueſtra. Tu uerò hîc ſta mecum, & loquar tibi omnia mandata & †ceremonias atque iudicia, quæ docebis eos ut faciant ea in terra quã dabo illis in poſſeſſionem. Cuſtodite igitur & facite ea quæ præcepit dominus deus uobis. Non declinabitis neꝗ ad dextram, ᵈ neꝗ ad ſiniſtram, ſed per uiam quam præcepit dominus deus ueſter ambulabitis, ut uiuatis & bene ſit uobis, & protelentur dies ueſtri in terra poſſeſſionis ueſtræ.

a Vt unum iota non prætereat.

Vt addatis aliquid uel minuatis.

Cap. VI.

HÆc ſunt præcepta ᵉ & †ceremoniæ atꝗ iudicia, quæ mandauit dñs deus ueſter, ut docerẽ uos, †& faciatis ea in terra ad ᶠ

*ADDITIO III.*

In hoc ꝙ dicitur: Quis det eos talẽ habere mẽtẽ? nõ ſolũ intelligit̃ ꝙ eſſet bñplacitũ deo, vt deũ timerẽt & cæ. ſed etiã includit̃, ꝙ hoc pẽdet etiã à ptãte humana p liberũ arbitriũ, iuxta illud Eccl.xv.c. De⁹ creauit hoĩem, & reliquit eũ in manu conſilij ſui. Inuanũ em̃ aliquis diceret optãdo, qs det vt hoc fiat, ſi illud optatum omnino eſſet in poteſtate optantis.

❡In eo.cap.v. vbi dicit̃ ĩ poſtil. Nõ declinabitis ad dexteram neꝗ ad ſiniſtram.

*ADDITIO IIII.*

plificat in litera de multis bonis & patet:
☙ Benedictus eris

Moraliter. a ¶ Cum introdu- Moraliter
xerit te dominus. In hoc capitu-
lo ſeptem gentes enumerantur, de
quibus præcepit dominus filijs Iſraël,
vt nullum fœdus cum ipſis habeant;
✱ ſed totaliter

☞ a ℭ Sterilis. Quędam ſteriles apud
E Iudæos fuerunt, ſed adeò paucæ, vt ad
cōparationē fœcundarū viderentur nul
Allegoricè læ. b ℭ Inſuper & ſcabrones &c.
Non legit alicubi in hiſtoria, ꝙ ſcabro
nes vel veſpas in hoſtes eorum deꝰ ꝑmi-
ſerit. Sed per animalia aculeata timoris
compunctiones deſignat, quibus hoſtes
territos fugabat. c ℭ Non poteris
&c. Cauendū eſſe oſtendit ne fortè ex-
pulſis peccatis à carne noſtra inſurgat
ſpiritalis beſtia, id eſt iactātia, ſupbia, vel
Genē. 19. g. vana gloria, q̄ difficiliꝰ extirpant ꝙ car-
nalia vitia. Lot eīm qui in Sodomis cōti
nuit, in monte fornicatione pollutus eſt.
Expulſo vitio ſtatim virtus plantetur, ne
Matt. 12. d. immundus ſpiritꝰ redeat, & domum va
Moraliter cantem inueniat. ℭ Grego. Quibuſdam
maiora bona deus dat, nec minora, vt
ſemper animus eorū habeat vñ ſe repre-
† tētatiōes hendat, & dum perfecti eſſe appetūt nec
poſſunt, minimè ſe extollāt in his quę ha
bent, qui per ſe parua nō habere valent.
* quò edu- Hinc eſt ꝙ fortes & potentes aduerſa-
xit rios extinxit Philiſtæos, & Chananæos
diu reſeruauit, vt in eis erudiretur Iſraël
habens cōtra quos pugnaret, ne de maio
ribꝰ deuictis ſeſe extolleret. Eadem ergo
mēs pollet ex virtute, laſſeſcit ex infirmi
tate, vt dum quærit ꝙ habere nō valet,
ꝙ habet humiliter ſeruet. Supna quoqꝫ
regio in ciuibus ſuis ex parte damna ptu
lit, ex parte fortiter ſtetit, vt electi angeli
dū alios per ſuperbiā cecidiſſe cōſpicerēt
tantò robuſti quantò humilius ſtarent.
Sic in vnaquaqꝫ anima agitur, vt maxi-
ma lucra cōferāt, aliqñ minima damnāt.
F d ℭ Anathema, ἀπὸ τοῦ ἀνατιθέναι, id eſt à
ſurſum ponendo, vel ſuſpendendo, ſicut
donaria in templis ſuſpendebātur, & ab
eis qui dabant, alienabantur.

## *GLO. ORDI.*

Cap. VIII.

Omne man. &c. Sequitur:
e ℭ Quadraginta an-
nis. Ideo enim per. xl. annos
permiſit eos affligi, vt co-
gnoſcerent quantę fragilitatis eſſent.
☞ Vt af-

## *Nicolaus de Lyra.*

† tu illaqēs
✠ a ℭ Benedictus &c. quantū ad fa
mæ claritatem. b ℭ Auferet &c. quia
non ſolùm multiplicabit te in bonis, ſed
† abomina etiam præſeruabit te à malis. c ℭ Si di
tionem xeris. Hîc remouetur impedimentum
ſcḋm, ꝙ eſt puſillanimitas, quòd poſſet
contingere, ſi filij Iſraël conſiderantes p̄-
dictarum gentium multitudinem & for
titudinem, non eſſent auſi bellare contra
eas: & ſic facerent cum eis pacem & con-
traherent amicitias, ex quibus ab amore
dei retraherentur; & ad idolatriam con-
uerterentur, hoc remouet dicens:
d ℭ Noli me. ſ. eorum multitudinem
& fortitudinem, cuius cauſa ſubditur:
e ℭ Sed recor. &c. cuius exercitum
magnum & fortem vno flatu ſubmerſit.
f ℭ Sic faciet &c. & iō nō habes cau-
ſam metuēdi. g ℭ Paulatim &c. nō
quia deus non poſſit eas delere ſimul, ſed
propter aliud ꝙ ſequit: h ℭ Ne for-
te multi, &c. quia filij Iſraël non erant
adhuc in tanto numero, ꝙ poſſent ter-
ram ſufficienter colere. i ℭ Sculptilia
⁎ iam eorum. Hîc remouetur tertium impe-
dimentum

Benedictꝰ eris inter omnes populos. a
a Non erit apud te ſterilis utriuſqꝫ ſe-
xus, tam in hominibus quàm in gregi
bus tuis. Auferet dominus à te omnē b
langorē, & infirmitates Ægypti peſ-
ſimas quas nouiſti, non inferet tibi,
ſed cunctis hoſtibus tuis. Deuorabis
omnes populos, quos dominus de-
us tuus daturus eſt tibi. Non parcet
eis oculus tuus, nec ſeruies diis eorum
ne ſint in ruinam tui. Si dixeris in cor c
de tuo, plures ſunt gentes iſtæ quàm
ego, quomodo potero †delere eas?
Noli metuere, ſed recordare quæ fe- d e
cerit dominus deus tuus Pharaoni &
cunctis Ægyptiis, †plagas maximas,
quas uiderunt oculi tui, & ſigna atque
portenta manumqꝫ robuſtam, & bra
chium extentum, †ut educeret te dñs
deus tuus. Sic faciet cunctis populis f
ℭ Timoris punctiones.
b quos metuis. Inſuper & ſcābrōes mit
tet dñs deus tuus in eos, donec dele-
at oīes atqꝫ diſperdat, q te fugerint,
& latere non poterint. Non timebis
eos, quia dñs deus tuus in medio tui
a ℭ Omnipotens liberando ſuos. b ℭ In aduerſarios ſuos, iuſte iu-
dicando. c ℭ Non alius, ipſi ſoli uictoria aſcribitur, per
quem hoſtes ſuperantur.
eſt. Deus magnus & terribilis: Ipſē
conſumet nationes has in conſpectu
c tuo paulatim atqꝫ per partes. Nō po g
teris delere eas pariter, ne fortè mul- h
tiplicent cōtra te beſtię terrę. Dabitqꝫ
eos dñs deus tuus in cōſpectu tuo, &
interficiet illos donec penitus delean
tur. Tradetqꝫ reges eorū in manus tu
as, & diſpdes nomina eorū ſub cælo.
Nullꝰ poterit reſiſtere tibi, donec cō-
teras eos. Sculptilia eorū igne cōbu- i
res. Non cōcupiſces argentū & aurū, k
de qbus facta ſunt, neqꝫ aſſumes ex eis
tibi quicquā, ne †offendas, propterea
ꝗa abominatio eſt dñi dei tui: Nec in
ℭ Imaginem uel ſtatuam fabricatam & bene politam.
feres †qppiā ex idolo in domū tuā, ne
a ℭ Adorando & colendo. ℭ Alienatio.
d fiās anathema ſicut & illud eſt. Qua
ſi ſpurcitiam †deteſtaberis, & †uelut in
quinamentum, ac ſordes abomina-
tioni habebis, quia anathema eſt.

Cap. VIII.

Omne mandatum l
quod ego præcipio ti
bi hodie, caue diligen-
ter ut facias, ut poſſi-
tis uiuere & multipli-
cemini, ingreſſiqꝫ poſſideatis terram
pro qua iurauit dominꝰ patribus ue-
ſtris. Et recordaberis cuncti itineris m
per quod adduxit te dominus deus tu
e us*quadraginta annis per deſertum,

dimentum ꝓueniens ex cupiditate, vide G
licet ſi de idolis confractis acciperent au
rum & argentum, & in vſus ſuos cōuer-
terent, & ſic deū offenderēt, & ideo pro-
hibet hoc dicens: k ℭ Non concupi
ſces argentum & cæt. & patet litera.

⁎ ſed totaliter deſtruant: p quas morali-
ter intelligunt ſeptē vitia capitalia, q̄ ſunt
à fidelibus totaliter deſtruenda: ſcilicet Moraliter
acedia, q̄ eſt q̄dā tarditas & pigritia in bo
nis opibus īcipiēdis & cōtinuādis, & ſi-
gnificat p Hethęū q formidās īterpretat. Septē vitia capitalia
Acedioſus eīm ſemp eſt formidās & trepi
dās in bonis opibꝰ inchoandis. Prouer.
xxvj. b. Dicit piger, leo eſt in via, leæna in
itineribꝰ. Scḋm vitiū eſt auaritia cuiꝰ ety †expellere
mologia eſt æris auidia. Eccl. v. b. Aua-
rus nō implebit pecunia. Et ſignificat per
Chananæū q interpretat commutans &
poſſidens, nā in cōmutationibꝰ rerū fre-
quenter fiunt fraus & dolus ex auaritia.
Auarus eīm ita tenaciter poſſidet ea quæ
habet, ꝙ nō ꝓſunt aliis nec ſibi. Hiero-
nymus in epiſtola ad Paulinū de omni-
bus ſacræ ſcripturæ libris: Antiquè di-
ctum eſt: Auaro deeſt tā ꝙ habet, qꝫ ꝙ
nō habet. Tertiū vitiū eſt ſuperbia quæ
ſemp nitit alios ſibi ſubijcere, & per cō-
ſequēs eos à ſtatu ſuo & honore deijcere:
ꝓpter ꝙ ſignificat p Gergeſæū q inter
pretat eijciens colonū. Pſal. cxviij g. Su-
perbi iniquè agebāt vſqꝫ quaqꝫ cunctos
volētes ſuppeditare. Quartū vitiū eſt in-
uidia, q̄ eſt triſtitia de bonis ꝓximi, & ſi-
gnificat p Amorrhęū, q īterpretat auarꝰ.
inuidꝰ eīm amare fert proſperitatē alteriꝰ.
Eccl. xiiij. g. Neqꝫ eſt oculus inuidi, ꝗa vi
dere nō poteſt bonū proximi. Quintū vi H
tiū eſt ira, q̄ eſt appetitꝰ vindictæ ꝓpter
ꝙ ſignificat p Heuęū, q interpretat col-
ligēs lapides. Iracundus eīm cū lapide vel
alio lædente ſtatim ꝑcutit proximū iniu
rioſè, ideo dicit Prouerb. xviii. c. Spm̄ ad
iraſcēdū facilē quis poterit ſuſtinere? Se-
xtū vitiū eſt gula, q̄ ſignificat p Iebuſęū, q
interpretat pręſepe meū. Guloſus enim
ſemper vult in p̄ſepe ciborū ſuper cibū
& potū ſe effunde ſicut animal brutū.
Vñ de diuite epulone dicit, Luc. xvj. e. ꝙ
epulabatur quotidie ſplendidè. Septimū
vitiū eſt luxuria: quę ſignificatur per Phe
reſæum, qui diſſeminatio interpretatur.
Per luxuriam enim ſemen humanum in-
debitè diſſeminatur. Vñ Sap. ij. b. dicit
in perſona luxurioſorū; Nullum pratum
ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra.

## *NIC. DE LY.*

Cap. VIII. †deteſtādo †abominādo

Omne mandatum. Hîc Diuiſio
ponunt incitamenta ad dei
dilectionem ſumpta in re-
ſpectu ad deum, & primò ex
cōſideratione ſuę munificētię. Secūdò ex
conſideratione ſuæ miſericordiæ. ix. cap.
Prima in duas, ꝗa primò ponunt inci-
tamenta ex dei munificentia in beneficijs
p̄teritis. Scḋò in futuris, ibi: Dñs deꝰ tuus
introducet te. Circa primum dicitur:
l ℭ Omne man. &c. facias. & hoc ex
dei dilectiōe. cuiꝰ incitamēti ſubdit cauſa,
cū dicit: m ℭ Et recordaberis cūct.
ab egreſſu de AEgypto vſqꝫ ad diē hāc.

✠ Vt affligeret

Moraliter. l ℭ Omne mandatum Moraliter
quod ego p̄cipio &c. Sequitur infrà
⁎ Dñs enim

A a ¶ Vt affligeret te. Augu. Hîc apertius dictum eſt, quod alibi genere locutionis obſcurum eſt. Hoc eſt, tentat vos dominus deus
Deute.13.a. veſter, vt ſciat ſi diligitis eum. i. ſciri faciat quod modò apertè dictũ eſt, vt tẽtaret te: & nota fierent quæ in tuo animo verſabantur &c. Non enim, ait, vt cognoſceret. Quòd ſi dixiſſet, intelligendum erat, cognita faceret. b ¶ Manna. Carnem Chriſti, qua refecti ad veram promiſſionis terram veniamus. Quadraginta annis manna comedimus, id eſt toto tempore noſtro, quòd quatuor viciſſitudinibus voluitur, dominici corporis ſacramento paſcimur. c ¶ Non in ſolo pane viuit homo ſed in omni &cæt.
Myſticè Spiritalis cibus commendatur, vnde
† Mat. 4.a animæ in æternũ victuræ ſatiantur. Mãna
Leui.4.a. de cælo datum carnem Chriſti ſignificat, qui ait: Ego ſum panis vitæ, hic eſt panis qui de cælo deſcendit, quia verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis.
Ioh.6.d. Qui manducat hanc carnem, habet vitam æternam. ¶ Non in ſolo pane &cætere. Significat geminam naturæ noſtræ ſubſtantiam. Homo enim ex anima & corpore conſtat, qđ ex terra eſt, terreno alitur cibo: anima verò viuit de verbo dei: ſpiritum verò hominis viuificat ſpiritus dei, ſi tamen homo eſt in corpore eccleſiæ. i. Chriſti, & in fide filij dei. Ideo addit, veſtimentum eius vetuſtate non deficere, quia noui hominis conuerſatio in nouitate vitæ debet permanere, cuius pes non eſt ſubtritus, quia greſſus operum eius ſeruatur illæſus. Quia nouit dominus viam iuſtorum, & iter im-
Pſal.1.d. piorum peribit. d ¶ Iudicia. quæ per Moyſen poſt legem datam diuerſis tem-
B poribus populo præcepta ſunt, quæ in Exodo iuſtificationes appellantur.
e ¶ Et ceremonias. Circunciſionem, ritus ſacrificiorum. Vnde Ambroſius ſuper epiſtolam ad Romanos. Triplex (inquit) lex eſt prima pars de ſacra-
mento diuinitatis

ut affligeret te atq; tẽtaret, & nota fierent quæ in tuo animo uerſabãtur utrum cuſtodires mandata illius, an non. Affixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu & patres tui, ut oſtenderet tibi quòd † non in ſolo pane uiuat homo, ſed in omni uerbo quod egreditur ex ore dei. Veſtimentum tuum quo operiebaris, nequaquam uetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus. En quadrageſimus annus eſt, ut recogites in corde tuo, quia ſicut erudit homo filium ſuum, ſic dominus deus tuus erudiuit te, ut cuſtodias mandata domini dei tui, & ambules in uiis eius, & timeas eum. Dominus enim deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum aquarumq; & fontium, in cuius campis & mõtib⁹ erumpunt fluuiorum abyſſi: terram frumenti, hordei ac uinearum, in qua ficus & malagranata & oliueta naſcuntur, terrã olei ac mellis, ubi abſq; ulla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris: Cuius lapides ferrum ſunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur, ut cùm comederis & ſatiatus fueris, benedicas dño deo tuo pro terra optima, quã dedit tibi. Obſerua & caue neq̃n obliuiſcaris dñi dei tui, & negligas mãdata ei⁹ atq; iudicia & cere

a ¶ Tibi vel aliis: deo enim aperta ſunt omnia. a ¶ Verbum caro factum eſt &c. a ¶ Conuerſatio. ¶ Habitus virtutum quem non vult vetuſtate deus deficere. a ¶ Greſſus bonorum operum vel fidei. ¶ Quod iuſtum eſt. ¶ Mediocribus. a ¶ Id eſt doctoribus. a ¶ Ad mentes auditorum fluunt. b ¶ In eccleſia doctrinæ flumina. a ¶ Euangelicæ doctrinæ. b ¶ Legalis quæ duro tegmine litteræ inuoluta. c ¶ Feruentis doctrinæ quæ lætificat cor hominis. a ¶ Dulcedo ſapientiæ. b ¶ Congeries virtutum. c ¶ Opa miæ. a ¶ Miſericordiæ. b ¶ Dulcifluæ charitatis. ¶ Qui de cælo deſcendit: Iohan. 6. d. a ¶ Doctrina firma vel ſancti inuincibiles. a ¶ Sanctis eminentibus. b ¶ Sonoritas prædicationis. ¶ Gratias agendo. ¶ A quo omnia. ¶ Eccleſia. a ¶ Moralia: decem mandata legis ſcripta in tabulis. b ¶ Diſcretio boni & mali.

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Vt affligeret te. non ex defectu dilectionis, ſed ad bonum tuum: ſicut pater aliquando ex dilectione permittit affligi filium, ideo ſubditur:
b ¶ Atq; tentaret. vt patientia tua alijs eſſet nota ad eorum exemplum & tibi ad meritum. Et loquitur hîc ſcriptura quantùm ad bonos illius populi, quia ſecundum regulam Iſido. ad intelligendum ſacram ſcripturam, ſacra ſcriptura frequenter attribuit toti populo, quod tamen ei conuenit ratione vnius partis.
c ¶ Afflixit te penuria. id eſt defectu cibi & potus, vt habetur in Exodo, & libro Numeri in pluribus locis. Hoc tamen ceſſit ad bonum eorum, quia ex hoc dulcior & acceptior fuit abundantia potus & cibi à deo dati. ideo ſubditur: d ¶ Et dedit tibi cibum manna quod ignorabas tu &c. vt oſtenderet tibi, quod non in ſolo pane viuat homo. id eſt cibo hominis labore parato. e ¶ Sed in omni verbo quod egreditur &c. id eſt ex manna, quę ad ꝓceptũ dñi deſcendebat. In Hebræo em̃ nõ habeť verbo: tñ ſecundũ trãſlationẽ noſtrã, vbi habeť manna, põt dici verbũ, inquantũ ex mãdato dñi deſcendebat, ſicut & verbũ aliqñ accipiť ꝑ re q̃ verbo diciť, ſicut habeť .ij. Reg. j. a Qđ eſt verbũ qđ factũ eſt. i res geſta vel facta. f ¶ Veſtimentũ &c. Dicit autem hîc Rab. Salo. quòd veſtimenta puerorum creſcebant cũ eis ſecundũ augmentũ ſuæ quãtitatis. g ¶ Et pes tuus nõ eſt ſubtritus. Hoc non põt intelligi generaliter, ſed tantùm de bonis, prout dictũ fuit Nu. xi. in principio, ſup illud: Dolentium ꝓ labore. qa ſi ex itinere fuit dolor in corporibus, hoc maximè fuit in pedibus, & ibi requiratur expoſitio hui⁹ paſſus. h ¶ Dñs enim deus tuus. Hîc ponitur incitamentũ ex dei beneficiis futuris, & pri-
C mò facit propoſitum. ſecundò infert corollarium, ibi: Obſerua & caue. Circa primũ dicitur ſic: dominus enim. Hoc dicitur vt ſci- Diuiſio
rent, quòd terram illam non obtinerent virtute propria, ſed diuina. i ¶ Terram riuorum aqua. dicuntur autem fontes aquæ exiſtẽtes in origine riui fluẽtes ab origine. Stagna, lacus, & paludes retinẽt ſibi nomen commune, ſcilicet aquarũ. k ¶ In cuius campis & montibus erumpunt &c. Hoc dicitur ad oſtendendum quòd illa terra erat humida & paſcualis pro animalibus nutriendis. l ¶ Terram frumenti, hordei ac vinearum. ad oſtendendum fertilitatem terræ pro ſuſtẽtandis hominibus. p ¶ Cuius lapides ferrum ſunt. quia minera ferri eſt in terra lapidoſa, vt communiter. q ¶ Et de montibus eius æris metalla &c. Id eſt mineræ vnde fiunt metalla. Iſta autem dicuntur ad oſtendendum bonitatem illius terræ, quantùm ad metalla, de quibus fiunt vaſa varia & inſtrumenta in vſus vitæ humanæ neceſſaria. r ¶ Benedicas domino deo tuo. id eſt iſta dicta ſunt, vt diligas dominum deum tuum corde, & benedicas ore pro ſuis beneficijs tibi collatis. ſ ¶ Obſerua & caue nequando obliuiſcaris domini dei tui. Hîc infert corollarium. Frequenter em̃ cõtingit, qđ ex diuinis bñficijs: quæ debẽt eſſe materia diligendi de-
um & obediendi

D

* h ¶ Dominus enim deus tuus introducet te in terram bonam &cæ. Secundum ſenſum allegoricum per terram iſtam ſignificatur militans eccleſia, quæ bene dicitur terra riuorum, aquarum, & fontium. Per fontes intelliguntur doctores in ſcholis: Per riuos ſcholares audientes ab ipſis: Per aquas verò prædicantes populis. Prouer. v. c. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. k ¶ In cuius campis & montibus &cæ. Per quod deſignatur ſacramentum baptiſmi quod datur à ſacerdotibus, qui dicuntur montes propter altitudinem ſtatus ſuper populum, datur etiam in neceſſitate à ſimplicibus laicis, qui camporum planicie deſignantur, & ſic fluuius baptiſmalis erumpit de montibus & campis.

Moraliter
Allegoricè
Militãs eccleſia.

l ¶ Terram frumenti hordei ac vinearum. Dicitur aũt eccleſia terra frumenti ratione corporis Chriſti, quòd in ea conſecratur in pane frumenti, propter quod Chriſtus grano frumenti ſe comparat dicens Iohan. xij. d. Niſi granum frumenti cadens in terram &cæte. Dicitur etiam terra vinearum ratione ſanguinis Chriſti, qui in ea conficitur in vino vitis. Dicitur autem hordei terra propter ſacramentum pœnitẽtiæ, q̃ exigit auſteritatem vitæ. m ¶ In qua ficus. id eſt dulcedo manſuetudinis, quæ debet eſſe in fidelibus & maximè in prælatis eccleſiæ. n ¶ Et malagranata. vbi grana interius connectuntur, & per hoc connexio fidelium in charitate ſignificatur. k ¶ Et oliueta. id eſt pietatis opera. o ¶ Terrã. exultationis internæ Pſal. xliiij. b. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. p ¶ Ac mellis. deguſtatiõis diuinæ bonitatis, Pſal. xxxiij. b. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus. p ¶ Cuius lapides ferrum. per quos ſignificantur ſimplices Chriſtiani, qui dicuntur ferrum propter firmitatẽ fidei, quæ frequenter magis viget in eis, quàm in hominibus literatis. q ¶ Et de. Per montes intelliguntur prælati & doctores, per metalla verò quæ ſunt ſonoroſa, intelliguntur ſonus ꝓdicationis, & ſonus diuinę laudis, q educuntur de prælatis & eorũ miniſtris, & de doctorib⁹, & eorũ diſcipulis.
* Doctor tuus

mento diuinitatis. Secūda congruit legi naturali, q̄ peccatum interdicit. Tertia feſtorū legis.i.ſabbatha, neomeniæ,& circūciſio. a ❡Ac dipſas. Dipſas Gen⁹ aſpidis quę Latinè dicit ſitula, quencunq; momorderit, ſiti perit. Adeò parua vt cū calcat, nō videat. Cui⁹ venenū añ extinguit,q̄ ſentiat, nec triſtitia ſentit moritur⁹. ❡Myſticè. Myſticè Varij ſerpētes hęreſes ſunt inter ſe q̄dē diuerſæ,ſed omnes mortiferę.

*Nicolaus de Lyra.*

um & obediēdi ſibi,hoīs inſoleſcūt,& mandata dei cōtemnūt: ideo ad hoc excludendū dicit: Obſerua & caue,ne q̄n obliuiſcaris dñi dei tui,& negligas mandata eius &c.& patet litera ex p̄dictis vſq; ibi: b ❡In qua erat ſerpens flatu adurens & ſcorpio ac dipſas. à quorū lęſione te defendit. Et accipit hîc ſingulare pro plurali.Serpens.i.ſerpētes, & ſic de alijs.ſicut Exo.viij.f. Venit muſca grauiſſima.i.multitudo muſcarum. Sciēdū etiā q̄ ſm q̄d dicit glo.Dipſas eſt genus minimū ſerpētis,ita q̄d vix percipit,& quencunq; momorderit, ſiti perit. Cætera patent ex dictis.

Moraliter a ❡Ductor tuus fuit in ſolitudine.ſ.dñs.Per ſolitudinē intelligit religionis ſtat⁹,de quo dicit,Pſal. liiij.b.Ecce elongaui fugiēs,& manſi in ſolitudine. Ad hanc ſolitudinem adducit dñs,ſua ſancta inſpiratione. F b ❡In qua erat ſerpens flatu adurens. id eſt diabolus cuius anhelit⁹ prunas ardere facit, vt dicitur, Ioh.xlj. b. Diabolus em̄ fortius tentat religioſos cōmuniter q̄ ſeculares. Vnde dicit Leo papa de diabolo: Illos pulſare negligit, quos quaſi ſubiectos tenet. c ❡Et ſcorpio. qui vultu blanditur, & cauda pungit,ꝑpter q̄d tētationem ſignificat, Nota de ſcorpionibus quæ ſub ſpecie boni ad malū inducit & hoc modo tētādi diabol⁹ frequēter religioſos ſeducit. c ❡Et dipſas. quæ illū quē ꝑcutit,ſiti mori facit,deo ſignificat tentationem de vitio proprietatis qua religioſus percuſſus morit ſiti cupiditatis.

† expellas, & ꝑdas eos

## GLO. ORDI.

Cap. IX.

Allegoricè A Vdi Iſraël. b ❡Neq; ei &c. Auguſt.Iſti ſunt qui nō meruerūt perire in deſerto,quia neſcierūt dexterā aut ſiniſtrā. Iam verò dura ceruice dicunt.Illud ergo in ſacramēto dictū eſt,nō iſtorū merita cōmendata,ne quis em̄ exiſtimet ſubitò vituperabiles factos, q̄ meritò fuiſſent antè laudati,paulopoſt eis dicit: Memēto & ne ob.&c.Si aūt quidā tales erant,quidā verò fideles & boni,etiā ſic non daī illis terra ꝓmiſſionis,qui neſciūt dexterā aut ſiniſtrā, vt hoc ſic intelligam⁹,q̄ſi nō offenderint dñm. Nā & patres eorū q̄ mortui ſunt,nec in terrā ꝓmiſſiōis intrauerunt, tales fuiſſe inueniunt,vt in eis eſſent aliqui Roma.1.d. boni. Vñ Apoſtol⁹ quoſdam eorū, nō omnes dicit offendiſſe, & peccata eorū cōmemorat.Similes em̄ parētibus ſuis,q̄d adiunctū eſt,oſtendit,& in Horeb

a Circuncſionem.
moniās q̄s ego pręcipio tibi hodie,ne poſtquam comederis & ſatiatus fueris, domos pulchras ædificaueris & habitaueris in eis, habuerisq; armenta boum,& ouiū greges, argenti,& auri,cunctarūq; rerum copiam, eleuetur cor tuum,& non reminiſcaris domini tui,q eduxit te de terra Ægypti,de domo ſeruitutis,& ductor tuus fuit in ſolitudine magna atq; terribili,in qua erat ſerpens flatu adurens,& ſcorpio ac dipſas,& nullæ
a Doctrinæ ſcilicet. b Petra autem erat Chriſtus.1.Corint.9.b.
omnino aquæ:qui eduxit †riuos de petra duriſſima,& cibauit te māna in ſolitudine,q̄d
Corpore Chriſti.
Veteris legis.
neſcierunt patres tui. Et poſtquam afflixit ac probauit te ad extremū †miſertus eſt tui,
Attribuendo tibi.
ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea & robur man⁹ meæ hæc mihi omnia præſtiterūt:ſed recorderis domini dei tui,quòd ipſe
Cui attribuenda omnia.
Promiſſionem.
tibi uires præbuerit,ut impleret pactum ſuum ſuper quo iurauit patribus tuis,ſicut pręſens indicat dies. Si autem oblitus domini dei tui,ſecut⁹ fueris deos alienos,colueriſq; illos & adoraueris,ecce nunc †prædico tibi, quòd omnino diſpereas, ſicut gentes quas deleuit dominus in introitu tuo, ita & uos peribitis,ſi inobedientes fueritis uoci domini dei ueſtri.
Firmiter promittendo.

Cap. IX.

A Vdi Iſraël: Tu tranſgredieris hodie Iordanem,ut poſſideas nationes maximas & fortiores te,ciuitates ingentes & ad cælum uſq; muratas, populū magnum atq; ſublimem, filios Enacim quos ipſe uidiſti, & audiſti,quibus nullus poteſt ex aduerſo reſiſtere. Scies ergo hodie, quòd dñs deus tuus ipſe tranſibit ante te ignis deuorans,atq; conſumēs,qui conterat eos, & deleat atq; †diſperdat ante faciem tuam uelociter,ſicut locut⁹ eſt tibi. Ne dicas in corde tuo, cū deleuerit eos domin⁹ deus tuus in cōſpectu tuo: propter iuſtitiā meam introduxit me deus ut terram hanc poſſiderem: cùm propter impietates ſuas †iſte deletæ ſint nationes. Neq; enim propter iuſtitias tuas & †æquitatem cordis tui ingredieris, ut poſſideas terras earum: ſed quia illæ egerūt impiè, introeunte te deletæ ſunt, & ut compleret uerbum ſuum dominus,quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis, Abrahā, Iſaac,& Iacob. Scito igitur,quòd non propter iuſtitias tuas dñs deus tuus dederit tibi terrā hanc optimā in poſſeſſionē,cùm duriſſimæ ceruicis ſis populus. Memento & ne obliuiſcaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominū deum tuū in ſolitudine,& ex eo die quo egreſſus es de Ægypto uſq; ad

in Horeb exacerbaſtis dñm, vbi illi exacerbauerunt dñm,qui meritò ſuo in terrā ꝓmiſſionis inducti nō ſunt. G
❡Deditq;

## NIC. DE LY.

Cap. IX.

A Vdi Iſraël. Hîc conſequēter ponunt incitamēta diuinæ dilectiōis ex cōſideratiōe diuinę miſericordiæ portātis patienter eorū peccata ac etiā remittentis, & primò deſcribit trāſgreſſiōis actus.ſc̄d'ò recōciliationis fœdus cap.x. Adhuc circa primū excludit eorū iuſtitia,ſc̄d'ò cōcludit eorū culpa,ibi: Memēto. circa primū p̄dicit eis Moyſes, q̄ in terra eis ꝓmiſſa,habituri erāt ꝟtute diuina victorias multas & magnas. Et quia ipſi vel aliq̄ eorū poſſent credere q̄d hoc faceret eis ꝓpter eorum merita, ideo hoc excludit cū ſubdit: f ❡Ne di.&cæt.& patet litera, & ſubditur cauſa vera dictarū victoriarū, q̄ eſt duplex. Vna propter iniquitates gētiū in terra ꝓmiſſiōis habitantiū ꝓpter quas mortē meruerāt,q̄d notaī cū dicit: g ❡Sed quia illæ &c. Sc̄d'a,vt impleret iuramentū dñi factū ad Abrahā, Gen.xxij. c. Per memetip̄m iuraui dicit dñs &c. Sequit: Poſſidebit ſemen &c. Cætera patēt. h ❡Memēto. Hîc cōſequēter deſcribit eorū multiplex culpa,& primò añ receſſum eorū de mōte Sinai. ſc̄d'ò poſt receſſum,ibi: Incēdio q̄q;. Circa primū p̄mittit trāſgreſſio populi,ſc̄d'ò ſubdit oratio Moyſi, ibi: Et ꝓcidi añ dñm. Circa primū dicit: Memento & ne obliuiſcaris quō ad iracūdiā ꝓuocaueris dñm deū tuū in ſolitudine,i.poſt trāſitū maris rubri, murmurādo ꝓpter defectū aq̄ & cibi,vt habet Exo.xv.&.xvj.&.xvij. i ❡Et ex &c. q̄a cū adhuc eſſent in AEgypto ſup mare rubrū videntes AEgyptios ſup ſe veniētes, inſultātes dño & Moyſi dixerunt: Forſitā non erant ſepul.&c. vt habetur Exo.xiiij. Nam & Moraliter. Audi Iſraël &c. Sequit: e ❡Dñs deus &c. p hoc docemur, q̄d nullū bonū actū debem⁹ nobis attribuere, ſed totū virtuti diuinæ. Videm⁹ em̄ in inſtrumētis alicui⁹ artis q̄d licet ſint optimè cōſtituta in eſſe ſibi cōpetēti, tñ nihil agere pñt ſine motu artificis, vt ſecuris quātūcunq; acuta ſcindere non pōt, niſi moueat manu carpētatoris. Res aūt naturales cōparant ad deum, ſicut ad artificē. Sap.vij.c. Omniū eſt em̄ artifex oēm hñs virtutē. Et ideo res cōſtituta,i. eſſe naturali opari nō pñt ſine dei motiōe gñali, q̄a cauſa prima plus influit in cauſatū q̄ ſc̄d'a, prima ꝓpoſitione de cauſis. Eodē modo in actū meritoriū null⁹ pōt exire ſine ſpeciali dei motiōe. h ❡Memento &c. licet em̄ bonorū actuū noſtrorū debeam⁹ reminiſci deo grās agēdo, q̄ principalis eſt auctor eorū vt dictū eſt, tñ peccatorū noſtrorū frequētius debem⁹ memorari, dolendo de ipſis & veniā poſtulando, quia peccatum totū eſt à nobis inquantum peccatū. deus em̄ nō eſt cauſa peccati, ſc̄d'm q̄d ipſe dicit Oſee.xiij.c. Perditio tua Iſraël,ex

Diuiſio
† tibi aquā
† bñfecit tibi
† teſtificor vobis
H
Moraliter
† deuorans atque
† expulerit
† deus iſtas
† rectitudinem

A a ¶Dedit &c. Aug.In Exo.legitur quòd tabulas Moyſi dominus dederit.Moyſes verò ea dictante ſcripſerit,cùm dominus facultatem ſcribendi dederit. Notandum eſt quòd tabulæ quas dñs dedit,in qbus homo non laborauit confractæ ſunt,illæ verò q̃ humano labore compoſitæ ſunt,integrę permanſerūt.

Allegoricè. ¶Alleg.Quia lex quā dominus Iudæis dedit, illis nolentibus opari nō pmāſit.Euāgeliū verò qđ gentib⁹ datū eſt,ipſis opantib⁹& ſpiritaliter exercētibus, durat in ſeculū.

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶Nā & in Horeb prouocaſti eū.fabricando vitulū aureū & adorando eū, dū Moyſes morā cōtraheret in monte cū dño,vt acciperet ab eo legem & tabulas, vt habetur Exo.xxxii.vbi expoſita eſt iſta hiſtoria quę hîc repetiť. c ¶Et procidi.Hîc conſequēter deſcribiť oratio Moyſi ꝓ remiſſiōe peccati p̄dicti,& hoc eſt qđ diciť: ¶Et procidi ante domi.quia ſicut ante quadraginta diebus ieiunauerat in monte ad accipiendum tabulas, ita ſecundo ieiunauit alijs quadraginta diebus & noctibus ad impetrandū populo remiſſionē, & etiā ipſi Aaron qui timore populi vitulum fecerat, vt habetur Exo.xxxiij. d ¶Peccatum aūt veſtrū qđ fece.id eſt vitulum,licet eī eſſet res inanimata in qua non poteſt eſſe peccatū, vocať tī peccatū populi, eò qđ populus peccauerat ipm faciēdo & colendo.

* corrupit ſeipſum

† pręcepi

Diuiſio e ¶In incendio quoq;.Hîc conſequenter recolitur culpa populi

B poſt receſſum de monte Sinai, & primò ponitur culpa populi,ſecundò oratio Moyſi, ibi: Et iacui corā domino.Primū aūt habeť Numeri xj.vbi dicitur,qđ ꝓpter murmurationē populi ex labore itineris accenſus eſt ignis ex imperio domini, & deuorauit magnam partem populi,& hoc eſt quod dicitur: In incendio quoq;. Item peccauit populus ad aquas cōtradictiōis,ꝓut habetur Nu.xx.b. & hoc tāgiť cùm dicitur: Et in tentatiōe.Et iterum qñ inordinatè deſiderauit eſum carniū, ꝓpter quod multi ſunt ibi mortui & ſepulti,vt habeť Nume.xj. & hoc eſt qđ dicitur: f ¶Et in ſepulchris cōcupiſcentię ꝓuocaſtis dñm. ꝓpter hoc eī vocatus eſt locus ille ſepulchrum concupiſcētiæ,quia ibi ſepultus eſt populus qui deſiderauit carnes. Quartò peccauit populus, quando territ⁹ verbis exploratorū tanq; rebelles domino voluerunt reuerti ī AEgyptū, vt habeť Nu.xiij. & hoc eſt qđ diciť:Quando miſit vos de &c. & ſequiť: g ¶Et iacui corā dño quadraginta diebus ac noctibus,Hîc deſcribitur oratio Moyſi,& ſcđ'm qđ dicūt

Tres q̃dragenę Moyſi Hebræi, iſta eſt tertia q̃dragena quā fecit Moyſes in monte. Prima fuit quando aſcendit in montem, vt acciperet primas tabulas, prout habeť Exo.xxiiij.Secūda quando poſt fabricationē vituli aſcendit ad dominum ad impetrādū remiſſionem illius peccati,vt habetur Exod.xxxij. Aſcendam

Aſcēdam ad dominum ſi quo modo quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro.Tertia fuit qñ domin⁹ placat⁹ orationibus Moyſi dixit ei: Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorū, quib⁹ p̄ciſis aſcendit in montē,vt lex in illis tabulis ſcribereť,vt habeť Exo.xxxiiij. & ibi ſtetit.xl.dieb⁹& .xl.noctib⁹ ſicut fecerat ꝓ primis tabulis.vñ& c.ſe.vbi diciť:Ego autem ſteti in monte ſicut prius.xl.dieb⁹ &c.In Hebręo habeť: Ego aūt ſteti in monte ſicut diebus priorib⁹.xl.diebus &c. qđ exponit Rab.Sa.dicens:Sicut prima quadragena fuit Moyſi conſolabilis, qa fuit ante offenſam dñi, ita & tertia,quia fuit poſt remiſſionē peccati.ſecunda aūt q̃ fuit intermedia fuit triſtabilis, qa orabat ꝓ remiſſiōe pcti, nec erat cert⁹ de obtētu vſq; ad vltimū diem illi⁹ quadragenę,qua dñs dixit ei:Indulſi pctm̄ ꝓ quo oraſti. Et in ſignū hui⁹ p̄cepit ſcđ'as tabulas excidi, vt lex repararet.Expoſitores aūt nr̄i cōmuniter tenent,qđ Moyſes fecit in mōte tm̄ duas quadragenas, qa (vt dicūt) nō plures ponunť in Exodo. vbi pleni⁹ hæc hiſtoria deſcribitur. Itē qa à primo aſcēſu Moyſi ad accipiendū tabulas à quo incipit prima quadragena vſq; ad diem expiationis in quo deſcendit Moyſes apportans ſecundas tabulas, vt ſupponunt omnes doctores catholici & Hebræi(propter qđ illa die fit feſtū D expiatiōis ex placatione dñi) nō poſſunt inueniri tres quadragenę dierū, vt dicunt:ſed iſta non infringunt dictū Hebræorū.Primū eī nō valet, qa qñ hiſtoriæ ſcripturę ſacrę in pluribus locis eiuſdē ſcripturæ narrantur, frequenť cōtingit, vt qđ omittiť in vno loco ſuppleatur in alio,vt patet in omnibus libris hiſtoriarum ſacræ ſcripturæ:maximè in libro Regum.& Paral. in veteri teſtamento, & in euangelijs,in nouo.Et eodem mō pōt dici in ꝓpoſito,qđ tertia q̃dragena quę in Exo.omittiť,hîc ſuppleť.Similiter ſcđ'm non valet, quia aſſumit falſum. Ad cui⁹ intellectum cōſiderandū,ꝙ filij Iſraël exierant de AEgypto.xv.die mēſis primi: vt habeť Exo.xij. Feſtum aūt expiationis celebrabatur.x.die ſeptimi menſis, Leuit.xxiij. & ſic à prima die primi mēſis,ī q̃ exierūt filij Iſraël de AEgypto, vſq; ad diem expiationis fluxerunt ſex menſes integri,& decem dies, qui ſimul iuncti faciunt dies.clxxxvij.quia Iudæi faciūt menſes per lunationes,& ideo duo menſes contigui faciunt. lix.dies, & ſic de alijs combinando. ſi igitur à.clxxxvij. diebus prædictis ſubtrahantur.xiiij. dies primi

† rebellis fuiſti

* Iſraël, ex me tantūmō auxiliū tuū. b ¶Dimitte me vt con.eum. Ex hoc verbo quod dicit dñs Moyſi de pplo peccatori,patet qđ boni p̄lati ſuis meritis & orationib⁹ retinent à peccante populo vindictam dei,& qa pauci ſunt tales p̄lati, ideo diciť Eſa.lxiiij.c.Nō eſt q inuocet nomē tuū,q cōſurgat & teneat te.Cætera ſunt moralia vel replicationes quorundam factorum quorum ſenſus myſticus ſuprà poſitus eſt.

Moraliter

iſtum ſemper aduerſum dominum †contendiſti. Nam & in Horeb prouocaſti eum,& a iratus delere te uoluit, quando aſcendi in montem,ut acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit uobiſcum deus: & perſeueraui in mōte quadraginta diebus ac noctibus,panē non comedens,& aquam a non bibens. Deditq; mihi dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito dei,& continentes omnia uerba quæ uobis locutus eſt in mōte de medio ignis,quando concio populi congregata eſt.Cumq; tranſiſſent quadraginta dies & totidem noctes, dedit mihi dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis,dixitque mihi:Surge & deſcende hinc

a ¶Quaſi non meus quem offendit.

citò, quia * populus tuus quem eduxiſti de

a ¶Quaſi leues. b ¶Chriſtum qui eſt via veritas & vita. Iohan.14.a.

Ægypto,deſeruerunt uelociter uiam quam

a ¶Ideo inexcuſabiles.

†demōnſtraſti eis, feceruntq; ſibi conflatile. Rurſùmque ait dominus ad me: Cerno

a ¶Indomitæ ſuperbiæ. b ¶Quem precibus remoraris.

quòd populus iſte duræ ceruicis ſit, dimitte b me,ut conteram eum, & deleam nomen e-

a ¶Intellectum legis. b ¶Populum Gentilem ad fidem conuerſum.

ius de ſub cælo,& conſtituam tē ſuper gentem,quæ hac maior & fortior ſit.Cumq; de monte ardente deſcenderem,& duas tabu-

a ¶Quia præcepta opere ſunt tenenda.

las fœderis utraq; tenerem manu,uidiſſemque uos peccaſſe domino deo ueſtro, & fe-

a ¶Vitulum fecerunt,quia Ægyptios boues colere uiderunt.

ciſſe uobis uitulum conflatilem,ac deſeruiſ-

¶Per me.

ſe uelociter uiam eius quam uobis oſtenderat,proieci tabulas de manibus meis, confregiq; eas in conſpectu ueſtro. Et procidi c ante dominum,ſicut prius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non comedens,& aquam non bibens, propter omnia peccata ueſtra quæ geſſiſtis contra dominum,& eum ad iracundiam prouocaſtis.Timui enim indignationem & iram illius,qua aduerſum uos concitatus, delere uos uoluit.Et exaudiuit me dominus etiam hac uice. Aduerſum Aaron quoque uehementer iratus uoluit eum conterere, & pro illo ſimiliter deprecatus ſum.Peccatum au- d tem ueſtrum quod feceratis, id eſt uitulum arripiens igne combuſſi, & in fruſta cōminuens,omninoq; in puluerem redigens proieci in torrentem, qui de monte deſcendit. In incendio quoque & in tentatione & in ſe e f pulchris concupiſcentiæ prouocaſtis dominum, & quando miſit uos de Cadesbarne, dicens:Aſcendite & poſſidete terram quam dedi uobis.Et contempſiſtis imperium domini dei ueſtri,& non credidiſtis ei,neq; uocem eius audire uoluiſtis, ſed ſemper fuiſtis rebelles à die qua noſſe uos cœpi. Et ia- g

E ~dies primi menſis ante egreſſum filiorū Iſrael, remanent. clxxiij. dies ab exitu filiorū Iſrael de AEgypto vſqꝫ ad diē expiationis. Oēs autē doctores tam catholici quàm Hebraici dicunt, ꝙ lex fuit data quinquageſima die ab exitu de AEgypto. & poteſt hoc haberi ex Exo. xix. c. Si igitur cum prædictis quinquaginta diebus addantur tres quadragenę dierum, non habenť niſi centū. lxx. dies. Ex quo patet, qđ à primò aſcenſu Moyſi, qui fuit immediatè poſt dationem legis prædictæ vſqꝫ ad expiationis diem fluxerunt tres quadragenæ, & plus, & ideo prędicta nō impediunt dictū Hebræorū. Andreas etiam ſuꝑ Leui. xxiij. dicit qđ Moyſes ieiunauit in monte Sinai tribus quadragenis. Qui aūt vult tenere oppoſitum, poteſt dicere qđ cū hîc diciť: Et iacui corā domino. xl. diebus &c. referť ad illud quod prædictū eſt. Et procidi ante dñm ſicut prius quadraginta diebus: ita quòd ſecunda quadragena hîc repetiť & nō addiť tertia, & ſcđm hoc eadē quadragena dierū fuit in qua Moyſes orauit pro remiſſione peccati ex fabricatione vituli, & pro expectatione ſecūdarū tabularū, & huic dicto ſatis videť conſonare textus ſequens, cùm ſubditur: a ¶ Quibus, ſcilicet diebus eum ſuppliciter deprecabar ne deleret vos. Et conſequēter ponitur oratio Moyſi, cùm diciť: b ¶ Domine &c. & patet litera ex his quæ dicta ſunt ſuper Exo. xxxij. vbi poniť conſimilis oratio quantū ad ſenſum, & partim quantùm ad verba.

cui coram domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum ſupa pliciter deprecabar, ne deleret uos, ut fuerat comminatus, & orans dixi: a Domine deus, ne diſperdas popub lum tuum, & hæreditatem tuam, quam redemiſti in magnitudine tua, quos eduxiſti de Ægypto in manu forti. Recordare ſeruorum tuorum Abraham, Iſaac, & Iacob. Ne aſpicias duritiam populi huius, & impietatem atqꝫ peccatum, ne fortè dicant habitatores terræ, de q̃ eduxiſti nos: non poterat dominus introducere eos in terram quam pollicitus eſt eis, & oderat illos: idcirco eduxit, ut interficeret eos in ſolitudine: qui ſunt populus tuus & hęreditas tua, quos eduxiſti in fortitudine tua magna, & in brachio* extento.

* tuo

## Cap. X.

IN tempore illo dixit c domin⁹ ad me: † Dola tibi duas d tabulas lapideas, ſi ¶ Vel inſtar priorum. cut priores fuerūt, & aſcende ad me in montem, facieſqꝫ arcam ligneam, & ſcribam in tabulis uerba quæ fuerunt in his quas ante confregiſti, poneſqꝫ eas in arca. Feci igitur arcam e de lignis Setim. Cumqꝫ dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorum, aſcendi in montem habens eas in manibus. Scripſitqꝫ in tabulis iuxta id b quod prius ſcripſerat, uerba decem, quæ locutus eſt dominus ad uos in monte de medio ignis, quando populus congregatus eſt, & dedit eas mihi. Reuerſuſqꝫ de monte deſcendi, & poſui tabulas in arcam quam f feceram, quæ hucuſqꝫ ibi ſunt ſicut mihi præcepit dominus. Filij autem g Iſraël caſtra mouerunt ex Beroth fic liorū Iacan in Moſera, ubi Aaron h mortuus & ſepult⁹ eſt, pro quo ſacer a ¶ Priuilegio ætatis. dotio functꝰs eſt Eleazar filius eius. Inde uenerunt in Gadgad, de q̃ loco profecti, caſtrametati ſunt in Ieta-

## GLOS. ORDI.

### Cap. X.

IN tempore illo &c. Sequitur: a ¶ Scripſitqꝫ in. Augu. In Exodo Moyſes. x. ỽba legis in tabulis ſcripſiſſe narratur. In Deutero. ipſe de⁹. In Exodo quoqꝫ priores tabulas digito dei ſcriptas & poſtea fractas, ſcđas aūt in arca & in tabernaculo cuſtoditas, duo teſtamenta ſignificare diximus: vt in veteri teſtamento lex cōmēdareť tanqꝫ opus dei, vbi homo nihil fecit, q̄a lex timore nō pōt īpleri, q̄a cū verè fit op⁹ legis, charitate fit, nō timore q̃ charitas eſt grã noui teſtamēti. Ideo in ſecūdis tabulis hō legiť ſcripſiſſe verba dei: q̄a homo pōt facere op⁹ legis ꝑ charitatē iuſtitię, qđ nō poteſt ꝑ timorē pœnę. Cū ergo legiť in Deutero. Et ſcripſit deus &c. ſcilicet in tabulis ſcđm ſcripturā priorem &c. vtraſqꝫ deus tabulas ſcripſiſſe legiť, & nō homo. In Exodo quoqꝫ dixit dñs: Scribā in tabulis verba q̃ erāt in priorib⁹ &c. Solus ergo Exodus quęſtionē facit. Paulopoſt em̄ diciť: Scribe tibi ỽba hæc. Et poſt pauca adiungit. Et ſcripſit in tabulis verba teſtimonij. Si em̄ ſic intelligať: Scribe tibi verba hæc. alia. ſ. q̃ nō ſunt ſcripta in tabulis, ſed i libro legis, certè qđ ſequiť: Erat ibi Moyſes in cōſpectu dñi. xl. dieb⁹ &. xl. noctib⁹ panē nō mã. & ſcripſit in tabulis ỽba fœderis. x. manifeſtat Moyſen in tabulis ſcripſiſſe, nō deum, niſi violēter dñm ſubaudiam⁹ nō Moyſen, & ſic ñ erit differētia teſtamētorū, cū priores & ſcđas tabulas ſcripſerit de⁹ nō homo: priores tñ ſine dubio de⁹ fecit & ſcripſit. Non enim tūc dictū eſt ad Moyſen: Excide tibi duas tabulas, ſed ita legitur: Deſcēdit Moyſes de mōte, & duæ tabulę in manibus ei⁹, & tabulę opus dei erāt & ſcriptura. Suprâ qꝫ dictū erat: Dedit Moyſi tabulas lapideas ſcriptas digito dei. Scđas aūt Moyſes iubeť excidere, vt ope humano intelliganť exciſæ, q̃uis de⁹ ſcripſerit. Ideo aūt vtrūqꝫ diciť in ſecūdis tabulis, q̄a de⁹ ꝑ gratiã ſuã opus legis facit in homine, & homo ꝑ fidē gratiã dei ſuſcipiens (qđ ꝑtinet ad nouū teſtamētū) cooꝑator eſt adiuuãtis dei. Ideo in primis ſolùm

primis ſolū dei opus memorať, q̄a lex ſpiritualis & ſancta eſt, & mandatū ſanctū, vbi nullū opus hoīs, q̄a infideles nō contēperanť adiutorio gratię, ſed iuſtitiã ſuã volūt cōſtituere, & lex eis in damnationē eſt, qđ ſignificat cōtritio tabularū. Ideo aūt ſuperius ꝓmiſit ſe deus ſcripturū, & in Deutero. non ſolū ꝓmiſiſſe, ſed etiã ſcripſiſſe narrať. G

de⁹ em̄ operať in nobis velle, & operari, & perficere: & nos cū timore & tremore ſalutē noſtrã oꝑamur. ipſe aūt adiuuat bonę volūtatis arbitriū. b ¶ Verba decē. Gilſ. Cōueniēter in denario numero terminanť verba legis. Denari⁹ em̄ ex octonario conſtat & binario. Octo ſi quidē ſunt beatitudines, duo charitatis mãdata. Ex ſeptenario q̃qꝫ & ternario cōſtat, q̄a ſeptem dona ſpiritusſancti implent fidē trinitatis. Diuidiť ętiã in ſenariū & q̃ternariū quaſi explicans ꝑfectionē operū & impletionē quatuor euangeliorū. c ¶ In Moſera &c. In libro Numeri in monte Hor mortuus ſcribitur ſed forſitan locus eſt binomius. Beroth enim filiorum Iacan locus eſt in deſer.

Philip. 2. b.
Denarius numerus
Num. 20. b & 33. e.

## NICO. DE LY.

### Cap. X.

IN tpe illo. Hîc conſequēter deſcribiť diuinæ placatiōis fœdus. & primò deſcribiť propoſitū. ſcđò cōcludiť intentū, ibi: & nūc Iſraël. Prima in duas, in ꝑtem principalem & incidentalē. ſcđa ibi: Filij aūt Iſraël. Circa primū ſciēdū, ꝙ ſignū diuinæ placationis fuit legis reparatio in ſecundis tabulis, & hæc reparatio deſcribiť, cū diciť: c ¶ In tpe illo dixit dñs ad me. in ſignum reconciliationis perfectæ. d ¶ Dola tibi duas tabulas &c. hoc fuit expoſitum Exodi. xxxiiij. Sequitur: e ¶ Feci igitur &c. dicit Rab. Salo. quòd iſta arca fuit alia ab alia quã fecit Beſeleel, ſed nō eſt veriſile, q̄a poſtea ſubdiť: f ¶ Et poſui ta. in &c. ex quo ſequitur ſecundū dictū Ra. Sa. ꝙ illa arca cū tabulis erat intra arcam, quã fecit Beſeleel, quia iã quadrageſim⁹ annus ab exitu de AEgypto inceperat, qñ Moyſes dixit iſta. In epiſtola ad Heb. ix. habeť, qđ in arca quã fecit Beſeleel nō erãt niſi duę tabulæ, manna & virga Aaron, & ideo melius videť dicēdū qđ arca de qua hîc fit ſermo, eſt illa eadē quã fecit Beſeleel. diciť tñ hîc Moyſes eã feciſſe, q̄a præcepit eam fieri & diſpoſuit qualiter fieri deberet, tanqꝫ architector. g ¶ Filij autem Iſraël &cæ. Hæc eſt pars incidentalis quę primò poniť. ſcđò ad præcedētia Moyſes reuertitur, ibi: Ego aūt ſteti. Circa primum incidentaliter ponitur motio filiorū Iſraël per aliquas manſiōes, & ſepultura Aaron & ſeparatio Leuitarū ab alijs tribubus, & videť ſatis extraneū, qđ iſta hîc interponunť, maximè q̄a aliquę cōtrarietates ad ſupradicta hîc poni videnť. Primò q̄a hîc diciť: Filij aūt Iſraël &c. in Moſera. & Nu. xxxiij. vbi deſcribunť manſiones ꝑ ordinē, cùm dicitur: Et de Moſeroth caſtrametati ſunt in Beneiacan. Moſeroth aūt eadem eſt manſio cum Moſera, vt dicunt Hebræi, & Beroth filiorum Iacan cum Beneiacan, quia Hebraicè בני bene idem eſt quòd filiorum, & ſubintelligitur Beroth. Secundò quia hîc dicitur: h ¶ Vbi Aaron mortuus & ſepultus eſt. ſ. in Moſera. ſed Nume. xx.

H
Diuiſio (2)
Diuiſio
Moraliter

Moraliter. c ¶ In tempore illo dixit dominus ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerūt &c. Sicut dictum fuit ſuprâ, tabulæ primę quæ fractę fuerunt, ſignificãt vetus teſtamentum, quod factum eſt irritum, quantùm ad ceremonialia

Margin: † Exo 34. a Aug. literaliter de duab⁹ tabulis. — F — Exod. 34. a. — Exo. 34. d. — Ibidem

A eſt in deſerto,ſicut Moſera,vbi obijt Aa-
ron ſicut in libris locorũ legitur.Et oſtẽ-
dit vſq; hodie ĩ decimo lapide vrbis Pe-
træ in montis vertice. a ¶ Tribum
Leui. Niſi ꝑ hãc ſignificaret omne rega
le ſacerdotium:qđ pertinet ad nouũ te-
Pſal.72.d. &.15.b. ſta.nõ auderet hõ dicere,ꝗ de ea tribu nõ
erat pars mea dñs.Et alibi:Dñs pars hæ-
reditatis meę &c. b ¶ Cęlum cęli
Cęli quot &c.Quidam dicũt tres eſſe cælos,aëreũ,
ęthereum, & ſydereum.Nõnulli ſeptem,
primum aëreum, ſecundum ęthereum,
tertium olympium,quartum igneũ,quin
tum firmamentum,ſextum aqueum, ſe-
ptimum angelorum. c ¶ Circunci-
Myſtica circũciſio dite &c.Spiritalẽ circunciſionem ſigni
ficat.i.mentis cuſtodiam & veram abſti-
nentiam.Quaſi cum luxuriã carnis extin
xeritis,etiam mentis ſuperflua reſecate.
Circũcidendi ſunt omnes ſenſus. Vnde
Exod.6.b. Moyſes ſe incircunciſum labijs cõquerit,
Et Stephan⁹ Iudæis:Incircunciſi,inquit,
Actuũ.7.f. corde & auribus &c.Verè ergo circun-
ciſus eſt,qui obturat aures ne audiat ſan-
guinem,& claudit oculos,ne videat ma-
lum,qui non delinquit in lingua, cuius
cor non grauat crapula & ebrietate, qui
1.Cor.9.b. lauat inter innocentes manus ſuas, & ab
omni via mala ꝓhibet pedes ſuos. Qui
caſtigat corpus ſuũ & ſeruituti ſubijcit,&
omni cuſtodia ſeruat cor ſuũ.Bina quo-
que circunciſione indigemus, ne ex his q̃
ramus vanã glĩam,ne foris mũdi & int⁹
immũdi ſimus,& ſimulatę ſanctitatis pœ
nas ſuſtineamus,ſicut Sichimitę ꝗ patriar
charum circunciſionẽ imitati ſunt, non
dei amore,ſed ob cãm luxuriæ:ideo nihil
mercedis acquiſiuerunt,ſed die tertia in-
†cõplacuit ſibi tra ciuitatis ſuæ ruinas perierunt. Tales
enĩ in tẽpore reſurrectionis euacuatis,
ꝗbus cõfidebant virtutibus in æternum
moriuntur. d ¶ Deſcenderunt pa
tres tui in AEgyptum. Deſcenditur
in AEgyptũ,facilis eſt deſcenſus auerni.
In Ieruſalem aſcenditur,quia arcta eſt via
B quæ ducit ad vitã,& rẽdit ĩ ardua virt⁹.

batha in terra aquarum atq; torren
a tium. Eo tempore †ſeparaui tribum a
Leui,ut portaret arcam fœderis do-
mini, & ſtaret coram eo in miniſte-
rio ac benediceret in nomine illius
uſq; in præſentem diem. Quamob-
rem non habuit Leui partem neq;
poſſeſſionem cũ fratribus ſuis,quia
ipſe dominus poſſeſſio eius eſt, ſicut
promiſit ei dominus deus tuus. Ego b
autem ſteti in mõte ſicut prius,qua-
draginta diebus ac noctibus: exau-
diuitq; me dñs etiam hac uice, & te c
perdere noluit. Dixitq; mihi: Vade d
& præcede populum, ut ingredia-
tur, & poſſideat terrã quam iuraui
patribus eorum,ut traderem eis. Et e
nunc Iſraël quid dñs deus tuus petit
à te, niſi ut timeas dominum deum
tuum,& ambules in uijs eius, & di-
ligas eũ ac ſeruias domino deo tuo
in toto corde tuo, & in tota anima
tua,cuſtodiasq; mandata dñi & †ce-
remonias eius: quas ego hodie præ
¶ Quaſi ne putes eum ſeruitio tuo eguiſſe & ideo talia præcepiſſe.
cipio tibi,ut bene ſit tibi? En dñi dei f
b tui cęlum eſt,& cælum cæli,terra & g
omnia quæ in ea ſunt, † & tñ patri- h
bus tuis †conglutinatus eſt dñs & a-
mauit eos,elegitq; ſemen eorũ poſt
eos,id eſt uos de cũctis gentibus, ſi-
c cut hodie comprobatur. Circũcidi- i
a ¶ Superflua cordis. ¶ Omnem malã voluntatem.
b ¶ Omni cuſtodia ſerua cor tuum,Prouer.4.d.
te igitur præputium cordis ueſtri,& k
a ¶ Tumorem ſuperbiæ. ¶ vel vltra.
ceruicẽ ueſtram ne induretis ampli-
us: quia dominus deus ueſter ipſe l
a ¶ Contra quem, ſtultum eſt ſuperbire.
eſt deus deorum & dñs dominanti-
um;deus magnus & potens & terri
¶ Quem debetis imitari.
bilis,qui perſonã nõ accipit nec mu-
nera: Facit iudiciũ pupillo & uiduæ,
amat peregrinum, & dat ei uictum
a ¶ Sicut ipſe,vt ſcitis filij patris veſtri qui in cælis eſt,Mat.v.g.
atq; ueſtitũ. Et uos ergo amate pere m
grinos:quia & ipſi fuiſtis aduenę in
terra Ægypti. Dñm deum tuum
¶ Filialiter.
a ¶ Spiritualiter. b ¶ Mihi autem adhę-rere deo bonum eſt.Pſal.72.d.
timebis & ei ſoli ſeruiẽs. Ipſi adhęre
a ¶ Permiſſio eſt. b ¶ Non idolorum.
c ¶ Quem ſolum laudare debes, ¶ In domino lau dabitur anima mea,Pſal.xxxiij.
bis, iurabiſq; in noĩe illius. Ipſe eſt
a ¶ Ne ſis ingratus.
† laus tua & deus tuus, qui fecit tibi
a ¶ Quæ nemo alius fecit. b ¶ Hoſtibus.
hęc magnalia & terribilia,quæ uide-
a ¶ Ne audeas dubitare.
runt oculi tui. In ſeptuaginta anima
d bus deſcẽderunt patres tui in Ægy-
ptum,& ecce nunc multiplicauit te
a ¶ Secundum fideles eccleſiæ.
dominus deus tuus,ſicut †aſtra cæli.

## *Nicolaus de Lyra.*

Nume.xx.dicit, ꝙ mortu⁹ eſt & ſe-
pultus fuit in monte Hor.tertiò quia hĩc
dicitur: a ¶ Eo tempore ſeparaui.
Et tñ fuit ſeparata & ſanctificata dño à
tempore quo interfecerunt idolatras in
adoratione vituli,vt habetur Exo. xxxij.
quod fuit anno primo egreſſionis filio-
rum Iſrael de AEgypto,& Nume.ij. ex-
preſſè habetur,qđ fuerunt ſeparati Leui
tæ ab alijs tribubus ad ſeruiendũ domi-
no ante receſſum filiorum Iſrael de mon
te Sinai,& tñ receſſerunt inde anno ſecũ
do egreſſionis de AEgypto ſecũdo men
ſe,vt habet Nume.x.Motio aũt filiorum
Iſrael,de qua fit hĩc ſermo, fuit anno.xl.
ab egreſſu de AEgypto.Dubitatiões aũt
iſtas expoſitores noſtri parũ aut nihil tã
gunt.ſed Ra.Sa.ad ſolutionẽ autoritatis
primę dicit, ꝙ qñ filij Iſrael pugnauerũt
†laudatio decantatio, hymn⁹ tu⁹ cõtra regem Arad,& victi fuerunt ab eo
vt habet Nume.xxj.a.qđ quidẽ bellum
fuit.xl.anno ab exitu de AEgypto:popu
lus vel ſaltẽ magna pars eius territus in-
cepit reuerti v̾ſus AEgyptum. & ſic ex
Beroc filiorum Iacam reuerſi fuerunt in
Moſera,& ad quędam alia loca declina-
uerunt quę hĩc nominãtur.& ideo iſtud
interponit hĩc ad arguendũ filios Iſrael
†ſtellas de tali rebellione cõtra dñm,eò quòd ca.
pce.Moyſes arguẽdo eos ad memoriã re
duxerat

duxerat plures eorum rebelliones alias. C
Secũda v̾ò dubitatio ſoluta fuit Nume. † ſeparauit dominus
xx.Ad tertiã dicit Ra.Sa.ꝙ filij Leui qui
perfectius cæteris tribubus dño adhæſe
rant,ſicut ex zelo dei interfecerũt idola-
tras poſt adorationem vituli anno pri-
mo egreſſionis de AEgypto, vt habetur
Exod.xxxij.ſic.xl.anno à dicta egreſſione
contra populũ retrocedẽtem modo p̃di
cto pugnauerũt, & interfectis pluribus
illorum alios reduxerunt ad obediendũ
dño.& ſic ſcđò pugnauerũt cõtra regẽ
Arad & deuicerũt:& iõ iſtud factũ Leui
tarũ ꝑ recordationẽ coniungit & cũ eo
qđ fecerũt tẽpore fabricationis vituli,vt
ſit ſenſus: ¶ Eo tẽpore ſeparaui tri-
bum.i. ſicut tpe fabricatiõis vituli alijs
tribubus recedẽtibus à dño ꝑ idolatriã,
tribus Leui nõ ſic declinauit, ſic & in re-
troceſſu p̃dicto,alijs ſe malè habentibus
tribus Leui bene ſe habuit: & iõ ex vtro
que facto fuit digna ſeparari ab alijs &
dño applicari. b ¶ Ego autem ſteti.
Poſitis incidentibus p̃dictis Moyſes ad
ꝓpoſitum reuertit dicens: Ego aũt ſteti
in mõte ſicut prius.xl.diebus:hoc refert
ad ſecũdã q̃dragenã ſupradictã ſecũdũ
expoſitores catholicos,ꝗ cõiter dicũt tñ
Moyſen duas q̃dragenas in monte feciſ
ſe,vt p̃dictum eſt:ſecũdum Hebræos ve †ſtatuta ei⁹ quæ
rò refert ad tertiã de qua dictũ eſt ca.pce.
c ¶ Et te perdere noluit. Licet meruiſ
ſes. d ¶ Dixitq; mihi. In quo oſten-
ditur magna dei miſericordia,quia non
ſolùm pepercit populo à morte quã me
ruerat,ſed etiã adimpleuit ĩ eo ꝓmiſſum,
qđ patribus fecerat de obtinenda terra † vel tãtũ. modo in.
ꝓmiſſiõis. e ¶ Et nunc Iſrael. Hĩc cõ
cludit ex p̃dictis propoſitũ, videlicet ꝙ
debeant timere & diligere deum,qui ꝓ-
pter peccata p̃dicta eos nõ dimiſit, cũ tñ
in nullo eis indigeret:ſed magis econuer
ſo,vñ ſubdit: f ¶ En dñi dei.ſ. cælũ
ſydereum viſibile. g Et cælum cæli.ſ.
empyreum nobis inuiſibile, quod dici
tur cælum ꝑ antonomaſiam. ideo dici- D
tur:Cælum cæli terra & oĩa quæ in ea
ſunt.Per hoc intelligit omnis creatura,q̃
cæli ambitu continet. q.d. ex hoc patet
ꝙ tui non indiget. h ¶ Et tamen pa-
tribus.i.glutino charitatis cõiunct⁹ ex
ſua mera liberalitate,quia non indi ge at
eis ſicut nec te. i ¶ Circunciſi &c.
cor: veſtri.i.omnem malã cogitationẽ
& voluntatẽ auferendo. k ¶ Et cerui
cẽ veſtrã ne induretis ampli. Per
rebellionem contra eum. l ¶ Quia
&c.deus deo.eſt.i.p̃cellẽs dijs ꝑ parti
cipationem,ſicut ſancti angeli & hoĩes.
ſequitur. m ¶ Amate peregrinos:
quia & ipſi fuiſtis aduenę. Propria
enĩ paſſio debet inducere ad aliorum
compaſſionem. Cætera patẽt ex p̃dictis.

Moraliter
nialia p̃cepta & iudicialia. Secundæ ve
rò tabulæ quæ remanſerunt integræ, ſi-
gnificant nouũ teſtamentum,quod eſt ꝑ
manſiuum. In primis aũt tabulis homo
nihil operatus eſt,ſed dñs dedit Moyſi
tabulas illas dolatas & ſcriptas,vt habe-
tur Exod.xxxj.d. In ſecundis autem ta-
bulis homo.ſ. Moyſes cooperatus fuit.
De eſu carnium & piſcium

ſimilem multa

Moraliter. k ℂ Filij eſtote. Non vos. Per hoc docent Chriſtiani, ꝙ immoderatè nõ debent affligi de morte amicorũ ſuorũ: hoc eñ quoddã ſignũ eſt defect⁹ fidei, ꝗtũ ad articulũ reſurrectiõis & vitę beatę, & talẽ afflictionẽ immoderatã faciebãt fideles vitã aliã nõ ſperãtes. n ℂ Ne come. Myſticè rõnes iſtorũ ſunt poſitę ſuprà Leui. xj. tñ hîc addit inter aues imũdas ixiõ, q̃ eſt auis alba mĩor miluo. & eſt de gñe vulturis q̃ paſcit cadauerib⁹: & ſignificat vitiũ hypocriſis, q̃ propter laudẽ humanã p̃tẽdit exteri⁹ albedinẽ ſctitatis, & iteri⁹ paſcit cadauerib⁹ iniq̃tatis, Matt. xxiij. c. Vę vobis Scribę & Phariſę̃i hypocritę, q̃ ſiles eſtis ſepulchris dealbatis quę à foris apparent hoĩbus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia.

Moraliter

Myſticè

†omnem abominationem

☞ a ℭ Camelopardalum. Qui albis maculis reſperſus, capite camelo ſimilis, collo equino, pedib⁹ bubalo, p cętera pard⁹: in Aethiopia naſcitur. b ℭ Omne. Illos recipit eccleſia & membris ſuis incorporat, qui vngulam findunt, q diſcretionem boni & mali habere ſciunt & qui ruminant. i. meditantur in lege die ac nocte. c ℭ Qđ. Qui ſcilicet duo teſtamenta ſuſcipiens firmo gradu iuſtitię & innocentię ſeſe cõſtituit. d ℭ Came. Iudæum qui liquat culicem, & glutit camelum, qui literã ruminat, ſed non habet fiſſam vngulã: qa a ſpiritu literam non diuidit, hi ſunt Scribę & Phariſęi. e ℭ Leporem. Per chœrogylliũ & leporem multitudinem ſignificat Iudęorũ. Vtrũqȝ eñ animal debile & infirmũ. f ℭ Quia ru. Ruminãt Iudęi verba legis, ſed vngulã non diuidũt, qa in patrẽ & filiũ nõ credũt, nec duo teſtamẽta recipiunt. Quidã autẽ hæretici vngulã findunt, ſed doctrinã veritatis in ore non ruminant. g ℭ Hęc come. Per hęc Gẽtiles intelligunť, qui in aquis baptiſmi renaſcuntur. h ℭ Quæ ha. Meditãtes legẽ vitę ſublimis & cęleſtis: qa ignorãtia diuinę legis diu in gẽtibus fuerat, pinnulas & ſquãmas adiungit. Sicut enim piſces ſquãmati ſunt & pinnati, ſic qbus eſt ignorãtia tẽpalis citò addit cognitio ſublimis & vitę cęleſtis. i ℭ Et gryphem. quæ eſt quadrupes capite, & alijs aquilæ ſimilis, reliquo corpe leoni, & abũdat in Hyperboreis mõtibus, equis maximè infenſa & hominibus. k ℭ Struthionem. Qui à terra non leuatur, ſed ſecularibus negotijs implicatur. l ℭ Noctuã. Quę in nocte acute videt, & non in die. Sicut q ſcietia legis glorianť, & lucem euangelij nõ capiunt. m ℭ Larum. Qui vt auis volat, vt aquatile natat, qui ſ. circunciſionem veneratur & baptiſma. Talibus Paulus ait: Si circuncidimini Chriſtus vobis non prodeſt. n ℭ Acci. Qui manſueti videntur, ſed potentibus & auaris ſe ſciãtur. o ℭ Cygnũ. Hæc lõgi colli eſſe, & cibũ de profundo terrę trahere dicunt. Nos autẽ debemus quęrere panem q de cælo deſcendit, nec eſſe ſolliciti quid mãducem⁹. p ℭ Nyctico. Quę nocte repit & operať, ſignificãs eos q noctis operibus dedicanť, q ſunt fornicatio, immũditia, idolorũ cultus & ſimilia. q ℭ Vpupã. Quę luctũ amat. Seculi autem triſtitia mortẽ operať. Nos verò debem⁹ in dño gaudere in oibus gratias agere. r ℭ Veſpertilio. Quę circa terrã volat, & pennis ambulat, Noſtra aũt cõuerſatio in cælis debet eſſe. s ℭ Quicquid. Miſticè pcipiť eccleſiaſtico viro, vt ſe i ſanctitate ſeruet, & omnem peccati immunditiã deuitet, peregrinum i. Gẽtilem in ſuis ſordibus remanere permittat. t ℭ Peregrino qui intra portas tuas eſt. Qua ſi paganis

E † Supra 7.a. & .26.d. Leuit.11.a. F † vel cuculũ † mergulũ Gal.5.a. † Oẽs aues mundas Iohan.6.e. Matth.6.d. ※illud 2.Cor.7.c. 1.Teſ.5.d. Phil.3.d. Miſticè

a Mundum ſcilicet.

† Hoc eſt animal quod comedere debetis: Bo-
a Bubali ſunt qui alieno nomine biſontes dicuntur.
uem, & ouem, & capram, ceruum, capream, bu-
a Hircoceruum ſimilis eſt enim hirco & ceruo.
balum, tragelaphum, pygarum, orygem, † camelopardalum. Omne animal quod in duas partes findit ungulam & ruminat, comedetis: de his autem quæ ruminant & ungulam non findunt, hæc comedere non debetis: Camelũ,
a Velocem timidum. b Debilem rapacem mortiferum.
leporem, chœrogylliũ: quia ruminant, & non
Lota in volutabro luti.
diuidũt ungulam, immunda erunt uobis. Sus quoqȝ quoniam diuidit ungulam, & non ruminat, immunda erit. Carnibus eorum non
a Simulatis virtutibus.
a Tales. ſ. in ſocietatem non recipies. b Morticina id eſt peccata. c Id eſt opera mortua non imitabimini. Communicando.
ueſcemini, & cadauera nõ tangetis. Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis.
Baptiſmi. Ignorantia que cito aufertur.
Quæ habent pinnulas & ſquãmas comedite, quæ abſque pinnulis & ſquãmis ſunt, ne comedatis, quia immunda ſunt. Omnes aues mundas comedite, immundas ne comedatis, aquilã
a De contemplatiuis proprium capitulum ponit ſicut in ſacrificijs.
a Aliena rapientes, & iniuſtis lucris gaudentes.
a Falco. b Qui bellis gaudet & mortibus.
ſcilicet & gryphem, & haliæetũ, ixiõ, & uulturem ac miluum iuxta genus ſuum, & omne
a Rapientium.
a Quod eſt ſine affectu, quod manifeſtum eſt ex eo, quod emiſſus a Noe: ex prima enim coruus auolatione tranſgreſſus eſt, cui ſimilis Iudas circa ſuum magiſtrum fuit & dominum.
Lxx. Glaucum.
coruini generis: & ſtruthionem ac noctuam & larum atqȝ accipitrem iuxta genus ſuum: † herodium ac cygnum & ibin ac † mergulum, porphyrionem & † nycticoracem † onocrotalum & charadrium, ſingula in genere ſuo: Vpupam quoque & ueſpertilionem & omne quod reptãt & pinnulas habet, immundum erit, nec comedetur: † Omne quod mundum eſt comedite: Quicquid autem morticinum eſt, ne ueſcamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas eſt, da ut comedat, aut uende ei, quia tu populus ſanctus domini dei tu es. † Non coques hædum in lacte matris ſuæ. Decimam partem ſeparabis de cunctis frugibus tuis, quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos, & comedes in conſpectu domini dei tui in loco quem elegerit, ut in eo nomen illius inuocetur: decimam frumenti tui & uini & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis, ut
a Gryſalco vulgo rapit aquilam. Lxx. pelicanum. a Non calandre vt putant. a Intentum terræ quamuis contemplationem ſimulat. a Honeſtis operibus & moribus communicate. Sine peccato. a Peccato contaminatum. b Conſentiendo vel inde faciendo. c Ab operibus mortuis abſtinete. a Purgabis. a Peccatorem. Qui ſtatuetur a ſiniſtris. Eccleſiæ. a Corporis Chriſti vel prædicationis. b Sanguinis Chriſti vel hilaritatis mentis. c Operum miſericordiæ vel chariſmatis. a Maioribus operibus. b Simplicitate.

ſi paganis & hæreticis immunda relinque. Hinc dęmones in euangelio permittunť ire in gregem porcorum: & dicitur. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. v ℭ In lacte. Mediocribus diſciplinis, ſed auſterioribus, vt reſtaurarent amara q perdiderunt dulcia. x ℭ Decimam. Quaſi bona quę facis ſecundum diuinę legis pręcepta facias, & dño ſepares, vt ad eius laudem omnia facias. y ℭ Primo. i. boni operis initia, quæ decimanda ſunt, i. domino conſecranda. ☞Portare

G Matth.8.d. Lucæ.9.g. † leopardalum

*Nicolaus de Lyra.*

☞ ſimilem multa animalia & aues & piſces prohibentur in lege Iudæis. Sunt etiã pręter hoc aliæ cauſæ myſticè & figurales, inquãtum per talia deſignantur homines habentes aliqua vitia ſicut carnalis aſſimilatur porco, piger aſino, & ſic de alijs. a ℭ Hoc eſt animal quod comedere debetis &c. Tanqȝ carens immunditijs prædictis, & enumerat aliqua in ſpeciali dicens: b ℭ Tragelaphum. Tragelaphus animal eſt mundum & eſt partim ſimile hirco, & partim ceruo, & dicitur à τράγος quod eſt hircus, & ἔλαφος quod eſt ceru⁹. c ℭ Camelopardalũ. Animal eſt ſimile camelo in capite, & ideo ab eo denominať: habet tñ maculas albas in corpore ſicut pardus, & equo ſimilis eſt in collo, bubalo verò in pedibus. Conſequenter ponit regulam cõem, cum aliqua tamen exceptione, cũm dicitur: d ℭ Omne ani. Cętera expoſita ſunt Leui. xj. vbi hęc materia plenius tractatur, aliqua tamen ponũtur hîc q non ſunt ibi, & illa ſunt hîc exponenda. e ℭ Ixion. Auis eſt de genere vulturis alba & minor, q ſit vultur. f ℭ Nycticoracem. Auis eſt de nocte volans à νύξ quod eſt nox, & κόραξ quod eſt coru⁹, quaſi coruus noctis. Dicunt tamen aliqui, q eſt idem qđ noctua: ſed hoc non videtur, quia hîc ſeparatim prohibentur. g ℭ Peregrino. Si eſt pauper. h ℭ Aut uende ei. Si habet vñ emat, & loquitur hîc de peregrino qui eſt conuerſus ad Iudaiſmum: aliter non poſſet comedere licitè. i ℭ Non coques hędum in lacte matris ſuę. Hoc fuit expoſitum Exod. xxiij. k ℭ Decimam frumenti tui vini &c. Hîc conſequenter inducit ad latriam, per hoc q inducit ad ſuſtẽtationem ſacerdotum & miniſtrorũ ad quos pertinebat colere deũ pro ſe & pro populo. Primogenita enim debebanť ſacerdotibus, & decimæ Leuitis, portabantur tamen ad templum quantũ ad partes Leuitarum, qui manebant ibi ad miniſtrandum. Et patet litera ex his quæ dicta ſunt ſupra. xij. Conſequenter inducit ad ſuſtentationem pauperum, cũ dicitur: ☞Anno

H † noctuam, vlulam, veſpertilionẽ † pelicanũ † ciconiam † Exo.23.c. & .34.d. 13.q.1.ſ. his ita. 16.q.3.ſ. ſic etiã & .q.7. c. omes decimæ.

a ℭ Portare. Quaſi qui longè
A ſunt à ꝑfectiōe ſanctorū, nec poſ-
ſūt aſcēdere culmē virtutū, nec cō
tēplatiōi vacare, qđ poſſunt agāt
humiliter & deuotè, & faciāt ſibi
amicos de mammona iniqtatis, &
theſauros in cælis, vt recipiant in
æterna tabernacula: vbi epulandū
& lętādū cū amicis .i. ſanctis & ele
ctis dei. b ℭ Et emes. Spūaliter
ꝑcipit vt ſemꝑ bonis opib⁹ inſiſta
mus, quaten⁹ poſt hāc vitā ad do
mū nr̄am .i. ad cæleſtē patriā reuer
tamur. c ℭ Aliā. Extra illā .ſ. ꝗ mā
ducas cum tuis & Leuitis in loco
quē elegerit dn̄s. d ℭ Venietq;.
Manifeſtè oſtendit hanc decimam
non eſſe ei qui offert communicā
dam, ſed tantū illis qb⁹ ꝑcipit ero-
gari, in qb⁹ ꝑcipuè Leuitē poſuit.

GLOS. ORDI.

CAP. XV.

SEptio an. In hoc ca.
pietas & dilectio com
mendař, vt ꝓximis mi
ſereamur, & pręmiū à
dn̄o expectem⁹. Tꝑe em̄ ſuo me-
temus nō deficiētes, ſi dū tp̄s habe
1. Tim. 5. a. m⁹, opemur bonū ad oēs maximè
Luc. 6. f. aūt ad domeſticos fidei. vn̄: Dimit
tite & dimitteř vobis, date & dabi
tur vobis. e ℭ Septi. Quia ī ſepti
formi ſpū remiſſio eſt. Oēs penè le
gis ſolēnitates in ſeptenario nume
ro ſunt. Sabbathū em̄ in die ſepti-
ma eſt: Et pentecoſte finitis ſeptē
hedbomadib⁹. Septim⁹ quoq; an
n⁹ celebrař. Et iubile⁹ ſepties ſeptē
annis ſuccedit. f ℭ A pere. Licet
B ſint oēs ꝓximi nr̄i, maximè tn̄ illis
-& aduena miſericordia impēdēda eſt, ꝗ Chri
1. Iohā. 3. c. ſti ſunt nobiſcū mēbra. Qui em̄ ha
bet ſubſtātiā mūdi, & fratri īdigē
ti nō impēdit, quō manet ī eo cha
ritas dei? g ℭ Fœnera. Quaſi di
tior eris oībus gētib⁹. Eccleſia quo
†Quia q; abūdat ſpiritalibus diuitijs: ipſa
†benedicet docet nec habet neceſſe doceri.
enim h ℭ Caue. Aug. Lxx. attēde ti-
bijpſi, ne fiat vbū occultū in cor-
†Dūtaxat ſi de tuo iniqtas, dicēs: Appropiat
*dominus annus ſeptimus, annus remiſſiōis:
enim deus & maligneř oculus tuus in fratrē
tuus tuū egenū. Magnificè occultū ver
bū hoc dixit, qm̄ nemo audet hoc
†Mutuum dicere ꝗ potuerit cogitare, ideo nō
dabis eſſe mutuū dādū indigēti, qm̄ ap
propīquat ann⁹ remiſſiōis, cū de⁹
ꝓpter miſericordiā vtrūq; ꝑcepe-
rit, & cōmodari cū qſq; indiget, &
remitti anno remiſſiōis. Quō miſe
ricorditer remiſſur⁹ ē illo āno quo
remittēdū ē, ſi creduliter cogitat il
lo tꝑe dandū nō eſſe, quo dādū eſt.

*Nico. de Ly.* Cum tibi

a ℭ Anno .ſ. ꝓ ſuſtentandis
pauperibus, vt patet ex ſequētib⁹,
qđ fiebat ex lege pietatis naturalis
& ne Iudęi pauperes cogereň q̄-
† malignus rerę eleemoſynas à gētib⁹, vel ſer-
ſit oculus uire eis ꝓ ſuſtentatione vitæ ſuæ,
tuus cōtra & ſic cogereň de idolotitis come
fratrē tuum dere cū Gētilib⁹, & ꝑ cōſequēs poſ
mendicum ſent pertrahi ad cultū idololatriæ.
vel in pau-
pertatem re
dactum

*NIC. DE LY.*

SEptimo. Cap. XV.
Hîc inhibeř idololatria
q̄tū ad principium mo-
tiuum ſeu

diſcas timere dominum deum tuum omni tem
pore. Cùm autem longior fuerit uia, & locus
quem elegerit dominus deus tuus*, tibiq; bene-
a dixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta por-
tare, uendes omnia & in pretium rediges, por-
tabiſq; manu tua, & proficiſceris ad locum
b quem elegerit dominus deus tuus, & emes ex
eadem pecunia quicquid tibi placuerit, ſiue ex

a ℭ Omne ſcilicet quod inebriare poteſt excepto vino.

armentis ſiue ex ouibus, uinū quoq; & ſicêram,
& omne quod deſiderat anima tua, & comedes
coram domino deo tuo, & epulaberis tu & do
mus tua, & Leuita qui intra portas tuas eſt. Ca
c ue ne derelinquas eum, quia non habet aliam

ℭ Vno interpoſito.

partem in poſſeſſione tua. Anno tertio ſepa- a
rabis aliam decimam ex omnibus quæ naſcun

a ℭ Non deferes ad locum quem elegit dominus.

tur tibi eo tempore, & rēpones intra ianuas
d tuas, uenietque Leuites qui aliam non habet
partem nec poſſeſſionem tecum, & peregrinus
ac pupillus & uidua qui intra portas tuas ſunt,
& comedent & ſaturabuntur, ut benedicat ti-
bi dominus deus tuus in cunctis operibus ma-
nuum tuarum, quæ feceris.

Cap. XV.

c SEptimo anno facies remiſſio- b
nem, quæ hoc ordine celebrabi

ℭ Moralia pręcepta ℭ Intra eccleſiam.

tur. Cui debetur aliquid, ab āmi

ℭ In deo. a ℭ Pater noſter qui eſt in cælis vnus eſt Chriſtus.

co uel proximo ac fratrē ſuo re
petere non poterit, quia annus remiſſionis eſt

ℭ Qui alienæ religionis eſt.

f domini. A peregrino & aduena exiges, †ciuem c
& propinquum repetendi non habēs poteſta-

ℭ Miſtice quaſi pecunia verbi omnibus large diſpenſatur.

tem. † Et omnino indigens & mendicus non d
erit inter uos: † ut benedicat tibi dominus deus e
tuus in terra quam traditurus eſt tibi in poſſeſ-
ſionem. † Si tamen audieris uocem domini dei f
tui, & cuſtodieris uniuerſa quę iuſſit, & quę ego
hodie præcipio tibi* benedicet tibi, ut pollici-

ℭ Verbum dei.

g tus eſt. † Fœnerabis gentibus multis, & ipſe à g
nullo accipies mutuum. Dominaberis natio-
nibus plurimis, & tui nemo dominabitur. Si h
unus de fratribus tuis qui morantur intra por-
tas ciuitatis tuæ in terra quam dominus deus
tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem uenerit,

a ℭ Quaſi immiſericors.
b ℭ Per auaritiam, ſed extendens per miſericordiam.

non obdūrabis cor tuum, nec contrāhes ma- i
num, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutu-
h um, quo eum indigere perſpexeris. Caue ne k
fortè ſubrepat tibi impia cogitatio, & dicas in
corde tuo: Appropinquat ſeptimus annus
remiſſionis, & † auertas oculos tuos à
paupere fratre tuo, nolens ei quod poſtu-
lat mutuum commodare, ne clamet con-
tra te ad dominum, & fiat tibi in pecca-
tum, ſed dabis ei. Nec ages quippiam cal- l
lidè in eius neceſſitatibus ſubleuandis, ut

tiuum ſeu occaſionem. Si enim C
obligati debitis & impotentes ſol *vt ponat
uere arctarentur per pœnas cor- nomen ſuū
poris vel alio mō, poſſent habere ibi, vł inuo
occaſionē fugiēdi de terra Iſrael, cetur no-
& habitare īter Gētiles, & ſic ſerui mē ſuū ibi
re dijs alienis: ſcđm qđ dicit Dauid Ann⁹ ſepti
de ſeipō fugitiuo, j. Re. xxvij. c. Ma mus remiſ-
ledicti ſunt ī cōſpectu dn̄i, ꝗ eiece ſionis qua-
rūt me hodie, vt nō habitē in hr̄di re inſtitut⁹.
tate dn̄i dicētes: Vade ſerui dijs alie
nis. Lic et em̄ Dauid hoc nō fece-
rit, tn̄ ꝑſecutores ei⁹ dabāt ei occa-
ſionē faciēdi. Ad hoc igiř admonē
dū ſeptim⁹ ann⁹ remiſſiōis fuit in
lege inſtitut⁹, ī quo remittebāř de
bita impotētib⁹ ſoluere. Sic ergo Diuiſio
priò aufert idololatrię occaſionē,
ſcđò inducit ad latrię culturā, ibi:
De prīogenitis. Adhuc priò īducit
ad relaxationē debitorū, ſcđò ad
relaxationē ſeruorū, ibi: Cū tibi vē
dit⁹ fuerit fr̄ tu⁹. Adhuc priò in-
ducit ad debitorū relaxationē. ſecū
dò ad liberalē accōmodationē, ibi:
Si vn⁹ de fratrib⁹ tuis. Circa pri-
mū ſciēdū, ꝙ remiſſio debitorū in
ſeptimo anno nō īponiř, niſi ꝓ illis
ꝗ ſunt de ritu Iudęorū, iō ſubdiř:
c ℭ A per. In Hebr. Ab extraneo
exiges. per, qđ patet, ꝙ idē ītelligiř
hîc ꝑ ꝑegrinū & aduenā: extrane⁹
autē diciř ꝗ nō eſt de ritu eorum.
d ℭ Et om. Hîc cōſequēter īducit
ad pauperū ſubleuationē, & ītelli
giř de Iudęis paupib⁹, quos debe
bāt adiuuare, ita ꝙ nō cogerentur
publicè mendicare. e ℭ Vt be.
multiplicādo te in bōis tꝑalib⁹ & D
ſpūalib⁹. f ℭ Si ta .i. ſi feceris qđ
dictū eſt, & ꝑ hoc ītelligiř oppoſi-
ta negatiua videlicet, ꝙ ſi nō fece- †fratri autē
ris, non multiplicabit te. g ℭ Fœ remittes tuo
nera. Hîc nō accipiř ꝓ vſura, ꝗ li qđ tuū erit
cet eſſet eis ꝑmiſſa cū extraneis gē vel nō repe
tib⁹: nō tn̄ poteſt eis ꝑmitti ꝓ prę tes à fratre
mio pietatis erga pauperes, cū ſit il tuo
licita, ſed accipiř hîc pro accōmo
datiōe. vn̄ in Hebr. habeř: Vadia-
bis gētes multas .i. vadia accipies
ab eis, ꝗa nō tenebāř eis accom-
modare ſine vadio, in hoc igiř ꝓ-
mittiř eis multiplicatio bonorum
tꝑaliū, ꝑ quā poſſent dare mutuū
nō ſolū fratrib⁹ ſuis Iudęis, ſed etiā
alienis gētib⁹. Domi. ꝗa pro actu
pietatis nō ſolū ꝓmittiř eis multi-
plicatio diuitiarū, ſed etiā dn̄ij ſiue
excellētiarū. h ℭ Si vnus. Hîc in
ducit eos Moyſes ad liberā mutua
tionē, ꝗ debet ꝓcedere ex affectu.
iō ſubdiř: i ℭ Nō. & cū effectu. iō
ſubdiř: Sed aꝑies manū paupi &c.
k ℭ Quo eū. ꝗa nō tm̄ debebāt
fratrib⁹ ſuis accōmodare pecuniā
ſed etiā aliā rē neceſſariā vtpote
equū, currū, & ſimilia ꝗ frequēter
deterioraň ex accommodatione.
l ℭ Caue. Inducit eos vt nō retra
hantur ab accommodatione pro
pter appropinquationem anni
ſeptimi in quo debita relaxabaň.
m ℭ Nec. vt ꝑ hoc machineris
ad aliquod malum, vt ad familia-
ritatē inhoneſtā cū ei⁹ vxore, vel
filia, vel aliquid aliud illicitum.
Non deerunt
Moraliter. b ℭ Septimo an- Moraliter
no &c. Illa quæ hîc ponunř mo-
ralia ſunt, ideo ꝑtranſeo vſq; ibi:
*Cum tibi.

a ¶ Cum tibi vẽditus &c.Iſi. Si Hebręus puer in ſeruitutẽ deue
E nerit:præcipitur vt ſeruiat ſex annis, ſeptimo liberetur. Si noluerit
Allegoricè propter vxorem & filios, perſorabitur auricula eius & erit ſeruus in ſeculum. Hoc de pręſenti ſeculo non dicitur, ſed de futuro: quia in ſex ætatibus huius ſeculi ſeruientes, ſeptimo die .i. æterno ſabbatho liberamur, ſi tamen liberi eſſe voluerimus dum in ſeculo peccato ſeruimus. Si autẽ noluerimus, perforabitur nobis auricula, in teſtimonium inobẽdiẽtiæ, & cum vxore & filijs noſtris, quos prętulimus libertati .i. cum carne, & operibus eius. ſ. peccatis in æternum ſeruiemus. ¶ Cùm tibi venditus &c. Hebręus tranſitor, qui ad æternam ſcilicet patriam tendit, & de vitijs ad virtutes, de terrenis ad cæleſtia trãſit, ſi talis ſe tibi vendiderit .i. magiſterio tuo ſe addixerit, docebis eum vt in præſenti vita ſtudeat operari, vt ad requiem peruenire poſſit. Hoc eſt ſex annis ſeruiet tibi, ſeptimo dimittes eum liberum, nec vacuum abire patieris, quaſi æterna pręmia & veram libertatem promittes ei in alia vita. Si autem dixerit nolo egredi, eò quòd diligat te & domum tuam .i. ſi bona quæ fecit, non pro ęterna mercede, ſed pro humana laude, quaſi diligens præſentem vitam fecerit, perforabis aurẽ eius ſubula .i. mentẽ eius terrore iudicij compunges in ianua domus, quia iudicium erit in huius vitæ egreſſu & alterius ingreſſu, & ſeruiet tibi vſque in æternũ, i. docebis eum ſi ſeculum plus amauerit quàm deum, æternis ſupplicijs mancipandum.

† quia huiꝰ rei grã bñdicet
† omnibus operibus tuis
Miſticè
† ſe vẽdiderit
† onerabis eum
Moraliter

¶ Greg. Cùm actiua vita & contemplatiua ſit nobis ex dei gratia, vna eſt in neceſſitate, altera in voluntate. Nemo enim deum cognoſcens regnum ingreditur ſine actiua vita, ſine contẽplatiua verò multi. vnde: Si emeris ſeruum Hebręũ &c. Hebręus, id eſt tranſiens emitur, quãdo vnuſquiſque qui à
F ſeculo mente tranſit, ſeruitio dei ſubijcitur. Sex annis ſeruire pręcipit, vt in ſeptimo gratis liberetur. In ſenario actiuæ vitę pfectio. In ſeptenario contemplatiua exprimitur. Sex annis ſeruit, ſeptimo liber egreditur, quia per actiuam perfectè tranſactam, ad contẽplatiuæ vitę libertatem tranſit gratis, quia cùm benefecerimus ſerui inutiles ſumus. Sicut ergo actiua eſt ex munere, ita & contemplatiua. Cum quali veſte intrauerit, cum tali exeat, quia neceſſe eſt vt in incepto quiſque perſeueret. Bene autem ad contemplatiuã vitam tranſit, qui in actiua intentionis ſuæ veſtem nõ mutauit. Quidam verò priuſquam ſeruitio dei ſocientur, bene operari diligũt: alij poſtquã ad eius peruenerint ſeruitium. Qui ergo bonam operationem prius habuerit, cum vxore emptus eſt. Is poteſt ad contemplatiuam vitam tranſire, & tamen actiuam nõ deſerere, vnde vxor egrediatur ſimul. Ad contemplationem enim trãſiens, affectionem boni operis qua alijs proſit, nõ relinquit. Mulier & filij eius erunt domini ſui. Seruo empto dat dominus vxorem, cũ prędicator eum quem domino mancipauit, bonæ actioni coniungit. Prædicatores enim domini vocantur, vnde: Scis quoniã dñs tuꝰ tollatur à te. Vxor filios & filias parit, cùm bona actio fructus fortes vel teneros gignit. Hæc mulier cum filijs domino remanet, ſeruus exit cum veſte, quia bona actio & eius fructus prędicatori imputantur, ipſe cum deſiderij intentione ad contemplationem per gratiam liber egreditur. Si dixerit ſeruus: Diligo dominum meum &c. Seruus dominũ diligit, quando pdicatoris verba ſollicita mente cuſtodit. Vxorem amat & liberos, vitam. ſ. actiuã & fructus eiꝰ. Dominus offert eum dijs, & applicat ad oſtiũ & poſtes & pforabit aurem ſubula, vt ſit ſeruus in ſeculum, quia prędicator antiquorũ patrũ dictis imbuit ad oſtiũ, & poſtes tabernaculi, vt de ingreſſu æterni tabernaculi aliqd audiat, & iudicij terrorem agnoſcat, ne

Exodi.21.a.
† tibi graue vel durũ videatur, qđ
† & benedicet
4.Reg.2.a.

ſcat, ne de bonis operibus gloriam quęrat ab hoĩbus. Auris ſubula perforatur, dũ mens illius timoris dei ſubtilitate pcutitur, vt verbi acumine trãsfixa, ingreſſum regni ſemper attendat, quaſi ad hoſtiũ & poſtẽ tabernaculi pforata. Seruus erit in ſeculũ, vt liber ſit poſt ſeculum. Nũc ergo non ſolũ actiua in ſeruitute eſt, ſed etiam contemplatio libertatẽ mẽtis nõ obtinet, quia in ęnigmate intimã quietẽ videt. Ne hoc ſerui Chriſtiani à dominis flagitarent, Apſus iubet ſeruos dñis eſſe ſubditos, ne doctrina dei blaſphemetur. Myſticè enim dictum intelligit, vbi ſubula recuſantis libertatem aurem perfodi pręcipitur. b ¶ De primoge. Aug. Primogenita dicit quæ primò vuluam aperiunt, & primo partu exeunt: Gręcè autem πρωτότοκα, nec Latinè dici niſi primogenita potuerunt, in his tantũ intelligenda ſint quę naſcuntur ex matribus. ipſa enim propriè pariuntur potius quàm gignuntur. Parere quippe eſt τίκτειν qđ eſt ex fœmina, vñ πρωτότοκον dicitur. Gignere autem eſt γεννᾶν. vnde propriè Latinè primogenitus dicit. Ex fœminis aũt dabant primitiua .i. q̃ prima pariebant, non q̃ prima gignebant à viris &c. Si ergo eſt in his verbis certa diſtinctio, non fruſtra dñs, non dicitur à patre μονότοκος ſed μονογενής i. vnigenitus quod eſt vnicus. Quòd aũt Latinè dicit à mortuis primogenitus, Græcè πρωτότοκος non πρωτογενής dicitur, tanquam pater ęqualẽ ſibi genuerit, & creatura peperit. Nã quod dicit primogenitus oĩs creaturæ, quia primus ita ſurrexit, vt iã nõ moriat, oĩs creaturę .i. πρωτότοκος, ſcđm nouã creaturam põt intelligi de qua dicitur: Si qua ergo noua in Chriſto creatura, ex qua ille primitiuus eſt, quia primꝰ ita ſurrexit, vt iã non moriat, qđ nouę creaturę q̃ in illo eſt futurũ i fine pmittit. Mouet tñ qđ in prouerbijs dicit. Primogenite tibi dico fili, Si em̃ pater ad filiũ loqt, cũ dẽ dicit primogenitũ, quẽ vnigenitũ, quia & nos filij dei ſumꝰ, ille autẽ vnigenitꝰ, quia ſolus de ſubſtãtia pr̃is, & ęqualis, & coęternꝰ.

Sanctificabis

G
Titum.2.a.
Miſticè
Nota differẽtiã apud Græcos inter ptotocos & progenis &c.
2.Cor.5.d.
Roma.6.b.
H

† benedicat tibi dominus deus tuus in † omni tẽpore, & in cunctis ad quæ manum miſeris. Nõ a deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum uerſantur in terra. Cùm ti b

¶ In fide.

bi † uenditus fuerit frater tuus

a ¶ Tranſiens. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me. Eccl. xliiij. c.
b ¶ Perfectione actiuæ vitæ.

Hẽbræus aut Hebræa, & ſex an

a ¶ Non generalis remiſſionis, ſed quicunque a venditione ſeptimus occurrerit.
¶ Æterna requie.

nis ſeruierit tibi, in ſeptimõ anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaueris, nequaquam uacuum abire patieris, ſed † dabis uiaticum de gregibus & de area & è torculari tuo, quibus dominus deus tuus benedixerit tibi. Memento quod & ipſe ſeruieris in terra Ægypti, & liberauerit te dominus deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi.

a ¶ Ab actiua vita.

Si autem dixerit, nolo egrẽdi,

a ¶ Prædicatorem. ¶ Eccleſiam.

eò quòd diligat tẽ, & domum tuam, & bene ſibi apud te eſſe

a ¶ Diuini timoris ſubtilitatem.

ſentiat, aſſumes ſubulãm & per

a ¶ Mentem inobedientem.
b ¶ In introitu eccleſiæ, vt ſit memor cæleſtis tabernaculi.
¶ In actiua vita bene operando. ¶ Secundũ pſens.

forabis aurẽm eius in ianua domus tuæ, & ſeruiet tibi uſque in

¶ Infirmiori & indoctiori.

æternum. Ancillæ quoque ſimiliter facies. Non † auertas ab eis c

a ¶ Sollicitudinem. b ¶ In contemplatione.

oculõs tuos, quando dimiſẽris

a ¶ Auguſt. Liberos a ſeruitute vitæ actiuæ.
b ¶ vt recipiant mercedem ęternam.

eos libẽros, quõ † iuxtã mercedẽ mercẽnarij ſex p annos ſeruiuit

a ¶ Prędicatori. a ¶ Remunerando.

tibi, ut † bñdicat tibĩ dñs deꝰ tuus

¶ Bonis dictis vel factis.

b cunctis operibus quæ agis. De d

¶ Primordijs bonæ voluntatis & operationis.

primogenitis tuis q̃ naſcũtur in

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Non deerunt. Non eſt contrariũ ei qđ ſupradictũ eſt. Omnino indigẽs & mendicus non erit inter vos, quia ibi loquitur de mendicante publicè, qđ non debebant Iudęi pmittere: vt dictũ eſt: Hîc autem loquit de paupere, qui de ſuis facultatibus non poteſt conuenienter ſuſtentari, & ideo indiget p accommodationem ab alijs auxiliari. b ¶ Cum tibi vendi. Iſta expoſita fuerunt Exodi. xxj. hoc excepto.
c ¶ Non auertes ab eis .i. non reſpicies eos toruo oculo, quaſi tibi ſit grauis libertas eorũ. Vnde in Hebręo habetur: Non erit graue in oculis tuis cum dimiſeris eos liberos. d ¶ De primogenitis tuis &c. Deſtituta idolatria quãtùm ad occaſionem, hîc reuertitur ad determinationem latrię excludendo quandam cupiditatẽ occaſiõe latrię aliqualiter contingentẽ. Et priò facit ppoſitũ, ſecundò remouet quodã dubiũ, ibi: Hoc ſolùm. Circa quod ſciendum, quod ex eo tempore quo dñs percuſſit primogenita AEgyptiorũ tam in hominibus quàm in aĩalibus, omnia primogenita filiorum Iſrael fuerũt obligata dño & ſanctificata, vt habetur Exodi. xiij. & in pluribus alijs locis. Veruntamen aliqui cupiditate ducti volebant inde trahere vtilitatem ſuam, vtpote in primogenito bouis arando, & primogenitum ouis tondẽdo, antequam

Diuiſio
† vł duplex mercẽnariꝰ vł, duplex eſt merces mercẽnarij

b ¶ Cum tibi venditus fuerit frater tuus He. Cuius ſenſus myſticus ſuprà poſitus eſt Exodi. xxj. d ¶ De primogenitis autem quæ naſcuntur in armentis & oui. De primogenitis iſtis duplex ſenſus myſticus ponitur à doctoribus. Vnus eſt quod p primogenita ſignificantur bonorũ operũ initia: Et de iſtis dicitur:

Moraliter

Quicquid eſt

A a ℭ Sanctificabis dño deo tuo. Non tibi, ſed omnium largitori: Quia omne datum optimum deſurſum eſt. Quod autem leue in noſtra cogitatione, vel maculoſum in noſtra cõuerſatione, vel claudum in operum progreſſione, vel cęcum ignorantia mentis aut aliqua parte deforme vel debile, non debemus deo immolare, i. imputare, ſed nobis. (Iaco. i. c.) b ℭ Non operaberis. Grego. In primogenito bouis arare eſt bonæ conuerſationis primordia in exercitio actionis publicare. Primogenita ouium tondere, eſt ab occulto rationis tegmine inchoantia bona nudare. Si quid enim bonũ robuſtumq́ incipimus exercere, non debemus citò oſtendere, ſimplex quoq; & innocuum non debet nudari ſuo velamine. Ad ſola diuina ſacrificia iſta proficiat, vt ad honorem intimi iudicis in ara cordis immolentur, ne primordia adhuc carnali vitæ cõmiſta citius innoteſcant, & cùm laudant̃ bona, deceptus animus non deprehendat q̃ in eis ſunt mala. c ℭ Sinau. Sunt quædã opera q̃ licet minus placeant deo, pſunt tñ proximo: & ſi deo offerri nõ poſſunt, comedi poſſunt. Cũ enim deo minus placeant ꝑ fuſcata intentione quã deus intuet̃, proximis tñ exemplo opitulantur. Quaſi caprea & ceruo. Caprea ſaltatim incedit, ceruus inimicus eſt ſerpenti, & aſpera & ſpinoſa trãſiliẽs montana tranſcendit: & ideo in bonam partem accipiuntur. (Moraliter)

armentis & ouibus tuis, quic- (a Forte ſcilicet & virile.) quid ſexus maſculini eſt, ſancti- (a Attribuendo. b Non tibi. c Prædicabis.) ficâbis dominõ deo tuo. Non õ- (a Bonâ operatione primi tẽporis adhuc infirma ætate. b Quaſi neophytum non permittas in eccleſia docere.) pêraberis in primogenito bouis, (a Hoc eſt primogenita innocentiæ non nudabis, vt videantur & laudentur ab hominibus. b Non ſunt in exemplum oſtendenda niſi quæ ſunt firma.) & non tõndebis primogenita o- (a Id eſt de bono opere tuo ſoli deo placere curabis.) uium. In cõnſpectu domini dei tui, comedes ea per annos ſingulos in loco quem elegerit dominus, tu & domus tua. Sinau- (Criminis.) tem habuerit maculam, & uel (Greſſu boni operis.) (Ignorantia.) claudum fuerit uel cæcum, aut in aliqua parte deforme uel de- (a Imputabitur. b A quo omne bonum, ſed tibi a quo malum.) bile, non immõlabitur dominõ deo tuo, ſed intra portas urbis tuæ comedes illud, tam mundus q̃ immundus ſimiliter ueſcẽtur eis, quaſi caprea & ceruo. Hoc ſolum obſeruabis, ut ſanguinem eorum non comedas, ſed effundas in terram quaſi aquam.

## *Nicolaus de Lyra.*

do, anteq́ offerrentur: ideo iſtud prohibetur hîc, & patet litera. Et dicit hîc Ra. Sa. ꝙ idem eſt intelligendum de oue, quę offerebatur pro primogenito aſini, vt habetur Exod. xiij. quia debebat offerri cum lana. d ℭ Si autem. i. defectum alicuius mẽbri ſeu aliquam aliam deformitatem, ꝓpter quam non deberet domino offerri, cui meliora ſunt offerenda, & ne diuinus cult⁹ veniret in contemptum ex oblatiõe talium defectus habentiũ, & ꝑ conſequẽs viliũ & cõtẽptibilium: tale primogenitũ licitè poterat comedi extra Ieruſalem, in oppidis & ab immundis hoibus ſicut & à mundis. e ℭ Quaſi caprea &c. i. ſicut de illis comedunt homines abſq; hoc ꝙ faciant inde aliquam oblationem domino, nec redemptionem, ſic & de iſtis: Tamen diſtinguẽdum eſt, quia ſi talis macula inerat primogenito animali à natiuitate, comedebatur abſq; oblatione vel redẽptione aliqua, qa nunq́ fuerat obligatũ dño, ex quo nunq́ fuerat immolatitiũ. Si aũt poſt natiuitatẽ ſuperuenerat, tunc aut erat curabilis, aut non. Si curabilis, debebat poſt curationẽ offerri: ſi incurabilis poterat redimi, quia erat obligatũ domino ante euentũ maculæ, & hæc diſtinctio accipitur ex ſententia Rab. Sa. hîc. & xij. ca. f ℭ Hoc ſolum. quia carnes talium licitè comedebantur in oppidis, abſq; redemptione in caſu prędicto. propter hoc aliqui fortè poſſent credere, ꝙ eſus ſanguinis ipſorum eſſet licitus: propter qđ hoc excluditur hîc ſpecialiter, quia nec in vilibus animalibus erat cõceſſus, ſed generaliter prohibitus. (B)

Moraliter a ℭ Quicquid eſt ſexus. quia quicqd eſt ibi perfectionis, debet deo attribui, ſexus enim maſculinus perfectus eſt, ideo ſignificat perfectionem deo attribuẽdam. d ℭ Si autem habu. ma. Per quod ſignificatur, ꝙ ſi in operibus noſtris bonis defectus aliqs ſit admiſtus, attribuendus eſt noſtro defectui, Oſee. xiij. c. Perditio tua Iſrael, ex me tantum auxilium tuum. Alius ſenſus myſticus eſt, ꝙ per primitiua ſignificantur homines de nouo conuerſi incipientes ſeu neophyti: & de iſtis dicitur: b ℭ Non operaberis in pri. quia prædicti incipientes noui non debent operi doctrinę vel prędicationis, ſignificato per opus bouis, applicari: nã ad opus doctrinę ſeu prędicationis requiritur maturitas & firmitas. Quòd autem per agriculturam, quæ eſt opus bouis, ſignificetur prędicatio & doctrina habetur. j. Cor. iij. b. vbi dicit Apoſtolus: Dei adiutores ſumus, dei agricultura eſtis. c ℭ Non tondebis. Per quod ſignificatur, quòd opera bona neophytorum non ſint exterius denudanda, ne per inanem gloriam amittant̃. Grego. Primogenita ouiũ tondere, eſt occultatiõis tegmine inchoantium bona nudare. Solis autem firmis & perfectis dicitur illud Matth. v. b. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. C

## *ADDITIO.*

ℭ In cap. xv. vbi dicitur in poſtill. Ad hoc igitur amouendum, ſeptimus annus remiſſionis in lege inſtitutus eſt &c.

## *ADDITIO.*

Licet communiter tenet̃ apud Hebręos, ꝙ in anno ſeptimo totaliter remittebãt̃ debita, ſic ꝙ etiã poſt trãſitum illius anni ſeptimi nõ poſſent repetere ea: tñ hoc non videtur rationi conſonum: quia ſic, ſi aliquis accommodaret proximo ſuo pecuniam, vel aliquid huiuſmodi in anno ſexto vel prope finem anni, ſtatim intrãte anno ſeptimo erat remittenda: quod videtur contra æquitatem iuſtitiæ, ſecundum quam homo tenetur reddere mutuum, vnde: Pſal. xxxvj. d. Mutuabitur peccator & non ſoluet. Nec valet dicere, quòd hæc remiſſio intelligitur quò ad impotentes ſoluere tantùm, prout poſtillator videtur dicere: tum quia ſcriptura indiſtinctè loquitur dicens: Cui debetur aliquid ab amico vel proximo vel fratre ſuo, repetere non poterit, quia annus remiſſiõis eſt dñi, nõ diſtinguens de potente vel impotente: tũ qa ab impotente non ſolùm anno ſeptimo, ſed etiã in alijs tpibus nõ erat debitum repetendum. Dicit̃ enim infrâ: Si vnus de fratribus tuis &c. ad paupertatem venerit, non indurabis cor tuum nec contrahes manum, ſed aperies eã pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere proſpexeris. Vnde circa hoc aliter videtur dicendum. Ad quod ſciendũ ꝙ in Hebręo vbi nos habemus: Septimo anno facies remiſſionem: eſt quędam dictio quæ ſonat ſubtractionem, & eſt ſenſus qđ in toto anno ſeptimo non poterant debita repeti. Cuius ratio eſt, quia ſeptimus ann⁹ erat ſabbathũ terrę, i quo nõ licebat ſeminare agros, nec vindemiare nec colligere fruct⁹ terrę, ſed oĩa q̃ ſpõte naſcebantur erant communia quibuſlibet hominibus, & etiã beſtijs: vt habet̃ ſuprà Leui. xxv. vñ in tali tpe debebat ceſſare exactio debitorum ceſſante collectione fructuũ & redituũ. Sed ſabbatho terrę, ſcilicet anno ſeptimo tranſacto, cũ iã poterãt terras colere, & fruct⁹ ſuos vnuſqſq; colligere licitũ erat debita repetere, & etiã debitor, ſi eſſet potẽs, tenebat̃ reddere, cùm reſtitutio debiti pertineat ad verã iuſtitiam. Ad hanc ſententiam facit qđ ſequit̃ in litera de hac materia: Caue ne fortè ſurrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: appropinquat ſeptimus annus remiſſionis, & auertas oculos à paupere fratre tuo, nolens ei quod poſtulat mutuũ cõmodare. Si enim in ſeptimo anno fieret talis remiſſio, vt prędicti intelligunt, quare diceretur impiè cogitare ille, à quo per mẽſem vel aliquod breue tempus ante ſeptimum annum mutuum poſtularetur: ſi à mutuatione retraheretur, cùm hoc iam non eſſet mutuatio, ſed mera donatio, quæ nõ in tanta quantitate ſolet dari, ſicut mutuum: Facit etiam pro p̃dicta ſentẽtia, quod infrâ in eodem ca. dicitur: Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus aut Hebræa, ſex annis ſeruiet tibi, in ſeptimo anno dimittes eum liberum. non enim dimittebatur in anno ſabbathino terræ, ſed poſtq́ ſeruiret per ſex annos integros, & ideo reddens rationem, quare dominus ſerui non deberet grauiter ſuſtinere hãc dimiſſionem dicit: Quoniam iuxta mercedem mercennarij per ſex annos ſeruiuit tibi. Ex quo patet, ꝙ ſi poſt breue tempus ſeruitutis prę ciperetur liber dimitti, eſſet quid durum & graue: non ergo minus durum eſt totaliter debitum dimittere, q̃ ſeruum emptũ liberare. Quia tñ iſta lex remiſſionis debitorum ſic intellecta, ſicut Hebræi intellexerunt eſt intolerabilis, per quam penitus claudebat̃ via ad mutuandum: idcirco Thalmudici antiqui quoddam fecerunt ſtatutũ, per quod lex prędicta totaliter euacuabatur, & ſic impletur dictũ Chriſti Matth. xv. a. Irritum feciſtis man. dei &c. D

## *REPLICA*

In ca. xv. cũ poſtillator remiſſionẽ debitorũ verſus dilationẽ in anno ſeptimo exponeret de impotẽtib⁹ ſoluere, ſicut & ſuprà expoſuit Leui. xxv. Burgeñ. ibi & hîc dicit huiuſmodi expoſitionem non habere fundamentum ꝑ eo, qa vt dicit, ſcriptura indiſtinctè loquit̃ de potẽtibus & impotentibus. Hîc dico ſaluo meliori iudicio, ꝙ fundamentum expoſi

E mentũ expoſitiõis poſtillatoris ſtat in recta rõne. Recta eñ rõ hoc exigit, vt potens ſoluere ſoluat ſine dilatione; non eñ ſine fraude ad annũ remiſſionis differret, ſi ſoluere poſſet. Quòd ſi nõ poſſet, nam potens non eſſet, & ſic ſequeretur ꝙ potẽs de hoc caſu nõ eſſet potens, quæ eſt cõtradictio. Vnde etſi litera loquatur indiſtinctè, oportet tñ ex ratione recta de impotẽtibus ſpecialiter intelligi, aliâs ſi potens eſſet ad ſoluendum & differret, daretur occaſio non mutuandi, imò & potens in anno remiſſionis tenebatur ſoluere, quamuis mutuans non potuit rem ſuam aggrauanter exigere. Ille igitur annus erat pro impotentibus, à quibus non potuit illo anno quicquam repeti, nec per eos oportuit propter impotentiã aliqd ſolui. Potentes aũt & illo anno & quolibet alio ſolutionem ſine fraude differre non potuerunt. Nec valet quod Burgeñ. dicit, ꝙ ab impotente G nec illo nec quocũqȝ alio anno repeti debitũ poſſet, quia ſic daretur via pauperibus non mutuandi, ſed ſolùm pauperes reciperent per modum donationis: & ſequeretur ſeptimum annum non ſolùm dilationis eſſe, ſed totalis remiſſionis, cuius oppoſitum Burgen. nititur oſtendere hîc contra Iudęos. Nec textus quem Burgen. allegat, eſt ad ſui propoſitũ, quia textus ille dicit omni tempore mutuandũ neceſſitatem patienti, non prohibet repetitionem niſi in anno ſeptimo, qui dicebatur remiſſionis pro illo anno, quo completo repetitio fieri potuit, vt habetur à Scholaſtica hiſtoria ponente differentiam inter annum iubileum, & remiſſionis: In illo nanqȝ remittebantur debita, in iſto differebantur.

## GLOS. ORDI.

### Cap. XVI.

Bſerua men. Quia in eo manipuli ſpicarũ, id eſt primitiæ ꝑ ſacerdotem offerebant̃ dño. ❡ Menſem primũ, ſcilicet Hebræorũ, q apud eos ניסן niſan, apud Græcos quoqȝ ξανθικος, apud Latinos aprilis dicit̃, in quo agnus paſchalis occidebatur.

Miſticè b ❡ Eduxit te. Myſticè. Nos quoqȝ de AEgypto huius mũdi liberati, nouũ hominẽ induti, in nouitate vitę ambulemus, primitias bonorũ operũ cõſecrãtes, & phaſe, i. trãſitũ bonũ celebrãtes, vt relicta AEgypto ad terram promiſſionis veniamus. c ❡ Et de bobus. Aug. Boues addit, cùm de ouem ꝑceperit, quã iuſſit accipi ex ouibus & hædis vel capris, ꝓpter Chriſtũ, qui ſecundum carnem ex iuſtis fuit & peccatoribus. Non eñ ait ex ouibus vel capris, ſed ex ouibus & capris, licet propriè non intelligatur ouis ex capris, ne Iudæi dicerẽt ſubaudiendũ eſſe caprum. Quare ergo additi ſunt boues, an propter alia ſacrificia, quæ diebus F

1. Cor. 5. c. azymorum ſunt immolanda? d ❡ Panem fermen. Corruptam doctrinam, vel veterem conuerſationem. vnde: Epulemur in azymis, non in fermento veteri &c.

† feſtinatione

e ❡ Septem. Toto tempore præſentis vitæ. Sicut illi ſeptem diebus azyma comedebant, ſic nos purè & ſimpliciter ſeptem diebus huius vitę conuerſemur quibus quotidie agnus occidit̃, & paſcha celebratur, ſi innouati nihil ex veteri corruptiõe retinem⁹.

* per noctẽ

Fermẽtum Quid eñ eſt aliud fermentũ, q̃ naturę corruptio? Fermentatũ enim recedit a naturali dulcedine, & corrumpitur adulterino rancore. f ❡ Nõ ap. Epulemur nõ in fermẽto veteri, neqȝ in fermẽto malitię & nequitię &c. quaſi relinqte veterẽ hoiem, & induite nouũ. g ❡ Non remanebit. In hac vita omnia ſacramenta dominicę incarnationis perſcrutanda, & cuncta ꝑcepta ei⁹ implẽda ſunt, anteqȝ mane. i. finis ſeculi adueniat.

1. Cor. 5. c.

Ephe. 4. f.

h ❡ Non poteris. In vna domo agnus paſchalis editur, & in vno loco phaſe immolat̃. i. in catholica eccleſia; extra illã non rectè paſcha celebratur. Vetat celebrare myſteria Chriſti in conuenticulis hęreticorum.

i ❡ Veſpere ad ſo. Nouiſſima ætate mundi, quando verus ſol in paſſione occubuit, & AEgyptiacam captiuitatem ſoluit, cũ paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſt⁹.

☞ Vades in

### Cap. XVI.

a Bſerua menſem † nouarum frugum & uerni primum temporis, ut facias phaſe domino deo tuo, quoniã in iſto b menſe eduxit te dominus deus tuus de Ægyptô nocte. Immolabisqȝ phaſe domino deo tuo de c ôuibus & de bôbus, in lôco quẽ elegerit dominus deus tuus, ut habitet nomen eius ibi: Non co- d medes in eo panem fermentatũ. e Septem diebus comedes abſqȝ fermẽto afflictionis pânem, quoniã in † pauore egreſſ⁹ es de Ægypto, ut memineris diei egreſſionis tuæ de Ægypto omnibus die- f bus uitæ tuæ. Nõ apparebit † fermentatum in omnibus terminis g tuis ſeptem diebus, & non remanebit * de carnibus eius, quod immolatum eſt ueſpere, in die pri- h mô uſque mane. Non poteris immolare phaſe in qualibet urbium tuarum, quas dominus deus tuus dâturus eſt tibi, ſed in lôco quẽ êlegerit dôminus deus tuus, ut habitet nomen eius ibi. Im- i molabisqȝ phaſe ueſpere ad ſolis ôccaſum, qñ egreſſus es de Ægy-

[Interlinear glosses: a ❡ Mundo. — ❡ Agnum. — a ❡ Simplicitatis. b ❡ Operationis. c ❡ In eccleſia. — ❡ Tota pręſenti vita. — a Qui in valle lachrymarum. — a ❡ Vſque in diem ſeculi. — a ❡ Congregationum ſcilicet, Iudęorum, hæreticorum, atqȝ Gentilium. — a ❡ Subiecturus. b ❡ Eccleſia. — a ❡ Gratia ſua. b ❡ Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos &c. Ioh. 5. c. — a ❡ Chriſti. — a ❡ Mortem. ❡ Mundo.]

## Nicolaus de Lyra.

ſecũdò de ſcd'o, ibi: Septem hebdomadas. tertiò, de tertio, ibi: Solennitatem quoqȝ tabernaculorũ. Sciendũ etiã, ꝙ de iſtis tribus feſtis habent̃ plura Nu. xxviij. & Leui. xxiij. & aliqua hîc adduntur, & aliqua repetunt̃. Quãtũ igit̃ ad primũ feſtũ dicit̃: a ❡ Obſer. Nõ qa tũc tp̃s eſſet meſſiũ, ſed qa circa xiiij. diẽ mẽſis primi in aliqua ꝑte terrę promiſſiõis aliquę fruges ꝓpinquabât ad maturitatẽ, & de illis colligebant̃ ſpicę, de qb⁹ fiebat manipulus, q offerebat̃ in ſolẽnitate paſchali, & torrebat̃, & tunc ꝑ cõfricationem grana excutiebant̃, & de illis fiebat ſacrificiũ. b ❡ Immolabisqȝ. Nõ loquit̃ hîc ſcriptura de imolatiõe agni paſchalis, de quo poſtea aget̃, ſed de alijs ſacrificijs q̃ offerebant̃ in illa ſolẽnitate, quorũ aliqua offerebant̃ à tota cõitate, q̃ determinant̃ Num. xxviij. Aliqua verò offerebant̃ à ꝑſonis ſingularibus ex deuotiõe, & talia nõ cadunt ſub numero determinato, qa in talibus cuilibet ꝑmittebat̃ facere ſuã voluntatẽ. ſequit̃: c ❡ Qm̃. In Hebræo habetur: Subitò vel feſtinanter egreſſus es de AEgypto, & ꝓpter hoc tũc comederũt azyma; qa fermẽtare non poterãt AEgyptijs cogentibus eos exire, vt habet̃ Exo. xij. d. ❡ Et non re. ſ. agni paſchalis, de cuius carnib⁹ nihil debebat remanere vſqȝ mane, vt habet̃ Exo. xij. e ❡ Non poteris immolare phaſẽ. Hoc pręcipiebat̃ ad euitandum occaſionem idolatrię, qa ſub pretextu hui⁹ & occaſione poſſent fieri alię immolatiões pertinentes ad idolatriam, & vt cum maiori reuerentia fieret iſta immolatio in ciuitate electa ad diuinum cultum: & hoc eſt qđ dicit̃: f ❡ Sed in. Et accipit̃ hîc locus ꝓ tota ciuitate Ieruſalẽ, q̃ fuit electa â deo ad cultũ diuinũ, qa in qualibet domo poterat immolari, dum tñ haberet̃ numer⁹ animarum, q̃ ſufficerẽt ad eſum agni, vt dicit̃ Exo. xij. Debebat etiã poni de ſanguine ſup vtrunqȝ poſtẽ, & in ſupliminaribus domus vbi comedebat̃: qđ nõ põt intelligi de domo tẽpli, qa ibi nihil ponebat̃ de ſanguine agni. g ❡ Immolabisqȝ. id eſt poſt declinationem ſolis. h ❡ Quando. Non ꝙ illa nocte egreſſi fuerint filij Iſrael de AEgypto, ſed quia ipſa immolatio erat quædam præparatio ad exitum, & qa ⁂ illa nocte

[Margin: † tab. ib. id eſt aprilis in quo omnia renaſcunt̃ — H — † fermentũ]

## NICO. DE LYRA.

### CAP. XVI.

Feſta ſolennia Iudæorum.

Bſerua menſem. Hîc declarantur pręcepta quę ordinant hominem ad deum ex cõſideratione tp̃is. Circa qđ ſciẽdũ, ꝙ tribus tp̃ibus in anno celebrabãt Iudęi feſta ſolẽnia, videlicet primo menſe feſtũ phaſe, ꝓpter beneficium egreſſiõis de AEgypto, & tertio mẽſe feſtũ pentecoſtes, ꝓpter beneficiũ legis datæ, & ſeptimo mẽſe feſtũ tabernaculorũ, propter bñficiũ cõſeruatiõis ipſorũ in deſerto. xl. annis, qbus deus prouidit habitantibus in tabernaculis. Primò ergo agitur de primo feſto. ſecundò

Diuiſio

Moraliter. a ❡ Obſerua mẽ. Hîc replicat Moyſes de trib⁹ ſolẽnitatibus. ſ. paſchę, pentecoſtes, & tabernaculorũ: de quibus actũ eſt ſuprà, Leuit. xxiij. Primũ autem iſtorum figura fuit reſurrectiõis Chriſti paſſi, qui eſt paſcha noſtrum ſicut dicit Apoſtolus, 1. Cor. v. c. paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus; itaqȝ epulemur, non in fermento veteri neqȝ in fermẽto malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Igit̃ per ſeptem dies azymorũ ſignificat̃ totum tempus noſtrũ, eò ꝙ ſeptẽ diebus reuoluit̃ vt dicit Greg. Homi. xxv. & iſte ſeptenarius debet deduci ſine fermento malitiæ & nequitiæ, & in azymis ſynceritatis & veritatis: & tunc reuertemur in tabernacula noſtra, i. ad manſiones patrię cæleſtis, ſicut filij Iſrael celebratis ſeptem diebus phaſe ad loca ſua reuertebantur. De ſecundo feſto. ſ. pẽtecoſtes dicitur

Moraliter

☞ a ¶ Vades in tabernacula. Peracto ſeruitio domini mane reſurrectionis A transſibim⁹ in ęterna tabernacula: vt quieſcamus ab omni labore, lætantes de percepta retributione. b ¶ Die ſeptima. A Eterna requie quam ſeptenarius ſignificat: propter ſabbathum vbi nullus labor, nulla operandi ratio. c ¶ Septem hebdomadas. In Leuitico plenius. Numerabis ergo ab altero die ſabbathi ſeptem hebdomadas plenas vſq; ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ. ¶ Augu. Septem hebdomadas &cæ. Si ab vniuerſo populo hęc pentecoſtes iuſſa eſt obſeruari, nunquid omnes credendum eſt vno die falcem iuſſos mittere in meſſem? Si autem ſibi quiſq; obſeruat iſtam quinquageſimam: dinumerās ab illo die quo falcem mittit, nō vna eſt vniuerſo populo. Illa verò vna eſt q̄ cōputat ab immolatione paſchę vſq; in diē datæ legis in Sina. ¶ Nos quoq; celebramus pētecoſtē. i. aduentum ſpiritusſancti, q eſt digit⁹ dei quo ſcripta eſt lex in tabulis. d ¶ Solennitatem. Qui vt tabernaculo pręſenti mundo vtitur, feſtiuitatem agere, & lætari in eo poteſt, propter futuri expectatiōem. Quia ſi terrena domus huius habitationis diſſoluatur, habebit domum non manufactam in cęlis. e ¶ Quando. Conſummata perfectiōe omnium bonorum & multarum collectione virtutum, lætandum & exultandum eſſe cum amicis ſignificat. Cū exultabit quiſq; de percepta retributione, qui hîc largus fuerit in numere; tūc verè tabernaculorum ſolennitas agetur, non mutabilium ſcilicet ſed æternorum. vñ: Vt recipiant vos in æterna tabernacula. f ¶ Maſculinum. Nō fœmineū nihil em̄ molle, fragile, & infirmū in nr̄a conuerſatiōe debet eſſe; fortia q̄q; à nobis exigit de⁹. Si autem in fide trinitatis patris & filij & ſpiritusſancti æternę mercedis reſpectu tempore præſentis vitę bonis operibus inſudamus: maſculum in conſpectu domini ſtatuimus. g ¶ Non apparebit. Grego. q. d. qui promerendę vitæ mercedem bene agendo non ꝓuidit, in cōſpectu dn̄i vacu⁹ apparebit. vñ: Veniētes aūt veniēt cū exultatione, portantes manipulos ſuos. Ad examen ☞ quippe iudicij

Margin notes: † laſſabis; 1. Cori. 5. a.; † lętaberis; Luc. 16. c.; B; Pſa. 125. a.

pto, & † coq̄s & comedes in loco, [a] ¶ Eccleſia.
quem elegerit dominus deus tuus,
[a] maneq; conſurgens uades in taber [b]
¶ In tota laborioſa vita.
nacula tua. Sex diebus comedes [c]
a ¶ Synceritatis & veritatis. ¶ Non in fermento veteri &c. b ¶ Requieuit deus die ſeptima.
[b] azymā, & in die ſeptimā, quia col [d]
¶ Sanctorum.
lecta eſt domini dei tui: non facies
a ¶ Serui.le. b ¶ Quibus finitis adueniat ſpiritusſanctus.
[e] opus. Septem hebdomadas nume [e]
a ¶ Hoc Iudæi nec ad literam, nec ad ſpiritum cuſtodiunt.
rabis tibi ab eā die qua falcē in ſege [f]
a ¶ In quo ſuſcipietis ſpiritumſanctum.
tem miſeris, & celebrabis diēm feſtum hebdomadarum domino [g]
¶ Cui omnia debes. a ¶ Hilarem datorem diligit deus. 2. Corint. 9. b.
deo tuo, oblationem ſpontāneam
a ¶ Operationis propriæ.
manūs tuæ, quam offeres iuxta
¶ Multiplicationem bonorum operum.
benedictionem domini dei tui, & [h]
a ¶ In azymis ſynceritatis & veritatis. b ¶ Beneplacens.
† epulāberis corām domino deo
tuo, tu & filius tuus & filia tua, &
a ¶ Non eſt perſonarum acceptio apud deum, Epheſeo. 6 b.
ſeruūs tuus & ancilla tua, & Leuites qui eſt intra portas tuas: & aduena, & pupillus, & uidua, qui morantur uobiſcum in loco quem elegerit dominus deus tuus, ut habitet nomen eius ibi, & recordaberis [i]
quoniam ſeruus fueris in Ægypto,
cuſtodiesq; ac facies quæ tibi præ
[d] cepta ſunt. Solennitatem quoque [k]
a ¶ Non habemus hic manentem ciuitatem, Hebræ. 13. c. b ¶ Tu cum tuis.
tabērnaculorum cēlebrabis per ſe
[e] ptem dies, quando collegeris de
area & torculari fruges tuas, & † e
a ¶ Paruulus & magnus ibi ſunt, & ſeruus & liber a domino ſuo. Iob. 3. d.
pulaberis in feſtiuitate tua, tū & filius tuus & filia & ſeruus tuus & ancilla, Leuites quoq; & aduena & pu
¶ Eccleſiæ.
pillus ac uidua, qui intra portas tuas ſunt. Septem diebus domino deo tuo feſta celebrabis in loco quem elegerit dominus, benedicét que tibi dominus deus tuus in cun
¶ Virtutum fructibus.
ctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, eriſq; in lætitia.
¶ In fide trinitatis. ¶ Placens per bona opera.
Tribus uicibus per annum appa [l]
[f] rebit omne maſculinum tuum in conſpectu domini dei tui in loco quem elegerit, in ſolennitate azymorum, & in ſolennitate hebdomadarū, & in ſolennitate tabernaculorum.
a ¶ In iudicio. b ¶ In cuius manus incidere eſt horrendum.
culorum. † Non apparēbit ante dō [m]

## *Nicolaus de Lyra.*

